In oppositum quæstionis arguitur auctoritate Senece ad Lucillum dicentis: non idē sumus in iuuētute ⁊ senectute: nec de mane nec de vespere: animo rapimur ⁊ mutamur more fluuioꝝ. ¶ Scḋo in p̄cedēti q̄stione dictū est totum esse suas partes. si ergo ita sit sequit̄ q̄ ꝑ additionem alicuius partis ad totū vel ꝑ ablationem alicuius partis ab aliquo toto fiat aliud totū ex quo est alia multitudo partium: que est ip̄m totū. ¶ Tertio ad idem nisi q̄stio esset vera sequeret̄ q̄ nihil generaret̄ successiue: cōsequēs falsum: falsitas patet: quia ignis aer aqua ⁊ terra generātur successiue: sed consequentia probatur: nam sit aliquis ignis cui continue fiat additio: tūc si per additionem non fit alius ignis: sed continue manet idem ignis: sequit̄ q̄ nihil generatur successiue et ita de aere aqua ⁊c. ¶ Quarto si questio nō esset vera sequeret̄ q̄ posset manere idem totum ꝑ aliquod tempus ⁊ tamen in fine illud totū nullam haberet partem de illis partibus: quas habuit in pricipio: sed hoc videt̄ esse inconueniēs: propter hoc q̄ totum non est aliud q̄ sue partes. ⁊ probatur cōsequētia: nam sit vna nauis: de qua i primo anno auferat̄ vnus paries ⁊ reparetur de alijs lignis: tunc adhuc per aduersarium manet eadem nauis: deinde in secundo anno: auferatur alius paries et iterum reparetur ⁊ de alijs lignis de nouo: ⁊ sic iterum per aduersarium manebit eadem nauis: deinde in tertio anno auferatur fundus: ⁊ iteruꝫ reparetur de alijs lignis: ⁊ sic adhuc per aduersarium esset eadem nauis que fuit primo anno ⁊ in secūdo: ⁊ tū nunc in ista naui nihil est qd̄ prius erat in ea: q̄ātecūq̄ eius partes esset destructus ⁊ reparatus: qd̄ fuit probandum. Similiter posito q̄ esset vnum dolium plenum vino: ⁊ inferius esset vnum foramen: per quod illud vinū guttatim exiret: ⁊ superius vnum aliud: per qd̄ tātum infundatur de vino sicut inferius guttatim exit: sic q̄ cōtinue dolium maneat plenum: tunc tandem totum vinum qd̄ prius fuit in vase exiuit: et si cōtinue maneat idem vinum sequitur q̄ continue aliquid manet idem per horam: quod tamen in fine hore nihil habebit de hoc quod habuit in principio. consimiliter potest argui de equo vel de asino sed non de homine propter animam intellectiuam. ¶ Quinto ad idem nisi questio eēt vera sequeretur q̄ corruptibile posset perpetuari: consequens falsum et contra Aristo. primo celi dicentis: q̄ omne corruptibile aliquando corrumpet̄. consequentia patet ex exemplo deducto de naui ⁊c. ¶ In ista q̄stione dicam sm̄ vnam distinctionem idētitatis numeralis positam in quinto metaphysice ⁊c.

Quantum ad hoc est sciendum q̄ aliquid dicitur idem numero trib⁹ modis: vno modo ꝓprie cuius omnes partes manent: et idem nō acquirit nec deperdit aliquas partes: ⁊ sic celum dicitur idem nūero qd̄ erat ante mille annos. ¶ Scḋo mō aliq̄d d̄r idē nūero non totaliter sed partialiter ⁊ minus ꝓprie scꝫ cui⁹ principalior pars manet ideꝫ numero. vñ sepe denominamus totum denominatione partium: nā dicimus hominē crispū qui hꝫ caput crispū: et similiter dicimus hominē simū: qui habet nasum simū: similiter possum⁹ dicere totum idem numero ab idētitate partis eius principalis. ⁊ isto modo dicimus hominem esse idem numero modo ⁊ ante decem annos. ¶ Tertio modo aliquid dicitur idem numero esse: sꝫ impropriē propter continuam successionem partium adinuicem propter quā continuam successionem manet consimilis figura ⁊ continuitas dispositio ⁊ forme: ⁊ sic dicim⁹ sequanā esse eūdem fluuium qui fuit iam sunt centum anni / q̄uis mō sint alie eius partes q̄ erāt ⁊c. ¶ His premissis: sit prima conclusio loquendo de identitate numerali: primo modo nulla res corruptibilis manet idem nisi per instans: vel nulla res manet eadē corruptibilis per tēpus: semꝑ intelligendo de idētitate primo modo dicta. ꝓbatur cōclusio: nam signata aliqua re corruptibili que per aduersarium potest manere eadem numero per tempus: et sit illud tempus a.b. tunc quero an in fine illius temporis illa res sit tāte virtutis precise sicut in principio: vel maioris vel minoris. Si secūdū sequit̄ illā rē habere aliquas partes: quas prius non habuit: vel carere aliquibus: quibus prius nō caruit: sed quodcūq̄ istoꝝ detur: sequitur illam rem nō esse idem numero qd̄ prius erat: loquendo de idētitate primo modo dicta. Si dicatur q̄ sit precise tante virtutis sicut in principio sequitur per illam virtuteꝫ adhuc posse durare per tantum tempus: tunc sit illud tēpus .d.c. et sit tante virtutis secūdū q̄ erat in fine temporis a.b. et sic etiam per tātum tempus: et sic in infinitum: quod est impossibile: q̄ tunc aliqua res corruptibilis posset perpetuari. ¶ Scḋa conclusio responsalis ad quesitum. q̄ ꝑ ablationem vel additionē alicuius partis non manet idem totum idētitate numerali primo modo dicta: hoc patet ex descriptione identitatis numeralis primo modo dicte. ¶ Tertia conclusio loquendo de identitate materiali secundo modo dicta manet idem homo a principio vite sue vsq̄

q ad finem.hoc probatur:qr principalior pars manet eadem.s.aia intellectiua: et secundum hunc modum loquendi bene dicimus eundem hominem esse in celo q prius fuit in terra:sicut de sancto Petro quem dicimus esse in celo:quod quilibet non habet dubitare. Quamuis anima que est principalior pars est in celo. ¶ Quarta conclusio loquendo de ista identitate non est idem equus numero a principio et in finem:quia sicut nō manet eadem materia sic non manet eadem forma:vtrunq enim augetur:sed sic nō est de forma hominis.s.de anima intellectiua. ¶ Quinta conclusio loquendo de identitate tertio modo dicta bene est idem equus numero a principio vite vsq in finē et idē sequana et idē fluuius nunc qui fuit ante mille annos:pbatur:nam propter cōtinuā successionē partium adinuicem manet consimilis forma et dispositio:propter quā aliquid potest dici idē numero:sicut patet ex descriptione idētitatis tertio mō dicte. ¶ Sexta cōclusio.propter ablationem vel additionem alicuius partis non tollitur idētitas numeralis tertio mō dicta vel secundo modo:et scdm has conclusiones rationes facte vadunt vijs suis preterq penultima que erat:sequeret q hoc nomen sor.esset nomen commune:negatur consequētia:qr sufficit vt maneat idem idētitate numerali secundo modo vel tertio mō dicta.Et sic est in proposito.et quum probatur q nō solum significat plures homines successiue: verūetiam simul hoc negat:et quum pbatur significet residuum pter digitum sortis:tunc hoc est sor.negat.immo ad hoc q aliquid sit sor.vel homo:requirit q ipsum sit p se seorsum existēs et non existens pars alterius.ergo dicto digito nō absciso et residuo p imaginationem capto nō est sor. quis fiat sor.nā quū digitus abscindit fit vna substantia p se:seorsum existens:nō existens pars alicuius alterius substantie:nec alicuius qd est p se vnum:quis bū sit pars mundi:tamen mundus nō dicit p se vnum. Et si diceret omne cōpositū ex materia et forma et aia intellectiua est homo:sed tale.s.residuū pter digitū est huiusmodi:ergo.dr negando maiorē. Sed oportet addere q non sit pars alicuius: qd est per se vnum tamē dicit concedendo q sor.pter digitū sit sor.et homo.nec propter hoc sor.est nomen cōmune. vnde ad hoc q esset nomen cōmune requireretur ipsum significare plures opposito mō ad secūdū vel tertiū modū idētitatis.

Questio.IX.

VTrum sit dare minimam materiam:de cuius potētia possit educi forma naturalis. et arguit primo q non:nā sit a.minima materia:de cuius potentia potest educi forma asini:tunc sic a.materia ē minima:de cuius potentia potest educi forma asini:ergo de medietate non potest educi:consequens est falsum:consequētia clara est de se:sz falsitas ɔsequentis pbat:nam sequitur q medietas materie nō potest recipere quālibet formam.consequens est falsum et contra commentatorē primo huius. Ubi dicit q proprium est materie quamlibet formam suscipere. ¶ Secundo ad idem si questio esset vera tunc esset dare minimam carnē:consequens falsum.probatur consequentia:nam ista caro esset minima:cuius materia esset minima:in qua posset forma carnis induci:sed falsitas consequentis probatur:nam quacunq carne data:si applicaretur sibi aliquod agens corrumpens:prius corrumperet partē propinquam q remotā [illegible] minime carnis propinqua et b.remotior corrupta:ergo a medietate carnis remoueatur agens:tunc adhuc manebit b.caro minor carne data:et per consequens data caro non erat minima:nec adhuc minima potens seorsum existere:sicut quidam voluit dicere:ex quo b.est minor pars potēs seorsum per se existere. ¶ Tertio data aliqua materia:quā tu dicis esse minimam de cuius potētia potest educi forma aeris:tūc cum forma aeris sit educta de illa materia:tūc etiā forma aeris est educta de medietate ipsius materie:et similiter de quarta parte:et similiter de octaua et sic in infinitum.ita q non est ita parua materia de qua educta est forma aeris quin adhuc de minori possit educi. ¶ Quarto nam in scdo de generatione dicit ex vno minimo aque generantur decem minima aeris et sic ecōuerso ex vno minimo aeris generatur decima pars vnius minime aque:et sic tunc capiat vnum minimum aeris et sit a.tunc vel ex illo potest generari aqua vel non:non potest dici q nō quia ex quolibet elemento generatur aliud:si dicitur q sic tunc ex ipso nō generatur nisi decima pars minimi aque et per consequēs de decima parte minime materie ipsius aque:que sic vocatur minima:educitur forma aque:et iā dictū est:et econuerso. ¶ Quinto sequeret q esset dare minimam aquam que posset durare p aliquod tempus in aliquo medio sine tēdentia ad corruptionem.consequens est falsum:pbatur consequentia:quia sit illa a.i medio b.sibi equali vel minori actiuitate:tunc sit similiter b.a.qua minor in alio medio habente se in eadem proportione ad b.aquam:in qua se habet medium in a.aqua ad a.aquam:tunc potest durare sine tēdentia ad corruptionem.ergo a.nō erat minima que poterat durare in aliquo medio sine tēdētia ad corruptiōem:et sic pbatū est q nec est dare minimam materiā de cuius potētia potest educi forma substantialis:nec est dare minimā materiam:sub qua potest manere.

In oppositum est Arist.in isto primo tractatu capitulo secūdo.s.necesse est autem.vbi dicit q est dare minimam carnem:et confirmatur ratione q sit dare minimā materiā de cuius potētia potest educi aliqua forma:nam si non:sequeretur q non esset dare hominem ita paruum quin adhuc esset dare minorem:et sub quacunq quantitate quantumcunq parua posset esse homo.consequens est falsum quia talis homo nō posset exercere operationes hominis. ¶ In ista questione primo sciendum est:q aliud est querere vtrum sit dare minimam materiam:in qua de nouo potest generari aliqua forma et vtrū sit dare minimā materiam:in qua potest permanere aliqua forma:sic q non in minori postq ipsa generata est. et de vtroq istorū videndum est in q̄stione ista.Et primo quātū ad formam heterogeneorū.secundo q̄tum ad formā homogeneorū sicut sunt caro et os:ignis et aqua. ¶ Et adhuc primo videndum est de forma hominis que ponitur indiuisibilis:secundo quātum ad formā aliorum heterogeneorū sicut asinus et capra.vnde primo videndū de expositione istorū terminorū minimum:maximum:minimū q non [illegible] q non:vnde minima materia voco sub qua potest aliqua forma generari:et sub nulla minori:et maximam in quā sic vocoin quā potest et in nullam maiorē [illegible] in quā non potest sz q̄libet minor data dat materiam quā potest:et maximā in quā nō voco illā in quā nō:sed qualibet minori data dat minus in quā sit:et sic sequit articulus.

Quantum ergo ad primum sit pri-
ma suppositio: anima ītellectiua ex quo est indiuiduus
hic ipa sit subiecto. ex quo sequitur q̄ est dare primum
instans sui eē. ¶ Secūda suppositio: anima intellecti-
ua nō informat in generatiōe hominis prius vnā par-
tem materie hominis in esse: ⁊ demum aliam: sed simul
incipit omnes informare. ¶ Tertia suppositio: aīa in-
tellectiua nō potest incipere informare materiā quan-
tācūqꝫ paruā: hoc patet: quia q̄cito anima intellecti-
ua incipit informare aliquā materiā tā cito incipit eē
aliquis homo. Sed ex quo homo non pōt eē sub quan
tacūqꝫ parua quantitate: sequit̄ animam ītellectiuam
nō posse informare materiā quantācūqꝫ paruā. ¶ Ex
his suppositionibꝰ pono aliquas conclusiones: pīa
est hec: q̄ est dare minimā materiā in qua anima intel
lectiua potest generari: patet ꝑ primā suppositionem
quia nō in qualibet materia potest generari anima in-
tellectiua: sit ergo a. materia in qua nō potest genera-
ri aīa ītellectiua ꝓpter eius paruitatē: ⁊ augeat̄ a. ma
teria continue: tunc clarum est q̄ in eius augmentatio
ne tantā ista materia fit magna: q̄ in ea potest genera-
ri anima intellectiua: vel ergo est dare primum instās
in quo est ita magna q̄ in eo potest generari anima in-
tellectiua: vel vltimum in quo non. si dicat̄ primum: se-
quitur q̄ ista materia in hoc instanti est minima mate
ria in qua pōt ⁊c. propter hoc q̄ in eam potest ⁊ in nul
la minori. si dicatur secundum tunc sequitur q̄ non sit
dare primū instans anime intellectiue sed vltimum in-
stans nō esse: cuius oppositū dixit vna suppositio. con-
sequentia ꝓbat̄: nam illud instans in quo esset verum
dicere a. materiā non esse ita magnā q̄ in ea posset ge-
nerari anima intellectiua: sed immediate post illud in-
stās: eēt illud instans in quo esset verū dicere animam
intellectiuā non esse: sed immediate post illud instans
animam intellectiuā esse. ¶ Sed diceres contra sit a.
materia minima: in qua tu dicis animam ītellectiuam
posse generari: ergo medietas nō esset minima in qua
posset generari: consequens falsum: quia medietas a.
materie prius sufficienter erat disposita ad capiēdum
aīam q̄ a. materia tota: ergo anima prius informabat
medietatem a. materie q̄ a. materiā totam. ergo a. ma
teria non est minima materia: quam pōt prius informa
re aīa intellectiua. ¶ Respondet̄ q̄ immo. ⁊ quū dicit̄
medietas a. materie prius erat disposita: cōceditur q̄
hō qualitatiue: sꝫ nō quantitatiue: quia nō prius infor
mabat anima ītellectiua medietatem a. materie: q̄ a.
materiam totā: nec postq̄ oēs partes materie a. sunt
sufficienter disposite qualitatiue: sufficit ad hoc q̄ in-
formetur ab anima intellectiua: ⁊ in hoc est dissimilitu
do de forma hominis et de forma asini: quia forma asi-
ni est diuisibilis ⁊ extensa: ꝓpter qḋ si vna pars mate-
rie est sufficiēter disposita q̄litatiue: statim de eiꝰ potē-
tia educit̄ pars forme asini: licet nō forma totalis asi-
ni. ¶ Sed adhuc dices in generatione homīs qñ vna
pars materie est sufficiēter disposita: ex q̄ tñ ꝓpt̄ eius
paruitatē nō potest gñari forma homīs: qua ergo aīa
ista ps materie informat̄: donec materia sit sufficiēter
disposita: q̄ anima intellectiua possit ipsam incipere
informare. ¶ Rñdet̄ q̄ iterum informatur forma pre-
existenti: quia nondū est sufficiēter disposita quantita-
tiue ⁊ qualitatiue simul sic q̄ aīa ītellectiua possit ge-
nerari. Uel aliter potest dici q̄ in generatione hoīs in
semīe est vnū agēs intrinsecum pñs cuilibet parti: qḋ
nō ꝓus disponit vnā partē materie q̄ aliam: sed simul
omnes ⁊ eque sufficiēter disposite sunt: vt informentur
ab anima intellectiua. ¶ Adhuc dices ... q̄ quan-
tācūqꝫ materiam paruam hominis anima ītellectiua
possit informare: quia aīa ītellectiua est tota in toto: ⁊
tota in qualibet parte: ⁊ ꝑ cōsequens in qualibet par-
te materie est ipa anima intellectiua. ¶ Rñdeo ⁊ dico
q̄ postq̄ īcipit informare aliquam materiam bene in-
format materiā quantācūqꝫ paruā: sed dicit̄ animam
intellectiuam non posse informare quantācūqꝫ mate-
riaꝫ paruā solā: sic q̄ istā informet ⁊ nullā aliā cū ista.
¶ Secunda conclusio q̄ non est dare minimam mate
riam in qua aīa intellectiua potest manere postq̄ est
in ea: probatur: nam sic sequeret̄ q̄ esset dare vltimum
instans rei permanentis in esse. consequēs est falsum:
⁊ contra Aristo. in octauo physicorum. ꝓbat̄ cōsequē-
tia: nā sit materia minima ꝑ aduersariū in qua potest
manere anima intellectiua a. ⁊ incipiat diminui in ali-
quo instanti ⁊ sit hoc instans presens: tunc immediate
post hoc anima intellectiua non informabit a. materiā
ꝓpter hoc quia a. ante diminutionē posita erat mini-
ma: sub qua poterat manere aīa intellectiua: ergo im-
mediate post hoc homo qui modo est: non erit: ⁊ per cō
sequens nunc vltimo est: ⁊ per consequēs a. instans est
vltimū instās hominis: qui ponit̄ res ꝑmanēs. ¶ Se-
cūdo ad idem: si esset dare minimā materiam: sub qua
possit manere aīa intellectiua: sit ergo ista a. sicut prius
tunc sequitur q̄ possibile est aliquam rem ꝑmanētem
non diutius durare q̄ per instans: consequens est fal-
sum: ⁊ ꝯtra naturā rei ꝑmanētis. consequentia ꝓbat̄:
nam sit aliqua materia: que incipiat augeri ꝯtinue do
nec sit minima ex qua possit generari hō: ⁊ qñ est tan-
ta tunc econuerso diminuat̄ tunc in illo instanti: quod
est finis augmentationis talis materie: est homo ⁊ im
mediate ante hoc non fuit hō: nec immediate post hoc
erit homo. ex quo illa materia īmediate post hoc erit
minor cum in illo instāti ponatur minima: sub qua po-
test manere anima intellectiua. ⁊ ꝑ consequens homo
ille nō durabit nisi ꝑ instās: si est dare minimā materiā
sub q̄ pōt manere aīa ītellectiua. ¶ Ex his duabꝰ con
clusionibus sequitur correlarie hominem sub minori
quātitate posse esse seu manere q̄ generari: qꝛ si modo
predicto aliqua materia augeretur donec prius posset
gñari homo: et īmediate post illud instās generatiōis
hominis econuerso diminueretur: tūc adhuc maneret
hō. aliter enī eēt dare minimā materiā in q̄ possit mane-
re aīa intellectiua. cuiꝰ oppositum dicit scḋa cōclusio
ex quo pꝫ correlariū. ¶ Sed forte dices: qñ in casu pre
dicto materia econuerso diminuit̄: ⁊ anima intellecti-
ua adhuc eam informat: talis materia est sufficienter
disposita qualitatiue: et quantitatiue: adhuc anima
intellectiua ipsam informat: ergo videt̄ q̄ simili modo
sicut in augmētatiōe eius deueniebat̄ ad istam dispo-
sitionē: q̄ simili modo anima intellectiua potuisset eā
informare ⁊ ex ea generari. ¶ Respondetur negando
consequentiam: et huius ratio est: quia maior requirit̄
dispositio sub qua potest res generari: q̄ sub qua pōt
res manere: aliud patet: quia non in frigore ita intenso
puer pōt generari sicut in quanto possit ꝑmanere post
q̄ generatus est: nec aqua ex natura ita calida posset
generari: sicut potest manere postq̄ gñata est. ¶ Ter-
tia cōclusio est dare maximam materiam: sub qua non
potest manere anima intellectiua. ꝓbatur. nam est da-
re aliquam sub qua non potest manere: ⁊ qualibet ma-
iori datur minor: sub qua potest manere: ⁊ istam mate-
riam inueniemus in primo instāti nō esse hoīs: quādo
homo corrumpit̄ ex cōtinua diminutione sue materie.
¶ Ex his tribus conclusionibus patet: q̄ est dare mi-
nimā quantitatem sub qua potest generari homo: ⁊ ta-
men nō est dare minimam quātitatem sub qua potest

manere:sed bene maximā:sub q̄ nō pōt manere homo.

Quantū ad secundum sit prima suppositio q nihil alterat seipsum ab intrinseco primo. patet: quia tūc aliquid se disponeret ab intrinseco ad sui corruptionem:quod est falsum ex eo q quolibet ens diligit se permanere: et etiam quia dispositio alicuius ad sui corruptionem est sibi violenta:ꝛ per ꝯñs est sibi ab extrinseco. Et notanter dico primo: quia heterogenea bene habent in se principium sue alterationis:sed non primo: quia vna pars bene alterat aliam:secundū q vna est calidior alia: vnde in generatione animalis ex femine:vna pars bene alterat aliam:et propter hoc in generatione animalis requiritur semen viri / et semen mulieris:quorum vnum est actiuum et aliud passiuū. ¶ Secunda suppositio q agens naturale prius agit in propinquum / q̄ in remotum. ¶ Tertia suppositio q forme heterogeneorum aliorum ab homine sunt diuisibiles et extense ad extensionem materie. ¶ Tunc sit prima conclusio: q forma asini vel alicuius alterius heterogenei ab homine generatur successiue:hoc probatur: quia est diuisibile: vt patet / per vnam suppositionem. Et etiam quia materia ex qua generatur alteratur ab extrinseco: vt patet per primam suppositionem: et vna eius pars scilicet que est propinquior agēti primo erit sufficienter disposita q̄ alia:vt patet per secūdam suppositionem:ꝛ per consequens de ea prius educitur forma asini q̄ de alia.ꝛ cōsimiliter sic esset de forma hominis si poneretur eē diuisibilis:ꝛ tamē si pars forme asini prius educatur de vna parte materie sequitur formam generari successiue. Sicut probatū est de forma asini:sic posset probari de forma capre vel alicuius alterius heterogenei ab homine. Sed diceret aliquis: si generatio forme asini esset successiua sequeret q non esset generatio simplex: nec generatio substantialis:sed hoc falsum. probatur consequentia:quia generatio accidentalis vel secundum quid fit successiue sed generatio substantialis fit in instanti. ¶ Respōdetur q aliquā generationem fieri successiue potest intelligi dupliciter. vnomodo quo ad partes quātitatiuas subiecti. alio modo gradualiter: quo ad ptes graduales:tunc dico q generatio substantie non fit successiue quo ad partes graduales:ex quo substantia non est intensibilis nec remissibilis:sed bene generatio substantie fit successiue quo ad partes quātitatiuas subiecti vt dictum est de generatione forme asini cuius vna pars generatur post aliam. ¶ Secunda conclusio. non est dare minimam materiam de cuius potētia potest educi pars forme asini vel equi. probatur:nam ex quo forma asini generatur successiue per partem post partem sequitur q non est ita modica materia de cuius potētia nō educatur pars forme asini:quin sit minor de cuius potētia educatur minor pars forme. ¶ Tertia cōclusio. q est dare minimam materiā: de cuius potētia potest educi forma substantialis asini seu forma sufficiens ad hoc q compositum ex materia et forma dicatur asinus. probatur: et primo supponitur / q non sub quantumcunq̄ modica quātitate possit esse asinus: sub quantitate enim grani milij non posset exercere operationes debitas asini. ¶ Secundo supponitur q in generatione asini sit dare primum instans / in quo est verū dicere: asinus est de asina generatus. Istis suppositis capiatur materia ita modica:q ex ea nō possit esse asinus:et sit verbi gratia illa materia.a.quantitatis grani milij:augeatur ista materia cōtinue donec possit ex ea generari asinus. Tunc sic ex quo per secundam suppositionem est dare primum instans esse asini:sequitur quantitatem materie:quam habet in illo instanti esse minimam quantitatem asini:nam si ex minori potuisset generari asinus:instans datum non fuisset primum instans esse asini:tunc sic est dare minimam materiam ex qua posset generari asinus et non: ex minori potest educi forma asini sufficiens ad hoc q compositum ex ea ꝛ materia dicatur asinus: ergo est dare minimā materiam:ex qua potest generari forma asini sufficiēs ad hoc q compositum ex ea et materia dicatur asinus.

Dices: nōne quodlibet compositum ex materia ꝛ parte forme asini dicitur asinus: dicitur q non immo non oē cōpositum ex materia ꝛ aīa itellectiua dicit hō:ptꝫ de digito capto in forte:ꝛ similiter est in asino. ¶ Sed diceres tu:quodlibet tale est animal:sed nō videtur q sit aliud animal q̄ asinus: ꝛ hoc de pede eius vel capite asini:nec caput hominis si ē animal:est aliud q̄ homo aliquis:patet quia cuilibet competit diffinitio animalis: cum quodlibet illorum sit substantia animata sensibilis. Respondetur negando q quodlibet illorū sit animal quāuis bñ sit pars animalis:ꝛ cū dē q cuilibet eorum cōpetit diffinitio animalis:nego:et quando dicitur: diffinitio animalis est substantia sensibilis ꝛc. dico q non est ita intelligenda:sed est substātia animata sensibilis totalis non existens pars alicuius alterius: quod sit vnum per se: modo hoc non conuenit dictis partibus. ¶ Quarta conclusio. non est dare minimam materiā in qua potest manere forma asini sufficiens ad denominationem asini: seu q compositum ex ea et materia dicat̄ asinus. probatur quia aliter esset dare vltimum īstans rei permanentis:quod est falsum et contra Aristotelem octauo phisicorum. et probatur ratione:quia data aliqua re corrumpenda: certum est q resistentia sua qua resistit suo contrario habet latitudinem:seu est diuisibilis:et successiue corruptibilis:anteq̄ ergo illa res corrumpatur illa res permanet:ergo quocūq̄ īstāti dato: in quo illa res est adhuc post illud instans illa res erit: et per consequens nullum est instans rei permanētis:in quo illa vltimo sit q̄uis bene sit primum instans:in quo ipsa res primo non est:prima consequentia probatur:nam data aliqua materia quam tu dicis minimam:sub qua potest manere forma asini sufficiens ad denominationem asini:et incipiat illa materia asini diminui in presenti instanti:tunc si immediate post hoc instans adhuc manet asinus sequitur materiam datam non esse minimam:sub cuius quantitate asinus potest manere. Si autem dicatur:q immediate post hoc instans asinus non erit sequitur instans presens esse vltimum instans asini:q̄d erat probandum. et sicut arguitur de vna materia quā aduersarij dicerent esse minimam sub cuius quantitate potest manere forma asini:ita potest argui de quacūq̄ alia:quā dicerēt esse minimam. ¶ Quinta conclusio est dare maximā materiam:sub cuius quantitate non potest manere asinus:seu forma asini sufficiens ad denominationem asini:probatur quia est dare vnam materiam de qua verum est dicere q sub eius quātitate non potest esse asinus et qualibet maiori illa datur minor:sub cuius quantitate potest manere:ergo illa materia est maxima sub qua nō potest esse: aut manere asinus:consequentia tenet per quid nominis maxima q non:positum in principio questionis:post oppositum:ꝛ illam materiam inuenimus:cum ex diuisione materie peruenit̄ ad instans:in quo primo asinus non est:inuenitur quātitas materie que est maxima sub qua non potest manere.

Quantum ad tertium est videndum

de homogeneis sicut est os caro &c. et sit prima conclusio q non est dare minimam materiam de cuius potentia potest educi forma carnis: hoc patet ex quo forma carnis est divisibilis: et generatur successive per partem post partem: sequitur q non de ita modica materia educatur quin de minori educatur minor forma carnis: et per consequens per quod nominis minimum non est dare minimam materiam: ex quo sequitur: q non est dare minimam quantitatem sub qua potest generari caro. ¶ Secunda conclusio: non est dare minimam materiam de cuius potentia potest educi forma carnis sufficiens ad hoc q compositum ex ea et materia dicatur caro. hoc probatur: quia quacunque data que est sufficiens: adhuc minor illa est sufficiens: quia quelibet est adhuc sufficiens: et q caro est unum homogeneum cuius quelibet pars nominatur nomine totius: nam quelibet pars carnis est caro: et in hoc differunt homogenea ab heterogeneis. ¶ Tertia conclusio q est dare minimam carnem non tendentem ad corruptionem in medio specialiter ad hoc circunstantiato: patet: quia posito q sit aliqua caro in potentia sicut secundo et sit in medio sibi contrario sicut secundo: tunc ista caro est in isto medio et manet in eo non tendens ad corruptionem ex quo tanta est eius resistentia sicut est activitas medii circunstantis per casum: sed quacunque carne data minori ipsa non maneret in isto medio sine tendentia ad corruptionem: ex quo excederetur a medio: ergo caro prior data erat minima potens manere in medio tali: nisi tunc alia concurrerent ad eius corruptionem: sine tendentia ad corruptionem. ¶ Quarta conclusio non est dare minimam carnem non tendentem ad corruptionem existentem in aliquo medio: loquendo de medio absolute: et non circunstantiato probatur. nam data aliqua carne non tendente ad aliquam corruptionem in aliquo medio: est dare carnem minorem in uno alio medio etiam minus activo non tendente ad corruptionem sit enim caro ut duo in medio sicut duo: non tendit ad corruptionem: nec caro sicut unum in medio sicut unum non tendit ad corruptionem. ¶ Quinta conclusio non est dare minimam carnem tendentem ad corruptionem: patet: quia quacunque carne data tendente ad corruptionem est dare minorem puta eius medietatem tendentem ad corruptionem: ergo quando Aristo. dicit: q est dare minimam carnem: tunc loquitur secundum Anaxago. vel secundum q est dare minimam carnem non tendentem ad corruptionem in medio ad hoc specialiter circunstantiato: ut superius declaratum est.

Ad rationes pricipales: Ad primam cuius vis erat in hoc scilicet quia q non quelibet materia est receptiva cuiuslibet forme educibilis de potentia materie vel partis eius: immo aliqua materia posset esse ita parva q quantus non posset recipere formam totalem asini: tamen potest recipere partem forme asini: et dico educibilis de potentia materie propter animam intellectivam que est indivisibilis: nec est educibilis de potentia materie: quare bene concedo non quamlibet materiam esse ipsius receptivam: unde aliqua materia posset esse ita parva: ut dicebatur in primo articulo: q non esset receptiva anime intellective: nec etiam partis eius: cum ipsa sit indivisibilis. ¶ Ad secundam et ad tertiam patet quid sit dicendum ex conclusionibus positis in secundo articulo. ¶ Ad quartam dico q ipsa bene probat: q ex minimo sensibili aque generentur decem sensibilia aeris: et q ex uno sensibili aeris efficitur decima pars minimi sensibilis ipsius aque: nec ratio arguit de minimo simpliciter: sed de minimo sensibili bene. ¶ Ad quintam dico q bene probat q non est dare minimam aquam tendentem ad corruptionem in aliquo medio: loquendo absolute: cum hoc tamen stat q est dare minimam aquam non tendentem ad corruptionem in medio specialiter circunstantiato.

Quæstio X.



Ecimo queritur utrum cuiuslibet speciei sit dare maximam materiam sub qua potest esse aliquod individuum illius speciei: et arguitur q non: nam quantuscunque sit aliquis homo: adhuc iste homo potest nutriri et augeri: et fieri maior ergo sub quacunque quantitate est aliquis homo adhuc sub maiori potest esse: et per consequens non est dare maximam quantitatem sub qua potest esse aliquis homo: et sic simili modo arguitur de asino et de equo et sic de singulis. ¶ Secundo nam si esset dare maximam quantitatem: sub qua potest esse homo sit igitur sortes sub illa quantitate: tunc sic sortes potest verberari et ledi sic q tumescat: absque hoc q moriatur sed quando tumescit fit maior: ergo quantitas data non erat maxima sub qua poterat esse homo. ¶ Tertio sequeretur q esset dare ultimum instans rei permanentis. consequens est contra Aristotelem in octavo huius. et probatur consequentia: quia sit sor. sub maxima quantitate sub qua potest esse homo et incipiat tumescere propter verbera: vel aliquod huiusmodi: tunc instans in quo incipit tumescere est ultimum instans esse sor. ex eo q post illud instans materia sor. erit sub maiori quantitate / quam sit maxima quantitas sub qua potest esse sor. vel homo. ¶ Quarto non est dare maximam quantitatem sub qua potest esse forma ignis: ergo questio falsa. consequentia tenet: antecedens probatur per Commentatorem secundo de anima dicentem q ignis augmentaretur in infinitum: si combustibile apponeretur. ¶ Quinto mundus est individuum alicuius speciei: et non est dare maximam quantitatem sub qua potest esse: ergo questio falsa: consequentia tenet: antecedens patet quo ad primam eius partem de se: sed quo ad secundam partem probatur. quia quacunque materia data vel dabili: adhuc sub maiori posset esse mundus si deo placeret: ergo videtur q nulla sit maxima.

In oppositum videtur esse Aristoteles capitulo secundo huius tractatus. Necesse est autem. et Commentator super primo huius commento vigesimooctavo dicens q res naturales sunt terminate in magnitudine et parvitate. Similiter Aristo. secundo de anima: dicens omnium natura constantium est terminus et ratio magnitudinis et augmenti. Ex quibus dictis videtur q de intentione Aristoteles et Commenta. fuerit: res naturales esse determinatas: maxima quantitate et minima sub qua possunt existere. ¶ In ista questione: primo presupposito quid nominis maximi et minimi: ex precedente questione primo ponam conclusiones de heterogeneis: sicut sunt homo: leo: capra. secundo de homogeneis: sicut sunt ignis aqua &c. ¶ Quantum ad primum primo ponam suppositiones: deinde conclusiones. Prima suppositio q non sub quantitate quantumcunque magna potest manere homo aut generari. similiter dico de asino et de aliis: ista suppositio videtur esse de intentione Aristo. et Commen. ubi. ubi ponit differentiam inter mixta et elementa dicens: q mixta ratione formarum suarum determinant sibi certas figuras: unde homo non potest esse sphericę figure omnino: sed elementa ratione suarum formarum non determinant sibi huiusmodi certas figuras: et per consequens heterogenea determinat sibi certas quantitates: et magnitudines: et per consequens non sub quanta-

cunq; posset esse hõ: hoc est q̃d supponitur. ¶ Scḋa
suppositio: ꝙ heterogeneorum est dare primum instans
in quo est: ꝛ nunq̃ añ illud ip̃s erat: ꝛ sic in generatiõe
asini ꝛ alioꝝ cõsimiliũ. ¶ Tertia suppositio est ꝙ nul-
lius rei ꝑmanentis est dare vltimũ instans sui esse: sed
bene primũ nõ esse. ista suppositio aliqualiter patet ex
ꝓcedẽti. ¶ Tunc sit prima conclusio ꝙ est dare maxi-
mã quantitatem sub qua pot generari hõ: patet nam
ꝑ primã suppositionẽ: nõ sub quãtitate quãtacũq; ma-
gna põt esse hõ: ꝛ ꝑ ꝯñs nec generari: capiat ergo vna
materia: ex qua ꝓpter eius magnitudinẽ nõ põt gña-
ri hõ: ꝛ sit a. ꝛ diminuat cõtinue donec ex ea possit gña-
ri hõ: tũc est dare primũ instans esse hoĩs ꝑ scḋam sup-
positionem: sequitur ꝙ quãtitas illius materie: quã hʒ
ꝓ illo instãti est maxima q̃titas: sub qua põt gñari hõ
quia sub illa ꝛ sub nulla maiori: quia si sub maiori: tũc
hõ prius fuisset gñat⁹: q̃ in illo istanti dato: ꝛ ꝑ ꝯñs in
stans datum non fuisset primum instans hominis: qḋ
est cõtra positũ. ¶ Scḋa cõclusio: ꝙ non est dare maxi-
mã materiã vel quãtitatẽ sub qua põt manere hõ: hoc
ꝓbatur: quia quacũq; data sub q̃ ẽ hõ: adhuc sub maiori
potest manere homo: quia si non: sequeret ꝙ esset dare vl
timum instans esse hominis: quod est cõtra tertiã sup-
positionem. consequẽtia probatur: nam si sit sor. sub ma-
xima quantitate sub qua potest manere: ꝛ incipiat in-
tumescere in instanti p̃nti. sequitur ꝙ imediate post hoc
instans non erit: ꝛ sic in istãti p̃nti vltimo est vł ꝙ ma-
nebit sub maiori quantitate data: quam tu dixisti esse
maximam: sub qua potest manere homo. ¶ Tertia cõ
clusio est: ꝙ est dare minimam quantitatem sub qua nõ
potest manere homo: propter eius magnitudinem: hoc
est inter omnes quantitates: sub quibus non potest eẽ
nec manere homo: ꝓpter earũ magnitudines est dare
minimam: et illam inuenemus in primo instanti nõ eẽ
hoĩs: quum corrumpitur ꝓpter eius nimiam augmen
tationẽ sue materie: verbi gratia: posito ꝙ sor. cõtinue
augeatur tã diu ꝙ ꝓpter eius nimiam magnitudinem
corrumpatur: tunc cum non sit dare vltimum instans
esse sortis: oportet dare primum instans nõ esse sortis:
tunc q̃titas: quã habent materia pro illo instanti: est
minima quãtitas: sub qua nõ potest esse sor. nec aliq̃s
homo: propter eius magnitudinem: quia sub illa non
potest eẽ: ꝛ qualibet minori data datur maior: sub qua
potuit esse: ergo per expositionem: minima ꝙ non: ista
est minima: sub qua non potest esse homo: similiter in-
ter omnes quantitates sub quibus non potest esse ali-
quis homo: ista est minĩa. Unde imaginandi sunt duo
termini sub quibus non potest esse homo. Unus ergo
est versus summũ gradum extensionis qui sit b. et ali⁹
terminus versus non gradum extensionis qui sit a. ꝛ sit
verbi gratia b. quantitas decem pedum: ꝛ a. quantitas
vnius pedis: sic ꝙ sub b. quãtitate non possit esse ali-
quis homo ꝓpter eius magnitudinem: sed sub quali-
bet quantitate minori b. qui est inter b. ꝛ a. et similiter
sub nulla quantitate minori a. possit esse homo: ꝓpter
[illegible]
b. ꝛ a. ¶ Ista imaginatione stante potest poni quarta
conclusio que est bene vtilis: ꝙ quantitas media que
est inter a. et b. media quidem proportionaliter arith-
metice/vel geometrice est conueniens quantitas ꝛ sta
tura ipsius hominis: ita ꝙ si aliq̃s homo in etate per-
fecta esset talis quãtitatis: ipse haberet quantitatem
conuenientissimam speciei humane: sed qui recedunt
ab illa quantitate secundum excessum dicuntur gigã-
tes: qui vero minus propter defectum dicuntur nani.
credo tamen ꝙ melius sit recedere ab isto medio secũ
dum excessum q̃ secundum defectum. Et est sciendũ ꝙ
in aliis et aliis regionibus: in aliis et aliis partibus ꝑ
homines aliquando magis aliquando minus recedũt
ab isto medio: aliquando magis secundum excessum
aliquando minus secundum defectum. ¶ Nota
consimili modo possunt poni conclusiones de equo. leo
ne ꝛ cetera ꝛ probari consimili modo: sicut ꝓbate sunt
de homine.

Quantũ ad secundum sit prima con-
clusio: ꝙ nõ sub quacunq; quantitate potest esse ignis.
nec quãtamcunq; quantitatem attingere per eius au-
gmentationem. Et ad probandum istam conclusionem
suppono primo/ latera celi non plus distare possunt q̃
nunc distant. ¶ Secundo suppono/ ꝙ ignis non pos-
set stare sub tanta densitate/quanta est densitas aeris
vel aque. ¶ Tertio suppono: ꝙ ex vno pugillo aeris
generantur decem ignis. Istis suppositionibus stanti-
bus arguitur sic: quia sub tãta quantitate quanta est
quantitas totius masse existentis in concauo orbis lu
ne: non potest stare ignis: nec illam per eius augmẽta
tionem attingere potest: ergo conclusio vera: cõsequẽ-
tia bona: antecedens probatur: nam sic sequeretur ꝙ
forma ignis posset informare totã massam materie pri
me que nunc secundum aliquam eius partem informa-
tur forma terre: secundum aliam formam aque: conse-
quẽs est falsum: ꝯñs tenet de se: sed falsitas ꝯsequẽtis
ꝓbatur: nã dato ꝙ forma ignis informaret totalẽ mas-
sam materie prime: tunc ex vno pugillo aeris sunt decem
pugilli ignis per vnam suppositionem: sequitur ignem
occupare tunc maiorem locum in multo: q̃ nũc occu-
pat tota massa generabilium ꝛ corruptibilium: et quũ
nunc occupat totum quod est infra concauum orbis lu-
ne sequitur/ si ignis occupat maiorem locum: ꝙ tunc
latera celi magis recederent abinuicem: quod est con
tra vnam suppositionem. Si autẽ dicatur/ꝙ tũc ignis
non occupat maiorem locũ q̃ nunc occupat tota mas-
sa generabilium ꝛ corruptibilium: sequitur ꝙ tũc ignis
haberet omnem densitatem quam modo habẽt mixta
ꝛ alia elementa ab igne: et tunc per consequens ignis
staret sub maiori densitate q̃ mõ stat aer vel aqua: qḋ
est iterum cõtra vnam suppositionem. ¶ Iuxta istam
cõclusionem põt inferri ꝙ ignis in tantum põt auge-
ri ꝙ non sufficit agere in superiorem quo latera celi nõ
possunt magis distare. sequitur ꝙ ex nimia eius au-
gmentatione ignis condensatur: ergo quãto plus au-
getur: tanto plus condensatur: ꝛ quanto plus conden
satur: tanto plus violentatur: et quãto plus violenta-
tur: tãto plus debilitatur: ꝛ tandem ex nimia eius au-
gmẽtatione fieret ita debilis ꝙ non ageret in supa si
sibi applicaret. Similimodo posset probari: ꝙ terra
non posset stare sub tãta quãtitate: quanta est quãti-
tas totius masse materie prime inter concauum orbis
lune: nam sic oporteret ꝙ terra haberet omnem rari-
tatẽ quã habẽt nunc alia elementa ꝛ mixta: nam etiã
forma terre potest informare totam massam materie
prime. nam tunc oporteret ꝙ derelinqueretur vacu-
um infra concauum orbis lune: vel ꝙ terra staret sub
tanta raritate: sicut est raritas aeris: vel aque: vel ꝙ
latera celi mouerẽtur versus inuicem sicut latera vni-
us burse. ¶ Secunda conclusio: ꝙ non sub quacunq;
quantitate potest manere ignis: patet per prece-
dentem conclusionem. ¶ Tertia conclusio ꝙ non sub
quacũq; quantitate potest generari: patet ex eadem.
¶ Quarta conclusio ꝙ non est dare maximam quan-
titatem sub qua potest manere ignis: patet quia tunc
esset dare vltimum rei permanẽtis in esse sicut primo.
¶ Quĩta ꝯclusio: est dare minimã quãtitatẽ sub q̃ nõ

potest manere ignis propter eius magnitudinē ꝛ illaꝫ inuenimus in p̄rio instanti non esse ignis cuꝫ ex minima eius augmentatiōe corrumpuntur sc̄dm modum imaginandi prius dictum: sicut dictum est de igne ita dicatur ꝛ de alijs homogeneis.

Ad rationes principales respōdetur:

ꝙ p̄me quattuor probant verū: in quarta tñ assumit̄ ꝙ ignis pōt augeri in infinitū p̄ appositionē cōbustibilium: quod est contra dicta: dico ꝙ hoc debet intelligi: ꝙ igni non repugnaret si esset locus receptiuus sufficiens in quo libere posset dilatari: quin per appositionē cōbustibiliū posset augeri in infinitū: ꝛ tñ bene repugnat heterogeneis. Sed quia est defectus loci recipiētis ignis non est augmentabilis in infinitum p̄ appositionem combustibilium. ¶ Ad quintā dico ꝙ si placeret deo faceret illud quod vellet: sed hoc non esset naturaliter. ¶ De auctoritatibus adductis in oppositū dico ꝙ ex eis nō habet̄ ꝙ res terminant̄ ad maximā quātitatem sub qua possint manere: sed bene ex eis habet̄ ꝙ sint terminata in magnitudie ꝛ paruitate: ꝛ hoc vel maxia sub qua possint esse vel maxima sub qua non: vel minima sub qua sic vel minima sub qua non ꝛc.

Questio .xi.



Queritur vtrum cuiuslibet trāsmutatiōis naturalis sint p̄ncipia ꝯtraria. Et arguitur ꝙ non: quia illuminatio medij est trāsmutatio naturalis ꝛ tñ illuminatiōis p̄ncipia nō sunt ꝯtraria ad illuminationē enim sufficit mediū ꝛ p̄ntia corporis luminosi: ergo. ¶ Secūdo augmētatio ē trāsmutatio naturalis et tñ p̄ncipia ei9 nō sunt ꝯtraria. qd̄ probat̄: quia si sic hoc maxie videret̄ esse magnū ꝛ paruū: ꝛ hoc nō quia magnū et puū sunt in p̄dicamento quātitatis cui nihil videtur esse cōtrarium: vt habet̄ in predicamentis. ¶ Tertio descensus grauis est transmutatio ꝛ nō est de ꝯtrario in cōtrariū qd̄ tñ oporteret si principia talis transmutationis essent contraria. añs p̄bat̄: quia est sursum ad deorsum. modo sursum ꝛ deorsum non adinuicem contrariātur quia non sunt adinuicem actiua ꝛ passiua. ¶ Quarto transmutatio: qua aliquid transmutatur de albedine in nigredinem: potest esse trāsmutatio naturalis: ꝛ tamen principia eius nō sunt contraria: nā si sic hoc maxime esset ex eo ꝙ talis trāsmutatio esset de albedine in nigredinem tanq̄ de contrario in contrarium: sed probo ꝙ non: quia albedo ꝛ nigredo non sunt contraria: quia nō sunt actiua ꝛ passiua adinuicem. ¶ Quarto ꝯtraria sunt: que eidem susceptibili vicissim insunt sed qualibet albedine data vel nigredie: de eis falsum est dicere ꝙ eidem susceptibili vicissim insunt propter hoc ꝙ accidentia non possunt transmigrare de subiecto in subiectum. ergo. ¶ Quinto probatur ꝙ transmutationis substantialis principia non sunt contraria. nam transmutationis substantialis principia sunt substantie ex eo ꝙ substantia non componitur ex non substātijs: sed substātie nihil est contrariū: per Aristo. in predicamentis. ergo principia transmutationis naturalis non sunt contraria. ¶ Sexto per Aristo. in littera principia transmutationis oportet manere simul post trāsmutationē: sꝫ ꝯtraria nō possunt simul manere ex eo ꝙ mutuo se expellunt. ergo nulla ꝯtraria sunt p̄ncipia. ex quo nulla ꝯtraria possunt simul manere: ꝛ p̄ ꝯñs nulla p̄ncipia sunt ꝯtraria. ¶ Septimo ꝓprietas p̄ncipiorum est ꝙ nō fiant ex alterutris: sed ꝯtraria fiunt ex alterutris: vt ex albo fit nigrū: ꝛ ecōuerso. ¶ Octauo ꝓprietas principiorū est ꝙ nō fiant ex alijs sed alia ex ipsis: sꝫ hoc nō ꝯuenit cōtrarijs: quia ꝯtraria fiūt ex substantijs: ergo nō pōt dici ꝙ aliq̄ ꝯtraria sint p̄ncipia ꝛ econuerso. ergo videtur ꝙ questio sit falsa.

In oppositum est Aristo. cap. Primo

huius tractatus. oēs ergo. vbi p̄bat tā p̄ testimonium antiquorū q̄ per rationem cuiuslibet transmutationis naturalis esse p̄ncipia ꝯtraria: ꝛ hoc patet: nā quandocunq̧ aliquid fit de nouo oportet aliquid p̄fuisse qd̄ prius aliquo caruit: et quod modo habet: cū nihil fiat nec capiat esse de nouo ex nihilo. Et sil̄r quum aliquid fit de nouo aliquale: oportet ꝙ sit aliquale: ꝛ ꝙ prius nō fuit tale: quia si sic: tūc de nouo nō fieret tale. ¶ In ista questione p̄mo ponam aliquas distinctiones: secundo conclusiones. ¶ Quantum ad primū sit prima distinctio. Duplex est transmutatio naturalis. Quedaꝫ est sb̄alis: ꝛ q̄da accidentalis. trāsmutatio substātialis est per quā fit responsio per nominā de predicamento substantie ad interrogationem factam de aliquo: vt si iam fieret interrogatio de aliquo: ad quod fieret cōuenienter responsio per nomē de p̄dicamēto sub̄e: et postea fieret interrogatio de eodē et ꝯueniēter fieret rn̄sio per aliud nomē de predicamento sb̄e q̄ pri9 erat. Verbi gratia. si demonstrato aliquo queratur quid est hoc vt demonstrato Sor. conuenienter respondetur homo: et postea queratur quid est hoc: conuenienter respondetur cadauer: signuꝫ est ꝙ tūc facta ē transmutatio substantialis puta corruptio. Et nota ꝙ in ꝓposito de eodem seruo istum modum loquendi quo solemus vti cōmuniter dicendo rex Francie est hic sepultus. ¶ Trāsmutatio autem accidentalis dicitur esse illa p̄ quā fit ꝙ mutatur responsio ad interrogationē factā de eodē per nomina de predicamento q̄titatis/ qualitatis vel vbi. Si per nomina quantitatis: tūc vocat̄ augmentatio vel diminutio. Si per nomina de predicamento q̄litatis vocatur alteratio. Si per nomina de p̄dicamēto vbi: vocatur mot9 localis: exempla patent intuenti et ita potest intelligi hoc quod dicit̄ ꝙ ad quantitatē et ad qualitatē ꝛ ad vbi est motus. ¶ Sc̄da distinctio Transmutatio substantialis: vel est generatio vel corruptio. Si est generatio: tunc est acquisitio forme substātialis. Si corruptio: tunc est deperditio forme substantialis. ¶ Tertia distinctio: oīs transmutatio accidentalis: vel est diminutio: vel augmētatio: vel alteratio: vel loci mutatio. ¶ Quarta distinctio: ꝙ p̄ncipia intrinseca generatiōis dicunt̄ materia subiecta generationi: ꝛ forma que acquiritur per generationem. Principium autem extrinsecū pōt dici forma que abijcitur. Sꝫ p̄ncipia itrinseca corruptiōis/ possūt dici materia et forma que deperditur: ꝛ similiter augmētatiōis intrinsecū potest dici illud quod auget̄: et quātitas que ei acquiritur: sed principium intrinsecum est quantitas que ei deperditur: seu quia illud quod augetur non amplius denominatur. ¶ Alterationis autem principia intrinseca dicuntur illud quod alteratur: et illud quod per alterationeꝫ acquiritur. Sed p̄ncipiū extrinsecū est qd̄ p̄ alterationē deperditur. simil̄r est de motu locali: ita ꝙ cuiuslibet trāsmutatiōis: qua aliq̄d acq̄ritur: principia intrinseca dicūtur sb̄m et terminus ad quem illius transmutationis. Cuiuslibet autem transmutationis: qua aliquid deperditur: principia intrinseca dicūt̄ subiectū: ꝛ terminus a quo: ꝛ principium extrinsecum termin9 ad quē: ꝛ ecōuerso: in trāsmutatiōe

acq̄sitiuus termin⁹ a quo dicit̄ principiū extrinsecum. ¶ Quita distinctio ꝙ ꝯtrarietas dr̄ quatuor modis: vno mō ꝓut est iter qualitates actiuas ⁊ passiuas: vel inter qualitates non potentes simul inesse eidē subiecto. ꝓpter hoc ꝙ resultāt ex alia ⁊ alia actiōe qualitatū ꝯtrariarū adiuicē ⁊ sic solū est ꝯtrarietas iter entia positiua. Et sic caliditas ⁊ frigiditas: et albedo et nigredo dicunt̄ ꝯtraria. ¶ Secūdo mō capit̄ ꝯtrarietas ꝓut est iter ꝓpositiōes ꝯtrarias quā dicun⁹ ꝓpositionē vniuersalē affirmatiuā ꝓpositioni vniuersali negatiue eē ꝯtrariā: ⁊ sic vtrūqȝ extremū talis ꝯtrarietatis opȝ eē ens positiuū. ¶ Tercio mō capit̄ ꝯtrarietas: ꝓut est iter terminos significātes formas ꝯtrarias cōtrarietate primo mō dicta: ⁊ tali mō isti termini albū ⁊ nigrū dicunt̄ cōtrarij: similr mō calidū et frigidū. ex eo ꝙ significāt formas ꝯtrarias nō potētes simul existere in eodē subiecto: licet bñ successiue: ideo p̄dicti termini nō sunt simul de eodē verificabiles: sȝ bñ successiue. ¶ Quarto mō dr̄ ꝯtrarietas ꝓut est iter terminos quosqȝ: siue significēt formas ꝯtrarias adinuicē ꝯtrarietate primo mō dicta siue nō: q̄ mō non sint simul: sȝ successiue verificabiles de eodē subiecto: ⁊ sic cecus et vidēs dicunt̄ ꝯtraria qr̄ nō possunt simul: sȝ bñ successiue de eodem verificari.

Quantum ad primū sit ista supposi-
tio:ꝙ quotienscunqꝫ contingit ꝙ de aliquo potest veri
ficari aliquis terminus ꝓpter solum motum localem
factum in ipso vel in alio:qui quidem terminus nō po
terat prius verificari de ipso:tunc talis terminus non
significat aliquam rem distinctam vel superadditam
illi:de quo de nouo ē verificabilis.verbi gratia. si sor.
qui mihi prius erat a dextris vadat ad sinistram:tunc
hec est vera.sor.est mihi sinister:ideo sinistrū nō signifi-
cat aliquam rem superadditam ab ipso:quando autē
aliquod.predicatuȝ nō est de aliquo verificabile de no
uo ꝓpter solum motum localem factum in ipso vel in
alio:sed ꝓpter motum alterationis ꝓprie dicte vel ge
nerationis:vel corruptionis:tunc talis terminus sic
de nouo verificabilis de aliquo significat vnaȝ dispoſi
tionem de nouo superadditā illi de quo est de nouo ve
rificabilis:verbi gratia:hic terminus album non pōt
propter solum motum localem factum de nouo verifi-
cari de aliquo:sȝ vt debeat de nouo de aliquo verifica
ri:requiritur ꝙ precesserit alius motus ꝗ solus mot⁹
localis:⁊ ideo iste terminus dicitur significare aliquā
rem de nouo superadditaȝ illi rei que significatur per
illum terminum de quo de nouo hic terminus album
vel calidum verificatur.

Quantū ad secundum sit prima con-
clusio:ꝙ nomina figurarum non significant res distin
ctas a substantia.hoc ꝓbat:quia nomina figurarū pos
sunt de nouo verificari de substantia ꝓpter solum mo
tum localem factum:ergo non significāt res distinctas
a substantia:consequentia tenet per suppositionem:
antecedens arguitur:quia de eadem cera potest mo-
do verificari ꝙ est spherica ⁊ ꝓpter solū motum loca-
lem ⁊ alium situm partium potest verificari ꝙ sit triā
gularis:⁊ per cōsequens sphericitas ⁊ triāgularitas:
non sunt res superaddite cere successiue.Ex ista cōclu
sione sequitur figuram non esse rem supadditam figu
rato:patȝ ex eo ꝙ sphericitas non est res superaddita
cere sphericę:nec triangularitas cere triāgulari. hoc
etiam aliter probatur:qꝛ figura non videtur esse aliud
ꝗ superficies:qꝛ res figurata non dicitur aliter ⁊ aliē
figurata nisi secundum ꝙ eius supficies aliter ⁊ aliter
disponitur.Sed superficies nō est aliqua res superad
dita figurato:quod probatur:quia superficies ē termi
nus de pdicamento quantitatis.sed prius dictum est
tales terminos non significare rem distinctam a sub-
stantia et quantitate cum:ergo omne figuratū est sub
stantia vel quantitas:sequitur superficiem non esse rē
distinctam a figurato:ergo. ¶ Item si figura esset res
distincta a figurato:sequeretur ꝙ quecūqꝫ figura pos-
set annihilari manente figurato:sed hoc est falsum:nā
tunc esset vel esse posset figuratū:absqꝫ hoc ꝙ eēt ali-
qua figura:sed hoc videtur implicare contradictionē
ꝙ aliquod corpus sit figuratum absqꝫ figura:conseq̄
tia principalis ꝓbatur:nam quascunqꝫ res distinctas
ponimus:quarū vna non est pars alterius:vnam earū
deus potest conseruare:⁊ aliam annihilare:quia vnaȝ
illarū esse sine altera nō implicat contradictionē:mō
si figura ponitur res superaddita figurato:quecūqꝫ fi
gura posset annihilari figurato tamē manente. ¶ Se
cunda conclusio:esse sphericū vel esse triangulare:vel
esse figuratuȝ ⁊ sic de alijs non omnino nihil est.hoc ꝓ
batur:qꝛ si sic tunc hec est falsa esse sphericum est esse
figuratum:⁊ sic de alijs:sed hoc est falsum:falsitas pa
tet:quia hec est predicatio quidditatiua.cons:quētia
tenet:quia omnis ꝓpositio est falsa cuius subiectuȝ ꝓ
nullo supponit:mō si esse sphericum oīno nihil est:tūc
subiectum illius ꝓpositionis:esse sphericum est esse fi-
guratū ꝓ nullo supponeret:⁊ sic pdicta ꝓpō eēt falsa
⁊ sic nō potest dici ꝙ eē sphericū supponat pro ista ꝓ-
positione sphericuȝ est:⁊ esse figuratum supponat pro
illa:figuratum est:quia tunc etiam illa esset falsa esse
sphericū est esse figuratum:qꝛ significaret ꝙ hec pro-
positio sphericū est:esset ista ꝓpositio figuratum est.
sed hoc est falsum:ergo ⁊c.

Quantum ad tertium:quia dictum
est ꝙ figura non est aliud ꝗ figuratū:dubitatur vtrū
figuratum et esse figuratuȝ sint idem numero:⁊ videt
ꝙ nō per Aristotelem:septimo metaphysice qui dicit
ꝙ in dictis secundum accidens non est idem ipsum et
ipsum esse:ex quo videtur ꝙ non sit idem figuratum ⁊
esse figuratum:sphericum ⁊ esse sphericum. ¶ Rūdet
ꝙ figuratum et esse figuratum non sunt res distincte
tanꝗ substantia ⁊ accidens:quis bene possit sustine-
ri ꝙ distinguuntur sicut res et modus rei:quem quideȝ
modum rei nunc temporis vocamus significabile cō-
plexe.Et quā dicebatur in dictis secundum accidens
⁊c.bene concedo in dictis secundum accidens vbi ab-
stractum significat rem superadditaȝ illi pro quo sup

ponit concretum: sed vbi in dictis secundum accidens abstractum non significat rem superadditam illi re pro qua supponit concretum: nõ oportet ipsum et ipsum esse distingui realiter verbi gratia. albedo significat rem superadditam rei pro qua supponit hic terminus albũ sequitur q non est idem album et esse album qd patet quia forte album est sor. vel plato. sed nõ albũ est sor. et eius albedo et aliquod tale: sed quia figura nõ significat rem superadditam figurato: vt dictũ est: ideo figuratũ et esse figuratum non distinguunt ab inuicem. ¶ Et ex hoc potest poni vna conclusio q figura et esse figuratum non distinguunt: hoc probatur: quia illud idem quod est figuratum est esse figuratum: vt iam dictũ est ergo figura et figuratum non distinguuntur realiter: ergo conclusio vera.

Ad rationes principales. Ad primam negatur consequentia. et ratio est quia albedo significat rem distinctam ab albo sed nõ sic figura a figurato: quia nomina figurarum possunt successiue verificari de aliquo propter solum motum localem factum: sed albedo et esse album non. ¶ Ad secundam dico q nõ obstat q aliqui termini significant eandem rem et quorum vnus est in predicamento vno: et alius in alio: propter hoc: quia vnus forte est connotatiuus et alius non vel forte ambo sunt connotatiui: sed non eadem cõnotatione. ¶ Ad tertiam dico q est falsa de virtute sermonis statua componitur ex ere et figura: sed ad hunc intellectum cõceditur q in cõceptu diffinitiuo statue includitur conceptus cui subordinatur hoc nomen es et similiter cui subordinatur hoc nomen figura. ¶ Ad quartum dico q domificator propter hoc non est premiandus: quia aliquid de nouo producit: sed quia disponit ipsam rem taliter qualiter non erat prius disposita. ¶ Ad quintum dico talem esse concedendam: nego tamen illam esse concedendam sigillum regis est sigillum rustici: q̃uis sigillum regis sit rustici: nõ tamẽ est sigillum rustici: sed bene cera rustici. ¶ Ad sextum concedo q trianguli et quadranguli possunt nutrire hominem sed non possunt nutrire secundum illam rationem secundum quam dicuntur triãguli et quadrãguli: sed secundum illam secundũ quam dicuntur posse restaurare deperditum: ergo etc.

Quęstio. IIII.



Værit vtrum res artificiales distinguantur a rebus naturalibus. et arguitur primo q sic: quia domus est res artificialis: et nõ est res naturalis: ergo distinguitur a re naturali: cõsequentia est clara. Sed secũda pars antecedentis patet: quia nulla res naturalis est domus: ergo per conuersionem simplicem nulla domus est res naturalis. antecedẽs patet: quia quodlibet ens naturale est vnum: sed nulla domus est vnum: sed plura: scilicet lapides et ligna. ¶ Secundo statua est res artificialis et non naturalis: ergo consequentia tenet: prima pars antecedentis patet et secunda pars probatur: nam si statua esset ens naturale: tunc ipsa esset es vel aliquod huiusmodi: sed hoc est falsum: quod probo: quia bene dicimus q statua est erea: sed non dicimus es est ereum: q nihil predicatur de seipso denominatiue: nam falsum est dicere q albedo est alba: quare igitur de statua est verificabile aliquod predicatum: quod non est verificabile de ere: ideo videtur q es et statua non sunt idẽ. ¶ Tertio secare est motus artificialis et nõ naturalis motus et cum motus naturalis sit res naturalis: si ergo secare nõ est res motus naturalis videtur q nõ sit res naturalis: et per cõñs aliqd artificiale nõ ẽ naturale. ¶ Quarto faber faciẽs cultellũ: facit aliquid aliter se habere q̃ prius se habuit: sed aliter se habere nunc q̃ prius nõ potest eẽ sine diuersitate entis: ergo videtur q cum faber facit cultellum facit aliquod diuersum ab ente qd prius erat: sed hoc quod faber facit dicitur res artificialis: et preexistẽs dicitur res naturalis: ergo videtur q res artificialis sit distincta a re naturali. ¶ Quinto illud quod de nouo fit non est idẽ cũ illo qd prius erat. Sed res artificialis vt est cultellus de nouo fit: ergo videtur nõ esse idem cum ferro quod prius erat: ergo. ¶ Sexto illa differunt ab inuicem: que sic se habẽt: q aliqua eorum scilicet que sunt ab vna parte: habent in se prĩcipium motus et quietis: alia autem que sunt ab alia parte non habẽt sed sic est de rebus naturalibus q habent in se principium sui motus et quietis: artificialia autẽ non vt patet per Aristo. in litera. ¶ Septimo auctoritate Aristo. in litera dicentis: q eorũ que sunt: alia sunt a natura: alia vero propter alias causas: et dicit Commentator q per causas intellexit intellectũ et voluntatem et artẽ et similiter auctoritate cõmentatoris dicẽtis q forme artificiales sunt accidentia substantijs naturalibus modo accidentia distinguuntur ab illis: quorum sunt accidentia.

In oppositum arguitur. nam multę res artificiales sunt per solum motum localẽ. s. per ablationem aliquarum partium: vel per aliam situationem partium: ergo tales res artificiales non sunt distincte a rebus naturalibus: antecedens patet dele cõña patet per precedentem questionem: nam vbi dicebatur q per solum motum localem aliqua sunt artificialia: et per talem situationem nihil superadditur rei naturali preexistenti et per consequens res naturalis post illam factionem est res artificialis. ¶ Secundo arguitur expositorie. s. demonstrando hanc statuam: hec res est naturalis: quia lapis vel es: et hoc idẽ ẽ res artificialis q statua: ergo res naturalis est res artificialis. ¶ Tertio auctoritate Aristo. qui concedit istam: naturalia scriptum sunt artificialia non habere in se principium sui motus et quietis: modo in ista implicatur naturalia eẽ artificialia: et in ista artificialia inquãtũ naturalia bene habẽt in se principium sui motus: implicatur artificialia esse naturalia. Et similiter Aristo. bene concedit istas: archa est lignum: statua est es: ex quo sequitur concedere res artificiales esse naturales cum arca et statue dicãtur res artificiales. ¶ In ista questione primo ponam conclusiones: deinde respondebo etc.

Quantum ad primum sit prima conclusio q nõ quelibet res artificialis est res naturalis hoc probatur: quia domus est res artificialis: et non est res naturalis: quia nullum ens naturale est domus: sed plura entia naturalia sunt domus. Sed dices domus est res artificialis: sequitur ergo q domus est. si conceditur domus est. ergo domus est ens: ergo substantia vel accidens nõ accidẽs: vt patet: quia est per se seorsum existẽs per aggregationem plurium entium: ergo est substantia. si est sũa: vel ergo materia: vel forma: vel compositum: sed quodcunque istorum datur ad minus. domus est natura vel ens naturale. ¶ Respondetur q non sequitur domus est: ergo domus est ens. Quis bene sequatur domus ẽ: ergo domus est ens vel entia. ¶ Ex quo sequitur correlarie q ista a. ẽ non debet conuerti in istam ens est a. sed in istam: ens

vel entia est a vel sunt a. ¶ Sed dices quomodo est ꝙ cōcedis istam domus est ens artificiale ⁊ negas istaꝫ domus est ens: dico ꝙ hoc nomē ens ē equiuocū ⁊ de aliquib⁹ est verificabile simpliciter: hoc est sine additione: sicut de illis que sunt substātie: verbi gratia: homo est ens: sed de aliquibus non est verificabile simpliciter: sed cum additione: ⁊ tunc dicitur verificari de terminis secundum quid: sicut de terminis accidētalib⁹ significatiue sumptis: ⁊ hoc est quod notat Aristo. septimo metaphysice: quū dicit ꝙ accidētia nō sunt entia: sed entis. i. de pluribus terminis accidentalibus significatiue sumptis non verificatur hoc nomen ens sine additione: sed bene cum additione: ⁊ ideo si arguitur: domus est ens artificiale: ergo domus est ens: neganda ē cōsequētia: quia arguit a secūdū quid ad simpliciter. ex quo itero ꝙ domus nihil est: ⁊ ꝙ nullū ens ē domus: cū quo bene stat ꝙ domus sit ens artificiale. ¶ Secūda conclusio ꝙ quelibet res artificialis est ens naturale vel entia naturalia. hec probatur sic. pro cuius tamen probatione suppono primo ꝙ rerum artificialium quedam fiunt per coniunctionem plurium reruꝫ naturalium vt est domus: quedam vero per ablationem aliquarum partium sicut sunt sculpture ⁊ imagines: ⁊ quedaꝫ per solā transpositionem siue aliam situationem partiū sicut figura cere per impressionem sigilli. Tunc probat conclusio de illis que fiunt per coniunctionem partiū plurium rerum naturalium: nam in factione taliū nulla res de nouo generat: ergo tales res artificiales nō distinguūt a reb⁹ naturalib⁹: cōña tenet et antecedēs probatur: quia in factione domus: si aliqua res de nouo produceretur: aut esset forma artificialis: aut accidētalis rebus naturalibus: ⁊ hoc secundum ponentes res artificiales differre a rebus naturalibus. Sed hoc nō quia talis est figura que per precedenteꝫ questionem non ponitur res distincta a rebus figuratis. Item probatur: nam talis forma artificialis: sicut est figura vel domus: vel esset tota in toto cuius est: ⁊ tota in qualibꝫ parte: vel tota in toto: ⁊ pars in parte. non potest dici primum: ex eo ꝙ nulla forma materialis ⁊ extensa potest esse tota ī toto: ⁊ tota in qualibꝫ parte: nec pōt dici secundum. s. ꝙ in parte domus sit pars figure domus: seu talis forme superaddite: naꝫ vel in ista parte domus ante factionem fuisset ista pars forme: vel nō. si prefuisset: tunc in factione domus: non de nouo fieret ⁊ haberet propositum: si dicat ꝙ anteꝙ domus sit in parte dom⁹ non est pars forme domus: sed quando domus primus est tunc primo in qualibet parte domus est pars forme domus: non valet: nam mirabile est: si lapidi existenti ī fundo domus: qui est pars: deberet de nouo acquiri aliqua res mexistens eo ꝙ tectum poneretur supra parietes. Deinde iterum probatur conclusio de rebus que fiunt solum per motum localem: nā sicut prius dicebatur termini significantes dispositiones artificiales factas per solum motum localem non significant nec supponunt pro rebus distictis a rebus naturalibus. ex ista conclusione sequitur: ꝙ eadem res est es ⁊ statua: similiter eedem res vt lapides ⁊ ligna que sunt res naturales: sunt vnum artificiuꝫ vel ens artificiale. ¶ Tertia cōclusio. isti termini es et statua ⁊ sic de alijs qui habent diuersas diffinitiones exprimētes quid nominis subordinantur diuersis conceptibus in significādo. hoc patet: quia hoc nomen es de predicamento substantie est: sed hoc nomē statua de predicamēto qualitatis ⁊ in quarta specie sicut sunt quecūqꝫ nomina figurarū connotantia taliter esse res figuratas: vt sunt ista nomina domus / sphericum: ⁊ huiusmodi. ⁊ ex hoc sequitur ꝙ si ab aliquo queritur quid ē hoc demonstrando sphericum: male respondetur scamnum quia hic terminus scamnum cum sit de predicamento accidentis non est predicabilis in quid de substantia sꝫ in quale. ⁊ sic dicatur proportionabiliter de hoc nomine statua ⁊ alijs similib⁹.

Ad rationes principales. Ad primā

concedo illud quod probat: quia est pro vna conclusione. ¶ Ad secundam dico ꝙ statua erea nō est aliud ꝙ es: ergo ita hec est concedenda es est ereum sicut statua est erea: concedo licet non sit ita propria ⁊ quum dicitur nihil debet predicari de seipso denominatiue: dico ꝙ quando concretum ⁊ abstractum significant distinctas res ⁊ supponunt pro distinctis rebus: tunc concretum non potest vere predicari de abstracto: nec econuerso. ideo hec est falsa: albedo est alba: et etiā hec album est albedo: eo ꝙ iste terminus albedo significat vnam rem superadditam rei habenti albedinem: sꝫ quā concretum ⁊ abstractum non sic se habent: vnum illorū bene ⁊ vere potest predicari de alio: sicut est hec homo est humanitas: ⁊ humanitas est homo: et q2 sic in proposito est: ꝙ ly es ⁊ ly ereū eandem rem significant et pro eodem supponunt: ideo sequitur ipsa posse de se inuicem predicari vel verificari. ¶ Ad tertiam secare non est motus naturalis: concedo: ⁊ quum dicitur motus naturalis est res naturalis: negatur etiam supposito ꝙ concederetur: non valeret consequentia secare non est motus naturalis: ergo secare non est res naturalis: propter hoc ꝙ arguitur ab inferiori ad superi⁹ negatiue. sicut non sequitur: tu non es asinus: ergo tu non es animal. ¶ Ad quartam de cultello dico ꝙ faber faciendo cultellum: facit aliquid scilicet ferrū aliter se habere ꝙ prius se habuit: ⁊ quū dicit: ergo ē ibi diuersitas que prius non erat: concedo: ⁊ vlterius dico ꝙ illa est inter partes ferri: que aliter se habeāt ad inuicem quo ad situm ⁊ distantiam ꝙ prius se habebant: tamē non est imaginanduꝫ ꝙ illa diuersitas sit aliquid de nouo factum. ¶ Ad quintam ens artificiale de nouo fit: dico ꝙ hec de virtute sermonis est falsa: ens artificiale de nouo fit: sed tamen ad bonum intellectum concedi debet. s. ad hunc sensum: ꝙ aliquando aliquis terminus connotans dispositionem artificialem de nouo est verificabilis de pronomine demonstrāte aliquam rem: quando tamen terminus significans illam rem sub ratione qua est naturalis: nō de nouo ē verificabilis de pronomine demonstrante eandem reꝫ verbi gratia: demōstrato aliquo ligno potest de nouo verificari hoc nomen statua: quando non est de eo de nouo verificabile hoc nomen lignū. ¶ Ad sextaꝫ dico ꝙ immo ista artificialia habent in se principiū sui motus ⁊ quietis naturalis sicut naturalia: nec Aristote. dicit oppositum sed bene concedit illam reduplicationem: naturalia inquantum naturalia habent in se principium sui motus ⁊ quietis: artificialia vero inquantum artificialia non. i. in conceptu quo cōcipio aliquā rem naturalem includitur conceptus principij intrinseci motus ⁊ quietis: sed in conceptu: quo cōcipio res artificiales: non includitur conceptus principiū motus et quietis: quia non possem concipere ipsam habere in se principium sui motus ⁊ quietis: nihilomin⁹ tū possē cōcipere aliquā rē eē artificialē absqꝫ hoc ꝙ cōcipiā ipsam habere in se principium sui mot⁹ ⁊ quietis. ¶ Ad aliam dico ꝙ per hoc Arist. voluit intelligere tantuꝫ ꝙ rerū naturaliū quedaꝫ hñt suas figuras ab arte sicut es: quū facta est statua: ⁊ lapides ⁊ ligna quū sunt facta domus. ¶ Ad auctoritatē cōmētatoris dico ꝙ per hoc ipse vult ꝙ propositiones in quib⁹ ponunt termini cō-

notantes dispositiones artificiales sunt vere per accidens: vnde hec aliquando est vera et est hac tenus: et aliquando falsa: adhuc te remanente: ergo rc.

Quæstio quinta.V.



Væritur vtrum diffinitio nature posita ab Aristo. in isto secundo sit bona.s. natura est principium et causa mouendi et quiescendi eius in quo est primo per se et non secundum accidens. Et arguitur primo quia nulla oratio nugatoria non est bona diffinitio: sed sic est de predicta diffinitione. ergo. Maior patet: minor probatur: quia omne principium est per se: quando ergo dicitur principium frustra ponitur per se: et similiter per se et non secundum accidens sunt idem: ergo et similiter causa et principium idem sunt: ergo sufficeret dicere solum principium vel solum causa: quando vero dicitur principium et causa videtur esse nugatio: ergo sic videtur quod tripliciter de causa predicta oratio sit nugatoria. ¶ Secundo predicta diffinitio non est proprie propria nature: ergo non est bona: consequentia tenet: quia bona diffinitio alicuius debet esse conuertibilis cum diffinito: et proprie propria diffinitio. antecedens probatur: quia predicta diffinitio non conuenit omni nature: nec conuenit soli nature: nec conuenit ei semper: quare non est proprie propria nature: consequentia tenet per descriptionem proprie proprii positam a Porphyrione. prima pars antecedentis probatur: quia non conuenit nature celi: quamuis natura celi sit principium mouendi: non est tamen principium quiescendi: quia celum nunquam quiescit nec est aptum natum quiescere: et similiter non conuenit nature terre totalis: que quamuis sit principium quiescendi non tamen est principium mouendi: quia nunquam totalis terra totaliter mouetur: sed semper quiescit: cum sit in medio mundi. Secunda pars antecedentis probatur quod non conuenit soli nature: quia conuenit etiam calori naturali: et similiter grauitati et leuitati: sed ista non sunt nature: quia ille non sunt substantie: oportet autem naturam esse substantiam per Aristo. in isto secundo. et assumptum probatur quia grauitas est principium mouendi graue deorsum in quo est: et similiter leuitas est principium mouendi sursum eius in quo est: et similiter calor naturalis: qui est intrinsecus animatori est principium nutritionis et augmentationis que quidem sunt motus naturales: et similiter ars cantandi que est in habentibus artem est principium talis motus: qui est cantus. et talis fractionis notarum. similiter ars saltandi est principium motus. s. saltus: et est intrinsecum saltanti: tamen nec ars saltandi: nec ars cantandi sunt nature: propter hoc quia sunt accidentia. Tertia pars antecedentis probatur: quod predicta diffinitio non conueniat semper nature: nam quando lapis proijcitur sursum: tunc nec natura lapidis est principium mouendi nec quiescendi: nam tunc ille lapis non quiescit: nec mouendi: nam talis motus sicut est motus sursum: qualem tunc habet lapis: natura lapidis non est principium propter hoc quod talis motus lapidis sic est violentus. ¶ Tertio substantia non debet diffiniri per accidens: nam per Aristotelem. septimo metaphysice diffinitiones substantiarum non debent dari per additamentum: sed motus et quies sunt accidentia: natura autem substantia: ergo diffinitio nature non debet dari per motum: et quietem: et per consequens cum predicta diffinitio sit data per huiusmodi: sequitur rc. ¶ Quarto nullum absolutum debet diffiniri per respectiuum: sed natura est quid absolutum: et principium est quoddam respectiuum: ergo. maior est vera ex eo quod respectiuum nec est genus nec differentia et essentiale absoluti: sed quod natura sit absolutum patet: quia omnis natura est substantia: et hoc est quoddam absolutum: principium autem dicitur relatiue ad principiatum: ergo. ¶ Quinto nullum positiuum debet diffiniri per priuatiuum: sed natura est quoddam positiuum: quies autem priuatiuum: est enim priuatio motus: ergo natura non debet diffiniri per quietem. maior est nota ex eo quod diffinitio debet dari per notiora sexto topic. sed priuatio non est notior positione: quia habitus non cognoscitur per priuationem: sed econuerso: priuatio per habitum cognoscitur. ¶ Sexto nullum idem est principium oppositorum: quia idem in quantum idem semper natum est facere idem: sed quies et motus sunt opposita: ergo natura existens eadem non est principium motus et quietis. Et confirmatur: nam impossibile est quod idem in quantum idem moueatur et quiescat: quare impossibile est quod natura simul sit principium mouendi et quiescendi rc. ¶ Septimo illud quod est finis non est principium: natura enim est forma: que est finis generationis: et per consequens non est principium mouendi et quiescendi: cuius oppositum dicitur in diffinitione nature. ¶ Octauo quies nihil est: ergo nihil est principium eius: nec per consequens aliquid est principium quiescendi: cuius oppositum iam dictum est in diffinitione nature: quare rc.

In oppositum est Aristo. in isto secundo tractatu primo. In questione primo videndum est de expositione diffinitionis nature. Secundo videndum est quomodo predicta diffinitio conueniat nature celesti et secundum hoc erunt duo articuli rc.

Quantum ad primum sciendum: quod quamuis hoc nomen natura supponat pro substantiis. s. pro materia et forma: non tamen est in predicamento substantie: quia non significat substantiam absolute: sed in ordine et in respectu ad motum: et quietem naturalem: cuius talis substantia est principium actiuum et passiuum: et propter hoc natura est in predicamento ad aliquid sicut est hoc nomen pater. Ex quo sequitur quod si per imaginationem forma lapidis conseruaretur separata a lapide: quod ipsa desineret esse natura: quamuis non desineret esse: propter hoc quia desineret esse principium intrinsecum actiuum et passiuum quiescendi et mouendi: veruntamen accipiendo hoc nomen natura large prout natura alicuius dicitur essentia eius: tunc illa forma separata bene diceretur natura eo modo quo diceremus deum esse naturam: sed hoc est large accipiendo hoc nomen natura. Isto dicto accedamus ad expositionem et declarationem predicte diffinitionis: pro quo est sciendum quod in predicta diffinitione dicitur principium et causa: et ratio potest assignari dupliciter: et primo quia quamuis ista duo nomina idem significent: tamen quia forte significatio vnius est notior significatione alterius ipse ponit ista duo nomina ac si vellet vnum exponere per reliquum: et ex hoc patet qualiter sine nugatione ponitur principium et causa. Alia ratio potest esse quod per ista nomina Aristo. vult nobis exprimere duplicem naturam. s. materiam et formam ita quod per principium vult exprimere materiam: et per causam formam: et si dicatur quod nulla natura sit materia et forma: nec oportet exponere per ea: sed per velitis quod dicatur natura est principium vel causa: et cum omne principium vel causa sit actiuum vel passiuum: bonum est exprimere ly actiuum et ly passiuum: ita quod dicatur natura est principium passiuum vel causa

actiua mouendi et quiescendi. et hoc bene notatur per ista pricipia mouendi et quiescēdi futuri temporis. Ex hoc soluentur tunc alique instantie: que fierent: quum lapis pijcitur sursum: natura lapidis est principium mouendi et quiescendi: ex eo q potest mouere lapidem naturaliter et facere quiescere lapidē naturaliter. Et vlterius sciendum q in pdicta diffinitione ponitur ly eius in quo est ad differentiā mouentiū extrinsecorū: sicut est proijciens lapidē sursum: nam quis tale sit principium motus illius lapidis: non tamē propter hoc est natura lapidis: quia non est in lapide seu in illo quod mouetur: sed est extrinsecum eius. Similiter quum dicitur per se: hoc dicitur ad differentiam causarum per accidens motus naturalis vel quietis: et quum dicitur: primo: ponitur ad differentiam qualitatum motiuarum: sicut sunt grauitas: et leuitas: que quis sint cause per se mouendi et quiescēdi eius in quo sunt: nō tamen sunt cause prime nec principales: sed instrumētales: causa autē principalis est ipsa natura: puta forma substantialis vel materia ipsius grauis: vel leuis: ita q ly primum contrahit ly p se. deinde ponitur: nō secundum accidens quod debet esse determinatio illius quod est per se: et ponitur ad differentiam quarundam artium: que quis sint principium motus illius in quo sunt: tamen quia sunt in illo secundum accidēs ideo non dicuntur nature illius: sicut ars medicinalis aliquis enim habens medicinam potest per illam seipsum sanare: sed quia ars medicine est illi secundum accidens: quis sit causa illius sanationis: non tamen est natura illius: quia non inest ei per se: quod tamen requireret ad hoc q diceret natura. Sic igit exposita diffinitiōe nature: pt sic exponi explicite: natura ē principiū p se et principiū actiuū et passiuū mouendi et quiescēdi eius in quo est per se: et nō secundum accidens. Qua diffinitione sic declarata: pz q non est nugatoria: quia illa membra que videtur in dicta diffinitiōe facere nugationem non referuntur ad idem: sed ad diuersa: vt declaratum est. ¶ Tunc sit prima conclusio: ista predicta diffinitio nature est conuenienter data: p genus. s. p ly principium: et per differentias. s. p alia posita in diffinitione nature: que sufficiēter naturam distinguūt a quocunque alio: cum quo dicitur conuenire. cōfirmat nam predicta diffinitio explicat totum conceptū nature: et per consequens est bona.

Quātum ad secundum sciendum est q tripliciter capitur naturale: vno modo prout distinguitur contra supnaturale: et sic non accipitur in proposito. ¶ Secundo modo accipitur put distinguitur contra voluntarium: et sic iterum non accipitur in proposito. ¶ Tertio modo capitur put distinguitur contra violentum: et non contra illud quod inest alicui preter naturam: sicut motus circularis inest igni pter naturam in sphera sua. ¶ Secundo nota q celum sumitur dupliciter: vno modo excludendo motorē: alio modo cum inclusione motoris. ¶ Tunc sit prima cōclusio q accipiendo celum secundo modo motus celi est naturalis accipiendo naturale tertio modo: et cum hac conclusione patet predictam diffinitionem vere cōpetere nature celi: propter hoc q eius motus est naturalis: sed non esset naturalis nisi cēt a natura que est principium mouendi et quiescendi per se primo: eius in quo est: non secundum accidens. hoc igitur probatur: quia motus celi est actiue a motore intrinseco celi accipiēdo celum cum inclusiōe motoris cuius principium passiuum est ipsum celum: accipiendo celū cum exclusione motoris. Est tamen sciendum q natura motiua celi non solum est principium mouendi celum circulariter: sed etiam est principium quiescendi celum in loco suo in quo est: et nunq recedit: vnde celum totale semp manet in eodem loco quis secundum eius partes mutet locum. ¶ Secundo probatur conclusio: motus celi est perpetuus: ergo non est violentus: quia nullū violentum perpetuum primo: celū est naturalis: put naturale distinguitur contra violentum. ¶ Tertio motus celi principaliter intenditur a natura: sed in istis inferioribus non intenditur pricipaliter motus: sz principaliter intenditur quies: et motus propter quietem: q motus celi est maxime naturalis accipiendo naturale pdicto modo. Sz dices. sic sequeretur q i fine deberet esse velocior in q principio: negatur consequentia quiā motum naturalem velocitari in fine solum conuenit motibus naturalib⁹ rectis: sicut sunt mot⁹ sursum et motus deorsum: sed non naturalibus circularibus: sicut est celi.

Ad rationes. Ad primam: patet ex q̄stione solutio: quum ostendebatur predictā diffinitionem non esse nugatoriam. ¶ Ad secundam negatur antecedens: et cum probatur q non competit nature: immo dicitur q sic: sicut iam dicebatur nature celi non est solum causa mouendi: sed quiescendi in loco in quo mouetur circulariter a quo nunq recedit et quum dicebatur de natura terre totalis: dico q natura eius est principium actiuum sui motus: et non solum quietis: et quum dicebatur semp quiescit: nego: vnde magis credo q semp moueatur: vnde imaginor: q cū medietas terre sit eque grauis vt est altera et cum vna earum sit ablatio: q tunc vna earum sit grauior: et mouebit pellēdo aliā tā diu q cētrū totius grauitatis fiat mediū mūdi: q2 aliq ptes terre cū fluuijs currētib⁹ ad mare fluūt: et portāt de terra ex vna pte ad mare: tunc terra ex vna parte fit grauior tantum: q semp alia et alia pars terre est in medio mundi: et pellitur versus nostrū tantum q aliquando terra que erat in centro: nunc est in superficie et econuerso. ¶ Ad probationē secunde partis: dico q̄ non conuenit grauitati nec leuitati: nec calori naturali: quis hec omnia sint principium intrinsecum motus et quietis: non tāmen sunt principia pncipalia: sed instrumentalia: et hoc notabatur per ly primum in diffinitione nature. de arte vero cantandi et saltandi dico q non sunt principia motuū: sed bene sunt principia talis modi mouendi: vnde pncipium principale est forma: sed talis modi cantandi: et talis modi saltandi principium: bene est ars. ¶ Et tunc ad probationem tertie partis: dico q quis natura nō sit semp pncipium motus: et quietis: est tamē semper pncipium actiuum et passiuū motus et quietis: et hoc notauit per ly mouendi et quiescēdi: que particule sunt participia futuri tēporis. ¶ Ad tertiam concedo substantiam non debere diffiniri per accidentia: et cum de omnis natura est substantia: concedo tamen stat hoc nomē natura esse de pdicamēto accidētis: quia est nomen connotatiuum vt prius dicebatur: et ideo eius diffinitio potest dari per nomina de predicamento accidentium. ¶ Ad quartam concedo q nullum absolutum debet diffiniri per respectiuum: et tunc dico q hoc nomen natura non est absolutum: sed respectiuum: q̄uis bene supponat pro re q̄ est significabilis p nomen absolutum. ¶ Ad quintam dico q nomen priuatiuū non est prius notū q̄ cui priuatiue opponitur: nihilo minus tamen pōt esse notius positiuo: cui tamē priuatiue opponitur: et sic est in proposito de quiete: et natura quia quies: quis sit notius nota motu cui pparatur op

ponitur:est tamen notior nature cui non priuatiue opponitur. ¶ Ad septam dico q motus alicui⁹ et quies naturalis eiusdem non sunt opposita:quouis natura e principium:quis bene quieti naturali motus violentus opponatur:et quieti violente motus naturalis. ¶ Et ad confirmationem dico q quis non sit possibile idem secundum se totum simul moueri et quiescere tamē in eo potest esse principium actiuum et passiuum motus scdm suas partes:et quietis secundū se totum sicut dictum est de celo. ¶ Ad septimā dico:q quis natura sit finis vnius mutationis:tamen potest esse principium alterius:secundum q est de forma. ¶ Ad octauum dico:q quicquid dicatur de quiete:vtrum sit aliquid vel nihil:saltem natura est principium et causa eius q aliquid quiescat in suo loco naturali.

Questio.VI.



Ueritur nunc sexto vtrū natura bene diuidatur in materiā et formam:et arguitur primo q nō:quia nulla natura diuiditur in materiam:ergo questio falsa:consequentia tenet:antecedens probatur:quia nec materia diuiditur in materiā et formā nec forma:et solū natura ē materia vel forma:ergo. ¶ Scdo compositū diuidit in materiam et formam:sed compositum non est natura ergo.consequentia tenet:quia nihil aliud a composito est diuisibile in materiam et formam:cum nihil aliud a composito sit compositum ex materia et forma nihil autem est in aliquo diuisibile quin ex illo componatur antecedens patet de se quo ad vtramq partem. ¶ Tertio si sic tunc illa diuisio non videretur esse alia q secundum diuisionem vocis in sua significata:sed hoc non est:quia tunc videretur q hoc nomen nature esset equiuocum:sed hoc est falsum:quia significat materiam et formam sub eadem ratione:scilicet q vtrum q eorum est principium mouendi et quiescendi eius in quo est per se et non secundum accidens. ¶ Quarto nec materia nec forma est natura:ergo questio falsa. antecedens probatur:quia natura dicitur quasi nascentia rerum:siue generatio rerum:ergo. ¶ Quinto si natura diuideretur in materiam et formam:hoc esset in materiam substantialem:et formam substantialem:sed hoc est falsum:quia forma substantialis non magis videtur esse res distincta a materia:q forma artificialis:vnde sicut forma artificialis est tota substātia artificialium:ita videtur q materia naturalium sit totalis substantia naturalium:q aliter et aliter est formata:absq hoc q in ipsa materia generetur aliqua res noua:multo magis videtur q agens naturale possit materiam facere diuersimode esse figuratam absq productione alicuius rei de nouo:puta forma substantialis.

In oppositum est Aristoteles in isto secundo capitulo huius tractatus. ¶ In ista questione primo pono aliquas propositiones:secundo mouebo aliqua dubia et soluam.


Quantum ad primū sit ista conclusio prima:q materia est natura:que probatur sic:materie competit diffinitio nature:ergo.consequētia tenet:antecedens probatur:quia materia est cui competit principium intrinsecum passiuum sui motus et quietis eius in quo est per se primo et nō secundū accidens quia ens naturaliter mouetur et quiescit ratione materie que est subiectum motus vel quietis. ¶ Secunda conclusio q forma substantialis est natura:hoc probatur:quia est principium mouendi et quiescendi primo eius in quo est per se et non secundum accidens:ergo conclusio vera:consequentia tenet per diffinitionē nature. Sed dices videtur q forma non sit natura:quia si sic hoc videtur propter hoc:quia ipsa est principale actiuum motus et quietis illius cuius est:sed hoc est falsum:quia principale principium cuiuslibet motus est ipse deus. Respondeo q forma est natura non propter hoc q est principale actiuum motus et quietis:modo quis primus motor sit principale principium cuiuslibet motus et quietis:non tamen est principium intrinsecum sed extrinsecum:nam primus motor cuiuslibet quod mouetur vel quiescit est principium extrinsecum. ¶ Tertia conclusio:nihil aliud a materia et a forma est natura:hoc probatur:quia nihil aliud ē principium intrinsecum mouendi et quiescēdi eius in quo est primo et per se.et non secundum accidens:ergo nihil aliud est natura:et semper intelligēdo de forma substantiali. ¶ Iste cōclusiones sunt de mente Aristo.in isto secundo capitulo predicto:in quo ostendit de quo dicitur hoc nomen natura:vbi solum materiam et formam vocat naturam:sed composita vocat naturalia vel habentia naturam:et accidentia vocat entia secundum naturam. Ex hoc sequitur q natura bene et sufficienter diuiditur in materiam et formam nō intelligendo de diuisione reali sed logicali. ¶ Ex predictis sequitur:q nullum accidens est natura:nam nullum accidens est substantia vt dictum est:ergo nullum accidens est natura. ¶ Secundo nullum accidens est pars essentialis alterius entis:ergo nullū accidēs est natura. ¶ Tertio qua ratione vnum accidens esset natura eadem ratione quodlibet aliud:et per consequens sequeretur q forma artificialis esset natura:et sic res artificiales inquātū artificiales haberent in se principium motus et quietis quod est contra Aristotelem in isto secundo. Alterius sequitur q nullum accidēs ē principiū intrinsecū principale passiuū nec actiuum motus et quietis:patet quia nullum accidēs est natura:sequitur vlterius q nullum accidens est principale productiuū alicuius effectus:neq forme substātialis neq accidentalis:nam sic tunc esset principium principale actiuum alicuius motus:cuius oppositum dictum est. sequitur vlterius q caliditas non est principale productiuū caloris nec frigiditas frigiditatis.

Quantū ad secundū sit prima dubitatio:nam videtur q accidens possit esse principale actiuum alicuius motus:nam si caliditas esset separata per imaginationem:adhuc ageret:et cum non videtur esse aliud principale principium actiuum preter agentia superiora q caliditas:modo qua ratione esset principale agens:eadem ratione nunc quando erat in subiecto:ergo. ¶ Secundo videt q esset principale subiectum motus:nam posito per imaginationem q grauitas esset separata a subiecto:et poneretur sursum ipsa descenderet vt videtur:et talis descensus non videtur esse aliud subiectum q illa grauitas:ergo etc. ¶ Tertio lumen est productiuum caloris:sed lumen est accidens:ergo accidens est productiuū alicuius. ¶ Quarto albedo est accidens:et est principale agens speciei visibilis in oculo:ergo. ¶ Quinto:nā dicitur q ignis inquantum calidus calefacit:modo hoc non esset verum:vt videtur:nisi caliditas esset principale agens calefactionis:ergo. ¶ Sexto:nam dicit Aristo.in secundo de generatione:q qualitatum primarum quedā

sunt actiue et quedam passiue: modo hoc non videtur esse verum nisi accidentia essent principalia agentia alicuius actionis. ¶ Septimo sic illud est principale agens alicuius effectus cui talis effectus assimilatur: sed sic est de aliquibus accidentibus: quod patet: quia quum ignis agit caliditatem in aquam caliditas aque assimilatur caliditati ignis et non igni: ergo.
¶ Octauo sic illud est principale alicuius actionis ad cuius augmentationem intenditur velocitas actionis: sed sic est de quibusdam accidentibus: quia ad augmentationem caliditatis alicuius agentis intendit velocitas ipsius actionis: ergo. ¶ Nono illud est principale agens in aliqua actione penes cuius proportionem ad resistentiam attenditur velocitas actionis: sed sic est de accidentibus: quod patet: quia si aliquid calidum agit in aliquod frigidum velocitas talis actionis attenditur penes proportionem caliditatis ad frigiditatem. ¶ Decimo si sic non esset sequeretur q idem simul frigefaceret et calefaceret: consequentia patet de forma substantiali aque. illa enim calefacit: ex quo caliditas inducte caliditatis non est agens principale: et illa ita frigefacit: quia reducit aquam calefactam ad frigiditatem &c. ¶ Ad ista respondetur pro quo notandum q solet distingui duplex agens: principale et instrumentale: modo in omni actione principale agens est substantia. instrumentale autem potest esse aliqua res superaddita substantie sicut est caliditas in actione ipsius ignis vel potest esse quidam modus se habendi ipsius substantie sicut est acuties ipsius cultelli: dicimus enim q cultellus incidit inquantum acutus: si enim non esset acutus non scinderet: vel saltem non bene. ¶ Isto notato dico q ad primum argumentum q impossibile est naturaliter q talis grauitas separaretur a substantia: sed cum hoc contingat miraculose: tunc talia non sunt accidentia: quia ex quid nominis accidentis implicat contradictionem accidens esse sine subiecto sed tunc illa habent se ad modum substantie: et tunc separata ea a substantia suppleret vices substantie que deberet esse principale principium actiuum: vel passiuum talis motus vel quietis. ex hoc patet quid sit dicendum ad primam et secundam rationem. ¶ Ad tertiam de lumine dico q non est agens principale sed instrumentale coloris. ¶ Ad quartam similiter dico q albedo non est principium adhuc productiuum speciem sed substantia: mediante albedine tanquam mediante instrumento. ¶ Ad quintam et sextam dico similiter &c. ¶ Ad septimam dico q non omne illud est agens principale cui similatur effectus. vnde aliquando effectus sibi assimulatur instrumento sicut quando cum malleo fabricat malleum. ¶ Ad octauam dico q non oportet omne hoc esse agens principale ad cuius augmentationem velocitatur actio: sed sufficit q sit instrumentale: vnde cum acuties cultelli intenditur melius scindit: non propter hoc acuties est agens principale. ¶ Ad nonam dico q non oportet hoc esse agens principale penes cuius proportionem ad resistentiam attenditur velocitas: sed sufficit q sit agens instrumentale. ¶ Ad vltimam dico q non est inconueniens idem frigefacere vnum et calefacere reliquum &c.

Ad rationes principales. Ad primam concedo q nulla natura diuiditur in materiam et formam: cum hoc tamen stat q illa que significantur per hoc nomen natura coniunctim: significantur per ista duo nomina diuisim. s. materia et forma: et ita debet intelligi cum dicitur q natura diuiditur in materiam et formam: et ex hoc patet ad secundam rationem. ¶ Ad tertiam dico q non propter hoc: hoc nomen natura est equiuocum: nam hoc nomen animal diuiditur in asinum et hominem tamen est vniuocum. ¶ Ad quartam dico: q tam materia quam forma est rerum nascentia: nam quodlibet eorum est generatio. dictum est in primo huius: q generatio aliquando accipitur pro materia: aliquando pro forma. ¶ Ad quintam dico q non est simile de formis cultelli artificialibus: et de formis naturalium: nam propter mutationem forme artificialis: non mutatur interrogatio seu responsio facta ad questionem per quid: sicut bene mutatur ad imitationem forme substantialis. et quando dicitur agens artificiale potest disponere materiam sic q omnino appareat alia quam prius absque productione alicuius de nouo: concedo: ergo hoc potest facere agens naturale: concedo: sed tamen non hoc facit: vnde non potest rem disponere taliter q mutetur responsio facta ad interrogationem per quid nisi producat aliquam rem de nouo in materia puta formam substantialem &c.

Questio. VII.



Queritur consequenter vtrum differentia quam assignat Aristoteles inter scientiam naturalem et mathematicam sit bene assignata: scilicet q scientia naturalis diffinit per motum: mathematica autem non. & primo arguitur sic. mathematica non differt a scientia naturali: probatur: nam omnis scientia: saltem humana est a natura puta ab intellectu: et confirmatur: nam mathematica est de magnitudine naturali: ergo est scientia naturalis. consequentia tenet: nam hoc videtur sufficere ad hoc q sit naturalis: antecedens probatur: nam omnis magnitudo est naturalis: et ex eo q secundum quod dictum est primo huius magnitudo non distinguitur seu non ponitur res distincta a re magna. Deinde probatur supposito q scientia naturalis et mathematica essent scientie distincte q adhuc mathematicus non differret a naturali: nam posito q esset idem homo qui haberet scientiam naturalem: et mathematicam tunc ille homo esset mathematicus: et non differret a naturali: ex eo q etiam est naturalis: quia habet scientiam naturalem. ¶ Et confirmatur: omnis homo est naturalis mathematicus est homo: ergo est naturalis: ergo non differt a naturali. discursus est bonus: premisse sunt vere: de minori notum est de se: sed de maiori probatur: nam omnis homo est compositus ex materia et forma: et per consequens omnis homo est naturalis. ¶ Deinde probatur q mathematicus diffiniat per motum: nam mathematicus diffiniens circulum: dicit q circulus est figura plana in cuius medio est punctus a quo omnes linee ducte ad circumferentiam sunt equales. ecce qualiter in ista diffinitione ponitur hic terminus ducte qui est terminus connotans motum. Deinde probatur q non semper naturalis diffinit per motum: nam naturalis considerat aliqua immobilia: sicut primum motorem qui est omnino immutabilis: ergo non debet diffinire ipsum per motum. similiter naturalis primam materiam considerat: que nullum motum sibi determinat ergo diffiniens ipsam non debet eam diffinire per motum. similiter naturalis considerat de substantijs naturalibus: cum ergo motus sit accidens: et substantie non debeant diffiniri per accidentia sequitur naturalem non diffinire per motum.

In oppositum vult Aristo. in isto se-

cundo tractatu.capitulo p̄io.¶ In iſta q̄ſtione p̄mo
ponā aliquas ꝓpoſitiones ꝑ expoſitione terminoꝝ. ſe
cundo ponam aliquas concluſiones ex quibus pate-
bit reſponſio.

Quātum ad primum ſupponendum
eſt ꝙ nō eſt īpoſſibile de eadē re habere diſtinctas no-
titias.aliud clare p3:nā de eodē poſſet haberi notitia:
ꝙ ſit librari⁹ et ignorare ꝙ ſit ſcriptor:et ſi de eodē poſ
ſit haberi notitia:ꝙ ſit ſcriptor:ꝛ ignorare ꝙ ſit libra
rius . Iſto ſuppoſito dico primo ꝙ ad hoc ꝙ aliqua ſci
entia dicat̄ naturalis:nō ſufficit ꝙ ſit a natura:p3 hoc
qz.ſi hoc ſufficeret:tunc oīs humana ſcientia eēt natu
ralis.¶ Secūdo dico ad hoc ꝙ aliqua ſcientia dicat̄
naturalis nō ſufficit ꝙ ꝯſideret de rebus naturalibus
qz ſi ſic tunc ſcientia mathematica deberet dici natu-
ralis.Sed hoc eſt falſum:conſequentia tenet ex eo ꝙ
ſcientia mathematica conſiderat ꝓ omnibus rebus
mundi:conſiderat enim terminos ꝓ omnibus rebus
mundi ſupponētibus.¶ Tertio dico ꝙ ad hoc ꝙ aliq̄
ſciētia dicatur naturalis:requirit̄ ꝛ ſufficit: ꝙ de illis
de quib⁹ conſiderat / ꝯſideret aliquo quoꝝ natura eſt
principium ſicut motus ꝛ operatiōes naturales.i. ꝙ
cōſyderet de terminis ſupponētib⁹ ꝓ reb⁹ naturalib⁹
et inueſtiget terminos cōnotātes motū et operationes
naturales: ꝛ hoc eſt cōſyderare de reb⁹ naturalib⁹ ſe-
cundum ꝙ ſunt naturales:ꝛ ex hoc ſequit̄ ꝙ oēs illi
termini dicunt̄ termini naturales:q̄ cōnotant motum
vel in cui⁹ conceptu includit̄ ꝯceptus ip̄i⁹ mot⁹.Illi
aūt termini dicunt̄ mathematici q̄ non ꝯnotāt motū
ſed connotant magnitudinem et menſuram.

Quātum ad ſecundū ſit prima cōclu
ſio ꝙ oīs terminus pertinens ad ſcientiā naturalē: ſi
ꝑfecte debet diffiniri op3 ꝙ in ei⁹ diffinitione exp̄mēte
q̄d nominis ponat̄ aliquis termin⁹ exprimens motus
vel mutationes:ꝓbatur:nā ſicut iā dictū eſt:oīs ter
minus naturalis vel pertinens ad conſyderationē ſci
entie naturalis eſt connotatiuus motus:ꝛ q̄ ſic eſt ſe
quitur ꝙ nunq̄ eius ſignificatio exprimitur niſi ī ei⁹
diffinitione exprimēte quid nominis ponatur termi-
nus ſignificans motum vel mutationē:ſ3 ꝯtra hoc in
ſtat ſic.Prim⁹ motor eſt de cōſyderatiōe ſciētie natu
ralis:ꝛ tñ in eius diffinitione non ponit̄ ille terminus
motus:quia eſt omnino īmobilis: ſeq̄t̄ ꝙ in eius diffi-
nitione non debet exprimi aliq̄s terminus ꝯnotās mo
tū vel mutationē.¶ Rñdet̄ ꝙ q̄uis primus motor ſit
īmobilis:tñ q̄ mouet op3 ꝙ in eius diffinitione exp̄-
mēte quid nominis exprimat̄ motus:ꝛ hoc p3:nā 3 na
turalis volēs deſcribere iſtū terminū:prim⁹ motor de-
ſcribit eum ſic:primus motor eſt principium mouens
īmobile. Et nota ꝙ ſi aliqui terminī abſolute ꝯſyderāt̄
a p̄ho naturali:illi nō ꝯſyderant̄ abſolute:ſ3 reſpecti-
ue ad motū ꝛ ad operationes naturales:ꝛ ꝓpter hoc
etiā naturalis diffiniēs terminos nō diffinit eos ꝑ p̄-
dicata quidditatiua. Sed hoc ꝑtinet ad metaphyſi-
cū:ſed ꝑ p̄dicata cōnotātia:vnde diffiniēs hominē nō
diffinit eū ſic:hō eſt aīal rōnale mortale:ſed ſic:homo
eſt quoddā cōpoſitū ex aīa ꝛ corpore:ſed ſi mathema-
tic⁹ deberet diffinire eūdē:hoc eſſet ꝑ p̄dicata conno-
tātia extēſionē:ſeu magnitudinē:ꝛ ideo q̄uis idē ter-
minus a plurib⁹ artib⁹ poſſet deſcribi:tamen hoc eſ-
ſet ꝑ terminos alterius:ꝛ alterius cōnotationis recte
a ſimili:ſicut ſi diceret̄ prius: ꝙ de eodē homie habeo
notitiā ꝙ ſit librarius ꝛc.volens ergo deſcribere eum
addam officium quod pertinet ad librarios : vel ſcri-
ptores.¶ Scd̄a concluſio.Termini mathematici ad
hoc ꝙ ꝑfecte deſcribant̄:nō op3 ꝙ in eoꝝ diffinitio-
nibus exprimantur termini ꝯnotantes motū :ꝛ ope-
rationes naturales : immo nō debent ꝑ huiōi terminos
deſcribi:p3:nam ſicut dictū eſt termini mathemati-
ci nō cōnotant motū:ꝛ ideo q̄ in eorum conceptu nō
includitur ꝯcept⁹ motus:ſequit̄ ꝙ nec in diffinitioni
bus debet exprimi terminus ſignificans motū:vel ali
quid in ordine ad motū.¶ Tertia concluſio.ſi termi-
ni mathematici deberent ꝑfecte deſcribi oporteret ꝙ
in eorū diffinitionib⁹ exprimerent̄ termini ſignifican
tes magnitudinē:vel menſurā:hoc patet:nam in eorū
ꝯceptib⁹ includūt̄ termini ſignificatiui figure:vel ma
gnitudinis:ꝓpter quod ſi in eorum diffinitionib⁹ hu-
iuſmodi termini non exprimerent̄ tunc in eorū diffini-
tiōes eēnt īperfecte ꝛ diminute.¶ Quarta concluſio
ſciētia mathematica ꝛ ſcia naturalis nō ſunt diſtīcte
ꝑꝑ hoc ꝙ ꝯſiderāt de diſtīctis reb⁹:p3 hoc:nā ex quo
quilibet earū de oīb⁹ reb⁹ cōſyderat:ſicut iā dictum eſt
ſequitur ipſas nō ꝓpter hoc eſſe diſtinctas.¶ Quin-
ta concluſio:nec propter hoc ſunt eedem: quia de eiſ-
dem rebus conſyderant:p3 hoc nā de eodē re hō pōt
haberi notitie diſtincte ſicut prius dicebat̄.¶ Sexta
cōcluſio.ſciētia mathematica:ꝛ ſciētia naturalis diſtī
Væritur vtrū diffinitio fortune data ab Aristotele sit bona. s. Fortuna est cā p̄ accidēs extra semper ⁊ frequenter fm̄ p̄positū eoꝝ que propter hoc sunt. Et arguit̄ primo q̄ fortuna non debeat diffiniri. nam illud de quo nō est scia nec pōt esse / nō debet diffiniri. Sed fortuna est huiusmodi ergo. maior est nota. minor p̄bat̄. q̄z fortuna est ens per accidēs: ⁊ de tali nō est sciētia: per Aristotelem in. vi. Metaphysicę. ¶ Secūdo probat̄: q̄ fortuna nō potest diffiniri: quia illud quod est ignotum ⁊ incertuȝ non debet diffiniri Sed fortuna est huiusmodi. ergo. maior p̄z. minor est Aristo. in litera. ¶ Tertio probatur. q̄ predicta diffinitio nō sit bona: quia nulla oratio nugatoria est diffinitio bona: sed sic est de predicta diffinitione: que ponitur esse diffinitio fortune. ergo: maior patet. minor probat̄: q̄z in p̄dicta diffinitiōe ponit̄ ly per accidēs: sȝ cū per accidens sit: qḋ fit extra semper ⁊ frequēter: ideo frustra ponit̄ ly extra semper ⁊ frequenter. ¶ Quarto sic. nulla oratio implicatiua oppositoꝝ est bona diffinitio: sed sic est de p̄dicta oratione q̄ ponitur esse diffinitio fortune. ergo. maior patet: minor probatur: q̄z in p̄dicta diffinitiōe dr̄ q̄ fortuna est causa p̄ accidēs. et cū hoc dicit̄ fm̄ p̄positū eorū que p̄pter hoc sunt: modo ista vident̄ repugnare. s. q̄ fortuna sit causa per accidēs effectus fortuiti ⁊ q̄ forma sit causa agētis fm̄ p̄positū effectus fortuiti. ⁊ si fortuna est agēs effectū fortuitū fm̄ p̄positū: tunc effectus fortuitus est intentus a fortuna agente: ⁊ p̄ cōsequēs fortuna nō est eius causa per accidens: sed causa per se. Et similiter si effectus fortuit⁹ est de numero eorū que propter hoc sūt: videtur q̄ propter effectū fortuitū agens agat tanq̄ propter intētum ab agente: ⁊ tūc etiā agens fortuitū non est p̄ accidēs cā effectus fortuiti. sic ergo videt̄ q̄ ista mēbra repugnēt. s. cā per accidēs ex vna parte ly fm̄ p̄positum eoꝝ que p̄pter hoc sunt: ex alia parte. ¶ Quinto diffinitio cōpetit aliis a fortuna: ergo non ē bona diffinitio fortune: p̄ñā tenet: q̄z diffinitio nō debet cōpetere aliis a diffinito: añs probat̄: posito q̄ sit aliq̄s domificator: qui sit music⁹: si intēdat facere domū ⁊ faciat eā: tūc musicus est causa per accidens illius domus extra semper ⁊ frequenter fm̄ p̄positū eoꝝ que propter hoc sunt: ⁊ tamen musicus nō est fortuna: nec domus facta a musico in isto casu est defectus fortuitus. ¶ Sexto p̄bat̄ q̄ fortuna non sit causa p̄ accidēs: nā fortuna est natura p̄ Arist. in litera: q̄z est intellectus: qui est natura: sed natura est causa p̄ se suorū effectuū. ergo. ¶ Et confirmatur: nam hec est per se fortuna est causa effectus fortuiti: ergo videt̄ q̄ fortuna sit causa p̄ se ⁊ non per accidens. ergo ⁊c.

In oppositum vult Aristoteles in isto secundo: tractatu quarto: vbi ponit p̄dictā diffinitionem fortune tanq̄ bonam. ⁊ nō oportet ammonere nisi ly fm̄ p̄positū: ⁊ tūc est diffinitio casus ita q̄ diffinitio fortune super diffinitionē casus addit ly fm̄ p̄positū. ¶ In ista q̄stione primo ponēde sunt distinctiōes secūdo cōclusiōes: ex q̄bus apparebit diffinitio quid nōis fortune. ⁊ hec est rñsio ad quesitū. tertio vidēduȝ est q̄ res sit fortuna: et que casus. quarto ad quod genus cause reducatur.

Quantū ad primum sit prima distinctio: q̄ effectuū p̄uenientiū ab agentibus: quidā sunt intenti: quidam nō intenti. sed eueniunt preter intentionē agentis. verbi gratia: si aliquis iret ad forū ⁊ intēderet emere panē: tamē inueniret thesaurū: quā tamē inuētionē nō intendisset: tūc illa emptio panis diceretur effectus intentus ab agente: ⁊ inuētio thesauri diceret̄ effectus non intentus ab agente. Et est sciēdum: q̄ ipsum agens respectu intenti dicit̄ causa p̄ se. respectu vero effectus nō intēti dicit̄ causa p̄ accidēs Consimili modo exemplū possit poni in naturalibus: vt si natura intenderet p̄ducere hominē cū quinq̄ digitis in vna manu: ⁊ p̄duceret cū sexdigitum⁹ effectus diceretur intentus: ⁊ respectu illius natura diceretur cā p̄ se. secundus effectus diceretur non intentus ⁊ respectu illius natura diceret̄ causa p̄ accidens. ¶ Secunda distinctio. q̄ effectuū nō intētoꝝ quidam eueniunt semp̄ vel frequēter cū effectus intētoꝝ. Vbi gratia quū aliq̄s in hyeme intēderet ire ad hallas p̄ emptione carnis nō intēderet maculare sotulares suos: et tū vt plurimū macularet: i tali casu maculare sotulares est effectus nō intētus q̄ semp̄ vel frequēter accidit cū effectu intēto: sed si aliq̄s eūdo ad forū. inueniret thesaurū p̄ter intensionē: talis effectus diceretur non intentus eueniens extra semper ⁊ frequēter. ¶ Tertia distinctio. q̄ adhuc effectuū nō intētoꝝ quidā sunt notabilis bonitatis ⁊ malitie: sicut est inuētio thesauri: vel fractio tibie. quidaȝ non sunt notabilis bonitatis vel malitie sicut est inuētio vnius pili: vel casus vnius pili in fricatione barbe. modo sciendū est q̄ illi effect⁹ nō intenti qui sunt notabilis bonitatis vel malitie dicunt̄ de numero hoꝝ: qui propter hoc sunt: nā tales effect⁹ si p̄sciret̄ essent digni vt p̄pter eos fieret actio puta fuga: aut p̄fectio. effectos aūt nō intenti: qui nō sunt notabilis bonitatis vel malitie: dicuntur de numero eoꝝ: que nō p̄pter hoc sunt: qui si p̄scirentur nō essent digni vt propter eos fieret actio. ¶ Quarta distinctio. q̄ agētiū quedam dicuntur agentia fm̄ p̄positū: sicut sunt agentia per intellectū ⁊ rationē p̄fectā: quedam aūt dicuntur agentia non fm̄ propositum. sicut sunt agentia carentia ratione: ⁊ intellectu.

Quantum ad secūdum: sit prima cōclusio: q̄ ab effectibus non intentis qui prouenīūt vt in pluribus non dicuntur fortunati: vel non fortunati patet ex cōmuni vsu loquēdi: nam propter hoc q̄ aliquis vadat in hyeme ad forum: causa emendi panē: et maculat sotulares preter intētionē: ex hoc non sequitur q̄ sit fortunatus: vel infortunatus. ¶ Secūda cōclusio. ab effectibus non intentis: qualitercūq̄ eueni


unt qui sunt notabilis bonitatis vel malitie: nō dicuntur fortunati: vel infortunati. Patet similiter ex communi vsu loquēdi: sicut prius dicebat̄ de piso et incatione barbe. ¶ Tertia cōclusio. ab effectibus nō intētis: q̄ proueniūt nō in pluribus: ⁊ sunt notabilis bonitatis: vel malitie: ⁊ fiūt ab agēte ſm ꝓpositū ⁊ habēte intellectū ⁊ vōne ꝑfectā: aliq̄s dicit̄ fortunari: vel infortunari: patet silr ex cōi vsu loquēdi de inuentione thesauri ⁊ de fractione tibie. ¶ Quarta cōclusio. effectus agentiū nō a ꝓposito dicunt̄ fortunati vel infortunati nisi valde metaphorice: nam aliter in inanimatis et carētibus ratione contingeret ꝙ aliquid agerēt a fortuna: modo hoc non est nisi ex cōi vsu loquendi: nō dicimus enim ligna et lapides esse fortunata: nisi valde improprie ⁊ metaphorice. vnde si dicim⁹ lapidē positū in altari esse fortunatū: ⁊ lapidē positū in pede esse infortunatū: hoc ē valde metaphorice. Similiter in aīatis carentibus ratione: sicut de equo ⁊ asino: ex cōi modo loquendi: non dicimus aliquod eius accidere fortuite sed bene casualiter: ⁊ similiter in infantib⁹ cū nō agūt a proposito. ¶ Quinta cōclusio. diffinitio fortune posita ab Aristotele est bona: ꝓbatur: quia explicat conuertibiliter cōceptū istius termini fortuna per suū genus: ⁊ per suas differentias: ⁊ per respectū ad effectum fortuitum respectu cuius dicitur fortuna patet hoc: nā ibi ponitur hoc nomen causa tanq̄ genus ⁊ ponitur ibi ly per accidēs ad ostendendū ꝙ nō dicit̄ fortuna respectu effectuū ꝑ se intentorū: ⁊ dicit̄ extra semꝑ et frequenter ad ostendēdū ꝙ non dicitur fortuna respectu nō intētorū qui frequēter accidūt cū effectibus intentis. ⁊ qd̄ dr̄ ſm ꝓpositū ad ostendēdū ꝙ agentibus nō ſm ꝓpositum nō inest fortuna: et dicitur eorum q̄ propter hoc sunt ad ostendendū ꝙ effectus respectu quorū dicitur fortuna vel infortuna debent esse notabilis bonitatis vel malitie. Et sicut ista diffinitio est declarata: ita omittendo ly ſm ꝓpositū residuum erit diffinitio casus.

Quātum ad tertiū articulum posset queri que res sit casus: ⁊ q̄ res fortuna. Fortuna eīm est intellectus ⁊ voluntas: ⁊ casus est natura: que non est intellectus. vnde vtrūq; est natura: sed fortuna est agētis ſm propositum: casus aūt ē natura nō agētis ſm ꝓpositū: ⁊ hoc nō accipiendo casum prout distinguit̄ contra naturā: ⁊ prout est gen⁹ ad fortunā ⁊ ad casuꝫ in ꝓpria sua significatione acceptū. Sed est sciēdū ꝙ q̄uis eadē res sit intellectus ⁊ fortuna: tñ differūt ſm rationē. i. habent diuersas rationes exprimētes quid nois. vnde hoc nomē fortuna significat eādē rem: quā hoc nomē intellect⁹ significat: sed sup significationem huius termini intellectus: hoc nomē fortuna cōnotat ꝙ illa res est agēs ſm ꝓpositum alicuius effectus: et preter eius intentionē producit vnū alterū notabilis bonitatis vel malitie: qui est de numero eorum: qui extra semper: ⁊ frequenter solent euenire. Cōformiter potest dici de his nominibus casus ⁊ fortuna. vt patet ꝑ Aristotelem in litera ⁊ pluribus locis. ⁊c.

Quantum ad quartum. dico ꝙ casus et fortuna sūt cause. Patet primo ex diffinitōib⁹ eorū in quibus ponitur hoc nomen causa: probatur etiā ratione: quia cōuenienter respondetur ad interrogationem factam propter quid. vt quā dicimus propter qd̄ est hoc dicim⁹ a casu ⁊ a fortuna: vt si aliquis querat: ꝓpter quid fregisti tibi tibiam: rn̄detur ꝓpter casum ⁊ infortuniū. ¶ Secundo dico. ꝙ casus ⁊ fortuna non sunt cause materiales suorū effectuū: quia non intrāt cōpositionē effectuū: oportet enim materiam intrare cōpositionē illi⁹ cui⁹ ē materia. ¶ Tertio dico ꝙ nec casus: nec fortuna sunt causa formalis suorꝫ effectuuꝫ ꝓbatur cōsimili ratione sicut prius. ¶ Quarto dico. ꝙ casus ⁊ fortuna nō sunt cause finales suorꝫ effectuū: ꝓbatur: nā tūc effectus fortuiti essent effectus intenti: intendens eīm finē: intendit ordinē ad illum: sed hoc est contra dicta. Et ex alio: nā intellectus: vel natura ē finis effectuum fortuitorꝫ: sed ista sunt casus ⁊ fortuna ergo. ¶ Quīto dico ꝙ cas⁹ ⁊ fortuna sunt cause efficiētes suorum effectuū: probatur: nam q: sunt cause ꝑ primū dictū: ⁊ nō sunt cause materiales per scđm: nec formales ꝑ tertiū: nec finales ꝑ quartū: ergo sunt cause efficientes cōsequētia tenet: q: non sunt plura genera causarꝫ istis quattuor. Sed dices tu: effect⁹ fortuiti sūt infinite cause: sed nullius effect⁹ sunt infinita agētia. ergo. ¶ Dico ꝙ quū Aristoteles dixit ꝙ effectuū fortuitorꝫ sunt infinite cause: non itellexit ꝙ effectuū fortuitorū essent infinite cause: quarū quelibet esset fortuna capiendo fortunā ꝓ aīa vel pro voluntate: sed capiendo pro intentione sicut non tot quin plurū quodlibet potest esse effectus fortuiti. i. nō cum tot quin cum plurib⁹ intentis pōt accidere effect⁹ fortuitus. ꝙ. ⁊c.

Ad ratiōes principales. Ad primam quā dicebat̄ ꝙ fortuna non debet diffiniri: q: fortuna ē ens per accidēs: dico ꝙ de ente per accidēs nō ē scīa: nec hoc est ꝯtra dicta: q̄uis enim fortuna contingēter fiat tamē de fortuna pñt formari cōclusiōes scibiles. ¶ Ad scđam dico ꝙ immo fortuna ē nobis nota: sicut patet ex questione. sed ꝓ intentione Aristo. dico ꝙ intellexit ꝙ effectus fortuitus non preciciatur euenire. ¶ Ad tertium dico ꝙ nō frustra additur extra semꝑ ⁊ frequenter: nam aliqua bene eueniunt per accidēs ab aliqua causa: que tamen non eueniūt extra semꝑ ⁊ frequenter: sicut pꝫ de sotularib⁹. ideo ly extra semꝑ ⁊ frequenter est cōtractū per ly per accidēs. ¶ Ad quartā dico ꝙ nō implicat: nam non scđm idem dr̄ causa ꝑ accidēs ⁊ agens ſm propositū: q: dr̄ agens ſm ꝓpositū respectu effectus intenti: sed agens ꝑ accidens respectu nō intenti. Similiter effectus fortuitus non dicit̄ propter hoc fortuitus ꝙ agens agat ꝓpter ipsum: sed dicitur propter hoc ad intellectum p̄dictū ꝙ si p̄sciretur dignū esset vt propter ipsum fieret actio. ¶ Ad q̄ntam dico ꝙ per accidēs capitur dupliciter: vno modo vt notat non intentionē: alio mō vt notat ꝓpositionē cōtingenter veram. primo modo dr̄ ꝙ fortuna est cā ꝑ accidens sui effectus fortuiti ⁊ nō secundo modo: ⁊ musicus in casu predicto nō dicitur cā per accidens: accipiēdo accidēs p̄mo mō: sed bñ dr̄ cā ꝑ accidēs accipiēdo ꝑ accidēs scđo mō: q: hoc ē ꝑ accidēs music⁹ est cā domus. sic ergo pꝫ qualiter ī p̄dicto casu diffinitio fortune non conuenit aliis q̄ diffinito: ex eo ꝙ in diffinitione ly per accidens capitur prout denotat nō intentionem. ¶ Ad sextam: cōcedo ꝙ casus ⁊ fortuna sunt cause per se ⁊ hoc effectuum intentorum: sed non sunt cause per se respectu effectuum casualium: sed per accidens. Alterius quando dicebatur hec est per se: fortuna est causa effectus fortuiti: cōceditur. cum hoc tamē stat: ꝙ sit causa per accidens: prout hoc per accidens notat non intentionem agētis: q̄uis non sit causa effectus fortuiti per accidens: prout ly per accidēs notat ꝓpositionem esse contingenter veram.

Questio. XIIII.



Væritur vtrum aliqd fiat a fortuna et casu: et arguit primo q nō. nihil fit malū in natura: sz aliq̄ effect⁹ casuales sunt mali: ergo tales nō sunt a natura. maior ē nota ex eo q deus et natura nihil agūt frustra seu male. minor pbat: q̄ mōstra q̄ dicunt esse effectus casuales dicunt peccā et mala in natura. ¶ Scdo natura nō abūdat in superfluis: nec deficit in necessarijs: vt dr tertio de aīa: modo si aliq̄ fierent effectus casuales: sicut mōstra: q hō gn̄aret cū tribus pedibus: vel cū vno: tūc natura abūdaret in superfluis: vel deficeret in necessarijs. ¶ Tertio nihil fit pter intētionē: g nihil fit a casu: ꝯña tenet p diffinitionē cas⁹: aña pbatur: q̄ omne quod fit: fit a prima causa: que nihil agit pter intentionē. ad cuiuslibet enim effectus pductionē cōcurrit prima causa efficiēs. ¶ Quarto. in celo nihil fit a casu: ergo nec in istis inferioribus: ꝯña tenet ex eo q ista inferiora reguntur a celo. aña probat q ex eo q motus celestes qui fiūt in celo fiunt cōsimiliter nō extra semp et frequēter. ¶ Quinto. si aliquid fieret a casu vel hoc esset propter hoc q fieret raro vel q causis eius suff. ciēter applicatis talis effectus ab eis producit. nō pōt dici primū: nā tūc aliq̄ cōiūctiōes planetarū: sicut iste que fiūt raro / dicerēt fieri a casu et a fortuna: qd est falsū: nec pōt dici scdm: ex eo q quotienscūq causę alicuius effectus sunt sufficiēter applicate ad illū effectum: necessario sequitur ille effectus.

In oppositum est Aristo. de cuius intētione ē aliqd fieri a casu et a fortuna. ¶ In ista questione primo vidēdum est an aliquid fiat a casu. secundo vidēdū est qualiter aliqd dicatur fieri casu et similiter suo modo vidēdū ē de fortuna. tertio si casus et fortuna reperiantur in cōtingentibus ad vtrūlibet.

Quantum ad primū sciendum est: q erant due opiniōes extreme de ista materia et vna media. Prima asserat q nihil fieret a casu: et illa dixit hoc esse ideo: quia omnia ex necessitate eueniunt. ¶ Alia opinio erat que dixit q omnia fierēt a casu: et mouebātur ab isto principio: q̄ oīa q̄ fiunt pter intēsionē agētis fiunt a casu: sed oīa q̄ fiūt in natura fiūt pter intētionē agētis ex eo q si fierēt cū intentiōe agētis oporteret q natura pducēs cognosceret finē producēdum: sed hoc nō: cū enim lapis descēdit nō cognoscit finem qui acquirit per eius descensum. ideo dicit ista opinio q lapis descēdit a casu. Et cōsimiliter dicit cōsimiles effect⁹ qui fiunt a natura fieri a casu: et silr ista opinio dicit q necessitas operationū et dispositionū rerū naturaliū nō prouenit ex parte finis: sed ex parte materie: vñ dicit q nō pluit propter herbas: q̄ pluuia aliquando nocet herbis sicut prodest: sed pluit: propter hoc q primo vapor calefactus eleuatur sursum: et postea cōuersus in aquā propter grauitatem descēdit et fit pluuia. ¶ Cōtra istas opiniones fm opinionē mediā ponuntur conclusiones: prīa q aliqua fiūt a casu et aliqua nō: prīa pz: q̄ aliqua fiūt per intētionē agētis. vñ artifex sicut si aliquādo intēdit scribere a. scribit b. scdm pz: nā nō est verisile q motus celestes fiāt casualiter postq̄ ita regulariter fiunt: patet hoc p diffinitionē casus: q̄ illa. eīn que fiūt a casu: nō fiunt semper et frequenter. ¶ Ad rationes ergo opinionū contrariarum respondetur ad rationē primā: q nō oīa de necessitate eueniūt: per hoc eīn tolleret libertas liberi arbitrij. ¶ Ad rationē secūdā: cū dicebatur: illa que producit natura pducit pter intētionē: respondet q verum est si intentio capit p cognitione: lapis enim quū descendit nō cognoscit finē propter quem descendit: si vero intentio caperetur pro inclinatione naturali: tunc negatur q oē qd fit a natura fit pter intētionē: vnde quū lapis descendit q̄uis descēdat pter cognitionē tamē nō descēdit pter inclinationē naturalē: modo cū dicitur casualia sunt que fiunt pter intentionē agētis intelligit pter inclinationē naturalē: ergo quū lapis descendit et frangit ollam descensus ille non est casualis: q̄ ad illū inclinatur lapis ex sua natura: sed fractio olle dicitur casualis. quia ad illam nō inclinatur ex sua natura. Et vlterius quando dicebat ista opinio q nō plueret propter herbas: negatur: et quādo dicit q aliqū nocet herbis: dicitur q hoc est a casu. ¶ Isto viso patet q aliqua fiunt a casu: videndum est modo propter quid aliquid dicitur fieri a casu. Ad quod respōdetur: q ideo fit a casu: q̄ fit pter intentionem et inclinationem naturalem ipsius producentis &c.

Quantum ad secundū: suppono primo q in istis inferioribus ad cuiuscūq effect⁹ productionem cōcurrūt plura agentia particularia: vñ ad cuiuscūq effect⁹ productionē prīa causa effectiue cōcurrit. ¶ Secundo suppono q quelibet talia agētia plura sunt vnū sub alio vel ambo sub tertio: ita q inter omnia ista est dare vnū primū. ista suppositio patet ex secūdo et tertio metaphysice et quarto huius. ¶ Tertio suppono q inter illa agētia agēs primū agit mediantibus alijs tāq̄ mediantibus instrumentis dirigēs et regulās actiōes illorū agētiū: cognoscens quēcūq effectū producēdū a se cū illis causis partialib⁹ pz: hoc nā videt verisimile q deus seu illud primū pducat aliquē effectū quem nō cognoscat pducendū: et quē pducat preter eius intētionē. ¶ Tūc sit vna distinctio q aliqd dicimus posse fieri a casu dupliciter s. simplr et fm quid. Illud dr fieri a casu simpliciter qd fit pter intētionē cuiuslibet agētis ipm pducētis ita q nullū agētiū ipm producētiū intēdat. Sz illud pōt dici fieri a casu fm qd qd fit a pluribus agētibus: et fit pter intētionē aliquorū: de numero illorū agentiū: sz nō omniū. verbi gratia: si aliquis effectus produceret simul a sorte et a platone: et produceretur a sorte pter intētionē: et a platone cū intētione: tunc ille effectus diceret fieri a casu fm quid. Vbi gratia. Si sortes iret ad sequanā illa itētiōe q vellet trahere nauē: et plato iret illa intētione vt vellet se balneare: et tūc cogeretur ad trahēdū nauē cū sorte. tūc illa tractio nauis posset dici casualis fm qd: q̄ in ordine ad platonē: licet nō in ordine ad sortē. ¶ Tūc sit prima cōclusio. In natura aliqd pōt fieri a casu scdo mō. probat. q̄ possibile est q aliqs lapis descēdat et in descēsu frāgat vnā ollam Silr possibile est q agens naturale intendat aliquem finē puta pducere sibi sile: et pducat sibi dissile: puta mōstrū: ergo cōclusio vera: aña patet de se: ꝯña probatur. nā huiusmodi effectus sicut fractio olle et productio mōstri: sunt effectus casuales respectu nolatorum agētiū: postq̄ fiunt pter naturalē inclinationē: et intētionē ipsorū. ¶ Secūdo: in arte aliquādo aliqua fiunt a casu: ita etiam in natura: cōsequētia tenet ex eo q sicut est in arte ita etiā in natura: cum ars sit imitatiua nature. ¶ Scda ꝯclusio. nihil fit a casu simpliciter: probat: q̄ omne qd fit fit a pluribus agentibus concurrētibus p primā suppositionē: inter que vnum est primū per secundā: q effectū pducendū cognoscit: et propter illū agit: vel pducit p tertiam. ergo talis effectus non

fit simpliciter a casu:tenet ꝯsequẽtia ꝙ illud dicitur fi eri simpliciter a casu qđ fit ꝑter intentionẽ cuiuslibet ꝓducentis. ¶ Secũdo arguit ad idẽ auctoritate Alui centensis ⁊ eius exẽplo:sup isto scđo:vbi dicit:ꝙ si pa terfamilias suũ bouẽ sciret cecidisse ad puteũ ⁊ mittat fortẽ ⁊ platonẽ filios suos ad puteũ:afferendo aquã: ⁊ mittat eos sic.ꝙ vnus nesciat de alio quid sibi cõmit titur:⁊ credat eos simul venire ad puteũ:⁊ quã vident bouem extrahũt eum a puteo:⁊ talis extractio bouis nõ est casualis respectu mittentis:sed bñ respectu mis sorũ.ita ꝙuis aliquis talis effectus sit bñ casualis re spectu aliquaꝝ causarũ particularũ:non tñ respectu prime.f.deꝫ:eo ꝙ si ista q̃ dicim⁹ fieri casualiter re spectu causarũ particularũ etiã fierent casualiter re spectu prime cause:sequeret ꝙ postq̃ illa essent facta non conseruarentur a prima causa:postq̃ fuissent facta preter eius intentionẽ:sed ꝯñs est falsum de mõstris q̃ ꝓducta sunt in esse:⁊ cõseruant a prima cã. ¶ Tertio auctoritate Boetij dicẽtis:q̃cũq; veniũt sũt debite or dinata ⁊ bñfacta:⁊ ideo nihil inordinat i natura.sed si aliqđ dr inordinatũ:hoc est solũ ad nostrã apparentiã non deuiãdo ab ordine nature vniuersalis:sed bñ par ticularis.Ex ista conclusione patet sicut non sequitur hoc fit ꝑter intentionẽ agentis illius:ergo fit preter in tentionẽ agentis ab inferiori ad superius negatiue:sic etiam nõ sequitur hoc est casuale respectu illius agen tis:ergo est casuale respectu agentis:q: hoc nomen ca suale icludit negationẽ. Secũdo sequit ꝙ aliqua pñt dici magis ⁊ min⁹ casualia:nã q ic fiunt ꝑter pluriũ agentiũ intentionẽ ista magis casualia dicũtur q̃ illa q̃ nõ fiunt ꝑter intẽtionẽ tot agentiũ ipsa ꝓducẽtiũ.

Quãtũ ad tertiũ presupposita distin ctione ꝯtingẽtis in ꝯtingens rarũ:ꝯtingens vt in plu ribus:⁊ in ꝯtingẽs ad vtrũlibet:similiter ꝙ contingẽ tia ad vtrũlibet potest attendi i ordine ad causam ma terialẽ ⁊ subiectiuã:vel in ordine ad causam efficientẽ ⁊ hoc in ordine ad agens pure naturale vel ad agẽs se cũdũ ꝓpositũ suppono ꝑmo:ꝙ agẽtia naturalia plu ries ⁊ frequẽti⁹ ꝓducũt effect⁹ irẽtos:q̃ nõ irẽtos.ꝑꝫ hoc.nã pluries ꝓducitur hõ cum quinq; digitis i vna manu q̃ cũ plurib⁹ vel paucioribus:similiter pluries ꝓducitur vitulus cũ vno capite q̃ cũ plurib⁹. ¶ Se cũda suppositio ꝙ agentia que agunt scḋm ꝓpositum plures ꝓducũt effectus notabilis bonitatis vel mali tie quos intendũt:q̃ ꝙ producũt effect⁹ quos nõ intẽ dunt:videmus enim illos frequentius ditari qui labo rant ⁊ intendunt ꝓ diuitijs:q̃ illos qui nõ laborãt ꝓ ipsis.verũtamen agẽtia scḋm ꝓpositũ plus deficiunt ab eoꝝ intento q̃ agẽtia pure naturalia nõ agentia scḋm ꝓ positũ:⁊ hui⁹ ratio est:nam agẽtia naturalia:agunt solum propter bonũ:agentia autẽ scḋm propositũ agũt ꝓpter bonum apparẽs. ¶ Tertia suppositio:ꝙ casus ꝓprie loquendo:tunc accidit quã ꝓducitur aliquis ef fectus nõ intentus:seu preter intentionẽ:⁊ inclinatio nẽ agentiũ naturaliũ nõ scḋm ꝓpositũ.Et notanter dico agentiũ ⁊ nõ scḋm ꝓpositũ:q: q̃uis eclipsis lune fit ꝑter itẽtionẽ ipsi⁹ motoris:ꝑꝫ hoc ꝙ eclipsis lune est defe ct⁹ luminis lune:⁊ nõ motor nõ intẽdit defectũ sui orbis mobilis.Et q̃uis eclipsis lune fiat raro nõ tñ dr fieri a casu ꝓpter hoc ꝙ nõ fit ꝑter itentionẽ suaꝝ cãrũ agentiũ simul:⁊ etiã semꝑ fit qñ oẽs ei⁹ cause agẽtes simul cõ currũt. Patet hoc etiam ex alio ꝙ non fiat a casu:nã eclipsis lune potest presciri:sed casualia ⁊ fortuita nõ possunt presciri.dicit enĩ Aristotel.casum ⁊ fortunã esse incerta. ¶ Quarto suppono ꝙ tũc accidit fortuna qñ aliquis effect⁹ notabilis bonitatis vel malitie accidit

alicui agenti scḋm ꝓpositũ ꝑter eius intẽtionẽ. Ex ista suppositione sequitur ꝙ qui pauciora precogitãt ⁊ in tendũt:plura accidũt eis fortuita:patet hoc:q: oẽs ef fectus boni qui eis accidũt dicũtur effect⁹ fortuiti:q: eueniũt eis fortuite propter hoc ꝙ accidũt eis preter itentionẽ eoꝝ:⁊ ꝓpter hoc cõiter dicitur:vbi maxim⁹ intellectus ibi minima fortuna:qđ non intelligitur ꝙ magis sapientib⁹ minus de bono accidat:sed intelligi tur ꝙ magis sapientibus:qui de multis ꝓuidẽt:pau ciores effectus dicũt fortuiti:⁊ minus sapientib⁹ plu res effectus dicũtur fortuiti.Et totũ dicitur ꝓpter hoc ꝙ hic terminus fortuna cõnotat aliquẽ effectũ fieri vel accidere preter eius intentionem.f.illius cui accidit. ¶ Tunc sit prima ꝯclusio ꝙ accipiendo casum ꝓprie si cut iam dictũ est:casus reperitur in ꝯtingẽtibus raro: patet hoc:nam ꝑ tertiã suppositionẽ:tunc casus dicit accidere:quãdo ꝓducitur aliquis effectus ꝑter inten tionẽ agẽtiũ naturaliũ:sed hoc est raro ⁊ non i ꝯtingẽ tibus equaliter:ꝑ primã suppositionẽ:ergo cas⁹ repe ritur in cõtingẽtibus raro:⁊ nõ in ꝯtingentibus equa liter. ¶ Secũda cõclusio.accipiendo fortunã proprie sicut dictũ est nõ reperitur in ꝯtingentibus equaliter: ꝓbatur:nã ꝑ quartã suppositionẽ:tunc accidit fortu na:qñ euenit aliquis effectus notabilis bonitatis vel malitie ꝑter intentionẽ agentis scḋm ꝓpositũ:sed hoc ẽ raro ꝑ secundã suppositionem ⁊ nõ equaliter. ergo. ¶ Tertia conclusio accipiendo fortunã improprie ali ter q̃ dictũ est casus ⁊ fortuna reperiunt in ꝯtingenti bus equaliter:immo adhuc ita large accipiunt casus ⁊ fortuna:ꝙ aliquẽ effectũ intentũ dicimus esse fortu nã:vnde aliquẽ ludentẽ ad taxillos si lucratur dicim⁹ hoc esse a fortuna:nõ obstãte ꝙ intendebat lucrari.nã Cõmẽtator qñ dixit casum ⁊ fortunã non reperiri in cõ tingentibus equaliter intellexit hoc casum ⁊ fortunã accipiendo ꝓprie:sicut iã exponebatur. ¶ Rationes principales bene ꝓbant nihil fieri a casu simpliciter cum quo tamen stat multa fieri a casu scḋm quid.

Questio.XV.

Queritur an natura in tẽdat ꝓducere mõstrũ:⁊ arguit primo ꝙ sic:mõstrũ intendit ꝓ duci a natura:ergo. ¶ Ꝯsequentia videtur esse bona:añs ꝓbatur nã posito ꝙ iã ꝓductus sit vn⁹ homo monstrosus:tunc arguit sic:hoc demonstrando illum ho minẽ intenditur ꝓduci a natura.sed hoc est mõstrum ergo mõstrũ intẽditur ꝓduci a natura.ꝯsequẽtia bona q: syllogismus expositorius:⁊ minor est vera:sicut ꝑꝫ ꝑ casum:ꝙ maior sit vera ꝑꝫ:q: hoc ẽ eiusdẽ speciei cũ ꝓducẽte:ergo nõ minus intenditur ab ipso:q̃ si nõ eẽt mõstrũ. ¶ Secũdo.ad cuiuscũq; monstri ꝓductionem ꝯcurrit prima causa:sed ista nihil ꝓducit ꝑter ei⁹ intẽ tionẽ:ergo ad minus ipa intendit illud. ¶ Tertio.mõ strũ est ens naturale:sed quodlibet naturale cũ ꝓduci tur intendit a natura.ergo ⁊c.ꝙ mõstrũ sit ens natura le ꝑꝫ:q: est ꝯpositũ ex materia ⁊ forma:⁊ tale noiatur naturale.ergo. ¶ Quarto.in ꝓductione monstri ma teria disponitur per naturã:ꝑ gñatione monstri:ergo mõstrũ intenditur a natura ꝯsequẽtia tenꝫ q: aliter hoc posset ꝓbari intẽdi a natura:videlicet:q: materia disponitur ꝑ naturã ad gñationẽ mõstri:consimili modo non possumus ꝓbare naturã agere ꝓpter finem.vnde ꝓpter hoc ꝙ natura disponit materiã dispositionib⁹ cõuenientibus scḋm generandorum dicimus sitте argui

tinus q̃ natura agat ꝓpter finē. ¶ Quinto nisi monstrū intenderetur a natura sequeretur q̃ postq̄ esset ꝓductū nō āplius haberet curā de eo: ꝯñs est falsuʒ: falsitas patet: q2 nos videm⁹ postq̄ aliquis homo est generat⁹ cū.sex digitis ī vna manu: natura ita bñ nutrit ⁊ auget sextū digitū sicut alios: qḋ nō esset si nō hēret curā de eo. ¶ Sexto monstra nō sunt gratis imo fiūt aliquādo propter finē: ergo videtur q̃ intēdātur a natura: ꝯsequētia patet: añs ꝓbatur: q2 monstra fiunt ad denotandū euenire aliquid futurū: pꝫ hoc ꝑ Romanos qñ nascebātur eis monstra offerebant hec diis eorum: vt auferrent ab eis illud malum futurū: cui⁹ male illud monstrum erat pronosticatio.

In oppositū arguitur sic: peccatū & malū nature nō intēditur a natura: sed mōstrū ē peccatū nature: ergo. ¶ Scḋo mōstruositas est dispositio discōueniens ⁊ innaturalis ipsarū rerū mōstruosarum ergo natura nō intendit ea ꝓpter hoc q̃ natura nō intendit discōueniētia ⁊ innaturalia rerum naturalium. ¶ Tertio q̃ natura producat monstrū: hoc est a casu: qḋ aūt fit a casu fit preter intentionem illius respectu cuius dicitur ille casus: ergo cū mōstra dicantur casualia respectu nature particularis sequitur q̃ natura nō intendit ipsorum defectum. ¶ Quarto. sicut est de mōstris in arte ita est etiā de monstris in natura: sed sic ē q̃ artifex facit ea preter intentionē faciendi ea: ergo etiam sic est de mōstris naturalibus: maior videt̄ certā vera: minor patet: nā quā aliquis intēdit scribere vnā orationē verā: ⁊ scribit vnā falsam: hoc est ṗter ei⁹ intentionē. patet hoc: q2 postq̄ est scripta statī delet eā. qñ videt eā esse falsam. ¶ In ista q̄stione primo videndū est de q̄d noīs huius termini mōstrū. scḋo videndū ē de causis in gñali gñatione monstri. tertio de quesito.

Quātum ad primum sciendum est q̃ monstrū ē euenire in natura ṗter cōe ⁊ solitū cursuʒ nature a l aliquod futurū designandū vnde antiqui sicut designabatur in sexto argumēto ꝑ mōstra genita in tali vel tali regione ꝓnosticabātur talia vel talia futura euenire in tali vel tali regno: ita q̃ hic terminus mōstrū ē terminus cōnotatiuus: qui supponēs ꝓ aliq̄ ꝯnotat ipsum esse factū preter cōem ⁊ solitū cursuʒ nature ⁊ cōnotat ipsum habere quandaʒ difformitatē in ordine ad effectus naturales ꝯsuetos ꝓduci q̄uis nō q̄dā difformitas ad effect⁹ naturales seu ad aliquos effectus: non tamē in ordine ad totuʒ vniuersuʒ: vñ q̄uis homo cum duob⁹ capitibus sit quedā difformitas in specie humana: nō tñ ad totuʒ vniuersum: ex hoc q̃ totū vniuersum decorat̄: ⁊ sit pulchrius per monstra.

Quantum ad secundū articulum: sciendū est q̃ gñatiōes mōstrorū aliqñ fiūt ex ꝑte materie vt qñ est nimis multa: vl̄ nimis pauca: vñ dicit Albertus q̃ semel gñabatur vna puella cū māmis pendentibus: ⁊ hoc ꝓpter abundantiā femine: sed qñ generātur hoīes sine pedibus: vl̄ cū vno pede: hoc est propter paucitatē materie. Aliqñ etiā mōstra fiūt ex parte cōtinētis: vnde aliqñ ꝓpter strictitudinē matricis vel ꝓpt rupturā vl̄ indebitā inuolutionē violentā: generantur mōstra aliter: ⁊ aliter disposita. Aliqñ etiā generātur ex parte agentis: ⁊ hoc ex parte gñantis instrumētalis sicut sunt qualitates prime: vnde aliquādo propt nimiū defectū caloris vl̄ aliquid huiusmodi generant̄ viri maleficiati: qui possunt dici mōstra: q2 nō possunt habere vsum cū mulieribus sicut cōīter solet viri. Aliqñ autē ex parte agentis principalis: verbi grā: si pro aliquo tēpore esset ꝯstellatio ꝯueniēs pro gñatiōe porcorū ⁊ plus in vno tēpore q̄ in alio: tunc forte ꝑ illā cōstellationē generaret̄ homo habēs vultū magis lōgū q̄ ꝯsuetus est esse vultus hoīs: q2 illa ꝯstellatio velut ꝓducere vultū porci: ⁊ generās vultum hoīs: alie ergo cause cōcurrentes refrangentes se adinuicē simul ꝓducūt vultū hominis longū: ⁊ longiorē q̄ ꝯmuniter solent esse vultus hominum: ergo ⁊c.

Quantum ad tertium articulū sit prima distinctio: q̃ duplex est natura: vniuersalis ⁊ particularis sicut prius dicebat̄: per naturam vniuersalē itelligitur prima causa. ¶ Secūda distinctio. naturaʒ aliquid in ordine intendere: potest intelligi dupliciter vno modo principaliter tanq̄ melius ⁊ optimū ī ordine intentionis. Alio modo minus principaliter: ⁊ quodā mō minus pīcipaliter ꝯditionaliter: vbi nō potest obtinere optimū: verbi grā: vt si aliquis iret ad curiaʒ Romanā: ⁊ intenderet ꝓcurare episcopatū: ⁊ in casu vbi nō obtineret episcopatū vellet impetrare vnam dignitatem aliam scilicet prepositurā: ⁊ sic principaliter intenderet episcopatum ⁊ minus pīcipaliter intēderet ṗposituram vel aliquod tale. similiter quā aliquis lapis descenderet principaliter intēderet descendere ꝑ lineā rectā: ⁊ minus principaliter ꝑ lineā obliquā: nā si caderet supra aliquā tabulā trāsuersaliter positā descēderet ꝑ lineā obliquaʒ si posset. ¶ Tertia distinctio q̃ mōstruʒ vno modo capitur ꝓ subiecto alicuius alio modo pro mōstruositate seu difformi dispositione subiecti. ¶ Tunc aliqui ponūt istas ꝯclusiōes: prima q̃ natura particularis bene intendit ꝓducere mōstrū accipiēdo monstrū pro subiecto: seu pro illa re que est mōstruosa: probatur: nā ꝓducto aliquo mōstro arguitur sic: hoc intenditur a natura: ergo ꝑ conuersionem simplicē intendit natura hoc. Sed hoc est mōstrū accipiēdo mōstrū pro subiecto vel absolute: non prout iste termin⁹ mōstrū notat mōstruositatē. ¶ Scḋa conclusio natura particularis nō intendit mōstrū intentiōe principali prout hic terminus monstruʒ supponit pro tali dispositione: patꝫ: q2 in tali intentione intendit qḋ melius est: modo talis dispositio nō est melior. ¶ Tertia cōclusio. natura particularis bene intendit monstruʒ accipiendo mōstrū pro tali dispositione intētione minus principali: pꝫ: quia postq̄ melius est ꝓductio sub dispositione etiam indebita q̄ si omnino non ꝓduceretur: sequitur q̃ appetat ꝓducere magis q̄ omnino nō ꝓducere: ergo talis dispositio indebita intēditur min⁹ pīcipaliter. ¶ Dicunt nō curādo de istis conclusionibus aliter potest saluari questio ꝓ qua supponendū est q̃ aliqua sunt verba sicut sunt ista itelligere cognoscere scire intendere appetere que terminos sequētes se restringūt ad supponēdū ꝓ his ꝓ quib⁹ supponunt nō absolute: sed cuʒ appellatione rationis: ⁊ nā ꝯcept⁹ ṗcedētes talia verba nō restringerēt ad supponēduʒ ꝓ his pro q̄bus supponunt cū tali appellatione: ⁊ isto modo ꝯceditur q̃ deū trinū ⁊ vnū cognouit Aristo. et tñ Arist. nō cognouit deū trinū ⁊ vnū. ¶ Isto supposito sit prima ꝯclusio. natura particularis nō intēdit ꝓducere mōstrū. ꝓbat̄: mōstra dicunt̄ fieri a casu in ordine ad naturā particularem: ergo natura particularis ṗter intentionē ꝓducit mōstra: ⁊ ꝑ ꝯsequens nō intendit ꝓducere monstrū. ¶ Secūdo. natura intēdit ꝓducere sibi sile ⁊ nō dissimile: modo quum ꝓducunt̄ mōstra ꝓducunt̄ dissimilia in dispositionibus ꝓducentibus. ¶ Secūda ꝯclusio mōstrū intenditur a natura: probatur ꝑ primā rationē positā in pīcipio questionis: ita q̃ virtus ꝯclusionis stat in hoc q̃ producto aliquo mō

stro natura particularis bene intēdebat ꝓducere hoc sȝ nō intēdebat ꝓducere hoc sub tali ratiōe mōstruosa ¶ Tertia ꝯclusio. mōstrū itēditur a natura vniuersali: ⁊ natura vlis intēdit ꝓducere mōstrū: ꝓȝ: nā ꝙ sunt mōstra: hoc est ad decorē vniuersi: sȝ oē tale intēdit natura vlis. Ex alio nā vlis bñ ꝑscit ipȝ fieri talis dispositiōis: ꝗ nō ꝓducit ipm tale ꝑter intentionē: ⁊ sicut ꝑus dicebat in ordine ad ꝑmā cāȝ nō sūt aliq̄ casualia: sed oīa que ꝓducit: ⁊ qualitercūq; ꝓducit cū intētiōe ergo natura vniuersalis ita intēdit producere mōstra sicut monstra intendunt ab ea. Et imaginandū est hoc quis sicut ī arte aliq̄ñ magister operis precipit subdito suo: vbi gr̄a de arte pingēdi faciās ibi talē imaginem turpem: ⁊ ite ꝙ ille subditus nesciens ad quē finē vnde volet ꝙ debet facere talē imaginē: recte facit eā cōtra intētionē: vnde postq̄ circa illā imaginem facte sunt alie imagines: tūc ꝓpter diuersitatē taliū imaginū totū aggregatū redditur valde pulchꝝ: et hoc bñ sciebat magister operis: quis hoc nō ꝑsciebat subditꝰ ita recte est in natura quā ꝓducunē mōstra cū vniuersalis bene ꝑscit ꝙ ex hoc vniuersum redditur valde pulchrum: ergo intendit principaliter monstrum.

Ad rationes dico ꝙ oēs rationes adducte hinc inde: aliq̄ue bene probāt ꝙ natura particularis nō intēdit mōstrū: sed ꝙ mōstrū intēditur ⁊c. Et aliq̄ bene ꝓbāt ꝙ natura vlis intendit monstrū ⁊ ecōuerso. Et nota ꝙ ista propositio mōstrū intēditur a natura particulari: nō conuertitur in istā qḋ intēditur a natura est monstrū: sed in istam quod intenditur a natura particulari est vel erit monstrum.

Questio. XVI.

Queritur vltimo vtrū in dispositiōibus ⁊ operationibꝰ naturalibꝰ necessitas sit ex fine vel ex materia: vbi gratia ꝙ dētes anteriores sint acuti: ⁊ posteriores sint obtusi. an sit sm̄ exigentiam materie: sicut quidā antiqui dixerūt ꝙ eēt propter paucitatē materie: vel multitudinē materie dentium ante et retro. Uel an hoc sit propter finem: nam sic sequeretur ꝙ agens naturale quod agit huiusmodi dispositiones cognosceret finem: sed hoc est falsum: ex eo ꝙ multa sunt agentia naturalia que non cognoscunt finem: probatur consequentia: quia aliter agentia naturalia non viderentur agere huiusmodi dispositiones naturales nisi a casu. ¶ Secundo sicut est ī arte ita videē eē in natura ex eo ꝙ ars ē imitatrix nature: sed in arte necessitas capiē ex materia et nō ex fine: assumptū ꝓbatur: qꝛ ex cōstitutiōe domꝰ primo ponuntur lapides: qui sunt grauiores: deinde ligna que sunt iterū minus grauia. modo talis situs ⁊ dispositio domꝰ nō fit ꝓpter finem ipsius domꝰ: sȝ fit ꝓpter exigētiā ipsius materie domus. ¶ Tertio naȝ ꝙ pluit non fit ꝓpter aliquē finem: sed sm̄ exigentiaȝ materie: ergo non cuiuslibet operationis ⁊ dispositionis naturalis necessitas ꝓuenit ex fine: sȝ ex materia. ꝯsequentia tenet: prima pars antecedentis patet naȝ si plueret ꝓpter aliquē finē: hoc videretur esse propē crementū herbarū ⁊ frumentoꝝ: sed hoc est falsum: qꝛ aliquando ita nocet sicut prodest: scd̄a pars antecedētis ꝓbatur: qꝛ ꝙ pluit fit ex eo ꝙ vapor calefactus calore extrinseco puta solis eleuatur sursum vsq; ad mediam regionē aeris: ⁊ tunc ibi ex frigiditate medie regionis aeris ꝯdensatur in nube: ⁊ ꝯuertitur in aquā ⁊ naturaliter grauis descēdit ⁊ tunc pluit: ex isto sequitur ꝙ pluuia fit sm̄ exigentiaȝ materie ⁊ non finis. ¶ Quarto sepe fiunt operationes ⁊ dispositiones naturales quāꝫ tamē nō attingitur finis: sicut fit in generatione mōstri. ergo videtur ꝙ taliū operationū ⁊ dispositionū necessitas fiat sm̄ exigētiā materie. ¶ Quinto illud est causa necessitatis dispositionū ⁊ operationū naturaliū: ad qḋ cōueniēter respondetur ad interrogationē factā ꝓpter quid necessarie sunt tales dispositiones ⁊ operationes naturales: sed hoc ē materia ergo maior est notā ⁊ minor patet: qꝛ qñ querimus ꝓpter q̄d est hō corruptibilis respōdetur qꝛ hꝫ materiā.

In oppositum est Aristo. in fine huius secundi: vbi vult ꝙ necessitas dispositionū ⁊ operationū naturaliū sit ex fine ⁊ nō ex materia: verbi gratia vt ꝙ serra ē sic vel sic disposita: nō est ꝓpter materiam: sed ꝓpter finem serre: puta secare dura. Similr ꝙ dētes anteriores sint acuti: ⁊ posteriores obtusi nō est ꝓpter hoc ꝙ in dētibꝰ posterioribꝰ sit plus de materia Sed ꝓpter hoc ꝙ dentes anteriores debent diuidere cibū ⁊ dentes posteriores debent conterere ipsum. Similiter ꝙ oculus est de materia diaphona puta de aq̄ est ꝓpter hoc ꝙ possit recipere formas ⁊ species visibiliū mediātibꝰ quibus pōt fieri visio. ¶ In ista q̄stione primo videndum est an natura agat propter finē: secundo de quesito.

Quātū ad primum pono istā conclusionem: ꝙ natura agens aliquā dispositionē agit illā propter finē: probatur: agēs naturale in oī actiōe sua intēdit finē: ergo ꝓpter illū agit: antecedens ꝓbatur qꝛ si nō sequereē ꝙ in natura nihil fieret a casu: sȝ hoc est fīnū: et contra ea que dicta sunt: aīs ꝓbaē: qꝛ nihil fieret ꝑter intentionē agētis naturalis: postq̄ ī actione eius nihil intenderet. s. nullū finē tunc etiam nihil preter eius intētionē accideret: ⁊ per ꝯñs nihil fieret a casu: nam sȝ ꝑdicta ad hoc ꝙ aliquid dicatur a casu fieri requiritur ꝙ ipsuȝ eueniat ꝑter intentionē agentis particularis: ex quo ꝓducitur. Et intelligo per intentionē agētis particularis: cognitionē vel inclinationē nature qua inclinatur ⁊ dirigitur ab itelligētia cognoscente. ¶ Secundo ad idē: qꝛ videmus ꝙ effectus ⁊ dispositiones rerū semper vel frequēter fiūt cōsimili modo: patet vt ꝙ oculus situatur in capite āte ⁊ nō retro ⁊c. qḋ non eēt si agēs naturale in eiꝰ actione nō intēderet finē. ¶ Tertio ad ideȝ: si agens in sua actione nō intēderet aliquē finē sequeretur ꝙ oīa que ꝓduceret ꝓduceret a casu: sed hoc est falsuȝ: probatur consequentia ex eo ꝙ nihil eorum que produceret: ꝓduceret cū intentione sed preter intentionem: ergo ⁊c.

Quantū ad secundum articulū pono primo vnā distinctionē. ⁊ est ꝙ quātū sufficit in ꝓposito quoddā dicitur necessariū simpliciter. verbi gratia deū esse ē necessariū simpliciter. Alio modo dicitur necessariū ex suppositione. verbi gratia. si aliquis debet viuere necesse ē vt habeat alimētū. Tertio modo capitur pro vtili. verbi gr̄a. Si sortes debet esse vtiliter: necesse est ꝙ habeat vestes. i. vtile. tūc sm̄ hoc possꝫ intelligi questio: vtrū necessitas. i. vtilitas dispositionū naturaliū sit ex fine: vel ex materia. Isto viso sȝ intentionē Aristo. pōt responderi ad questionē duabus cōclusionibꝰ: quarū prima est ista: ad hoc ꝙ dispositiones et operationes naturales fiant: necesse est eē materiam probatur. qꝛ impossibile esset dispositiones ⁊ operationes fieri: nisi esset materia ex qua fierent: similiter nec esset: nec posset fieri serra nisi esset materia: similiter

nec essent nec possent fieri dentes anteriores acuti et posteriores obtusi nisi esset materia. ¶ Scḋa ꝯclusio ꝙ causa necessitatis .i. utilitas dispositionū rex naturaliū est finis: ꝓpter quē dispositiones taliū rerū sunt necessarie: ꝓbaᵗ: illud est causa dispositionū rex naturaliū: ꝑ qḋ cōuenienter respōdeᵗ ad interrogationem factā propter quid: tales dispositiones rerū naturaliū sunt necessarie: sed hoc est finis ⁊ non materia. ergo. maior nota: minor patet: nā quā querīᵗ ꝓpter qḋ serra est ex materia taliter disposita. Respondetur ꝙ ꝓpē secare dura: q̄uis ad hoc ꝙ sit serra necessariū ē ꝙ sit ferrx: ⁊ cū talis necessitas sit opus ⁊ finis ipsius serre. ¶ Scḋo. sicut in demōstratione ꝑmisse se habēt ad conclusionē ita in naturalibus finis se habet ad ea que ordinanᵗ ad finē: sed in demōstratiōe necessitas ꝑmissarū est causa necessitatis conclusionis: ergo in naturalibus finis est causa necessitatis eox que sūt in finē. maior est nota: q: sicut in demōstratiōe premisse prius cognoscunᵗ q̄ cōclusio: ⁊ sunt priores in intentiōe: ita in naturalibus finis est prius in intētiōe: q̄uis sit posterius in executione. minor patet propter hoc ꝙ si ꝑmisse sunt necessarie: cōclusio est necessaria. ¶ Tertio dispositiones rerū naturaliū fiunt ſm exigentiam finis: ⁊ nō ſm exigētiā materie: ergo causa necessitatis rerū naturaliū videtur esse finis: ꝯña tenet: añs ꝓbaᵗ q: si nō fierēt ſm exigentiam finis sed ſm exigentiam materie: sequeretur ꝙ in generatione corporū naturaliū et in entibus naturalibus semꝑ magis grauia deberent situari inferius: et magis leuia superius: ⁊ medio mō se habētia in medio: sed hoc est falsum ex eo ꝙ postq̄ semper dispositiones ⁊ situs rerū naturaliū fierēt ſm exigentiā materie. falsitas ꝯñtis pꝫ. nam tunc qḋ est inferius in hoīe deberet esse os: ex eo ꝙ ossa sūt magis grauia ⁊ terrestria: ⁊ totū quod est supra deberet esse spiritus: ⁊ sanguis: ex eo ꝙ ista sunt de natura magis leui: ⁊ totū qḋ est in medio deberet esse caro: de materia medio modo se habente in grauitate ⁊ leuitate inter materiā ossium ex vna parte: ⁊ materiam sanguinis ex alia parte. Igitur recolligendo cōclusiones positas ad hoc q̄ dispositiones rerū naturaliū ⁊ ipse res naturales sint: necesse est eē materiā rei naturalis et cā talis necessitatis ē finis. qḋ patet: q: ꝙ serra sit: necesse est esse ferrū. ⁊ causa talis necessitatis est finis serre. s. diuidere dura. similiter ꝙ oculus sit necesse est vt materia diaphona sit: ⁊ talis causa necessitatis ē finis ipsius oculi. s. videre. Et secūda cōclusio intelligiᵗ de dispositionibus ⁊ opatiōibus salutis: nō aūt de nociuis ⁊ corruptiuis: sicut sunt mors: ⁊ senectus: vñ talia nō sunt necessaria simpliciter sed ꝓpter materiā.

Ad rationes principales. Ad primā nō quodcūq̄ agens ⁊c. admittatur. ergo nō quodcunq̄ intendit finē. negaᵗ ꝯña: q: intentio finis non semꝑ sumitur pro intentione. s. cognitione finis: sed aliquādo pro inclinatione naturali ipsius agentis ad ꝓducēdū talē vel talē finē. ¶ Ad secūdam dico ꝙ talis finis ⁊ dispositio nō solū fit ſcḋꝫ exigētiā maṫie: sꝫ etiā propter finē: nā in factione domus sup ligna ponunᵗ grauiora: sicut sunt latera ꝓpter custodiā lignorū vt nō destruanᵗ a pluuia: ⁊ hoc apparet: q: artifex nō solū facit talem sitū ad dispositionē illarum rerū naturaliū ſm exigentiam materie: verum etiam secundum exigētiam finis. ¶ Ad tertiā de pluuia dico ꝙ immo ꝓpter cremētū herbarū: sed si aliq̄n nocet herbis: hoc est a casu. ¶ Ad quartā dico ꝙ nō semper oportet ꝙ attingatur finis: si dispositiones ⁊ opationes sunt ꝓpter finē: q: aliq̄n agēs naturale bene impediᵗ in eiꝰ actione nō obstante ꝙ intendebat finē determinatū. ¶ Ad vltimā dico ꝙ bene arguit ꝙ dispositionum et operationū naturaliū corruptibiliū necessitas capiᵗ ex materia: nec hoc est contra dicta superius.

¶ Et sic est finis secundi libri Physicox magistri Alberti de de Saxonia.

¶ Questiones super tertium librum Physicorū eiusdem magistri Alberti incipiunt.

Quæstio Prima.



Onsequenter circa textuꝫ tertiū libri physicorū queriᵗ An ignorato motu necesse sit ignorare naturā? Et arguitur primo ꝙ nō: nā valꝫ istā cōditionalem: si ignoraᵗ motꝰ necesse ē ꝙ ignoreᵗ natura: que est falsa. ergo ꝯña tenet de ſcḋꝫ parte. prima pars ꝯñtis patꝫ nā illa oratio in qua ponunᵗ duo ablatiui in designatione cōsequentie: habet exponi ꝑ vnā conditionalē vt̄ gr̄a. sole oriente fit dies: exponiᵗ sic si sol oritur fit dies: ſcḋa pars antecedentis ꝓbaᵗ: nā p̄ōt ignorari motꝰ ⁊ tñ nō necessario sed contingenter ignoraᵗ natura. ¶ Secundo naturam esse est ꝑ se notū: ergo cognitio nature nō dependet ex cognitiōe motus: ⁊ ꝑ ꝯñs nō oportet ignorato motu ignorare naturā. añs est Aristo. ꝯña nota est de se. ¶ Tertio natura est substātia: ⁊ motus est accidēs sed cognitio substantie nō depēdet ex cognitione accidentis: ex eo ꝙ substantia est prior accidēte tēpore et natura ꝑ Aristo. septimo methaphysice. ¶ Quarto cognitio effectus dependet ex cognitione cause: sꝫ natura est causa motus: ergo cognitio motus dependet ex cognitione nature: ⁊ nō econuerso: aliter eñi eēt circulatio in huiusmodi cognitiōibus: qḋ est contra Aristo: vt videᵗ non oportet ergo vt ignorato motu sit necesse ignorare naturā: sed magis ecōuerso. ¶ Quinto natura p̄ōt cognosci ꝑ quietem: ergo nō oportet ꝙ ignorato motu ignoreᵗ natura: ꝯña videᵗ eē nota. postq̄ quies videᵗ posse supplere defectū motus in cognitione nature: añs patet: q: natura est principiū motus sicut ipsius quietis: ⁊ ecōuerso: ⁊ ideo cū vtrūq̄ eoꝝ sit effectus nature: ⁊ cū effectꝰ possit ducere in cognitionē cause: videᵗ ꝙ ita ꝑ q̄etē possit cognosci sicut ꝑ motū. ¶ Sexto. si motus esset principiū cognoscendi naturā: tunc esset principiū essendi ex eo ꝙ eadē sunt principia essendi ⁊ cognoscendi: sed ꝯñs est falsum: motus eñi nō est principiū essendi nature: ex eo ꝙ natura est prior motu: ergo. ¶ Septimo. si sic sequereᵗ ꝙ nō posset cognosci natura nisi cognosceretᵗ motus: sꝫ hoc est falsuꝫ: q: tunc intellectus simul plura intelligeret: qḋ videᵗ esse cōtra Aristo. in quarto metaphysice dicenteᵗ: qui vnū nō intelligit nihil intelligit. ergo ⁊c.

In oppositum est Aristoteles in isto tertio dicēs ꝙ necesse ē ignorato motu ignorare naturā: pꝫ hoc q: in diffinitione nature poniᵗ motus sicut pꝫ in secūdo: vbi diffiniebaᵗ natura ꝑ motū: modo nulla diffinitio poteſt cognosci: nisi oīa que ponunᵗ in illa diffinitione cognoscantur: et nullū diffinitū p̄ōt ꝑfecte cognosci nisi ꝑ eius diffinitionē. ergo nō p̄ōt cognosci natura: nisi cognoscatur motus. ¶ Sed aduertendum

dũ est q iste propositiones multum differunt: ignorato motu necesse est ignorare naturã: et necesse est ignorato motu ignorare naturã. prima ẽ divisa: secũda cõposita &c. ¶ Adhuc iste multũ differũt necesse ẽ ignorato motu ignorare naturã: et necesse est motu ignorato ignorare naturã: quia in prima iste terminus motus supponit distributive: pꝰ q h. quod istũ terminũ ignorato includẽtẽ negationẽ: et in scda hic terminus motus nõ supponit distributive. ¶ Et adhuc iste multum differũt: necesse est ignorato motu ignorare naturã: et necesse est ignorato motu naturã ignorare: quia in prima iste terminus natura non supponit pro re quã significat absolute sed cũ appellatione rõnis vel cõceptus istius termini natura. In scda aũt supponit pro illa re quã sĩcat absolute sine tali appellatiõe: et ad vidẽdum ista clarius: primo suppono aliquas suppositiones logicales. scdo ponam conclusiones de quesito.

Quantum ad primum sit prima suppositio: q oẽs negatiões vel omnes termini includẽtes negationẽ cõfundũt terminũ sequentẽ se mobiliter: nisi aliquod syncathegoiema impediat. patet ista suppositio ex logica. ¶ Secũda suppositio: q hoc verbũ ignoro includit negationẽ. patet: quia ignoro est idez q̃ non cognosco ecce clare negationem. ¶ Tertia suppositio: q ista verba cognosco: intelligo &c. faciunt terminum sequentem supponere nõ absolute pro re quã significat: sed cũ appellatione rationis vel cõceptꝰ illiꝰ termini. ¶ Quarta suppositio: q ly necesse aliquã reddit sensum divisum: aliquã sensum cõpositũ: et quã sic vel sic patet ex logica. ¶ Quinta suppositio: propositio in qua ponunt duo ablatiui in designatione cõi ꝯsẽtis põt exponi p vnã ꝯditionalẽ sicut ista. ignorato motu ignorat natura: et hoc de primo principali.

Quantum ad secundũ articulum sit hec prima conclusio q hec est falsa ignorato motu necesse est ignorare naturã: pꝫ hoc: quia valet vnã cõditionalẽ cuius añs põt esse verũ cõsequẽte existente falso sicut dicebaẽ in primo argumẽto. ¶ Secunda conclusio: necesse est ignorato motu ignorare naturã: pꝫ hoc: quia est necessaria si nõ cognoscitẽ motus nõ cognoscitur natura. p aterã q cognoscitur natura est per diffinitionẽ nature: in qua ponitur motus: sed illa nõ põt cognosci cognoscatur motus. ergo. ¶ Tertia conclusio: non est necesse ignorato motu naturã ignorare: pꝫ hoc quia postq̃ cognita est natura p motũ põt dimitti cognitio motus: et natura vlterius cognosci et de ea cõsyderari: et finaliter virtꝰ vltimarũ duarũ cõclusionũ stat in hoc: q ad hoc q ista sit vera cognosco naturam requiritur q in mẽte mea sit conceptus cui subordinaẽ iste terminus natura ad placitũ institutus in significando sed in isto cõceptu includiẽ cõceptus motus: ergo nõ possum habere cõceptũ nature pfectũ: nisi habeã conceptã motus: et p ꝯñs non possum cognoscere naturã nisi cognoscã motũ: nihilominus naturã possũ cognoscere absq̃ hoc q cognoscã motũ: quia ad hoc q hec sit vera: naturã cognosco: nõ reqriẽ q in mẽte mea sit cõceptus nature hoc est cõceptus cui hic terminus natura subordinatur in significãdo. naturam enim possũ cognoscere p vnũ aliũ conceptũ: cui hic terminus ens: vel hic terminus substantia: vel aliquis alius terminꝰ nõ cõnotãs motũ subordinareẽ in significãdo. Ex hoc infero q hec consequẽtia est neganda: si nõ cognosciẽ motus natura non cognoscitur.

se haberet ꝙ vbiq; esset eius centrū circuferentia eius
nusq̄. ¶ Quinto ad idem sic: nam sit aliquis circulus
infinitus per aduersarium: et signentur in eius circum-
ferentia duo puncta sicut prius scz a. et b. et protrahat
vna linea recta ab a. ad b. p modum chorde: tunc que-
ritur vtrum chorda distet ab arcu: vel nō: si dicatur ꝙ
non: hoc est falsum ex eo ꝙ tunc chorda et arcus essent
vna linea. Si autem dicatur ꝙ distant et non distantia
indiuisibili cum nulla talis sit: ergo distantia diuisibi-
li: et cum posset dari circulus equalis finitus in quo in-
ter tātum arcum et chordā cadit equalis distantia: se-
quitur circulum finitum equalem esse circulo infinito
quod est falsum. ¶ Sexto si possibile esset aliquem cir
culum esse infinitum sequeretur ꝙ eius diameter esset
infinita: consequens falsum: consequentia nota est de
se: sed falsitas consequentis pbat: nam sit illa diame-
ter inter a. et b. puncta sibi opposita in circumferentia il-
lius circuli: et incipiat Sor. moueri ab a. puncto versus
b. sic ꝙ in prima parte pportionali alicuius hore per-
trāseat pedale: et in secūda tātū: et sic de singulis: et pla-
to incipiat moueri a b. versus a. sup eandem diametrū
equali velocitate sicut sor. tunc clarum est ꝙ sor. et pla-
to sibi obuiabunt sup illa diametro: et non in instāti ter
minante exclusiue illam horam: nam tunc quilibet eo-
rum est super vno termino illius diametri puta sor. sup
b. et Plato sup a. ergo obuiabunt sibi in aliquo instan-
ti intrinseco illius hore: sed in quolibet instanti intrin-
seco illius hore a quolibet eorum est pertransitum so-
lum finitum: et cum duo finita non constituant vnum
infinitum: sequitur ꝙ ista duo spatia ab eis ptransita
non constituent diametrum infinitam: et cum illa duo
spatia sint due semidiametri illius circuli infiniti: se-
quitur totalem diametrum illius circuli esse finitam:
quod fuit probandum. ¶ Per istam rationem vniuer
saliter potest probari: ꝙ non est possibile aliquam esse
magnitudinem rectam infinitam inter duos terminos
clausam. ¶ Secunda conclusio: non est possibile esse
aliquam magnitudinem quadratam infinitam: proba
tur per primam et vltimam rationem prime conclusio-
nis &c. ¶ Tertia ꝯclusio vniuersaliter non est possibi-
le aliquod corpus figuratū esse infinitū: pbatur p pri-
mam rationē prime cōclusionis. ¶ Quarta conclusio
nō est possibile aliquam esse magnitudinem infinitam.
¶ Pro ista cōclusione primo pono aliquas rationes
que mihi non faciunt magnam fidē: deinde pono vnā
rationem que mihi videtur demonstrare cōclusionem
et ista solum facit mihi fidem. Prima ratio est ista: da
to opposito conclusionis sequeretur ꝙ esset possibile
ꝙ aliquod corpus opacum obijceretur alicui corpo-
ri luminoso: et tamen non faceret vmbram: consequens
falsum: consequentia probatur: nam per aduersarium
sit vnum corpus luminosum infinitum: et obijciatur il-
li corpus quadratum pedale: pbo ꝙ non facit vmbrā
pro quo suppono ꝙ quilibet punctus medij illumina-
tur qui est retro corpus opacum: ad quem attingit ali
quis radius rectus ab aliquo puncto corporis lumi-
nosi. Deinde suppono ꝙ illud corpus luminosum sic
se habeat ꝙ pportionaliter secundum ꝙ puncta eius
plus distant a corpore opaco pportionaliter habeant

plus de luminositate tantum ꝙ quilibet punctus illius
corporis luminosi possit radiare vsq; ad corpus opa-
cum. Tunc arguo sic: quilibet pūctus medij retro cor
pus opacum illuminatur: ergo illud corpus opacum
non facit vmbram: consequētia tenet: antecedens pro-
batur: nam quocunq; puncto medij dato retro corpus
opacum: ille distat a corpore opaco: ergo ad quēlibet
talem pūctum potest peruenire radius rectus ab ali-
quo puncto corporis luminosi: absq; hoc ꝙ ipse impe-
diatur per corpus opacum: ergo p primam suppositio-
nem: quilibet punctus medij retro corpus opacum il-
luminatur: quod erat probandum. ¶ Secundo argui-
tur sic. si possibile esset aliquam magnitudinem infini-
tam esse tunc possibile esset. ꝙ a. per vnam totam ho-
ram esset finitum: et in instāti termināte exclusiue illā
horam esset infinitum: et tamen in isto instāti nihil sibi
adderetur qđ videtur esse inconueniens: probatur con
sequentia: nam sit a. vnum pedale: quod in prima par-
te pportionali crescat ad duplum: et in secūda ad qua-
druplum: et sic vltra: tunc in qualibet parte proportio-
nali illius hore est finitum: sed in instanti terminante
exclusiue illam horam est infinitum. Similiter sequit
ꝙ esset possibile ꝙ aliquid p vnam totam horam esset
infinitum: et tamen in instanti terminante exclusiue il-
lam horam esset pedale: et tamen in isto instanti nihil
ab eo remoueretur: quod iterum videtur inconueniēs
patet consequentia: nam si a. quod factū est infinitum
econuerso diminuatur per partes proportionales ali-
cuius hore: sicut augebatur vsq; ad instās terminans
exclusiue illam horam: sequitur conclusio proposita.
¶ Tertio ad idem sequitur ꝙ per totam horam a. es-
set maius b. et in fine hore non: et tamen in fine hore nec
a. nec b. aliquid adderetur: nec aliquid ab eis remoue-
retur. hoc iterum videtur esse inconueniens: probatur
consequentia: nā posito ꝙ a. sit duplum ad b. et auge-
tur in hora: sic ꝙ a. cōtinue maneat duplum ad b. et ꝙ
in prima parte proportionali b. augeatur ad duplum
et in secunda ad quadruplum: et sic vltra: in fine hore
nihil additur a. nec remouetur ab a. et sic est de b. et tā
in fine hore a. non est maius b. postq̄ tam a. q̄ b. est infi
nitū: modo vnū infinitū nō est maius alio. ¶ Quarto seq̄-
ret ꝙ sor. et plato mouerent p horam sic ꝙ in qualibet
pte pportionali illi9 hore sor. ptrāsiret duplū ad illud
qđ ptrāsiret plato: et tñ in fine hore ptrāsitū a sorte nō
est maius pertransito a platone. probat consequentia
posito ꝙ sor. in prima parte pportionali alicuius ho-
re ptrāseat bipedale: et plato pedale: et in secūda qua-
drupedale: et plato bipedale: et sic vltra eundo: secun-
dum pportionem duplam: tunc clarum est ꝙ in quali-
bet parte proportionali huius hore sor. pertransiuit
duplum ad illud qđ pertransiuit plato: et tamen in fi-
ne hore ab vtroq; est pertransitū infinitum: modo vnū
infinitum non est maius alio nec minus alio. ¶ Iste
rationes non faciunt mihi magnam fidem pro conclu
sione: tamen si quis vellet concedere ꝙ possibile esset
magnitudinem infinitam esse: concederet omnes istas
conclusiones: sed nūc volo facere vnam rationem que
mihi facit fidem: pro quo suppono ꝙ non sit possibile
esse vltimam partem proportionalem alicuius conti-
nui: sic arguitur sic: nō est possibile ꝙ in qualibet par-
te proportionali alicuius hore deus faciat vnum lapi-
dem: et ipsum ei seruet cum facto et fiendo: ergo nō est
possibile esse infinitum: consequentia tenet: antecedens
demonstratur sic: nam dato opposito antecedentis: fa-
ciat deus vnum lapidem pedalem tangentem a. pun-
ctum manentem fixum: deinde in secunda parte pro-
portionali eiusdem hore remoueat illum lapidem ab

a.puncto per spatium pedale:faciatq; inter ipsum et b.punctum secundum lapidem pedalem:deinde in tertia parte proportionali eiusdem hore remoueat illud aggregatum ex illis duobus pedalibus.iterum ab a. puncto manente fixo per spatium pedale:et creet tertium lapidem inter illud aggregatum et a.punctum:et sic cōtinue per alias partes proportionales illius hore vsq; ad finem eiusdem hore si est possibile.tunc clarum est ꝙ in fine hore aliquis lapis pedalis tangit a. punctum fixum.ergo ille lapis erat vltimus in creatione infinitorum lapidum creatorum secundum infinitas partes proportionales hore:sed cum per casum cuilibet lapidi correspondet vna pars proportionalis hore:sequitur ꝙ lapidi vltimo tangenti a.punctum in fine hore correspondet pars proportionalis hore que est vltima inter omnes sicut ille lapis est vltimus inter omnes lapides creatos. Et cum tēpus sit de numero cōtinuorum:sequit̄ esse vltimam partem ꝓportionabilem alicuius continui qḋ est contra suppositionē. Circa istā rationem pono aliquas cōclusiones:prima est: Quis non sit possibile:sicut iā ꝓbatū est ꝙ in qualibet parte proportionali alicuius hore deus faciat vnū lapidem pedalem:tamen bñ possibile est ꝙ in qualibet parte proportionali deus faciat vnū lapidem. ꝓbatur.nā possibile est ꝙ deus in vna hora continue et successiue faciat vnum lapidem ita ꝙ in fine hore lapis factus a deo sit pedalis:tunc cum quelibet pars lapidis sit lapis:sequit̄ ꝙ in qualibet parte ꝓportionali illius hore deus faciat vnū lapidem:quia facit partē lapidis. ¶ Secūda ꝯclusio: Quis non sit possibile ꝙ in qualibet parte ꝓportionali alicuius hore deus faciat vnū lapidem pedalē:tamen in qualibet parte alicuius hore deus pōt facere vnum lapidem pedalem:patet hoc quia in prima parte proportionali deus potest facere vnum lapidem pedalem:et in secunda deus potest facere vnum lapidem pedalem: et non est dare nisi stetur in aliquo:et si arguitur in qualibet parte ꝓportionali deus pōt facere vnum lapidē pedalem: ergo possibile est ꝙ faciat ec. negāda est ꝯsequentia ex eo ꝙ arguitur a sensu diuiso vero ad sensum compositum falsum. vnde nō sequit̄ quālibet partem illius pōderis sor. potest portare.ergo possibile est ꝙ quālibet partem portet. vnde sit vnum pōdus vt.viij.in grauitate quod sit a.et sit potētia sor.etiam vt.viij.tūc clarum est ꝙ quālibet partem a.ponderis sor.potest portare et tamen impossibile est eum portare quālibet partem: quia tunc a pondus posset portare:sed hoc est falsum: quia aliter fieret actio a proportione equalitatis:et hoc est qḋ alias dixi:deus in qualibet parte ꝓportionali potest condensare a.ad subduplum: et non potest hoc in qualibet parte ꝓportionali:quod videtur aliquibus mirabile. ¶ Tertia conclusio etiam iuxta rationē factam et conclusiones positas est ista: ꝙ aliqua est vniuersalis impossibilis:cuius quelibet singularis est possibilis et quelibet cuilibet earum cōpossibilis:hoc patet:nam hec est impossibilis: in qualibet parte proportionali deus creat vnum pedale:et tñ quelibet eius singularis est possibilis et quelibet alteri cōpossibilis: quia non est reperire aliquam:que non sit possibilis:nec aliquas duas que non sint cōpossibiles. ¶ Pro solutione aliquarum rationum:pono istam conclusionem:ꝙ si deus annihilaret totum qḋ est infra latera celi:tunc hec esset falsa:spatium est infra latera celi:patet hoc quia hec esset affirmatiua cuius subiectū et ꝑdicatum non supponūt ꝓ eodem. et ista conclusio debet intelligi de spatio recto.et hoc notanter addo:quia quāuis inter partes celi non sit spatium rectum:tamen adhuc bene inter eas est spatium circulare. Ex ista conclusione sequitur:ꝙ si totum quod est inter latera celi esset annihilatum ꝙ partes celi nō distarēt distantia recta sed bene distantia curua:patet hoc:quia sicut album non est sine albedine:ita non est possibile aliqua distare sine distātia:et nō q̄ inter latera partis celi nō est distantia recta sequitur ipsa non distare fm distātiam rectam. ¶ Sed contra:si non distarent distātia recta nec inter ea esset spatium rectum:sequeret̄ ꝙ latera celi se tangerent:sicut latera vnius burse vacue. ¶ Respōdetur negando consequentiam: dico ꝙ nec distant nec se tangunt: Quis Aristo. non concederet istum casum esse possibilem quē oportet nos concedere secundum fidem. ¶ Ulterius dico ꝙ si totum quod est inter latera celi annihilaretur excepto vno lapide:qui primo tangeret vnum latus celi:dico ꝙ si deus moueret ipsum in tantum ꝙ tangeret aliud latus celi: nō propter hoc in tali motu elongaretur a primo et approximaretur secundo:quia elongatio et approximatio non possunt fieri sine distantia:sed modo positū est ꝙ nulla sit ibi distantia neq; spatium:ergo.

Ad rationes principales. Ad primam

nego ꝙ possibile sit ꝙ deus ec. et in hoc stat vis argumenti. ¶ Ad secundam magnitudo potest diminui in infinitum per diuisionem:ergo per appositionem illarum partium ad aliam illa est augmētabilis in infinitum:nego consequentiam:quia cum aliqua magnitudo ꝑ ablationem sue medietatis diminuit̄ ad duplum tūc aliqua equalis sibi ꝑ additionem illius solum augeretur ad sesquialterum:et sic non tātum augeretur vna magnitudo per additiōem alicuius qḋ resecatur ab vna alia:quantum illa diminuitur a quo resecatur. ¶ Ad tertiam dico:ꝙ extra celum nō est aliquod spatium:et si deus crearet ibi vnam fabam:tūc etiam crearet spatium extra celum tantum quanta est ipsa faba et illud spatium est ipsamet faba. ¶ Ulterius dico ꝙ si deus moueret illam fabam a celo:non propter hoc illa distaret a celo recte sicut dicebatur de lapide moto ab vno latere celi ad aliud: omni annihilato qḋ est infra latera celi. ¶ Ad aliam dico ꝙ si deus crearet extra istum mundum tres mundos: vt dicebatur tunc inter conuexa istorum mundorum non esset distantia recta:sed bene curua. ¶ Ad aliam patet ex dictis in questione.

Quæstio. XIII.

Quæritur decimotertio vtrum infinite partes sint in continuo:et arguitur ꝙ non nā sic sequeret̄ ꝙ nō essent plures partes in toto q̄ in eius medietate:nec plures partes i celo q̄ i grano milij:sed hoc est falsum:falsitas ꝑxnā ꝙcūq; que sunt in parte sunt in toto.et cū hoc aliq̄ sunt ī toto q̄ nō sunt in parte:ergo videt̄ ꝙ quacūq; parte alicuius totius data pauciores sunt in ea q̄ in toto:consequentia ꝓbatur:nam postq̄ alicuius totius continui pars est continua sicut illud totum:sequitur infinitas partes esse in ea:sicut in toto:et vna multitudo infinita non est maior alia:sequitur tantam esse multitudinem partium in parte sicut in toto:et per consequens non pauciores essent partes in parte q̄ in toto. similiter argueretur de grano milij et de celo. ¶ Secundo sequeretur ꝙ tale continuum esset infinitum: sed hoc est contra

dicta: ⁊ consequētia probatur ex eo ꝙ due partes faci unt aliqualem extensionem ⁊ tres maiorem: ⁊ quatuor maiorem: ⁊ sic in infinitum: ergo si infinite essent in cō tinuo illud continuum esset īfinitum extensum ex eo ꝙ infinite partes videntur facere infinitam extensionem ¶ Tertio si in isto continuo essent infinite partes: cū illud ɔtinuum in tpe finito contingat esse pertransitū: sequeretur ꝙ infinita contingeret esse pertransita: mō hoc est falsum: ⁊ probatur consequentia: quia illud cō tinuum nō contingeret esse pertransitū: nisi ptes eius essent pertransite: si ergo infinite partes essent in con tinuo tunc ipsum non contingeret eē pertransitum: nisi infinita eēnt ptransita quod erat pbandū. ¶ Quar to sequeret̄ ꝙ infinita esset multitudo rerum separata rū ⁊ distantium abinuicem: modo hoc reputat̄ impos sibile: pbatur consequentia: qa si infinite eēnt ptes in isto ɔtinuo: ⁊ cū tertia ps distet a prima: secunda inter mediat: et similiter quarta distat a secunda / quia ter tia intermediat: et sic vltra infinita essent in isto conti nuo separata: et distantia abinuicem. ¶ Quinto est da re vltimam partem pportionabilem istius cōtinui: et cum etiam sit dare primam sequitur ꝙ non īfinite par tes sunt in isto ɔtinuo: ɔña tenet ex eo ꝙ vbi dat̄ pri mum ⁊ vltimū: ibi non datur infinitū: antecedens pro batur: nam in primo huius et secundo metaphysice di cit Aristo. vbi est dare primum: ibi etiam est dare vlti mū: ergo si ē dare primam partē pportionalē sicut est in veritate sequit̄ ꝙ etiam sit dare vltimam. ¶ Sexto si infinite essent partes in continuo / vel in eo essent in actu: vel in potentia: non potest dici ꝙ in actu: qa tunc eēt dare multitudinem actu infinitā: quod negat Ari stoteles: nec etiā in potentia ex eo ꝙ cōtinuū est ens in actu ꝗ quelibet pars eius est in actu. ergo si infinite sunt p tes in cōtinuo: sequitur quamlibet earum esse in actu: ⁊ non solum in potentia. ¶ Septimo omnis numerus est finitus: ergo numerus partium pportionalium est finitus: non ergo infinit⁹: non ergo sunt infinite partes in continuo: añs patet: qr omnis numerus est numera bilis: ⁊ quodlibet tale est finitum: qa numerus binari⁹ est finitus: ⁊ non contingit reperire aliquam instantiā de aliquo numero: ꝗ. ¶ Octauo si īfinite eēnt partes in cōtinuo: vel hoc esset verū de partibus eiusdem quā titatis: vel de partib⁹ eiusdem proportiōis. Si primū tunc tale continuum esset infinitū: ex eo ꝙ ex infinitis partibus eiusdem quantitatis resultat infinitum. si di catur secundum adhuc erit infinitum: ex eo ꝙ partes eiusdem proportionis sunt eiusdem quantitatis: vnde si diuido vnum continuum in duas medietates: deinde quamlibet earum in duas: sicut sunt ibi partes eius dem proportionis ita sunt ibi partes eiusdem quanti tatis: nam due prime medietates sunt eiusdem quanti tatis: et sic vltra.

In oppositum arguitur sic: nisi infini te essent partes in continuo: sequeretur ꝙ in diuisione continui contingeret stare. Sed hoc est falsum: et con tra philosophū in isto tertio ⁊ in sexto huius: vbi vult ꝙ in diuisione continui contingit semper vltra accipe re: cōsequentia tenet postꝙ solū in numero finito eēnt partes continui. ¶ Secundo in isto cōtinuo sunt due medietates ⁊ tres tertie: ⁊ ꝗtuor quarte: et sic semper ergo infinite sunt partes in isto continuo: tota ratio pȝ ¶ Tertio in isto continuo sunt aliquot partes ⁊ quan tumlibet plures: ergo. ¶ In ista questione primo vidē dum est de quesito: et de aliquibus tangentibus quesi tum. secundo videbitur vtrū plures sint partes in to to ꝙ̄ eius medietate.

Quantum ad primum sciendum est quid intelligatur per partes proportionales. vnde sci endum ꝙ dicuntur partes proportionales a continua pportionalitate: et igitur deberent dici partes continue proportionales: sed ly cōtinue breuitatis causa dimit titur. ¶ Deinde est sciendum ꝙ proportionalitas dici tur similitudo pportionum: sicut patet ex quinto Eu clidis: ⁊ est proportionalitas continua quādo est equa lis proportio primi ad secundum: sicut scdi ad tertium ⁊ adeo inter ista: quatuor: duo: vnum: est proportionali tas cōtinua: quia qualis est proportio quatuor ad duo talis est proportio duorum ad vnum. Et quia pportio nalitas est similitudo proportionum ad minus ad ppor tionalitatē continuā requirunt̄ tres termini: sicut eti am patet ex quinto iam allegato. Ex quo sequitur ꝙ improprie dicitur due partes proportionales: vel vna pars proportionalis: nisi intelligendo ꝙ sunt due vel vna de partibus proportionalibus. ¶ Secundo scien dum est ꝙ si sunt continue proportionales secundum proportionem equalitatis: tunc dicuntur partes eius dem quantitatis: quādo vero sunt continue proportiō nales sȝ pportionem inequalitatis: tūc dicunt̄ partes eiusdē proportionis. ¶ Tertio sciendū ꝙ partes eius dem quantitatis sunt duplices: quedam sunt que di cuntur communicantes: ⁊ quedam non communican tes. ¶ Non communicantes dicuntur quarum vna est totaliter extra aliam: nec habent aliquam partem eis communem sicut due medietates alicuius continui. ¶ Tunc sit prima cōclusio: ꝙ partes proportionales solent accipi secundum proportionē duplam: ratio hu ius est: quia proportio dupla est magis nota. ¶ Scda conclusio ꝙ etiam possunt capi secundum alias pro portiones: patet hoc: nam partes proportionales ali cuius cōtinui: possunt sic capi ꝙ totum preter eius ter tiam ptē sit prīa ps pportionalis ⁊ ꝙ totum residuum pter ei⁹ tertiā sit scda pars pportionalis: vbi gratia: si esset aliquod continuum tripedale possemus capere pro prima parte proportionali duos pedes: ⁊ pro secū da parte pportiōali duas tertias vnius pedis ⁊ sic vl tra. similiter possem⁹ capere partes proportiōales ali cuius continui: sic ꝙ prima eius pars proportionalis esset totum preter eius quartam: ⁊ secunda pars pro portionalis esset totum residuum quarte: preter eius quartā: ⁊ sic vltra: ⁊ sic simili modo secūdū pportiōes denomīatas ab aliis numeris possent capi partes pro portionales cōtinui. ¶ Tertia ɔclusio posito ꝙ essent due magnitudines a. b. ⁊ partes ipsi⁹ a. caperentur sm pportionē duplam: ⁊ partes ipsi⁹ b. caperent̄ sic ꝙ pri mā ps pportionalis ipsi⁹ b. esset totū pter eius tertiā ptē: vel millesimā sicut placet: ⁊ caperent̄ ptes ppor tionales tpis sm diuisionē cōmunē. s. sm pportionem duplā: ⁊ sint c. ⁊ d. duo mobilia. ⁊ moueat̄ c. super a. ⁊ d. super b. sic ꝙ in prima parte proportionali temporis c ptranseat primam partē pportionalem ipsius a. s. me dietatē: ⁊ d. primā ptē pportionalē ipsi⁹ b. s. totum pre ter eius tertiā ptem: ⁊ moueantur sic continue: ꝙ cor respondenter ista mobilia in partibus proportionali bus temporis pertranseant partes suarum magnitu dinum: que cito ille magnitudines essent pertransite ab istis duobus mobilibus: patet hoc: quia eque cito infinite partes sunt pertransite ab vno sicut ab altero in quas diuise sunt sufficienter huiusmodi magnitudi nes. ¶ Sed dices contra: continue d. est ante c. ergo citius pertransibit suam magnitudinem ꝙ̄ c. suam: cō sumptum probatur: nam posito ꝙ quelibet istarum magnitudinum sit trium pedum tunc quando c. per

transiuit vnum pedē cū dimidio: tūc b. ptransiuit duos pedes: ex eo q assignando ptes ꝓportionales ſm proportionē duplā: vnū cū dimidio. eſt prima ps ꝓportionalis trium: aſſignando autem partes ꝓportionales: ſic q prima pars proportionalis ſit totum preter tertiam: tūc prima pars ꝓportionalis eſt duo. cū ḡ poſitū ſit q in prima parte proportionali tēporis: quodlibet eoꝝ mobiliū ptranſeat primā partē ꝓportionalē ſue magnitudinis oportet q in fine prīe partis ꝓportionalis vnū eoꝝ vadat añ: ⁊ ita in ſcḋa ⁊ in tertia ⁊ ſic de alijs. ¶ Rñdet q non eſt inconueniēs duo mobilia ſimul incipere moueri ſuper duas magnitudines eq̄les: ⁊ iſtas magnitudines eſſe eque cito ptranſitas ab eis non obſtante q vnū mobiliū iſtoꝝ cōtinue eſt añ aliud: ⁊ cōtinue plus eſt pertranſitum ab vno q̄ ab alio. verū ē tñ q hoc non poteſt eſſe: ſi eque velociter mouerent. verumtamen hoc poteſt eſſe quando vnū recuperat in velocitate in alia parte temporis: quod non habuit in prima et reliquum perdit in velocitate. vnde illud patet de duabus quartis equinoctialis ⁊ zodiaci: de quibus dicit auctor ſphere q eque cito incipiunt oriri: ⁊ eq̄ cito ſunt perorte non obſtante q continue plus erit perortum de vna q̄ de alia. ¶ Quarta cōcluſio: infinite ſūt partes in continuo proportionales: patꝫ hoc: quia aliter non in infinitū continuum eſſet diuiſibile. ¶ Quinta concluſio nulle partes cōtinui ſunt omnes partes proportionales: nec alique tales ſunt infinite: ptꝫ quia quibuſcunq̧ datis adhuc ſunt plures. ergo nulle ſunt omnes: vnde nec due ſunt omnes: nec tres: ⁊ ſic de alijs. Sed contra due medietates alicuius continui ſunt infinite partes continui. ergo alique partes cōtinui ſunt īfinite. ꝯñtia tenꝫ: añs ꝓbat: q2 due meditates cōtinui ſunt tres tertie: q̄tuor q̄rte: ⁊ ſic vltra. ergo due medietates ſunt īfinite partes. ¶ Secundo due medietates ſunt omnes partes continui. ergo alique partes continui ſunt omnes eius partes: conſequentia nota eſt de ſe. ⁊ antecedens patet: quia non ſunt plures partes in cōtinuo q̄ due medietates. ¶ Ad iſta reſpondetur: ad primam negando iſtam conſequentiam: due medietates ſunt tres tertie: ⁊ eedem medietates ſunt quatuor quarte ⁊ ſic de alijs: ergo due medietates ſunt partes infinite: ſed bene ſequitur. ergo īfinite partes ſunt due medietates recte: ſicut non ſequitur continuum eſt diuiſibile in duas partes: ⁊ idem continuū eſt diuiſibile ī tres partes: et ſic vltra. ergo continuum eſt diuiſibile in infinitum: propter hoc q ly infinitum a parte predicati tenetur cathegorematice: ſꝫ bene ſequitur. ḡ in infinitum continuum eſt diuiſibile: et hoc eſt etiā illud qḋ ſolet dici: nō debere fieri inductionem a parte predicati: ſed a parte predicati. ¶ Ad aliā quā dicebatur: due medietates ſunt omnes partes alicuius continui: hoc nego: quia ſint ille due medietates a. b. vel ergo due capitur diuiſiue vel collectiue: ſi primum tunc ſequitur: due medietates ſunt omnes partes illius continui: ergo a. eſt omnes partes illius continui. et b. medietas eſt omnes partes illius continui: modo quelibet iſtarum eſt falſa. ergo. ſi autem ly due tenet collectiue tūc hec. eſt falſa: due medietates ſunt omnes partes illius cōtinui: vñ ſic accipiēdo due medietates nō ſunt ptes illius continui: ſed ſunt idem qḋ ipſum totū. ¶ Sexta ꝯcluſio: infinite ſunt ptes equalis quantitatis ꝯmunicantes in iſto continuo: iſta cōcluſio patet ex eius (ra[illegible] ex pre[illegible]. ¶ Octaua concluſio. in nullo continuo ſunt infinite partes equales ſecūdum omnem dimentionem non communicantes: patet hoc nam tunc tale eſſet i infinitum: ſicut patꝫ ex precedētibus. ¶ Septia concluſio: in infinitas partes potest eſſe continuum actu diuiſum: patet: quia in duas ptes poteſt eē ꝯtinuū actu diuiſū ⁊ in tres: ⁊ non ſ tot q̄n ī plures: ḡ in īfinitas ptes pōt ꝯtinuū eē actu diuiſum. ¶ Octaua concluſio: non eſt poſſibile: q in infinitas partes continuum ſit actu diuiſum: ꝓbatur: non hec nō eſt poſſibilis in īfinitas partes ꝯtinuū eſt actu diuiſum: quia aliter eſſet dare multitudinem actu ſeparatorum et diuerſoꝝ non exiſtentium partes alicuius īfinitam: quod eſt īpoſſibile. ¶ Sed dices ſi hec eſt vera in infinitas partes continuum poteſt eſſe diuiſum: tunc ſibi correſpondet vna de ineſſe poſſibilis: ſed hec non eſt niſi iſta in infinitas ptes cōtinuū eſt diuiſū: nā iſtam dicis eſſe impoſſibilem per vltimā ꝯcluſionem. ¶ Reſpondetur q non ſolum vna: ſed infinite de ineſſe ſibi correſpondent. ſ. iſta: in duas partes continuum eſt actu diuiſum: ⁊ iſta in tres partes continuū eſt actu diuiſum: ⁊ ſic vltra: ⁊ q̄libet iſtarū eſt poſſibilis ⁊c. Et ſimile eſt ſicut de iſta omne aſtrum poſſum videre: que ē vera: q̄uis hec non ſit poſſibilis. oē aſtrum ego video.

Quantum ad secundum ſit hæc prima concluſio: non ſunt plures partes in toto q̄ in eius medietate: nec in celo q̄ in grano milij: probatur: nam capiamus circulum equinoctialem: ⁊ capiamus circulum circa polum id eſt paruū: ſicut eſt granum milij: tunc probo q in iſto circulo magno: non ſunt plures partes: q̄ ī iſto circulo paruo. pro quo ſuppono: q modo iſti circuli circumuoluantur in vna die naturali: ⁊ q̄libet circumuoluatur ſine interruptione per quietem et tunc arguitur ſic: non ſunt plures partes in iſto circulo magno q̄ ſint partes diei naturalis nec ſunt plures partes diei naturalis q̄ ſint partes in iſto circulo paruo. ergo non ſunt plures partes in iſto circulo magno q̄ in iſto circulo paruo: conſequentia tenet: antecedens quo ad primam eius partem patet ex eo: q cuilibet parti illius circuli magni correſpondet vna pars diei naturalis: ⁊ ſilr ſcḋa pars pꝫ ex eo q cuilibet parti diei naturalis: correſpōdet vna ps illius circuli parui nihilominus q̄uis non ſint plures partes in toto q̄ in eius medietate: tamen ſunt plures partes equales vni quantitati certe date in toto q̄ in eius medietate Iſta ſit ſecunda concluſio: patet ipſa: nam aliter totū non eſſet maius ſua parte. Ad primam concluſionē videtur dictum Commētatoris: dicentis q infiniti īfinito non eſt maius: nec equale: nec minus. cum ergo infinite ſint partes in medietate ſicut in toto: ſequitur non plures eē partes in toto q̄ in eius medietate. Sed dices ſi vnum infinitum non eſt maius alio: ſequitur q non plures preceſſerunt dies q̄ anni: ſuppoſita eternitate mundi: modo hoc videtur falſum: conſequentia tenet ex eo q infiniti preceſſerunt anni: ſicut ⁊ dies. ¶ Reſpondetur q ſuppoſita eternitate mundi non plures preceſſerūt dies q̄ anni: nihilominus quocūq̧ tempore finito dato in iſto ſunt plures dies q̄ anni ⁊ tñ in toto alii tempore infinito ante non.

Ad rationes: prima ſoluta eſt: ad ſecūdam concedo q due partes faciunt aliqualem extenſionem: et q ſi tres fuerint equales illis duabus: bene faciunt maiorem. Si vero ille tres fuerint minores illis duabus: hoc non oportet: vnde due medietates faciunt tantam extenſionem ſicut tres tertie. ¶ Ad tertiam dico q infinita bene poſſunt pertranſiri in tempore finito: que tamen faciunt vnum continuum ⁊ ſunt partes vnius ſicut eſt de partibus continui: quamuis non ſit poſſibile infinita pertranſiri ſeparata ab inuicem et non exiſtentia partes vnius. ¶ Ad quartam d

co q̄ nō est impossibile q̄ īfinita sint separata abīuicē. & distātia ↄtinuata tñ aliqua intermedio: & existūt ptes vni⁹: q̄liter est de ptib⁹ vnius continui de q̄b⁹ arguit. ex hoc p3 ad argumentū. ¶ Ad quintā dico q̄ vbi est dare primū simpliciter: ibi est dare vltimum: modo dico q̄ in cōtinuo nō est dare primā partē simpliciter sed bene primā scd̄m signationem procedendo fm certā ꝓportionē. ¶ Ad sextā dico q̄ infinite sunt ptes in cōtinuo in actu: sed qñ Arist. negat infinitū in actu in multitudine intelligit negare infinitū in actu: separatorū abinuicē nō ↄstituētiū aliqd̄ vnū: Et dico q̄ īfinite sūt ptes in ↄtinuo ī potētia ad istū sensū q̄ quotq̄t accepti possibile est plures accipe. ¶ Ad septimā ↄcedo q̄ oīs numer⁹ est finitus: & vlteri⁹ ↄcedo: q̄ numer⁹ ptiū ꝓportionaliū ↄtinui ē numer⁹ finitus: nā numer⁹ ternarius est nūerus triū ptiū ꝓportionaliū ↄtinui: & nūer⁹ quaternari⁹ quatuor & sic vltra. ¶ Ad octauā dico q̄ infinite sunt partes in cōtinuo eiusdē ꝓportionis q̄uis inter illas infinite sint eiusdē quantitatis non tñ infinite sunt eiusdem quantitatis vni certe date & signate: vñ si sic tūc tale continuum esset infinitum: dū tñ ille partes non essent communicantes.

Questio.XV.



Væritur vltimo vtrū oĩ magnitudine data ↄtingat dare maiorē: & omni numero dato contingat dare maiorē. Ad p̄mum arguit: auctoritate mathematicoꝝ: q̄ hoc supponūt: vnde dicūt q̄ oī magnitudie data ↄtīgit dare maiorē. ¶ Scd̄o si deo placeret posset creare vnā nouam spheram circa mundum & cras iterum vnam aliā: & sic semper vltra: ergo consequentia tenet: ex eo q̄ magnitudo composita ex toto mundo et ex sphera de nouo creata / est maior isto mundo. ¶ Deinde arguitur ad secundum auctoritate Aristotelis. vnde dicit: q̄ quocunq̄ numero dato contingit dare maiorem ex eo q̄ numerus causatur ex diuisione continui: cum ergo in infinitum continuum sit diuisibile: sequitur q̄ in infinitum numerus est augmētabilis.

In oppositum arguitur primo de magnitudine auctoritate Aristote. in isto tertio dicentis: quantamcunq̄ contingit esse magnitudinem in potentia: tantam contingit esse in actu: sed nō contingit magnitudinem esse infinitam in actu: ergo non contingit magnitudinē esse infinitam in potentia: & tamen si omni magnitudine data contingeret dare maiorem: tunc contingeret esse infinitam in potentia: et q̄uis opposito modo sit de numero: et de magnitudine: quantum ad hoc: tamen potest argui de numero sic: quantumcūq̄ numerum contingit esse in potentia: tantum contingit esse in actu: sed non contingit ipsum esse infinitū in actu: ergo non contingit ipsum esse infinitum in potentia: minorem concedit Aristoteles: et tunc vltra cū ips3 contingeret esse infinitū in actu contingeret ipsum esse infinitum in potentia: si quocunq̄ numero dato contingeret dare maiorem. ¶ In ista questione videndum est de magnitudine. secundo de numero.

Quantum ad primum sciendum est q̄ aliquid potest fieri maius: vel per additionem alicuius ad ipsum: vel per solam rarefactionem: similiter aliquid potest fieri minus: vel per remotionem alicuius ab ipso: vel per solam condensationem. ¶ Tunc sit prima conclusio: q̄ non omni magnitudine data est dabilis maior: et hoc per potentiam naturalem et hoc per additionem alicuius ad ipsum: probatur: nam capiatur tota massa: seu tota magnitudo aggregata ex omnibus spheris celestibus et istis inferioribus: tunc arguitur sic: ista magnitudine non est dabilis maior per additionem alicuius ad ipsum: per potentiam naturalem: ergo: consequentia tenet: antecedens probatur quia ex quo tā tota massa materie est occupata si huic mundo deberet fieri additio oporteret q̄ aliquod corpus de nouo fieret: et non posset dici / q̄ hoc fieret ex materia: ex quo iā3 tota materia est occupata sicut dictum est. ergo oporteret q̄ fieret ex nihilo: quod est cōtra omnes philosophos: isto modo probat Aristoteles primo celi: non posse esse plures mundos: nec posse fieri nouum mundum ab isto distinctum. ¶ Secunda cōclusio: q̄ non omni magnitudine data est dabilis maior per rarefactionem per potentiam naturalem: probatur de mundo: qui non est rarefactibilis secundu3 se totum: ex eo q̄ celum non est rarefactibile: quia rarefactio consequitur actionem qualitatum primarum abinuicē: que sunt caliditas frigiditas &c. huiusmodi q̄litates non sunt in celo nec etiam totalis massa infra cōcauum orbis lune est rarefactibilis secundum se totā: patet hoc quia non posset secundum se totam rarefieri nisi occuparet maiorem locum: s3 nō potest occupare maiorem locum: nisi latera celi recederent abinuicē sed hoc est īconueniens: ergo &c. nihilominus massa que est infra concauū orbis lune: bñ pōt rarefieri scd̄m partes: sed tūc oportet q̄ condensetur scd̄m aliam partē: q̄ si aliqd̄ rarefieret: necesse est aliquid condensari: ꝓpē hoc q̄ totalis massa infra concauū orbis lune non pōt eē in maiori loco: ꝓpter hoc q̄ latera celi non possunt venire ꝓpinquius et etiam q2 nō est possibile eē vacuū ideo si aliquid condensat: necesse est etiam q̄ aliqd̄ rarefiat: vt semper massa predicta maneat in equali loco ¶ Tertia conclusio: q̄ non oīs magnitudo pōt diminui nec per remotionē alicuius ab ipsa: nec per cōdensationē sicut nec omnis magnitudo potest augeri. probatur de magnitudine: que est mundus: ista non potest diminui per remotionem alicuius ab ipsa: q2 sicut materia est ingenerabilis: ita etiam est incorruptibilis: et per consequens non minorabilis per ablationem: et corruptionem alicuius partis ab ipsa: et per cōsequēs nec mundus: quo ipsa est comprehensa: nec ipsa est cōdensabilis per condensationem: quia celum non est cōdensabile propter hoc: q̄ nō habet qualitates primas que sunt caliditas frigiditas &c. ad quarum actiones sequitur densitas: nec etiam totalis massa infra concauum orbis lune contenta est condensabilis secundum se totam: licet bene secundum partem: sicut patet ex dictis. ¶ Quarta conclusio: his non obstantibus secundum potentiam supernaturalem: quacunq̄ magnitudine data possibile est dare maiorem: sicut arguebat secunda ratio in principio questionis. ¶ Quinta cōclusio: q̄uis sit dare maximam magnitudinem: puta mundum: non tamen est dare minimam magnitudinem inexistentem toti: patet hoc: quia quacunq̄ magnitudine data: eius medietas est minor: & sic in infinitum. Ex hoc sequitur q̄ in īfinitum parua magnitudo est: & hoc intelligendo de magnitudine īexistente toti: patet hoc q2 aliquanta magnitudo est & in duplo minor: & in quadruplo: & sic in infinitum. ¶ Sexta conclusio: quacūq̄ magnitudie data potest dari minor seorsum existēs: patet hoc: q2 ipsa potest diuidi: & tūc per diuisionē eius est minor: sic seorsum exñs &c. ¶ Septima cōclusio: falsum est q̄ quacunq̄ magnitudine data de facto sit ma

nõ seorsum: p3 hoc: de facto est minimũ ens naturale etiã sic tunc actu essent infinita seorsum exñtia: qđ est falsum ⁊ cõtra Arist. Ex his sequit̃ ꝙ q̃uis in infinitũ parua magnitudo seorsum existens totũ posset esse: tñ impossibile est ꝙ in infinitum parua magnitudo per se seorsum existens sit finaliter: q̃ ex his habetur ꝙ non omni magnitudine data sit dare maiorem ⁊c.

Quantũ ad secundũ primo est sciendum ꝙ numerus capit̃ dupl'r: vno modo ꝓ discretione actualiter separatorũ abinuicẽ nõ facientiũ vnũ continuũ sicut ẽ numerꝰ decẽ hoĩm vel decẽ equorum. Alio mõ ꝓ discretiõe non actu separatorum: sed bñ separandorũ abinuicẽ facientiũ vnũ continuũ: sicut est numerus partiũ in ↄtinuo: p̃mo mõ dicat̃ numerꝰ ꝓprie: scđo mõ dr̃ ĩproprie. ¶ Tũc sit p̃ma cõclusio: ꝙ loquendo ĩproprie de nũero nullo nũero ↄtinuorũ dato põt dari maior patet hoc: quia q̃libet talis est infinitꝰ: capiendo ĩfinitũ syncathegorematice: vñ ĩfinitus nũerꝰ est hoc lignũ q̃a numerꝰ binarius sicut sunt medietates istius ligni sũt hoc lignũ: ⁊ nũerꝰ ternariꝰ: sicut sũt tres tertie ⁊ sic in ĩfinitũ. Sic ẽ accipiendo numerũ concedendũ est ꝙ vnitas est numerꝰ immo ĩfinitꝰ numerus est vnitas q: sicut tam dictũ est infinitus numerus est hoc lignũ q̃cq̃d est hoc lignũ est quedã vnitas. ¶ Secũda ↄclusio sic accipiẽdo numerũ ĩproprie per diuisionẽ ↄtinui nõ fit maior nũerꝰ q̃ ante: p3 hoc q̃a si per diuisionẽ huiꝰ ligni in centũ ptes fit numerꝰ centenariꝰ: tãtꝰ numerꝰ erat añ accipiendo numerũ ĩproprie ⁊c. sil'r si ꝑ diuisionẽ huiꝰ ligni in mille partes: q: iste erãt añ mille ptes sicut mõ: q̃uis mõ sint sepate ⁊ priꝰ ↄtinue ⁊ mõ faciẽtes numerũ ꝓprie dictũ. ¶ Tertia conclusio loquendo de numero ꝓprie dicto actu est maximꝰ nũerꝰ: p3 hoc q: actu est maxima multitudo sepatorũ ab inuicẽ. hoc patet ex eo ꝙ sm̃ Aristo. nõ est dare multitudinẽ actu infinitã separatorũ abinuicẽ nõ facientiũ vnũ cõtinuũ. ¶ Quarta conclusio: sil'r est actu minimꝰ numerꝰ: p3 quia nõ est minor numerꝰ q̃ sit nũerꝰ binariꝰ. ¶ Quinta ↄclusio: q̃cũq3 nũero dato põt dari maior p3 hoc q: quacunq3 magnitudine data põt dari minor: ꝑ diuisionẽ magnitudinis: sicut p3 ex p̃mo articulo: ⁊ q: nũerus causat̃ ex diuisione cõtinui: sequit̃ ex quo in ĩfinitũ vadit diuisio: ꝙ in infinitũ põt ire nũerꝰ: siue augmẽtatio nũeri: ⁊ igit̃ sicut quacũq3 magnitudĩe ↄtĩgit dare minorẽ: ita quocũq3 numero dato cõtingit dare maiorem. ¶ Sexta ↄclusio nõ q̃cũq3 nũero dato põt dari minor semꝑ loquẽdo de nũero ꝓprie dicto ⁊ tertia cõclusione huiusq3: p3 hoc: q̃a inter oẽs nũeros: numerꝰ binariꝰ ẽ minimꝰ: si vnitates binariꝫ diuidãt̃ ꝑ fractionẽ. s. vna vnitas in tres tertias: vł in quatuor quartas: ista diuisio non est nũeri diminutio: sed magis numeri augmentatio. Ex oibꝰ his colligit̃ ꝙ opposito mõ se habẽt magnitudo ⁊ nũerꝰ: vñ nõ q̃cũq3 magnitudĩe data ẽ dabilis maior ꝑ potentiã naturalẽ: sed quocũq3 nũero dato loquẽdo de numero ꝓprie dicto est dabilis maior ꝑ potentiam naturalem.

Ad rationes principales. Ad primam dico ꝙ nõ repugnat imaginationi q̃cũq3 magnitudine data dare maiorẽ: ⁊ hoc sufficit mathematicis: tamen hoc repugnat vel saltẽ ĩptinẽs est nature. ¶ Scđa rõ est ꝓ quarta ↄclusione p̃mi articuli. quã aũt vr̃ ad oppositũ ꝙ nõ q̃cũq3 magnitudine data: eẽt dare maiorẽ illa cõceditur: sed quã arguit̃ de nũero ista rõ soluit̃: ꝑ eiꝰ solutione dico cum Arist. ꝙ q̃uis quantãcũq3 magnitudinẽ contingit esse in potẽtia: tantam contingat esse in actu: ꝓpter hoc ꝙ actu est maxima magnitudo quia nõ potest esse maior naturaliter: tñ nõ quãtumcũq3 numerũ ↄtingit esse in potẽtia: tñ ↄtingit eẽ in actu q̃a licet actu sit maximꝰ numerꝰ accipiendo numerum ꝓprie: tñ isto nũero põt eẽ maior: ⁊ licet quacunq3 magnitudine data vel dabili est dare minorem: tñ nõ quocũq3 numero dato est dabilis minor: ⁊ sicut diuisio magnitudinis vadit in infinitum: accipiendo infinitũ syncathegorematice ita augmentatio numeri vadit in infinitum.

¶ Finis Tertij Libri.

¶ Questiões magistri Alberti de Saxonia In quartum librum Physicorum Aristotelis.

Questio I.



Ostq̃ tractatũ est super tres libros physicorum: nunc igitur ↄsiter est videndũ circa quartũ librũ: ⁊ q̃a p̃ncipaliter in isto libro tractat̃ de loco: sit prima q̃stio talis. Utrũ locꝰ sit superficies. Ad ptẽ negatiuam arguit̃ p̃mo auctoritate phi in p̃dicamẽtis: vbi locũ ⁊ superficiẽ ponit distinctas species quãtitatis. ¶ Secundum ibidem dicit Aristo. ꝙ particule loci copulantur ad vnum terminum eundem ad quem copulantur particule corporis: sed sic non est de partibus superficiei: ergo locus non est superficies. ¶ Tertio superficies est quantitas: sed locus non est quantitas: ergo. prima pars antecedentis p3 ꝑ Arist. in predicamentis. secunda pars probat̃: q: si locus esset quãtitas nõ esset ↄseruatiuꝰ locati: qđ est contra vnã proprietatem loci ⁊ contra Aristote. in quarto huius. ¶ Similiter locus non esset principium generationis cuius oppositum dicit Porphyrius: ↄñtia probatur: per hoc qđ dicit Cõmẽ. sup isto quarto: quãtitas nõ est de virtutibꝰ actiuis ⁊ passiuis: ⁊ ꝑ ↄñs: si locꝰ esset quantitas: tunc non esset de virtutibus actiuis ⁊ passiuis: ⁊ per ↄñs non esset conseruatiuus locati: nec principium generationis: cum hoc pertineat ad virtutem actiuam. ¶ Quarto locus debet esse equalis locato: sicut dicit Aristoteles in isto quarto: sed nulla superficies ẽ equalis locato: ex eo ꝙ quodlibet locatum est corpus: ergo locus non est superficies. ¶ Quinto vnus locus est cõtrarius alteri: sicut locus sursum: et locus deorsum: sed superficies nõ est contraria superficiei: ex eo ꝙ omnis superficies est quantitas: quantitati autem nihil est cõtrarium per Aristotelem in predicamentis: ergo videtur ꝙ oportet ponere locum nõ esse superficiem. ¶ Sexto locus est de predicamẽto vbi: sed superficies est de predicamento quantitatis: ergo locus non est superficies. consequentia tenet ex eo ꝙ termini de diuersis predicamentis semper sunt de se inuicem verificabiles negatiue: ex eo ꝙ vnum generalissimum de alio est negatiue predicabile immediate. prima pars antecedentis patet: quia eedem sunt differentie loci ⁊ vbi scz sursum ⁊ deorsum: hoc autem non esset: si locus esset alterius predicamenti q̃ ad vbi: ex Aristotele in predicamentis diuersorum generum et cetera. ¶ Septimo locus non est corpus secundum Aristotelem quarto

huiꝰ sup̄ficies aūt est corpꝰ: nō eñi ē ponēdū q̄ sit aliq̄ res diuisibilis sm̄ longitudinē ⁊ latitudinē ⁊ īdiuisibilis scd̄m profunditatē alia a corpore: ꝗ locꝰ nō ē sup̄ficies q̄a aliter locꝰ eēt corpꝰ sicut sup̄ficies. ¶ Octauo si locꝰ eēt sup̄ficies: seq̄ret q̄ locꝰ eēt mobilis. sed hoc ē ꝯ Arist. ī isto q̄rto: vbi in descriptiōe loci exp̄mit q̄ sit immobilis: p̄bat etiā illud q̄ si locꝰ eēt mobilis. seq̄ret q̄ aliq̄d ꝯtinue eēt ī alio ⁊ alio loco: absq̄ hoc q̄ moueretur localr̄: p̄z ꝯn̄tia de ista domo quā dicimꝰ nō moueri localr̄: ⁊ tā si locꝰ eiꝰ eēt mobilis: tūc ad motū illius loci ꝯtinue eēt ī alio ⁊ alio loco: nō obstāte q̄ nō moueret localr̄. Et ex alio si locꝰ eēt imobilis tūc aliq̄d posset moueri localr̄: ⁊ tñ ꝯtinue maneret ī eodē loco: ꝯn̄s ē falsuz: ex eo q̄ motꝰ localis ē mutatio de vno loco ad aliū: ꝯn̄tia tz: si plurīa moueret ad motū aeris locātis ipam: ꝗ de rōne loci videt eē imobilitas: ꝯn̄tia p̄ūs probat: q̄a si locꝰ esset sup̄ficies: oporteret q̄ eēt sup̄ficies alicuiꝰ corpis: ⁊ p̄ ꝯn̄s ad motū istiꝰ corpis oporteret illā sup̄ficiē moueri: ex eo q̄ moti nobis: mouēt oīa q̄ in nobis sunt: ⁊ cū oē corpꝰ sit mobile: oīs locꝰ si eēt sup̄ficies alicuiꝰ corpis eēt mobilis. ¶ Nono si locꝰ eēt sup̄ficies: tūc locꝰ eēt forma: ꝯn̄s ē ꝯ Arist. ī lr̄a: ꝯn̄tia p̄bat: ex eo q̄ oīs sup̄ficies siue locātis: siue locati: est q̄dā forma ⁊ figura ⁊ dispositio extrīseca: ⁊ exterius apparēs. ¶ Decio. si locꝰ eēt sup̄ficies: tūc mūdus nō eēt ī loco: ꝯn̄s ē falsum cū oē corpꝰ sit ī loco: ꝯn̄tia tz: q: extra mūdū nō ē aliq̄ sup̄ficies ambiens mūdū. ¶ Ultimo cētrū mūdi ē locꝰ terre: ⁊ tā nō est sup̄ficies: ꝗ q̄stio falsa.

In oppositum vult Arist. in isto quarto. In ista q̄stiōe p̄io ponēde sunt aliq̄ p̄prietates ipsius loci. secundo reprobāde sunt tres opiniōes de loco. tertio ponende sunt conclusiones sm̄ opinionē Aristo.


Quantum ad primum est ista prima proprietas loci: q̄ locus ꝯtinet locatum vnde communiter dicimus locatum esse in loco: ⁊ contineri ab ipso. ¶ Secunda p̄prietas q̄ locꝰ non sit aliquid corporis locati: vnde locꝰ nō est pars ipsiꝰ locati: nec accn̄s sibi inherens: p̄z hoc: q̄a locatū secūdum se totū pōt moueri ab vno loco ⁊ intrare aliū locū: loco priore manente sed hoc nō posset eē si locꝰ eēt pars locati: vel accidēs sibi inherens. ¶ Tertia p̄prietas loci est q̄ locus proprius sit equalis locato: de hoc videbit in seq̄nti questione. ¶ Quarta p̄prietas nullum corpus est sine loco: patet ex eo q̄ omne corpus est mobile localiter: nō tamen omne corpus est in loco ipsum ambiente: patet hoc de totali mūdo: de hoc etiā postea videbit. ¶ Quinta p̄prietas est q̄ differentie loci sunt sursum deorsum dextrorsuz: sinistrorsum: ante ⁊ retro. ¶ Sexta proprietas q̄ corpora grauia naturaliter sunt mobilia ad locum deorsum: ⁊ corpora leuia ad locum sursum. ¶ Septima p̄p̄etas est q̄ sursum ⁊ deorsum sunt diuerse potentie naturales: p̄z hoc: q̄a aliter non posset esse ratio quare graue magis moueret deorsum ⁊ leue sursum: ⁊ ecōtra. ¶ Octaua p̄prietas est: in eodem loco bn̄ succedūt sibi diuersa corpora: p̄z hoc: quia in eodem loco in quo modo est aer: postea erit aqua aere recedente. ¶ Nona proprietas. maius corpus occupat maiorem locum: patet ex eo q̄ oportet locū esse equalem locato ¶ Decima p̄prietas. quod mouet localiter oportet q̄ mutet locum: p̄z hoc ex eo q̄ moueri localiter est mutare locum. ¶ Undecima proprietas est q̄ quiescens a motu locali non mutat locum: patet hoc: nam non dicimus turrim nostre domine esse in alio loco nūc q̄ añ ¶ Duodecia p̄prietas. non est possibile plura corpora esse in eodē loco: ⁊ hoc corpora quorū quodlibet est per se seorsum existens: ⁊ hoc in eodem loco proprio: patet quia aliter dimensiones penetrarent se: quod est cōtra Aristotelem in isto quarto.

Quantum ad secundum est sciendum q̄ de loco erant quattuor opiniones. Una erat: q̄ locꝰ erat materia. ¶ Secūda erat q̄ locus erat forma ipsius locati: non forma substantialis: sed figura extrinseca locato. ¶ Tertia opinio erat: q̄ locus erat spatium et dimensio separata inter latera corporis circūdans locatum. vnde imaginantur: q̄ si ego iam extraherer de isto loco in quo modo sum absq̄ hoc q̄ latera aeris circundantis ꝯcurrerent. q̄ tūc adhuc maneret ibi quoddam spatium: quod dixerunt esse dimensionem separatam: et hoc idem dixerunt esse locum medium omnino equalem mihi. ¶ Quarta opinio erat Aristotelis: q̄ locus esset superficies corporis continentis immediata locato. ¶ Contra tres opiniones pono quattuor conclusiones: quarum prima est ista: q̄ locꝰ non est materia locati: probatur per secundam proprietatem loci probatur etiam per sextam proprietatem: quia grauia mouentur deorsum: et leuia sursum: tanq̄ ad sua loca naturalia: et tamen non mouentur ad suas materias: nec valet motiuum illius opinionis quod erat tale. materia manente eadem succedunt sibi diuerse forme: sic loco manente eodem: in eodem succedūt sibi inuicem diuersa corpora. Dixit etiam opinio vtrunq̄ scilicet materiam et locum esse receptiuum: vnde est dicēdum q̄ non propter hoc locus est materia: quia materia est solum receptiua formarum substantialium: ⁊ nō corporum per se subsistentium. opposito autem modo est de loco: quia locus est bene receptiuus corporum per se subsistentium: non autem formarum substantialium eo modo quo materia. ¶ Secūda conclusio: locꝰ nō est forma seu propria superficies locati. probatur p̄ hoc q̄ locatuz potest moueri loco manente: modo hoc non posset esse: si locatum esset p̄pria sup̄ficies locati. nam tunc oporteret ad motum locati moueri locū: probatur etiam p̄ secundam p̄prietatē: que dicit locū non esse aliquid locati. Et confirmatur: si locꝰ esset superficies p̄pria locati: tunc in motu locali mobile nō mutaret locū q̄d est contra predicta: ꝯn̄tia tenet ex eo: q̄ superficies p̄pria locati mouet vel desinit cū locato. ¶ Tertia conclusio. locus nō est tale spatiū separatum sicut imaginantur antiqui: probatur per sextam: et septimā proprietatem: quia tale spatium secunduz oēs eiꝰ partes eiusdem esset rationis: ⁊ sic in ipso sursum ⁊ deorsū non essent potentie naturales diuerse: ⁊ sic non esset ratio quare in tali spatio corpora plus mouerent ad vnā partem q̄ ad aliam. ¶ Secundo si locus esset tale spatium: et magnitudo separata longa: lata: et profunda: sequeretur q̄ dimensiones se penetrarent. consequens est falsum: ⁊ impossibile. consequentia patet: quia dimēsiones locati. ⁊ iste dimensiones que essent talis locus mutuo se penetrarent. ¶ Tertio si corpus naturale indigeret tali spatio separato: vel hoc esset ratiōe sue materie: vel ratione forme: vel ratione suorum accidentium: vel ratione suarum dimensionum: nec primū: nec secundum: nec tertium: quia illis sufficiunt earum proprie dimensiones. Si autem dicatur quartum: ergo ille dimensiones que dicuntur esse tale spatium separatum indigent vno alio spatio separato: et illud iterum vno alio: ⁊ sic in infinitum: et etiam tunc non esset maior ratio quare ille dimensiones dicerentur locꝰ dimēsionum locati: q̄ econuerso. propter hoc q̄ ita bene ille dimensiones separate indigerent dimensionibus locati: sicut econuerso: ergo ⁊c.

Quantū ad tertium pono istam con-
clusionem: loc⁹ est superficies corporis ɔtinentis ɔtigua
locato: pbat: nā nō videt locus eē aliud ꝙ materia vel
forma: seu supficies extrinseca: vel spatium imaginatū
inter latera corporis cōtinentis: vel supficies corporis
ɔtinētis immediata locato: sz nō est materia vel forma
nec spatiū vt dicebatur in pūo articulo. relinquit ꝙ ꝙ
sit superficies corporis cōtinentis immediata locato.
¶ Secundo nā hoc videtur eē loc⁹ cui ɔueniūt ꝓprie
tates loci pdicte: sz supficiei corporis ɔtinentis imme-
diate locato ɔueniūt pdicte ꝓprietates sicut posset in
duci inductiue. ¶ Ista ɔclusio secundum ponentes su
pficiē vnā rē supadditā corpori debet itelligi sicut ver
ba iacent. sed fm istos qui negant supficiem p̄nōt rem
īdiuisibilē secundū ꝓfunditatē additā corpori: pdicta
cōclusio exponit: ⁊ hoc sic: loc⁹ est supficies corpis con
tinentis. i. corpus ambiens: ⁊ continens locatū dr esse
loc⁹ corporis locati: nō quia mensurat locato: ⁊ tangit
locatum fm ꝓfunditatem: sed ꝙ cōmensuratur locato
⁊ tangit ipsum scdm lōgitudinem: ⁊ latitudinē partiū
immediatarum locato: nō tamē immediatarum synca
thegorematice secundū se totas: sed cathegorematice
quia hoc nomē supficies cōnotat latitudinem. Nos di
cimus locum esse superficiem: et non dicimus locū esse
corpus non ꝙ hec sit falsa locus est corpus: sed ꝙ hec
est minus propria locutio: locus est corpus: ꝙ ista: loc⁹
est superficies. Unde sciendum ꝙ in veritate locus est
corpus propter hoc ꝙ locus/ et superficies: et corpus
sunt vna res: sed tamen quia corpus ambiens non dici
tur esse locus secundum rationem corporis: sed bene se
cundum rationem superficiei: inde est ꝙ nos dicimus
locum esse superficiem: et non dicimus locum esse cor
pus et cetera.

Ad rationes principales. Ad primam
quum dicebatur locum: ⁊ superficiez ⁊c. dico ꝙ eū hoc
adhuc stat ꝙ termini supponāt pro eadem re. vnde ad
hoc ꝙ sint termini specifice distincti sufficit: ꝙ predicti
termini si sint vocales: vel scripti conceptibus specifi-
ce distinctis subordinentur in significando: qui quidez
conceptus distincti possunt esse causati ab eadē re ex-
tra mouēte: licet alio ⁊ alio modo se habēte. ¶ Ad ali-
am dico/ ꝙ Aristoteles in predicamentis loquebatur
de loco: secundum ꝙ tunc famosum erat: expectans de
terminationem veritatis de loco vsq; ad libros natura
les: ⁊ quia tunc temporis communiter tenebatur ꝙ lo
cus esset spatium separatum: Aristoteles in predica-
mētis sic accepit locum: sed deinde in isto quarto de lo
co determinauit veritatem ꝙ non esset tale spatium se
paratum: sed ꝙ esset superficies continentis corporis.
¶ Ad tertiam dico: ꝙ locus conseruat: hoc non est ra
tione sui: sed ratione qualitatum supercelestium influ
xarum a celo in ipsum locum et cetera. ¶ Ad quartā
locus est equalis locato: de hoc videbitur in sequenti
questione. ¶ Ad quintam dico: ꝙ vnus locus contra-
riatur alteri: hoc accidit sibi ratione qualitatum influ
xarum a celo: et hoc non inest sibi ratione qua superfi-
cies. ¶ Ad sextam dico ꝙ non obstante adhuc locus ⁊
superficies bene supponunt pro eodem: sed quando di-
citur propositio in qua terminus vnius predicamenti
predicatur de termino alterius predicamenti est fal-
sa negatur: vnde dicēdo sortes est albus propositio est
vera: non obstante ꝙ subiectum est de vno predicamē
to: et predicatum de alio. ¶ Sed quando dicit Aristo-
teles primo posteriorum: ꝙ generalissimum vnius pre
dicamēti ⁊ cetera. dico ꝙ per hoc voluit ꝙ generalissi
mum vnius predicamēti est predicabile quidditatiue
de generalissimo alterius predicamenti: sed bene deno
minatiue. ¶ Ad aliam. superficies est corpus cōcedo:
et locus non est corpus. dico ꝙ per hoc Aristoteles nō
voluit negare locum esse corpus: sed bene voluit hanc
esse minus propriam locus est corpus ꝙ istam loc⁹ est
superficies. ¶ Ad octauam que est de immobilitate lo
ci. de hoc videbitur in alia questione. ¶ Ad nonam di-
co ꝙ Aristoteles non voluit negare quin loc⁹ bene es-
set forma: seu superficies corporis continentis: sed vo-
luit negare: ꝙ locus eēt forma seu superficies propria
corporis locati. ¶ Ad decimam vbi tāgitur vtrū mun
dus sit in loco. videbitur postea: et similiter de vltimo
argumento videbitur.

Questio II.



Queritur secundo vtrū
loc⁹ sit equalis locato. Et argui
tur primo ꝙ non. ɔtinens debet
esse maius contento: ꝙ conti-
nēs circumdat contentum: sed lo
cus est continens locatum: ergo
locus debet esse maior locato: et
per ɔsequens nō equalis. ¶ Se
cundo nam locatum est corpus: locus autem est super
ficies: modo superficies non dicitur equalis corpori: eo
ꝙ corp⁹ est diuisibile fm tres dimensiones: superficies
solum secundum duas. ¶ Tertio sequeretur ꝙ omnia
elementa essent adinuicem equalia: consequens est fal
sum: probatur consequētia: quia cum aqua sit locus
terre: sequitur aquam esse equalem terre: ⁊ cum vlteri⁹
aer sit locus aque sequitur vlterius aerem esse equalē
aque: ⁊ per consequens equalem terre. tenet consequē-
tia ex eo ꝙ quecunq; vni ⁊ eidem sunt equalia inter se
sunt equalia: ⁊ sic argueretur de igne. ¶ Quarto seque
retur orbem lune esse equalem igni: consequētia tenet
ex eo ꝙ orbis lune est locus ignis: modo si dicatur ꝙ
orbis lune sit equalis igni cum ignis possit augeri vel
diminui orbe lune non aucto nec diminuto: adhuc ipso
manente tanꝙ locus ipsius: sequitur tunc locum non
esse equalem locato. ¶ Quinto per Arist. idē est natu-
ralis loc⁹ totius ⁊ partis: modo si locus semp esset equa
lis locato: idē locus eēt equalis toti ⁊ parti: ⁊ per ɔns
totū ⁊ pars essent eq̄lia: qḋ est contra cōmunem animi
ɔceptiōem. ¶ Sexto si locatū esset sphericū sequeret
ꝙ contingeret in eadē superficie esse duos circulos eq̄
les habentes idē centrū: qḋ est contra vnā ꝓpōem ter-
tie geometrie: ɔña patet: q: illa duo circuli essent: vn⁹
cuius circūferentia esset supficies concaua locantis: ⁊
alius superficies conuexa locati. ¶ Septimo centruz
mundi dicitur locus terre. modo illud nō est equale to
ti terre.

In oppositum est Aristo. in isto quar-
to vbi hoc etiā positum est pro vna proprietate loci scz
locum esse equalem locato. ¶ In questione primo distin
guam de loco: secundo ponam conclusiones ⁊c.

Quantum ad primum sciendum est
ꝙ duplex dicitur esse locus: quidā communis et quidā
proprius: loc⁹ cōmunis dicit qui ɔtinet plusꝙ illud cu-
ius dicit eē loc⁹. ¶ Isto modo dicimus: oēs sum⁹ in ce
lo tanꝙ in loco communi: quia celū non solū continet
nos: verumetiam alia: locus vero proprius dicitur: qui
est immediatus locato: et continet ipsum et non plus.
Isto modo dico ꝙ superficies aeris immediata mihi

eſt locus meus proprius: continet enim me ⁊ non plures ergo et cetera.

Quantũ ad ſecundũ ſit prima cõcluſio ꝙ nõ oẽ corp⁹ eſt in loco ſibi ꝓprio: pȝ hoc quia vltima ſphera eſt corp⁹: ⁊ non eſt in loco ſibi ꝓprio: patȝ hoc: q: non eſt in loco ſicut poſtea videbitur. ¶ Secundo ps inexiſtẽs toti ſicut eſt medietas vel aliqd huiuſmodi eſt corp⁹: ⁊ nõ eſt in loco ſibi ꝓprio: patet hoc: q: nõ eſt in loco niſi ratione toti⁹: modo loc⁹ toti⁹ non eſt ſibi proprius: aſſumptum patet ex eo ꝙ locus debet eẽ diuiſus a locato: quum ergo in toto vna medietas ſit alteri continua ⁊ non ab ea diſtans: nec ſibi ↄtigua: vna earum non locat aliam: ⁊ per ↄñs nulla earum eſt in loco primo ⁊ ꝓprio: ⁊ ſicut argutum eſt de medietatibus ita argueretur de alijs partibus in toto. ¶ Tertio: maȝ ignis in ſphera ſua eſt quoddam totum corpus: et non eſt in loco ſibi proprio: patet: nã ↄcauum orbis lune dr̃ eſſe locus ei⁹: modo ille nõ eſt eius locus ꝓprius: quia nõ ſolum continet ignem: verumetiã totum aggregatũ ex omnibus elementis: niſi tunc vellemus dicere ꝙ cõcauum orbis lune ⁊ conuexum ipſi⁹ aeris eſſet proprius locus ipſius ignis in ſphera ſua. ¶ Secunda concluſio: idem ſimul ⁊ ſemel eſt locus proprius ⁊ communis reſpectu diuerſorum corporum: patet hoc: nam cõcauum orbis lune eſt locus proprius totius aggregati ex omnibus que ſunt infra ipſum: ſed eſt locus communis cuiuſlibet ſeorſum accepti. ¶ Tertia concluſio non oportet locum proprium eẽ equalem locato equalitate ſimpliciter dicta: vnde ſciendum ẽ ꝙ equalitas ſimpliciter dicta eſt attribuenda non ſolum penes duas dimenſiones: ſed penes omnes: ⁊ probatur cõſequẽtia: nam dolium plenum vino dicitur proprius loc⁹ vini: ⁊ tamen illud dolium nõ eſt equale vino equalitate ſimpliciter dicta: que eſt ſecundum omnes dimenſiões vnde illud dolium non eſt equale vino ſecundum profunditatem quia illud dolium eſt valde tenue ⁊ vinum non. ¶ Quarta concluſio. neceſſe eſt locum proprium ⁊ locatum eſſe equalia ſecundum continentiam id ẽ ꝙ quantum locus continet: tantum eſt locatum: pȝ hoc ex quid nominis loci proprie dicti: etiam quia diameter locati attingit vndiq̃ ad latera ipſius loci immediata locato: nam ſi non: tunc interciperetur vacuum inter conuexum locati ⁊ concauum orbis: vel ille locus non eſſet proprius locati: quod eſt contra hypotheſim ¶ Quinta cõcluſio. neceſſe eſt locum proprium ⁊ ſuũ locatũ eſſe equalia per ſuas ſuꝑficies ſcd̃m quas ſe tãgunt: ⁊ hoc eſt ipſa eſſe equalia non equalitate ſimpliciter dicta: que eſt ſcd̃m trinam dimenſionẽ: ſed equalitate ſecundũ duas dimenſiões .ſ. longitudinẽ ⁊ latitudinem: pȝ hoc: q: ſecundũ iſta aliqua dicunt̃ equalia eẽ ſecundũ que ſibi inuicẽ ſuppoſita vnũ nõ excedit aliud: nec exceditur ab alio: ſȝ ſic eſt de loco ꝓprio et ei⁹ locato quoad ſuꝑficies ſcd̃m quas ſe tangũt: ſicut faciliter pȝ ex quid nominis loci proprij. ¶ Sexta cõcluſio. īfinita ſunt loca ꝓpria vnius locati: ꝓbatur: nã orbis lune eſt vnus locus proprius aggregati ex iſtis inferioribus: modo clarũ eſt ꝙ orbis lune ſit ſpiſſitudinis alicui⁹: tũc ſic imaginet̃ diuidi in duas medietates ſecundum circulationem: quarum vna ſit immediata igni ⁊ alia nõ tunc iſta medietas immediata igni eſt locus proprius totius aggregati ex iſtis inferioribus: quia continet illud aggregatum: ⁊ nõ plus: ſimiliter ⁊ compoſitum ex iſta medietate ⁊ medietate reſidue medietatis eſt etiã loc⁹ ꝓprius totius aggregati ex iſtis īferioribus: ⁊ ſic vltra eundo ſecundum partes ꝓportionales alterius medietatis. ⁊ ſicut argutũ eſt de orbe lunari: ita poteſt arguĩ de loco ꝓprio cuiuſcũq̃ locati. Ex iſta cõcluſione ſequit̃ ꝙ illud locatum ſimul ⁊ ſemel eſt in pluribus locis ꝓprijs. Sed dices tu: hoc eſt ↄ̃ Ariſto. dico ꝙ nõ: q: Ariſt. quã dicit nõ eẽ poſſibile ⁊c̃. intellexit de locis ꝓprijs quoꝝ nullus eſt pars alterius: ſed cõcluſio poſita vadit de locis proprijs: quorum vnus eſt pars alterius: ſicut patet in eius probatione: ita ergo diceretur accipiendo locum eo modo quo accipit Ariſto. in iſto quarto. Accipiendo autem locum pro ſpatio imaginato inter latera corporis circũdantis locatum: ſtatim clarum eẽt ſi eẽt tale ſpatium ꝙ locus eſſet equalis locato ſimpliciter: ſecundum longitudinem latitudinem et profunditatẽ: ſed accipiendo locum ſicut accipit Ariſto. dictũ eſt de equalitate loci ſcd̃m concluſiones poſitas ⁊c̃.

Ad rationes principales. Ad primam nego ꝙ oporteret continens eſſe maius contento: immo ſicut declaratũ eſt poteſt eſſe minus. ¶ Ad ſecundã dico ꝙ ſuꝑficies non eſt aliud a corpore: ergo ſi corpus põt eſſe equale corpori: tunc etiam ſuperficies poteſt eẽ equalis corpori: ſed quare Ariſto. dicit locũ eſſe ſuꝑficiem ⁊ non locum eſſe corpus: cum tñ ſuperficies ſit corpus: cauſa huius iam dicta eſt in q̃ſtione p̄cedenti. ¶ Ad tertiam ſequeretur ꝙ elemẽta ⁊c̃. dico ꝙ hoc veꝝ eſt ſecũdũ ſuꝑficies: ſcd̃m quas ſe tãgunt ſcd̃m ꝙ vnum corpus dr̃ eẽ loc⁹ et aliud locatũ. ¶ Ad quartã ignis poteſt augeri: ↄcedo orbe lune nõ aucto ⁊ ſic nec orbis lune eſt loc⁹ ꝓprius ipſius ignis ſicut dictũ eſt in q̃ſtiõe: ſȝ ſi locus ꝓprius ipſius ignis dicat̃ eſſe concauũ orbis lune: ⁊ ↄuexũ ipſius aeris: tũc opȝ aerẽ diminui: ⁊ etiã ei⁹ ↄuexũ: ꝓpter hoc ꝙ ad augmẽtationẽ ignis in ſphera ſua ſequit̃ diminutio cõcauitatis ipſius: et p ↄñs oportet diminui ↄuexũ ipſi⁹ aeris ꝓpter hoc ꝙ ſcd̃m concauum ignis: ⁊ ſm̃ cõuexũ aeris: ignis ⁊ aer ſe tangunt. ¶ Ad quintã dico ꝙ bñ eſt idẽ locus naturalis totius ⁊ partis: ſed non idẽ loc⁹ ꝓpri⁹: quia partes inexiſtentes toti nõ hñt locũ ꝓpriũ: vñ ſi vna magna portio terre ſit ſurſum: deſcenderet: ⁊ ita etiã fieret de vna parua portiõe terre: ⁊ hoc eſt ſignũ ꝙ idẽ eſt loc⁹ naturalis vtriuſq̃. ¶ Ad ſextã dico ꝙ ſm̃ cõſiderationem geometricã ſuꝑficies locãtis ⁊ ſuꝑficies locati nõ dicerent̃ ↄtigue ſȝ ↄtinue: vñ ſm̃ ↄſiderationẽ geometricã oĩa q̃ ſunt īmediata dicunt̃ ↄtinua: ſed ſm̃ ↄſiderationem naturalem talia ſi ſunt diuerſarũ rõnũ non dicunt̃ ↄtinua: ſed ↄtigua: ſed q: geometer nõ cõſiderat de entibus naturalibus an ſint diuerſarũ rõnum vel nõ: ipſe non dicet ſuꝑficiem locantis ⁊ ſuperficiẽ locati eẽ contiguas: ſed continuas: ⁊ ſm̃ hoc negaret ꝙ ille ſuperficies eẽnt due ſuꝑficies que eſſent due circumferentie duorũ circuloꝝ equaliũ in eadem ſuꝑficie habẽtiũ idẽ cẽtrũ: ſed magis diceret̃ ꝙ eẽt vna ſuperficies que eſſet vna circumferẽtia vni⁹ circuli. ¶ Ad vltimam dico ꝙ quã dicitur centrum mundi ⁊c̃. hoc intelligitur: ꝙ cum medium grauitatis terre eſt centrum mũdi tunc eſt in loco ſibi naturali.

Queſtio.IIII.

Quæritur tertio: vtrũ loc⁹ ſit īmobilis: ⁊ arguit̃ ꝙ nõ q: loc⁹ vel eſt ſbã vl' accidẽs. ſi ſubſtãtia: ⁊ nõ eſt icorpea: ḡ corporea: ⁊ oĩs ſũt ſbã corporea eſt mobilis: ſi aũt dicat̃ ꝙ loc⁹ ſit accñs adhuc locus eſt mobilis ad motum ſbe corporee in q̃ eſt

¶ Secūdo oē corp⁹ est mobile: sed loc⁹ est corp⁹: ergo locus est mobilis: maior est nota: ⁊ minor ꝓbaṫ: qa loc⁹ est supꝼicies corpis cōtinentis: illa aūt nō est aliō q̄ corp⁹ ꝯtinēs: ⁊ adhuc si diceret̄ supꝼiciē eē accidēs corporis cōtinētis esset mobilis. ¶ Tertio ad idē. celū est locus totius aggregati ex istis iferiorib⁹: celum autē est mobile: ergo. ¶ Quarto illud qđ est augmētabile: ⁊ diminuibile ē mobile. vn̄ augmētatio ⁊ diminutio sunt species mot⁹. sed loc⁹ est hmōi: ꝓbaṫ: qꝛ ex q̄ opꝫ locū eē eq̄lē locato: ad augmentationē locati oportet locū augeri. ¶ Quinto illud qđ est alterabile ē mobile postq̄ alteratio est species mot⁹: sꝫ loc⁹ ē alterabilis .s. a celo influente in ipm virtutē ꝯseruatiuā locati. ¶ Et confirmaṫ qa loc⁹ hꝫ v̄tutē ⁊ potentiā ꝯseruatiuā locati: qa ꝯseruat locatū: ⁊ ꝑ ꝯn̄s agit in locatū: ex eo q̄ cōseruare est agere: sed cū agens naturale in agendo repatiaṫ oib⁹ īpedimētis remotis sicut visum est sup p̄ño de gn̄atiōe: ergo videṫ q̄ loc⁹ in agendo in locatū repatiaṫ: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ē alterabilis. ¶ Sexto loc⁹ est corruptibilis: ergo alterabilis: ꝯn̄tia tenet ex eo q̄ oēm corruptionē p̄cedit alteratio. antecedens patet: ex eo q̄ nihil in istis inferiorib⁹ est eternum preter materiam primā. ¶ Ultimo nihil ē immobile nisi solus deus: est enim deuenire ad primum immobile .s. deum qui sic mouet q̄ non mouetur: locus aūt non est deus. ergo.

In oppositum est Arist. in isto quarto

vbi dicit locum esse immobilem: ⁊ per hoc locum differre a vase: quia licet de ratione vtriusq̄ sit q̄ ꝯtineat: tñ differunt sic adinuicē: qa vas moueṫ ad motum illius quod continet: sicut videmus: q̄ ducitur cum vino qđ continet: modo non sic est de loco: quia licet contineat locatum tamen locatum potest exire locū absq̄ hoc q̄ ille loc⁹ continue moueatur cū ipso: nā si sic: tūc ꝯtinue maneremus in eodem loco: et tamen moueretur localiter. ¶ Scđo si loc⁹ esset mobilis tūc locus reciperetur in vnum alium locum: ⁊ sic loci eēt locus: ⁊ sic in infinitū. ¶ Tertio arguit Commentator sic: si locus eēt mobilis: tunc frustra corpora mouerent̄ ad loca sua naturalia: sꝫ hoc est falsum: ⁊ ꝯn̄a tenet: qꝛ loca naturalia possent moueri ad corpe naturalia: sicut mō corpa mouentur ad ipsa: ⁊ ita ꝯseruare ea sicut mō ꝯseruāt ea: ⁊ etiā si ꝯtinue loc⁹ moueret̄ cū locato: tūc posito q̄ vnū corpus naturale sit in loco sibi violēto: tūc si iste loc⁹ violent⁹ ꝯtinue moueret̄ cū illo corpore: frustra illō corp⁹ naturale moueret̄ ad locū sibi naturalē postq̄ non possit separari ab ipo loco violento: ꝓpter hoc q̄ ille loc⁹ violent⁹ moueret̄ cū isto corpore. iste ratiōes nō ꝓbāt īmobilitatē loci: sed bene ꝓbant nō eē necesse locū moueri cū corpe locato. ¶ Breuiter de dicta q̄stione non est dubiū si poneretur q̄ loc⁹ esset dimensio separata. tūc enim loc⁹ eēt simpliciter īmobilis. sꝫ accipiendo locū ꝓ vltima superficie ⁊c̄. eo mō q̄ accipit Arist. locum in isto q̄rto: tūc q̄stio hꝫ dubitationem ⁊c̄. ¶ Ad eā primo est respondēdū secūdum q̄ respondet Cōmentator. ¶ Scđo respondendū est ad ipsam: ⁊ magis sufficienter q̄ ipse respondet ⁊c̄. ⁊ hoc sequitur sic.

Quantum ad primum: Cōmentator

ponit ad istā q̄stionem duas ꝯclusiōes: q̄rū p̄ia est loc⁹ nō est mobilis ꝑ se. ¶ Scđa cōclusio q̄ loc⁹ est mobilis ꝑ accñs. ¶ P̄ia ꝯclō ꝓbaṫ: qa loc⁹ est supꝼicies corpis ꝯtinētis locatū: ergo loc⁹ nō est mobilis ꝑ se: ꝯn̄tia ꝓbaṫ: qa siue supꝼicies ponaṫ esse accñs corporis continētis: siue ponaṫ eē pars ei⁹ nō est mobilis ꝑ se q̄diu manet supꝼicies corporis cōtinentis: omne eñ quod ē in alio tanq̄ accidens vel tanq̄ pars eius: non est ꝑ se mobile: ⁊ hoc q̄diu manet in ipso: ⁊ hoc ꝑꝫ q̄ ly mobile includit potentiā ꝓpinquā. ¶ Secunda cōclusio probaṫ: nā q̄cq̄d est in alio qđ est mobile ꝑ se: illō est mobile saltē ꝑ accñs: sed cū loc⁹ ponaṫ esse supꝼicies corpis cōtinentis est in alio puta in corpe ꝯtinēte vel tāq̄ accidēs ei⁹: vel tāq̄ ps ei⁹: qđ est mobile ꝑ se: ergo locus ad min⁹ est mobilis per accidēs. Et vlterius dicit Cōmētator q̄ aliter est locus mobilis ꝑ accñs: ⁊ aliter materia: ⁊ forma: nā loc⁹ dr̄ mobilis ꝑ accidens: qa est mobilis ad motū ꝯtinentis: materia autem ⁊ forma dicunṫ eē mobilia ꝑ accidēs ad motū locati. ¶ Et licet iste cōclusiōes Cōmētatoris sint vere: tñ ꝑ eas nō satisfit q̄busdā difficultatib⁹ circa istā materiā: vnde nō satisfit isti difficultati ꝑ predictas ꝯclusiones: qa aliter continue aliquid moueret̄ localiter ⁊ tñ ꝯtinue maneret in eodē loco: ⁊ adhuc moueretur motu recto: ⁊ tūc eēt difficultas penes qđ attenderet̄: vel deberet cognosci aliquid localiter moueri. Assumptum sic ostenditur: nam possibile est q̄ sit aliquis aer: qui sit loc⁹ vni⁹ guttule descēdentis ⁊ q̄ iste aer descendat cū illa guttula: tunc illa guttula moueret̄ localiter motu recto: ⁊ tñ maneret in eodem loco: similiter aliquid ꝯtinue quiescit: ⁊ tñ est in alio ⁊ alio loco ꝓprio cōtinue. mō hoc videṫ inconueniens. nec per conclusiones Cōmētatoris satisfit isti dubio: ⁊ assumptum ostenditur: nam clarum est q̄ turris nostre domine quiescit ⁊ quieuit a lōgis temporib⁹: ⁊ tñ ꝯtinue est in alio ⁊ alio loco proprio postq̄ est alius et alius aer circundans ꝓpter ventum. Istis difficultatibus non satisfit si loc⁹ ponaṫ mobilis sicut dicit Commentator: oportet ergo iam ponere alias conclusiones respondentes ad quesitum ⁊ cetera.

Quantum ad secundum. Primo sciendum

est q̄ in loco cōsyderanda sunt duo .s. materiale et formale. materialis locus dr̄ vltima superficies corporis continentis. formalis autem locus dicit̄ distātia locati ad orbem vel ad res mundi quiescentes: ita q̄ hic terminus locus supponit pro superficie ⁊ appellat distantiam ad orbem vel ad corpora quiescentia: ita q̄ secundū equalitatem distantie idē est locus: ⁊ secundum inequalitatem alius: ⁊ hoc secundum equiualentiam. ¶ Tunc sit prima conclusio: omnis locus est mobilis probatur: quia siue accipiatur pro eius materiali: siue pro eius formali: est mobilis. si enim pro materiali clarum est q̄ est mobilis ad motum corporis continentis si autem accipiatur pro eius formali pro distātia ad orbem: siue ad res quiescentes: iterum clarum est q̄ est mobilis: quia talis distantia est corpora intermedia inter orbem et inter res quiescentes: et ipsum locum ⁊ locatum: sed ista corpora sunt mobilia: ergo et cetera. ¶ Secunda conclusio: non est necessarium moueri locum ad motū locati: quia possibile est locatum moueri circulariter in suo loco ipso quiescente: et vinum in pinta potest moueri: pinta quiescente. ¶ Sed forte non est possibile q̄ locatum moueatur motu recto nisi etiam locus eius aliqualiter moueatur. Unde si lapis moueretur extra locum in quo est: latera loci coniungerentur sicut accidit de lapide moto in aere / vel aqua. ¶ Tertia conclusio. corpus non dicitur quiescere ex eo q̄ manet in eodem loco proprio: patet hoc de guttula descendente in aere ipsum locante: illa enim manet in eodem loco et tamen non quiescit: hoc patet de turri nostre domine: quam cotinue dicimus quiescere: non obstante q̄ continue est in alio et alio loco: accipiendo locum pro eius materiali. Ita etiam debet accipi in secunda coclusiōe continue enim circa turrim nostre domine alius et alius est lo-

eius.s.alius ⁊ alius aer accipiēdo locū ꝓ eiꝰ materiali solum. ¶ Quarta cōclusio: corpus non dicitur moueri ex eo ꝙ ɔtinue est in alio ⁊ alio loco accipiēdo locū ꝓ eiꝰ materiali solū: hoc pꝫ: qꝛ turris nr̄e dn̄e ɔtinue moueret: ex eo ꝙ circa ipā est aliꝰ ⁊ aliꝰ aer. ¶ Quīta ɔclo: corpus nō ḋr q̄escere: ex eo ꝙ ɔtinue manet eadē distā tia ad orbē: ita ꝙ manere eādē distātiā ad orbē ab ipo corpore locato nō est ꝑcise cā quare aliq̄d quiescit. pꝫ. quia turris nostre domine quieuit a longis tēporibus: ⁊ tamen nō mansit eadē distātia ab ipa ad orbē: patet: quia non manserunt eadē corpora intermedia propter hoc ꝙ aer et ignis intermedia semper mouentur: modo distantia nō est aliud q̄ corpora intermedia: inter q̄ ista distāt. ¶ Sexta cōclusio: corpus dicitur quiescere ex eo ꝙ cōtinue manet equalis distantia: cōsimilis inter corpus quiescens ⁊ orbē: vel inter corpus quiescēs ⁊ vnū aliud: ꝓbo: nā turris nostre domine ḋr quieuisse lōgo tp̄e ⁊ nō ꝓpꝭ hoc ɔtinue māsit eadē distātia iter ipsam ⁊ orbē sicut dixerūt cōclusiones ꝑcedētes: relinquitur ergo ꝙ ꝓpter hoc ꝙ ɔtinue mansit equalis distantia inter ipsam ⁊ orbem. ¶ Septima cōclusio. res dicūtur quiescere ex eo ꝙ cōtinue manent in eodem loco: accipiēdo locū ꝓ eius formali: et nō in eodē simplr̄ sed in eodē s̄m equiualentiam. pꝫ ex ɔclusione imediate ꝑcedente: ⁊ ad istū sensum ego dico me esse in eodem loco in quo eram in principio lectionis: quia est equalis distantia inter me ⁊ orbē modo: qualis tunc erat: similiter est eq̄lis iter me ⁊ te qualis tūc erat. ¶ Proportionaliter aliquid ḋr moueri localiter: ex eo ꝙ nō cōtinue est in equali distantia ad orbē: vel ad aliquam aliā rē quiescentē: ⁊ hoc intelligitur de motu recto: sed de motu circulari debemꝰ aliter cognoscere ꝙ tūc aliquid dicitur moueri circulariter: quando data aliqua eius parte et parte corporis quiescētis circa qḋ fit ille motus circularis: ꝯ nō manet equalis distantia inter illas partes datas: tunc iudicamus motū esse circularē. ¶ Ultima ɔclusio est: accipiēdo locū ꝓ eius formali: locus est immobilis et hic nō loquendo de eodē simpliciter: sed s̄m equiualentiam: eo mō quo eādē distantiam dicimus esse inter turrim nostre domine et orbem: que erat anno p̄terito: sed non eādem numero. Si autē equalitas distantie capitur pro identitate distantie: et econuerso: nos nō dicimus esse motam illā distātiā nec esse mobilem licet ista locutio sit impropria. ¶ Ex his patet ad questionē. ⁊ ad rationes positas s̄m ɔclusiones: omnes sunt solute.

Questio.IIII.

Queritur quarto: vtrū diffinitio loci sit bona in q̄ ḋr: locꝰ est terminꝰ corporis ɔtinētis immobilis p̄mū. Et arguit̄ p̄mo ꝙ nō: nā bone diffinitiōis p̄mꝰ terminꝰ debet eē genus diffiniti: sꝫ sic nō est de p̄dicta diffinitiōe. ergo. maior est nota ex .iiij. topicoꝝ: et minor tenet: qꝛ p̄mꝰ terminꝰ illiꝰ diffinitionis est terminꝰ: vñ ille nō est genus loci ex eo ꝙ ly terminus est de p̄dicamento ad aliq̄d: sed locus est de p̄dicamento quantitatis vel vbi. modo terminus vnius predicamenti nō est genus ad terminū alterius p̄dicamenti ex eo ꝙ diuersorū generum diuerse sunt species. ¶ Secundo. predicta diffinitio conuenit alteri a diffinito: ergo nō est bona. ɔsequētia tenet ex eo ꝙ bona diffinitio debet eē cōuertibilis cū suo diffinito. aīs ꝓbat̄: qꝛ ɔuenit superficiei ɔuexe vltime sphere: q̄ est terminꝰ corporis ɔtinētis immobilis primum: ⁊ tn̄ illa superficies nō est locus alicuiꝰ: nā si sic: hoc maxime eēt vltime sphere: sꝫ hoc nō: ex eo ꝙ locus est diuisus a locato: modo ista superficies non est diuisa ab vltima sphera. ¶ Tertio. si predicta diffinitio eēt bona: sequeretur ꝙ pars esset per se in loco: ɔsīs falsum: ⁊ contra Aristo. ꝓbat̄ consequentia: qꝛ posset dici ꝙ vna pars esset locus alterius ex eo ꝙ in predicta diffinitione loci non exprimit̄ ista particula diuisum. ¶ Quarto. sequeretur ꝙ superficies corporis fortis esset locus materie fortis: sed hoc est falsum: nā tunc materia esset in toto sicut in loco: prima cōsequētia ꝓbat̄ ex quo superficies corporis fortis est terminus continentis. s. materiam immobilis primum.

In oppositum est Aristo. in isto quarto q̄ ponit p̄dictam diffinitionem tāq̄ bonam. In ista q̄stione p̄mo pono aliquas suppositiones. secundo ponā diffinitionē loci cōpletā s̄m istas suppositiones: et cum hoc declarationē illius diffinitiōis. tertio ponam vnicam conclusionem ad questitum.

Quantū ad primum sit prima suppositio ꝙ locus ꝓprius debet esse imediatus locato diuisus ab ipso ⁊ extrinsecus eidē. ex isto sequit̄ vnam medietatē in toto nō eē locum alterius: nā q̄uis vna istarū sit extra aliā ⁊ sit alteri imediata: tamē qꝛ nō est ab ea diuisa: sꝫ et cōtinua: nō dicitur locus eius. ex hoc sequit̄ partem inexistētem non esse per se in loco nisi ratione totius: nihilominus tamē separata a toto: facta est vnū ens p se seorsum existēs: ⁊ nō existens pars alicuius alterius: qḋ sit p se vnum: tunc bene est in loco p se: nā tūc circa ipm̄ pōt esse aliquod corpus immediatū et non existēs sibi ɔtinuū: sꝫ ɔtiguū ⁊ ab eo diuisum. ¶ Secūda suppositio. ꝙ tale corpus cōtinēs. qḋ dicit̄ locus: nō potest esse immediatum locato nisi s̄m duas diametros. s. lōgitudinē et latitudinē ⁊ nō s̄m ꝓfunditatē: ex eo ꝙ q̄ cito duo corpora essent sibi inuicē imediata s̄m ꝓfunditatē: ita cito penetrarent se: ⁊ nō penetratio corpoꝝ nō est possibilis: relinquit̄ ergo ꝙ corpꝰ extrinsecū alteri nō possit ei eē imediatū nisi s̄m duas diametros: ⁊ hoc est ista corpora esse imediata s̄m corꝝ superficies: ex eo ꝙ hoc nomen superficies: q̄uis supponat ꝓ corpore lōgo lato ⁊ ꝓfundo: tamē nō ɔnotat ipꝫ eē extensum: nisi s̄m duas diametros. ¶ Ex hoc sequit̄ ꝙ corpori cōuenit ⁊ attribuit̄ esse locus ratiōe qua ḋr superficies: patet hoc: nā corpori non cōuenit esse locus: nisi scḋm ꝙ ɔuenit sibi eē immediatū locato: sꝫ hoc nō pōt sibi cōpetere: nisi scḋm lōgitudinē: et latitudinem: seu nisi ea ratione qua dicitur superficies: ex quo sequit̄ ꝙ ꝓprius dicatur locus esse superficies q̄ locus esse corpus: qꝛ superficies ḋr terminus corporis cōtinētis: ideo dictū est in diffinitione loci locus est ⁊c̄. ¶ Tertia suppositio. ꝙ ista duo noīa locꝰ ⁊ superficies se hñt sicut passio ⁊ subiectū: vtrūqꝫ supponit ꝓ corpore ɔtinēte locatū: ⁊ hic terminꝰ locus vltra cōnotationē huius termini superficies cōnotat ɔtinētiā ⁊ cōnotat immobilitatē de qua imobilitate dictū est prius: quare hic terminus locus habet se sicut passio ad istū terminum superficies. ¶ Ex quo sequit̄ hūc terminū locus debere describi p hūc terminum superficies. patet: qꝛ vt habet̄ septimo metaphysice passionē oportet diffiniri p subiectum.

Quantum ad secūdum infero diffinitionē loci cōpletā que est ista. Locus est vltima superficies corporis continentis diuisum immobilis imediata locato. verū est ꝙ ponēdo diffinitionem Aristo. dimisit hoc nō verbum diuisum. Sed statim post in litera sequēti

hoc expōit sm q̄ visū est circa literā: ⁊ loco istiꝰ termini imediata Aristo. posuit ly p̄mū qd̄ tenet ibi aduerbialiter: ita q̄ sit sensus: locus est supficies ⁊c. p̄mū. i. imediate se habens ad locatū. In ista diffinitione loci cōpleta ly supficies denotat q̄ licet corpus ꝯtinēs sit locus: nō tñ sm oēs dimēsiōes: vt dictū est in primo articulo. Per hoc aūt q̄ dr̄ diuisim denotat partē inexistētē toti nō esse actualiter in loco: vnde licet bene circa ipsam sit aliquod corpus ꝯtinens ipsam: hoc tamen nō est cōtiguū nec ab ea diuisum: sed cōtinuū est: ꝓpter hoc nō dicitur locus eius: ex eo q̄ locus dicitur esse diuisus a locato. Deinde ꝑ hoc totum q̄ dicit̄ supficies corporis cōtinentis diuisim locus differt a forma et a materia locati ⁊ ab alijs inherētibꝰ locato. Sed ꝑ hoc q̄ dicit̄ immediata denotat q̄ corpori continenti non attribuitur esse locus scd̄m eius supficiem exteriorem nō immediatā locato: sed solū scd̄m istam supficiē que est versus locatum ⁊ est ei immediata. vnde orbis lune non dicit̄ locus ignis scd̄m eius supficiē ꝯuexā: sed sm eius supficiē concauam. ⁊ ꝑ hoc q̄ dicit̄ immobilis locus differt a vase: vnde licet aliqñ sit idem locus ⁊ vas sicut pinta est etiā locꝰ: tamē alia est ratio vasis: ⁊ alia ratio loci: vnde de rōne vasis est q̄ simul moueat̄ ⁊ deportetur cum contento: de ratione aūt loci est q̄ nō est necesse ipm moueri ad motū corporis qd̄ ꝯtinet. vnde corpore exeunte locum aliud corpus potest ingredi in eundē: ita q̄ hoc nomē vas cōnotat mobilitatē eius ꝓ quo supponit cum eo quod continet: sed hoc nomen locus connotat immobilitatem eius pro quo supponit cum locato.

Quantum ad tertium articulum sit ista conclusio q̄ diffinitio loci quā ponit Aristo. s. que posita est in principio questionis est incōpleta: sed que posita est i scd̄o articulo est cōpleta: p̄mū p₃ ex dictis in q̄stione: secundum patet quia ista diffinitio complete exprimit totum cōceptum diffiniti sicut patet.

Ad rationes. Ad primam dico q̄ verū est de diffinitiōe pure quidditatiua q̄ terminus ꝑmus debet eē genus diffiniti: modo diffinitio loci nō est pure quidditatiua: vnde locus est terminus accidētalis. terminoꝝ autē accidentalium non possunt esse diffinitiones pure quidditatiue: vt patet septimo metaphysice. ¶ Ad alias dico q̄ solute sunt per expositionem istius termini imediata et istius particule diuisim: vñ supficies exterior continentis non dicit̄ locus cōtinentis: q2 non est diuisa a cōtinente: vnde supficies cōuexa vltime sphere nō dr̄ locus vltime sphere: ꝓpter hoc q̄ nō est diuisa ab vltima sphera: ⁊ propter hocidem vna pars totius non dicit̄ locus alterius partis.

Questio. V.



Veritur quinto: vtrū terra sit in aqua siue in supficie cōcaua ipsius aque: tanq̄ in loco sibi naturali et ꝓprio. Et arguit̄ primo q̄ nō sit ibi tanq̄ in loco sibi naturali: q2 mediū mūdi est locꝰ naturalis ipsius terre: ergo nō cōcaua supficies aq̄. consequentia tenet ex eo q̄ cōcaua supficies aq̄ nō est mediū mundi. añs ꝓbat̄: q2 quum querit̄ vbi est locus naturalis terre respondemus in medio mundi. ¶ Secūdo ad idem sic: sicut locus simpliciter leuis est simpliciter sursum vt locus ignis: ita locꝰ naturalis simpliciter grauis est simpliciter deorsum. ergo non supficies cōcaua aque. ¶ Tertio. illud est locus naturalis terre ad qd̄ naturalit̄ terra est mobilis: sed hoc est medium mūdi. ergo. ꝯsequētia tenet ex quid nois loci naturalis. añs patet: q2 si aliqua terra esset extra mediū mūdi: ipsa si nō eēt ꝓhibita moueret̄ tā diu q̄ ipsa fieret mediū mūdi. ¶ Quarto. si aqua esset locus naturalis terre: sequeretur q̄ q̄ cito esset aliqua portio terre totaliter in aqua q̄ ipsa quiesceret. ꝯñs est falsum. consequētia tenet ex eo q̄ entia naturalia quū sunt in locis suis naturalibꝰ q̄escunt naturalr̄. falsitas ꝯñtis ꝓbat̄ quia si vna portio terre dimittat̄ cadere in sequanā nō quiescit nisi quando tangit terram in fundo sequane: ⁊ tamen ꝑus debet quiescere si locus naturalis eius eēt aqua. sic ergo ꝓbatū est q̄ concaua supficies aque: nō est locus naturalis terre. ¶ Deinde probatur q̄ nihil est eius locus ꝓprius: quia locus alicuius locati dicit̄ qd̄ cōtinet illud locatū ⁊ nō plus: sed cōcaua supficies aq̄ cōtinet plus q̄ terrā: quia cōtinet lapides ⁊ metalla ⁊ radices plātarū q̄ sunt in terra. ergo cōcaua supficies aque non est locus ꝓprius terre. ¶ Secundo. non tota terra circūdatur supficie concaua aque: ergo concaua supficies aque nō est locus ꝓprius terre. ꝯsequētia tenet: quia sicut nec locus proprius debet continere plus q̄ suum locatū: ita nec locatū debet ꝯtineri ab alio q̄ a loco suo ꝓprio. añs p₃: q2 terra ex illa pte qua est discooperta aquis non circundatur nec continetur superficie aque. ¶ Deinde probatur q̄ magis sit ecōuerso. s. q̄ terra sit locus aque: q̄ q̄ aqua sit locꝰ terre patet hoc: nā quū pluit tunc aqua descendit in terram ac si terra esset locus naturalis aque.

In oppositū est Aristo. in isto quarto vbi dicit q̄ ignis est locꝰ aeris: ⁊ aer locꝰ aque: ⁊ aqua terre: ⁊ hoc est bene rationabile: nam scd̄m hoc elementa sunt situata ⁊ posita scd̄m exigentiā suaꝝ leuitatū ⁊ grauitatū: quia ignis qui est simplr̄ leuis est sursum: ⁊ aqua ⁊ aer que sunt grauia ⁊ leuia sunt sursum ⁊ deorsū sm quod aqua que est grauior aere est magis deorsum: et aer qui est leuior est magis sursum. ¶ De ista q̄stiōe ponā aliquas ꝯclusiones. Prima: nec supficies aeris: nec superficies aque est locꝰ naturalis terre: p₃ hoc: quia neutra istarū supficieꝝ ꝯtinet totam terram ex eo q̄ terra ex vna parte est coopta aquis et ex alia parte discoopta. ¶ Secunda ꝯclusio. nec supficies aq̄ ⁊ aeris simul sunt locus ꝓprius terre: patet hoc: q2 cōtinēt multa alia q̄ terrā: q2 cōtinēt lapides ⁊ metalla q̄ sunt in terra: ⁊ ꝑ cōsequēs nō sunt locꝰ ꝓprius terre: ex eo q̄ locꝰ ꝓpriꝰ debet ꝯtinere locatū p̄cise ⁊ nō plꝰ. ¶ Tertia cōclusio. totalis terra nullū habet locū proprium. p₃: q2 nihil pōt signari circūdās terrā qd̄ ꝯtinet p̄cise ipam: ex eo q̄ multa sunt in terra q̄ nō sunt terra sicut lapides ⁊ metalla. ¶ Quarta ꝯclusio. accipiēdo terrā ꝓ totali aggregato ex terra ⁊ alijs existētibꝰ in terra: tūc supficies aeris ꝯcaua ex vna pte vbi est terra discooperta aquis ⁊ supficies cōcaua aque ex alia parte simul sumpte sunt locus ꝓprius ipsius terre: patet hoc: q2 ille due supficies ꝯtinent illud totale aggregatum: et q2 i isto totali aggregato est plus de terra q̄ de aliq̄ alia materia: nos dicimus illas duas supficies esse locū ꝓpriū ipsiꝰ terre. ¶ Quinta ꝯclusio. Ille duo supficies etiā sunt locꝰ nālis: ⁊ terra inter eas est naturalit̄ situata cū mediū grauitatis terre est mediū mūdi: p₃: q2 si terra esset extra hmōi supficies descenderet ⁊ moueret̄ ita diu q̄ medium grauitatis totius aggregati ex ipsa ⁊ alijs grauitatibꝰ fieret medium mūdi nisi ꝓhiberetur. ¶ Sexta cōclusio. quādo ille due supficies nō cōtinēt totalē terrā sic q̄ mediū suū sit mediū mun

ditunc terra nō est locata naturaliter: patet hoc: quia nō dr̄ locata naturalr̄: nisi quū mediū sue grauitatis sit mediū mūdi. ¶ Iuxta ista dico aliq̄. Primo q̄ si tota massa terre poneret̄ extra locū suū puta ad cōcauū orbis lune: et ibi detineret̄ violenter et ex alia parte dimitteret̄ cadere vnum graue: tunc illud nō moueretur ad totalē massam terre: sed directe moueretur versus mediū mūdi: et ratio huius est: qr̄ tunc cum eēt in medio mūdi esset naturaliter locata saltem si medium grauitatis sue esset medium mūdi: modo quodlibet ens nō īpeditū naturalit̄ appetit eē in loco suo naturali ꝓpt̄ hoc q̄ ibi diutius cōseruat̄: et magis a suis nocius est elongatum. Iuxta hoc sequit̄ q̄ grauia nō mouent̄ ad terram ratiōe terre: sed ea ratiōe: q̄ quum veniunt ad terram sunt propinquiora medio mundi q̄ₒ ante erant. ¶ Secundo dico posito adhuc q̄ in medio mundi eēt ignis adhuc grauia mouerent̄ ad medium mundi. pꝫ hoc ex eo q̄ grauia quū sunt in medio mūdi: sunt in locis eoꝝ: vt patet ex dictis: modo quodlibet ens appetit eē ī loco sibi naturali. ¶ Tertio dico q̄ possibile est q̄ aliq̄n totalis massa terre nō sit ī loco sibi naturali: nec naturaliter locata: patet hoc: nam aliquando ab vna parte grauitas terre augmentatur: et ab alia parte diminuit̄ in tātum q̄ illa pars que facta est magis grauis: nō possit pellere aliam magis sursum: propter resistētiam aeris vel aque: et tunc cētrum grauitatis terre nō est cētrum mūdi: et per ꝯn̄s tunc terra nō est naturaliter locata. vnde imaginandū est q̄ centrū grauitatis terre diuidit partes terre abinuicem: habentes se consimili modo adinuicem: sicut duo pondera equalia in eq̄libra: quoꝝ q̄dlibet ponderaret sicut duo et aer inferius resisteret sicut tria: et tūc si vni illoꝝ pōderū adderet̄ vnū: non ꝓpter hoc eleuaret aliud: qr̄ sic tunc deberet esse tante potētie q̄ posset diuidere mediū sub se: sicut tria. modo hoc non pōt ex eo q̄ tunc motus fieret a proportione equalitatis: ex quo ipsum pondus ponderat sicut tria et medium etiam resistit sicut tria. Et adhuc posito q̄ medium subtus resisteret: sicut vnum: adhuc nō posset descēdere ex eo q̄ adhuc mot⁹ fieret a ꝓportiōe equalitatis: ex quo mediū subt⁹ resistit sicut vnum: et pondus in alio brachio equilibre resistit sicut due: simili modo imaginandū est de duabus partibus terre eque grauibus: sit vna a. et alia b. si b. sit grauior: non statim pellit a. sursum: ex eo q̄ nō solum a. resistit b. sed etiam aer vel aqua circūdās a. quam opꝫ diuidi si b. pelleret sursum a. ¶ Quarto dico: q̄ possibile est totalē terrā esse violēter locatā: postq̄ₒ erat locata naturaliter: absq̄ hoc q̄ moueat̄ localiter: pꝫ hoc: quia per alterationem terra ex vna parte pōt fieri grauior: et ex alia leuior absq̄ hoc q̄ moueat̄ localiter: sicut pꝫ ex imaginatione: et tunc medium grauitatis eius non est mediū mundi: et q̄ₒcito est sic locata est violenter locata etc̄. ¶ Quinto dico q̄ econuerso pōt fieri q̄ vnū sit in loco sibi violento et postea in loco sibi naturali absq̄ hoc q̄ moueat̄ localr̄. pꝫ hoc: qr̄ econuerso p alteratōēꝫ ptes pn̄t fieri eq̄ graues. ¶ Sexto dico q̄ ꝯformit̄ intelligēdum est de toto aggregato ex terra et aq̄: q̄ forte faciunt vnā totalē grauitatē: cuius mediū grauitatis est medium mūdi. ¶ Septimo dico supposito naturali ordine elementoꝝ terra est sub aqua: et aqua sub aere et aer sub igne: patet hoc: qr̄ naturalis ordo et situs grauium et leuiū est grauia esse sub leuibus: et ideo qr̄ terra īter oīa elemēta est grauissima ipa debꝫ eē īfima: et deinde aqua que īter alia tria est grauissima et deinde aer: et deinde ignis. vnde iste est ordo et situs vniuersi: et est ita naturalis q̄ si esset vnū vas plenū aqua in cōcauo orbis lune in q̄d poneretur vnum lignum graue: illud lignū ibi supnataret sicut hic ꝓpter hoc est q̄ quāq̄ₒ sit aliquod foramen in terra in quo est aer: descēdit aqua ad illud foramen: et hoc ideo vt aerē qui est leuior aqua expellat: et faciat illū aerē esse supra aquā. ¶ Octauo dico q̄ aliqua pars terre est discooperta aquis: patet hoc: quia terra nō est vniformiter grauis: et igitur mediū magnitudinis terre est multū sup mediū grauitatis eiusdē: et mediū grauitatis terre multo plus accedit ad vnā supficiē ꝯuexā ipius terre q̄ₒ ad aliā: et ideo quia aqua ex quo est eque grauis tendens ad medium mundi fluit ad illam supficiē conuexam terre: que est propinquior centro grauitatis terre: et sic alia pars. s. alia superficies cōuexa terre. s. que a cētro grauitatis est remotior derelinquitur discooperta aquis. et causa finalis huius discoopertiōis est salus et habitatio animaliū. ¶ Nono dico. terra tamen cōmuniter dicit̄ esse in superficie aq̄: tanq̄ₒ in loco sibi naturali: et huius ratio est: qr̄ si terra esset vniformis in grauitate sicut alia elementa sunt in suis qualitatibus motiuis: que sunt grauitas et leuitas: idem esset centrum grauitatis terre et magnitudinis eiusdem: et tunc terra vndiq̄ₒ clauderetur aquis: et esset vndiq̄ₒ aqua cooperta. et ex alio quia terra habet minus de cōtrarietate cum aqua: q̄ₒ habeat cū aere: habꝫ eñ simbolū cum aqua in frigiditate et nō habet simbolū cū aere in aliqua qualitate: et per ꝯn̄s aer est magis corruptiuus terre q̄ₒ sit aqua. et quia loci est conseruare et non corrumpere locatum: nō obstāte q̄ illa supficies aeris locat terram sicut supficies aque: tamē magis dicimus supficiē aq̄ esse locum naturalē terre q̄ₒ supficiē aeris: ꝓpter hoc: quia aqua maiorem habet conuenientiam cum terra q̄ₒ aer.

Ad rationes principales. Ad primam dico q̄ cētrū mūdi nō est loc⁹ naturalis terre: sꝫ q̄n̄ dr̄ si terra descēderet nō ꝓhibita descēderet tā diu q̄ mediū ei⁹ fieret mediū mūdi: ꝯcedo: nec ex hoc ꝯcludit̄ q̄ medium mūdi sit loc⁹ naturalis terre: sꝫ bn̄ ꝯcludit̄ q̄ quū mediū grauitatis terre est mediū mūdi: tunc terra est locata naturaliter non a medio mūdi sed a supficie cōcaua aque: et cōcaua aeris etc̄. ¶ Ad confirmationē. locus terre debet esse simpliciter deorsum: cōcedo: et dico q̄ supficies cōcaua aeris: et supficies cōcaua aque: sunt locus simpliciter deorsum: qr̄ locāt q̄d est simpliciter deorsum. s. terrā. ¶ Ad tertiā. illud est loc⁹ naturalis terre ad quod terra naturaliter mouet̄: concedo vt ab illo circūdet̄: modo hoc nō est medium: qr̄ hoc nō circūdat terram: sed hoc est aggregatū ex supficie concaua aeris et supficie cōcaua aque: et p consequēs illud aggregatū est locus terre. ¶ Ad quartā dico q̄ aqua nō locat terrā nisi quū mediū sue grauitatis fuerit medium mundi: vt prius dicebat̄: vnde non oportet q̄ ita cito q̄ aliqua pars terre est circūdata aquis quiescat et sit in loco sibi naturali: propter hoc q̄ mediū sue grauitatis adhuc non est mediū mundi: nec mediū totius aggregati ex ipa et terra adhuc est mediū mundi: et ita vlterius descendit tam diu q̄ totius aggregati ex illa portione terre: et totali terra residua: medium grauitatis fiat medium mundi. ¶ Ad quintā et ad sequentem ipsam pꝫ q̄d sit dicēdū ex conclusionib⁹. ¶ Ad sextā dico q̄ quum pluit aqua descēdit in terrā: et hoc nō est q̄ terra sit locus naturalis aque: sed ideo quia in terra sunt quidam pori repleti aere p actionē solis in terrā: et qr̄ situs et ordo naturalis grauiū et leuiū est grauiora eē sub leuib⁹: et quia aqua est grauior aere aqua descendit in terrā p tales poros expellendo aerē ad istū finē vt maneat ordo et situs naturalis grauium et leuium. s. grauiora esse sub leuioribus.

Questio. VI.



Vaerit sexto. Utrũ concauũ orbis lune sit locus naturalis ipsius ignis: et arguitur q̃ non: quia tũc immediate sub concauo orbis lune esset ignis: mõ hoc est falsum. cõña tenet posito q̃ ibi est loc⁹ naturalis ignis: falsitas cõñtis pbat: q2 ille spe ... t ne videremus astra ce... mõ hoc nõ experimur imo oppositũ: vnde q̃ videmus astra ... q̃ inter nos et celu nõ sit sphera ignis sicut cõiter solet imaginari. ¶ Scdo. loc⁹ alicui⁹ locati debet eẽ imobilis: mõ cõcaua supficies iferior nõ est imobilis: mouet̃ eñ circulariter cum celo. ergo. ¶ Tertio si ibi esset locus naturalis ignis sequeret̃ q̃ ignis quã ibi esset deberet quiescere naturaliter: sed hoc est falsum. pbatur cõsequẽtia: q2 vnũquodq3 entiũ naturaliũ si est extra locum suum naturalẽ mouet̃ ad ipsũ3 si nõ sit phibitũ: falsitas cõñtis patet p Aristo. pmo metaphysicoꝝ: vbi dicit ignẽ moueri circulariter ad motũ ipsius celi: similiter et aerẽ qui est vltra summitates altissimoꝝ mõtiũ. ¶ Quarto. si sic tũc orbis lune ambiret sphera ignis: et vlteri⁹ sphera ignis ambiret alia elementa: modo hoc nõ videt̃ esse verum ex eo q̃ tunc cũ ignis sit maxime actiuitatis inter alia elemẽta corrũperet et cõuerteret ea in sui naturã. et sic satis cito fieret ignis: immo diu fuisset factũ totũ qd est inter latera celi. ¶ Quinto. si ibi esset ignis ille statim deberet extingui: pbatur cõsequẽtia: q2 videmus hic inferius de igne: q̃ quum nõ põt habere euẽtationẽ et dilatationẽ cito extinguit̃: mõ ignis sub cõcauo orbis lune immediate si ibi esset nõ posset habere euentilationem: et p cõsequens cito extingueret̃. ¶ Sexto. ignis cum orbe lune non habet symbolũ in aliqua pmarũ qualitatum q̃ sunt caliditas et frigiditas et c. ergo ignis nõ est immediate sub cõcauo orbis lune: tanq̃ in loco sibi naturali. cõsequẽtia tenet ex eo: nã p Aristo. in isto quarto locus et locatũ debẽt esse homogenea: vt patet de terra et aqua q̃ habent symbolum in frigiditate: et aqua et aer habẽt symbolũ in humiditate: et sic de aere et igne: que habẽt symbolũ in caliditate: antecedẽs patet: q2 celũ est absolutum a qualitatibus pmis: et p cõsequẽs nõ habet symbolũ cũ igne in aliqua pmaꝝ qualitatum. ¶ Septimo. nã sub polis celi est maxima frigiditas: pper elõgationẽ a sole: qui est causatiuus caloris in istis inferioribus: quare non videt̃ q̃ sub polis locetur ignis naturaliter: et p cõñs nõ vndiq3 sub cõcauo orbis lune est ignis. ergo. ¶ Octauo. quilibet locus naturalis debet habere in se virtutẽ cõseruatiuã locati: sed hoc nõ est de orbe lunari respectu ignis: ptz: q2 ex quo luna est augmẽtatiua aquaꝝ: videt̃ q̃ sit corruptiua ignis: q2 ignis est cõtrarius aque. et p cõsequẽs orbis lune nõ est cõseruatiuus ignis. igitur nõ est eius locus naturalis. ¶ Nono. si q̃stio esset vera: tũc ignis extra cõcauũ orbis lune naturaliter deberet moueri ad ipsum: si non esset phibitus: sed hoc est falsum: et falsitas pbat̃: q2 si esset aliq̃s ignis in cẽtro terre non prohibitus non eẽt ratio quare moueret̃ magis ad vnã partẽ cõcaui orbis lune q̃ ad aliã: ex quo eq̃liter distat ab oib⁹: vel g̃ moueret̃ ad oẽs: vel ad nullã. Si dicat̃ q̃ ptes ipsi⁹ ignis diuiderent̃ abinuicẽ et vna moueret̃ v̾sus vnã ptẽ: et alia versus aliã: hoc nõ valet: nam tunc eiusdem simplicis sm diuersas partes essent motus contrarij: qd est contra Aristo. primo celi. pbatur cõña quantitatis: q2 sm diuersas ei⁹ partes moueret̃ ad terminos oppositos: q2 sm vnam ad orientem: et sm aliam ad occidentem.

In oppositum est Aristo. in isto quarto et in primo methcoroꝝ. ¶ In ista questione primo vidẽdum est si sit ignis sub cõcauo orbis lune: sicut cõsuetũ est imaginari. scdo videndũ est qualis ille sit. et sic erunt duo principalia.

Quantum ad primum: sciẽdum est q̃ vna est opinio q̃ negat sub cõcauo orbis lune immediate esse ignẽ: sed dicit q̃ totum intermedium a supficie cõuexa terre discooperta aque vsq3 ad celũ est aer: et sic totũ intermediũ a supficie cõuexa aque vsq3 ad celum. Et ista opinio habet p se aliqua motiua. credit eñ q̃ nullũ sit elementũ purũ: et p cõñs q̃ non sit alius ignis q̃ ignis flãma et ignis carbo: modo sub concauo orbis lune: nec est ignis flãma nec ignis carbo: q2 tunc impediremur p interpositionẽ ignis talis q̃ nõ videremus astra. ¶ Scdo dicit ista opinio: ad nihil eẽt vtilis ille ignis: et ad nihil deseruiret: et per consequẽs non est ponẽdus: pper hoc q̃ nihil ponẽdum est frustra in natura. ¶ Tertio. nã tunc sequeretur q̃ in tali regione deberẽt habitare aialia: modo hoc nõ videtur verisimile pper magnam actiuitatẽ ipsius ignis: pbat̃ cõsequẽtia: q2 in aliis tribus regionibus elemẽtorum habitãt animalia: que circa terrã gressibilia sicut boues et homines et hmõi: et in aqua natãtia sicut pisces: et in aere volatilia sicut aues: et mõ si esset dare quartam regionẽ elemẽtarẽ. s. ignis: ipsa deberet esse ornata: sicut alie tres regiones elemẽtares. ¶ Sed cõtra istam opinionem pono istã cõclusionẽ: q̃ immo est dare spheram ignis sup spherã aeris imediatẽ orbi lunari: et magis pprie diceret̃ orbis ignis q̃ sphera ignis: pper hoc q̃ sphera pprie est vnũ corpus solidũ nõ interius concauum. Orbis autẽ est vnum corpus sphericũ interius cõcauũ vel interius alio corpore repletũ. Probatur cõclusio. primo ex gñatione cometeꝝ: nã dicit Aristo. primo metheoroꝝ q̃ aliqñ eleuatur aliqua exhalatio magna vltra mediam regionem aeris: tunc inflãmatur et gñatur cometa ex tali impressione: mõ q2 p mediam regiõem aeris non est tanta caliditas q̃ sufficiat ignire exhalationẽ: modo hoc videt̃ esse signum q̃ supreme regionis aeris est cõtiguus ignis: aer enim ex se non est ita calidus. ¶ Secundo. idem põt pbari ex cõbinatione quatuor qualitatum pmarũ/ q̃ sunt caliditas frigiditas et c. nam huiusmodi qualitatũ sunt quatuor possibiles cõbinatiões: et sm hoc sunt quatuor elemẽta: sicut ptz p Aristo. scdo de generatione: et cũ ergo sit dare locũ naturalẽ ipsius terre in quo de facto est terra: et similiter locum naturalẽ aque: in quo de facto est aqua: et sic locum naturalẽ ipsius aeris in quo de facto est aer: videt̃ etiã q̃ de facto sit dare locum naturalẽ ipsius ignis: in quo de facto sit ignis: cum ergo locus naturalis ignis sit concauum orbis lune sicut statim videbit̃: sequit̃ q̃ ignis sit de facto ibidem. ¶ Tertio videmus q̃ ignis flamma et alia leuia et ignita ascendunt: illud videt̃ eẽ signum: q̃ hoc fit pper hoc q̃ ibi melius conseruatur pper multitudinẽ ignis recte: sicut de magnete qui mouet̃ versus polum: propter hoc q̃ ibi est multitudo talium lapidũ sicut dicit̃. ¶ Quarto. inter nos et astra est tanta distantia q̃ nõ possemus videre astra nisi supra esset vnum corpus rarius q̃ sit aer: modo nõ videt̃ aliquod esse tale sub orbe lunari nisi sit ignis. Ex his ptz q̃ sub orbe lunari est ignis. ¶ Possumus ergo rñdere ad motiua opinionis contrarie. Ad primũ negat


q nullum sit elementum purum:et adhuc non obstante sicut assignantur loca naturalia alijs tribus nominatis nominibus elementorū scilicet terre:aque:aeri: et ita nominatio nomine ignis debet assignari locus naturalis:et sicut est dare tria impura de facto naturaliter locata: ita etiam est dare quartuȝ impurum de facto naturaliter locatum:et hoc nō est naturaliter locatum nisi sub concauo orbis lune. ¶ Ad secūdam dico q nō est inutilis immo ad aliquid deseruit.s.ad replendum distantiam inter cōuexum aeris:et cōcauum orbis lune:et etiam ad pulchritudinem vniuersi.nam ex hoc vniuersum redditur pulchrius:q̄ si totū a terra et ab aqua esset aer. ¶ Ad tertiā dicitur q nō oportet ibi animalia esse:nec in centro terre sunt animalia: verūtamen aliqui dicunt q regio ignis est ornata specie.vniue animalis qd vocatur salamandra. Alij autē dicūt q sicut sunt celi ornati stellis ita regio ignis est ornata spiritibus et diabolis:et alie regiones.

Quantum ad secūdum sit prima cōclusio:q ignis in sphera sua nō est visibilis:licet optime per eum fiat visio:patet hoc: quia tunc terminaret visum:et per consequens impediret ne videremus astra et celum:et huius ratio est:quia est maxime rarus et diaphonus. ¶ Secunda conclusio:nec ignis in sphera sua lucet iterum propter magnam eius raritatem:patet hoc:nam si luceret tunc esset visibilis qd est cōtra conclusionem precedentem. ¶ Tertia conclusio:q ignis multo subtilior et rarior et leuior est aere:patet hoc:nā sicut se videtur habere ad aerem:nā sic aer se habet ad aquam:nā nō aer est multo rarior et multo subtilior et leuior q̄ sit aqua:ergo sic est de igne respectu aeris.ergo. ¶ Et hoc sequit vt posset diffusius ostēdi ex scientia de ponderibus:q aer supra vbi est contiguus igni est nauigabilis sicut aqua vbi est contigua aeri: vnde si nauis esset supra aerem interum q non repleret aere sed igne non submergeretur in aere: sed q̄cito esset repleta aere submergeret in aere:sicut in aqua interim q nauis esset repleta aere et non aqua nataret et non mergeretur:sed quando est repleta aqua tunc submergitur. ¶ Secundo sequitur q stelle videntur per refractionem radiorum:patet hoc propter hoc q aer est densior igne:modo dicunt perspectiui q quando radius procedens ab aliquo visibili incidit super aliquā superficiem non perpēdiculariter per media diuersarum rationum in raritate et densitate:tunc frangitur.et si intrat medium densius tūc frangitur ad perpendicularem:si vero medium rarius tunc frāgit a ꝑpendiculari:quare etc.

Quantum ad tertium articulum sit ista ꝯclusio:q ignis naturaliter locatur sub cōcauo orbis lune:et immediate:ꝓbat:quia sicut grauissimum naturaliter locatur simplr̄ deorsum:ita leuissimū locat simplr̄ sursum:cū ergo inter oīa elementa ignis sit corpus leuissimum sequit q naturaliter debet locari immediate sub ꝯcauo orbis lune ꝓpter hoc q ibi est simpliciter sursum in sphera actiuorū et passiuorū. ¶ Ex ista cōclusione sequitur q si esset aliquis ignis vltra vltimam spheram:descenderet tā diu:si nō esset ꝓhibens q veniret in ꝯcauū orbis lune:patet hoc ex eo q omne ens naturale quū est extra locū suū naturalem:mouet ad ipm̄:si nō sit aliquod impedimētum ꝓhibēs.

Ad rationes principales. Ad primam dico q si ibi esset ignis q non impediret:q ibi videremus ꝑ ipsum stellas:et hoc ꝓpter magnā eius raritatē et puritatē. ¶ Ad scdam.locus est mobilis:ad hoc dictum est prius:et adhuc pōt dici q locus bn̄ est imobilis illo motu:quo mobile naturaliter est mobile ad ipsum:modo ignis est mobilis ad concauū orbis lune motu recto:et tali motu est immobile cōcauū orbis lune:licet bene moueatur motu circulari. ¶ Ad tertiā: quodlibet ens naturale debet quiescere concedo ab illo motu quo est naturaliter mobile ad suū locū naturalem:et q̄ ignis nō est mobilis ad suū locū naturalem motu circulari sed motu recto:inde est q ignis ī loco suo bn̄ potest moueri:et de facto mouetur motu circulari cum celo:nō tamen mouet motu recto. ¶ Sed dices quomodo ignis mouet circulariter cum celo:dicunt aliqui q hoc sit motu raptus: ita q imaginātur q celū motū circulariter rapiat secum ignē:sȝ hoc nō valet propter hoc q supficies conuexa ignis et superficies cōcaua celi sunt leuissime:ita tātum q vna nō pōt se tātum tenere ad aliam q vna curū rapiat secū aliā: q̄uis bene se raperent si essent aspere. Dicēdum est ergo aliter:q igni influit a celo quedam influentia que mouet et inclinat ipsum ad hoc q mouet circulariter vna cum celo:et ista influentia etiam influit aeri:et propter hoc aer qui est vltra altissimos mōtes etiam mouetur circulariter: sed qui est inter mōtes in vallibus nō:propter hoc q talis prohibetur a montibus a motu circulari. ¶ Ad quartā cōcedo q ignis ambit alia elemēta:et quādo dicebatur quare nō corrumpit ea:dicendum est q hoc est ꝓpter hoc q impossibile est totā massam materie stare sub tanta raritate quanta est raritas ignis:vnde vel oporteret dimēsiones se penetrare vel latera celi magis recedere abinuicem: quorum quodlibet est īpossibile. ¶ Ad quintam:alle ignis deberet extingui:nego:quia ignis nō indiget euentatione neq dilatatione nisi quū est in materia mixta:sicut in ligno vel in fimo:modo in tali materia nō est ignis quum est in sphera sua.ergo. ¶ Ad sextam dico:q̄uis ignis in sphera sua nō habeat symbolū cū celo:tn̄ habet symbolū cū aere qui locat ipsum ex alia parte.conuenit enim secū in caliditate. ¶ Ad septimam dico:q quia sub polis est maior frigiditas propter hoc orbis ignis bene est magis tenuis q̄ sub equinoctiali:si non cōtinue ignis qui gn̄ate continue sub equinoctiali flueret versus polos.vnde imaginandum est q sicut aqua cōtinue fluit ad locum decliuiorē vt cētrū grauitatis totius sit centrū mundi:ita etiā cōtinue ignis fluit de equinoctiali versus polos.vt centrū eius leuitatis sit centrū mundi.Et imaginādum est q sub polis ꝯtinue aer corrumpit ignē:et sub equinoctiali ignis corrūpit aerē:et ꝯtinue ignis de equinoctiali fluit versus polos ad istum finē vt semꝑ cētrum totius leuitatis sit cētrū mūdi sicut cētrum totius grauitatis. ¶ Ad octauam dico:q immo concauum orbis lune est cōseruatiuum ipi⁹ ignis:et quādo dicit luna ex quo est augmētatiua aquarū est corruptiua ignis:nego:quia nō est augmentatiua aquarum propter hoc q influat frigiditatē:sȝ propter hoc q influat caliditatem que sufficit ad hoc q faciat aquam tumescere:et propter hoc dicimus q luna est domina aquarum:nō q sit frigida:sed magis calida:quo ad influētiam caliditatis sufficit tumescere et nō corrumpere. ¶ Ad vltimam dico q si esset aliquis ignis in cētro terre non prohibitus partes separate abinuicem mouerentur ad puncta sibi opposita: nec propter hoc ibi motus essent cōtrarij:quia vtraq eorum est sursum:et vtraq eorum est versus circūferentiam celi.

Questio.VII.



Veritur consequenter septimo vtrū omne ens sit in loco. ⁊ arguitur primo q sicut q nō est nusq̄ est:nō est:ergo q nusq̄ est nō est:⁊ p ꝯñs omne qd est alicubi est:⁊ sic omne ens est i loco. ¶ Scđo omne qd est vel est corporeū vel icorporeū: si est corporeū:tūc est in loco: eo q omne corp⁹ est i loco:si icorporeū sicut de⁹ ⁊ itelligētie:adhuc est i loco.s.i celo. ¶ Tertio.de⁹ de quo tamē minus videtur:est in loco:⁊ p ꝯñs oīa alia ab ipo sunt in loco:añs patet:nā cōmētator in.ij.celi pbat q celum est eternū:quia locus dei:qui est eternus. ¶ Quarto. omne ens vel est mobile vel mouens:si est mobile:tunc est in loco:si mouens adhuc videtur esse in loco ex eo q mouens et motum debent esse simul. ¶ Quinto.si non omne ens esset in loco:hoc videretur esse ppter vltimā sphērā:q̄ est ens:et tamen non est in loco vt videtur.probatur enim q sit in loco:q2 dicit Aristo. in isto quarto ꝯtra ⁊ celū esse in loco p accidens:sed nō capit celum ibi pro alijs spheris q̄ pro vltima ex eo q alie sphere preter vltimam sunt in loco per se. ¶ Confirmatur:q2 vltima sphera mouetur:et nō nisi motu locali.ergo vltima sphera est in loco:añs presupponitur:⁊ ꝯñs pbatur ex eo q moueri localiter est esse in alio ⁊ alio loco ⁊c.

In oppositū est Aristo.in isto quarto loquens contra antiquos dicentes omne ens esse in loco:⁊ pbatur ratione:quodlibet locatum est equale suo loco:qui quidem locus est quātitas:modo incorporea non possunt esse in equali loco que non sunt quātacūq̄ ter quanta autē sicut est locus ⁊ non quantū:nulla est equalitas.ergo. ¶ Secundo.nam dicit Aristo.q circa illud qd debet esse in loco debet eē aliquod corpus extra ꝯtinens:illud aūt circa quod nō est aliquod corpus continens non est in loco:sed circa vltimā sphērā non est aliud corpus extra cōtinens sicut supponitur: ergo vltima sphera nō est in loco:⁊ p ꝯñs nō omne ens est in loco. ¶ Cōfirmatur p Aristo.in isto q̄rto dicentē q terra est in aqua:⁊ aq̄ in aere:⁊ aer in igne:⁊ ignis i celo.celum aūt nō amplius est in loco alio. ⁊ capit ibi celum pro aggregato ex omnibus spheris celestibus:ex qb⁹ dictis videtur non omne ens esse in loco ⁊c. ¶ In ista q̄stione primo ponam distinctiones: scđo dimissa recitatiōe opinionum diuersarum de esse in loco vel non esse in loco vltime sphere dicendum est quomō diuersa diuersimode sunt in loco:ideo.

Quantum ad primum sit prima distinctio:aliq̄d esse in loco intelligitur dupliciter: vno mō diffinitiue:alio modo circūscriptiue. Diffinitiue aliq̄d dicitur esse in loco in quo operatur:vel apparēt operatiōes illius:licet non sit circūdatum aliqua superficie ipsum tāgēte.isto modo solemus dicere intelligētiam esse in suo orbe:non quia aliqua superficies circūdans intelligētiam tangat ipsam: ex eo q tactus debet esse corporū:intelligentia autē non est corp⁹:sed ideo quia in tali orbe apparent operationes talis intelligentie. Circūscriptiue vero esse in loco solum debetur corpori. ¶ Secūda distinctio.esse in loco adhuc capitur dupliciter.vno modo aliquid dicitur eē in loco circūscriptiue in potētia q sic est in loco q superficies locans ipsum nō est sibi imediata:sed illi cui⁹ est pars:nihilominus p separationem eius a toto potest fieri q circūdetur aliqua superficie locante ipsum immediate tāgente. ¶ Alia distinctio.substantiarum alie dicuntur corporee:alie incorporee. ¶ Alia distinctio.substantiarum corporearum quedam sunt p se seorsum existētes:non existētes partes aliarum substantiarū:que sunt per se vnū. Alie autē sunt corporee īexistētes alijs:sicut sunt partes integrales substantiarum per se existentium. Exemplum de primo sicut homo lapis.exemplum secundi:sicut manus:pes.

Quantum ad secūdum sit ista prima conclusio:q totalis mundus nō est in loco: nec est alicubi.probatur prima pars ꝯclusionis:q2 extra totalē mundum nō est aliquod corpus circūdans ipsum:hoc tamen oporteret si esset in loco:secunda pars conclusionis probatur:quia ad hoc q totalis mūdus esset alicubi oporteret q esset supra aliquid ⁊ īfra aliquid vel in aliquo:vel circa aliq̄d:⁊ sic de alijs:per que respondetur ad interrogatiōem factam p vbi.sed sic nō est de totali mūdo:patet hoc:nō enim de ipso est verū dicere q sit in aliquo:nisi tūc diceremus ipsum esse in spatio imaginato:⁊ hoc est ipsum in nullo loco eē:ppter hoc q non est aliud tale spatium separatum:nec infra aliquid:quia nihil est infra seipsum:qd tamen oporteret si aliquid esset infra:nec etiam aliquid est supra ex eo q nihil est supra seipsum:nec etiā est circa aliquid ex eo q nihil est circa seipsum. ¶ Sed ꝯtra.totalis mundus est vnum corpus.ergo circa alicubi. consequentia tenet ex eo q de omni corpore est verū dicere q sit alicubi. ¶ Secūdo. totalis mūdus totum occupat.ergo videtur q sit alicubi ⁊c. ¶ Tertio.quelibet pars mūdi est in loco vel saltē est alicubi.ergo totalis mūdus est alicubi.ꝯsequētia videtur esse nota:antecedēs patz inductiue. ¶ Quarto.non implicat q talis mundus moueatur circulariter:⁊ si sic tunc mundus mouetur localiter:ex eo q motus circularis est motus localis:et cum motū localiter sit in loco:vel saltē alicubi:sequitur totalē mūdum esse in loco:vel esse alicubi:⁊ qua ratione tūc:eadem ratione nunc:ex quo deus posset mouere totalem mundum circulariter:vel motu recto absq̄ pductiōe alicuius loci noui:ergo ⁊c. ¶ Respōdeo.ad primā:nego q omne corpus sit alicubi:bñ tamen hoc cōcedo de quolibet corpore alio a totali mūdo. ¶ Ad secūdam.totalis mundus totum occupat:nego:immo totalis mūdus nihil occupat.nisi tunc diceretur totalē mūdū occupare spatium separatū: sed hoc nihil est occupare:propter hoc q nō est aliquod tale spatium separatum:vt pbatū est p Arist.in litera.ergo. ¶ Ad tertiā.quelibet pars est ⁊c.concedo de qualibet parte que dicitur vnum ens per se subsistens diuisum ab alijs:⁊ nego cōsequētiam q ergo totalis mundus est in loco. ¶ Unde sciēdum q sicut est aliquod totū cui cōuenit in loco esse actu:vel esse in loco p se:⁊ partib⁹ eius conuenit esse in loco in potētia:⁊ nō per se:sic ecōuerso est aliquid cuius partibus conuenit esse in loco in actu ⁊ per se:toti autem conuenit esse in loco per accidens: prout aliquid dicitur conuenire alicui per accidēs qd conuenit ei ratione suarū partiū. ¶ Ad quartā admittatur q prima causa pōt mouere totalem mundum circulariter immo ⁊ motu recto:licet Aristo. ⁊ eius Commētator hoc nō admitterent:⁊ qum dicebatur q tunc totalis mūdus moueretur motu locali:nego hoc propter hoc q non mutaret locum ex quo non est in loco. ¶ Sed diceres quali ḡ motu moueretur:dico q moueretur vno motu eiusdem speciei cū motu quē vocamus localem:nihilominus non est localis. ¶ Secunda cōclusio.vltima sphera non est in loco:probatur:quia non est in continēte aliquo circūdante ipsum:patet:ex eo

q vltra vltimam spheram nihil est. ¶ Secundo. sicut primum mouens est non motum: ita primum locans debet esse non locatum: sed vltima sphera est primum locans eundo versus medium mundi: ergo vltima sphera debet esse non locata: et per consequens non debet esse in loco. ¶ Tertio. sicut vltimum locatum nihil locat: quia non continet aliquod corpus: ita primum locans a nullo locatur: quia a nullo alio corpore continetur propter hoc q extra ipsum nihil est: sed vltima sphera est primum locans. ergo. ¶ Tertia conclusio. vltima sphera licet nō sit in loco: est tamen alicubi: patet hoc: de quocunq est verum dicere q ipsum est supra vel infra: vel circa aliquid: de ipso est verum dicere q est alicubi: sed sic est de vltima sphera: nā de ipsa verum est dicere q est circa centrum mundi: vel circa alias spheras: etiam de ipsa verum est dicere q sit supra alias spheras: etiam de ipsa verum est dicere q est extra aliquid. ¶ Ex his omnibus concludatur vltimam spheram esse alicubi: et sic bene conceditur vltimam spheram esse in loco: si esse in loco volumus vocare illud in cuius habitudine cognoscimus aliquid moueri: vnde sic terra diceretur locus vltime sphere: quia in habitudine ad ipsam cognoscimus celum moueri. Sed iste modus loquendi est impropriuus: vnde sic Cōmentator dicit terrā esse locum vltime sphere. ¶ Quarta conclusio: pars integralis inexistens toti dicitur esse in loco in potētia et non in actu: patet quia non actu circumdatur superficie diuisa ab ipsa et tāgens ipsam licet sic possit circundari per separationem eius a toto. ¶ Quinta conclusio. pars essentialis sicut materia vel forma dicitur esse in loco per accidens: patet: quia per aliud scilicet ratione totius cuius dicitur esse pars. ¶ Sexta conclusio. intelligentie dicuntur esse in locis diffinitiue: patet quia in aliquibus locis apparent earum operationes: et igitur nos arguimus intelligentias esse ibi sicut anima intellectiua dicitur esse in corpore diffinitiue: et non circūscriptiue. ¶ Septima conclusio. cōsimili mō deus dicitur esse in omni loco diffinitiue: q cuilibet loco est indistans: et in quolibet loco apparent sue operationes: et p consequens sic arguimus deum esse vbiq.

Ad rationes principales. Ad primam concedo quod nunq est: non est: et nego consequentiam ergo quod nusq est: non est: et ratio est: quia esse in tempore pluribus conuenit q esse in loco: et per consequens ab aliquibus pōt remoueri esse in loco a quibus tamē nō remouetur esse in tempore necesse. ¶ Ad secūdam. omne ens etc. dico per hoc bene probatur omne ens eē alicubi circumscriptiue vel diffinitiue. ¶ Simili modo ad tertiam. ¶ Ad quartam. quum dicitur mouens et motum debent esse simul: hoc intelligatur de mouēte per cōtactum: modo nō omne mouens est mouens per contactum. ¶ Ad quintam. si non omne ens etc. bene concedo vltimam spheram non esse in loco sicut dictum est in questione: sed tamē dicebatur per Aristotelem animam et celum esse in loco per accidens: dico q ipse accipit celum pro totali mūdo: qui est in loco ratione suarum partium quibus inest per se. ¶ Ad cōfirmationē vltima sphera etc. cōcedo: sed ille motus est motus localis: nego: vt patet in q̄stione: nisi vellemus vocare motum localē vltime sphere in habitudine ad terrā: prout aliqua pars vltime sphere respicit aliquā partem terre.

Quæstio. VIII.



Veritur octauo: vtrum vacuū esse sit possibile: et arguit q sic: quolibz corp° nō eē hic est possibile: ergo nullū corp° esse hic est possibile: ergo vacuū esse hic est possibile. secūda ɔña clara est de se: sz prima ɔña patet p equipollentias: aūs pbat: q: quocūq corpore demonstrato ipm nō eē hic est possibile. ¶ Secūdo. aliqd moueri localiter motu recto est possibile: ergo vacuū eē est possibile. aūs supponit: ɔsequentia pbat: quia quum aliquid mouet motu recto recipit in aliud locū q in quo prius erat: vel ergo in plenum vel in vacuū: si in vacuū habet ppositū: si i plenū alio corpore: vel ergo illud manet cum ipo qd mouetur in eodem loco: et hoc nō: quia tunc dimensiones se penetrarent: vel cedit ei: cōsimili ratiōe illud aliud cedit illi: et sic vno corpore moto motu recto: oportet vt videtur omnia q sunt sub concauo orbis lune moueri: quod est incōueniens. ¶ Tertio. nutritionē esse est possibile: ergo et vacuū esse. antecedens supponitur: ɔña pbatur: quia si debet fieri nutritio oportet q nutrimentū recipiat in partes corporis nutriendas: vel ergo vacuas: vel plenas: si vacuas habetur propositum: si plenas tunc dimēsiones se penetrabūt: qd est incōueniens. ¶ Quarto. aerem possibile est cōdensari. ergo. aūs supponitur: ɔña pbat: quia p condensationē aeris partes fiunt sibi ppinquiores: q erant ante: vel ergo hoc fit intrando partes itermedias absq hoc q sint ibi vacuitates vel fit hoc vacuitatibus ibi existētibus: si primū sequitur penetratio dimēsionū: si secūdum habet ppositum nec etiā pōt dici q hoc fit ibi quibusdam vacuitatibus repletis subtiliori corpore q sit aer. qd quidē corpus cedit: q: licet hoc valet: nō valeret ducendo argumentū de igne puro: et sic staret ratio. ¶ Quinto. nā videt q vnum vas plenum cineribus recentibus: tātū recipit de aqua: sicut faceret si nō essent i eo cineres: modo hoc nō videt posse stare: nisi vel fiat penetratio corporū: vel ibi sint vacuitates: in quibus recipitur aqua. ¶ Sexto. nā sint hic duo lapides plani: et ita plani q cum vnus supponat alteri: nullus posset ibi manere aer intermedius: tūc directe in medio grauitatis lapidis superioris infigat vna chorda cui applicetur vna potentia trahēs lapidē superiorē a lapide inferiori: tūc ex quo ille lapis superior sm oēs partes equaliter recedit a partibus lapidis inferioris: tunc postq non eque cito aer q erat ad latera pōt mouere p totū spatiū quantū intercipitur inter istos duos lapides: sequit p tempus ibi manere vacuū. ¶ Septimo. pita est vacua vino. ergo est vacua. aūs est possibile: et tenet ɔsequētia p locū a parte in mō ad suum totum. ¶ Octauo. vacuum est locus non repletus corpore: ergo vacuum est: aūs est Aristo. ɔña tenet a tertio adiacēte ad scdm adiacēs. ¶ Nono. de vacuo est scia. ergo. ɔña tenet ex eo q de nō ente nō est scia. primo posterior. aūs pz p Aristotelē in isto quarto. ¶ Decimo. plenū est: ergo vacuū est. ɔña tenet ex eo q si vnū oppositorū est in natura et reliquū dicitur esse in natura.

In oppositum est Aristo. in isto quarto tractatu scdo. In ista questione sunt aliqua premittenda. secundo ponende sunt conclusiones.

Quātum ad primum: sciēdum q hoc nomē vacuū est terminus priuatiuus: et valet in significando tantū quantum hec oratio locus nō repletus

corpore. et igitur quia vacuū est loc⁹ nō replet⁹ corpore: et hic est ponitur [illegible] quatuor: vacuum est locus nō replet⁹ corpore. ergo vacuū est. et p hoc soluitur octaua ratio. ¶ Scḋo sciēdū q sicut dupliciter imaginandum est de loco: ita dupliciter imaginādū est de vacuo. vnde quidam imaginant locum esse equalē locato [illegible] quidam [illegible] ces imaginant locū nō eē tale spatiū. Sed corp⁹ extrinsecū corpori locato equale ei sm suas dimēsiones. s. latitudinē et longitudinē. Et sm hoc etiā dupliciter imaginandū est de vacuo: vno modo q sit spatiū separatū cui non est cōiunctū aliud corp⁹. scḋo modo q vacuum sit vnū corpus inter cuius latera nō tn̄ pxima admiscetum sit nihil. sm primū modū dicendi de vacuo: si deus oīa corpora localia infra cōcauū orbis lune annihilaret: esset concedēdū infra cōcauū orbis lune esse vacuū: nō tn̄ esset cōcedēdū celū vel cōcauū orbis lune esse vacuū: sed sm scḋm modum dicēdi de vacuo in casu predictū esset concedendū q celū esset vacuum: et nō esset pcedēdum q inter latera celi esset vacuum ppter hoc q inter latera celi nihil esset. et igitur et c.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio: q īpossibile est eē vacuū: loqndo de vacuo pmo mō. Probat. qr vacuum primo mō eēt dimēsio separata: mō talis nō est ponēda ex eo q accidēs nō est ponēda [illegible] ¶ Scḋo si eēt ponēdū tale spatiū separatū: tūc cū ipm sit corpus qr lōgū latum et pfundum: sequit q cum ipm recipet locatum: q corpora se penetrarent: quod est impossibile. ¶ Tertio. nā si tale vacuū esset possibile: sequeret q si eēt vacuū: nō esset vacuum: qḋ implicat. pbat pñtia: qr oib⁹ localib⁹ anihilatis que sunt infra concauū celi: adhuc maneret ibi tale spatiū separatū sm ponētes locū esse tale spatiū: et sm eosdē tūc ibi eēt vacuū. sz pbo q nō: quia eēt ibi aliquid. s. tale spatiū separatū. ¶ Scḋa cōclusio. p nullam potentiā naturalē possibile est esse vacuum loquēdo de vacuo scḋo modo: pbat quibusdam experientijs: primo si omnia foramina alicuius follis obstruerētur: nulla potētia posset eleuare vnū asserem ab alio nisi fieret alicubi ruptura per quā subintraret aer: quo facto faciliter vnus istorū asserum leuaret ab alio: nam tunc esset aliquid: qḋ posset recipi inter latera ipsius follis: hoc videt esse signū naturā abhorrere vacuū. Scḋo pōt pbari hoc idē de Clepsydra. ¶ Tertia pclusio. tn̄ p potentiā supnaturalē possibile est esse vacuū scḋo mō. patet hoc: qr deus pōt annihilare totū qḋ est īfra latera celi: quo facto celū esset vacuum: et in isto casu tūc vacuū esset vna bona res circulariter mobilis. Sed cōtra dubitatur: nam predicto casu posito vel latera celi distarent vel nō distarēt. Si nō distarēt tunc essent cōiuncta sicut duo folia libri: vel vnius burse vacue: sed si sic esset: tunc nō esset cōcedendum q celū esset vacuū: ex eo q latera celi in casu pdicto essent immediata. Si autē dicat q latera celi in predicto casu adhuc distarēt: adhuc inter ea esset aliqua dimēsio p quā distarent: et sic adhuc nō esset vacuum. Respōdetur q latera celi nō distarent saltem distantia recta: licet bene distantia curua: et qñ dicebatur: ergo tūc latera celi essent cōiūcta: nego: īmmo adhuc celum maneret sphericum sicut modo: nec latera eius fierent immediata: nō obstāte q non maneret distantia. ¶ Quarta cōclusio. pdicto casu posito vnus polus mūdi nō esset pximus alteri: et tamen nō distaret ab eo distantia recta: pz hoc ex eo q distantia nō est nisi p dimensionem intermediam: modo qr pdicto casu posito inter polos mundi nō esset dimensio recta intermedia propter qḋ sequitur ipsos nō distare distātia recta. ergo. ¶ Quinta cōclusio. bene tn̄ distarēt distātia curua: pz hoc: quia inter eos mediaret dimēsio curua. s. medietas circūferentie maxime circuli imaginati in celo: ergo et c.

Ad rationes principales. Ad primam nego añs: qr valet istā hec est possibilis quodlibet corpus nō est hic: modo est hec falsa: et quā arguebat: hoc corp⁹ nō eē: hic est possibilis et nō aliqḋ et c. negat pñā nā si valeret hoc eēt virtute īductiōis: nā tūc ista deberet eē vniuersalis quodlibet corp⁹ nō eē hic est possibile. mō hoc est falsum ex eo q est vna de sensu cōposito et īdefinite. ¶ Ad scḋam negat pñā: et quiam sic arguebat: sequit q vno corpore et c. concedit nisi prius fieret condensatio: modo qr in tali motu sit aliquorū corporū cōdēsatio: nō oportet q vno corpore moto: oīa moueantur vsq ad celū. ¶ Ad tertiam negat cōsequentiā: qr quum nutrimentum recipit in partes corporis nutriēdi recipitur in quosdam poros repletos corpore subtiliori q sit nutrimētū: et nutrimēto adueniente illa corpora cedunt et cōdensantur: sic saluatur nutritio absq hoc q fiat vacuū: vel penetratio corporū. ¶ Ad quartum videbit postea. ¶ Ad quintam de cineribus dicēdum: quia cineres sunt terrestres alique partes aque corrumpunt: et etiam inter illos cineres est multū inclusum de aere qui recedit aqua adueniēte: ppter hoc apparet q illud vas recipiat tantū de aqua sicut sine cineribus: licet hoc non sit verū. ¶ Ad sextā. de duob⁹ corporibus dico q si illa essent simplr plana et essent piūcta absq hoc q inter ea mediaret aer: nulla potentia naturalis posset vnū leuare ab alio eqliter sm oēs ei⁹ partes: sz nihilomin⁹ leuat possetr: et tūc aer posset successiue īgredi. ¶ Ad [illegible] negat pñtia et ratio est: nam hic terminus vacuum īcludit negationem: modo nō valet arguere a parte in modo includēte negationem ad suum totum. ¶ Octaua soluta est. ¶ Ad nonam. de vacuo est scientia. respōdetur q nō: sed bene est scientia de loco et corpore sm ppositiones negatiuas. vnde sciendo istam: nullum vacuum est: scitur ista nullus loc⁹ est sine corpore: vna eīn valet aliā: et sic sciētia que creditur esse de vacuo est de loco et corpore. ¶ Ad decimam bene conceditur vbi nullum corpus abhorreret natura: modo sic est in pposito: q natura abhorret vacuum: ideo nō valet et c.

Questio IX.



Onsequenter queritur vtrum graue simplex habeat resistētiā intrinsecā quātū ad motū ei⁹ deorsum: et cōsimilit mō leue ad motū ei⁹ sursum: et arguit primo q sic: qr si nō sequit q graue simplex positū extra locū suū naturalem amota resistētia extrīseca moueret subito: mō hoc est falsum: pñā tenet ex eo q tūc nullā haberet resistētiā: postq nō haberet resistētiam īntrīsecā: et qlibz resistētia extrīseca est amota p casum: falsitas pñtis pbat: pmo: nā si moueret subito moueret velocitate īfinita: sz hoc nō: postq est determinate potentie et finite terminabit ad aliquā velocitatē maximā qua pōt mouere: vel maximam qua nō: vel minimam qua sic: vel minimā qua non. ¶ Scḋo. a cā finita non pōt pcedere effectus infinitus: sed quodlibet graue simplex est causa finita: velocitas autem īfinita est effect⁹ infinitus: ergo graue simplex non posset moue-

re se velocitate infinita adhuc quacunque resistentia extrinseca amota: propter quod videtur ꝙ habeat in se resistentiam intrinsecam. ¶ Tertio sic. sequeretur ꝙ posset esse aliquis motus velocior motu celi: consequens est falsum: consequentia tenet ex eo ꝙ per diminutionem resistentie extrinsece motus grauis simplex posset intendi vltra gradum velocitatis motus celi: postquam resistentia extrinseca est in infinitum diuisibilis. ¶ Quarto. cum motus localis propter eius velocitatem causet calorem et velocior intensiorem: sequitur ꝙ per intensionem velocitatis motus grauis simplicis propter decrescentiam resistentie extrinsece potest causari calor infinitus quod non videtur esse possibile: et sic tunc graue simplex esset potentie infinite. ¶ Quinto. cum celum sit corpus magis simplex quam elementa: et cum motus celi fiat absque resistentia extrinseca: sequitur ꝙ motus celi esset velocitatis infinite: sicut esset motus grauium et leuium simplicium subducta resistentia extrinseca: sed consequens est falsum: quia motus celi est finite velocitatis: consequentia tenet ex eo ꝙ non videtur ratio diuersitatis hic et ibi ¶ Sexto. graue simplex haberet resistentiam intrinsecam quantum ad motum alteratiuum: sicut patet de terra pura: ergo etiam vt videtur quantum ad motum localem.

In oppositum videtur esse Aristote. dicit enim Aristo. ꝙ graue simplex positum in vacuo si esset moueretur in ipso subito: hoc non esset si haberet resistentiam intrinsecam: cum enim potentia motiua grauis sit finita quantacunque haberet in se resistentiam quacunque resistentia extrinseca circumscripta: illa potentia motiua manente moueret illud graue successiue. ¶ In ista questione primo ponendi sunt diuersi modi imaginandi de resistentia in motu grauium et leuium. secundo improbabitur vnus modus imaginandi de resistentia intrinseca simplicium. deinde in sequenti questione improbabo quosdam modos de resistentia intrinseca simplicium quantum ad motum localem eorum: et respondebitur tunc ad quesitum.

Quantum ad primum: sciendum est ꝙ resistentia dicitur inclinatio ad non moueri vel ad motum oppositum vel ad quietem: verbi gratia si esset aliquod corpus: quod haberet quatuor gradus grauitatis: et duos gradus leuitatis: tunc quando ipsum descenderet illi duo gradus leuitatis resisterent illis quatuor gradibus grauitatis: propter hoc ꝙ inclinarent ad motum oppositum scilicet sursum. ¶ Secundo sciendum ꝙ differentia est inter graue simplex: et graue simpliciter: nam posito ꝙ aliqua terra sit passa ab igne ita ꝙ aliqui gradus leuitatis sint inducti ab ipso igne in terram: tunc illa terra adhuc substantialiter est simplex et grauis: et dicitur graue simplex: sed non dicitur graue simpliciter propter hoc ꝙ habet aliquos gradus leuitatis cum gradibus grauitatis: modo questio debet intelligi de graui simplici quod est simplex simpliciter. ¶ Tertio nota resistentia in motu grauium et leuium potest imaginari extrinseca aut intrinseca. Extrinseca potest imaginari multipliciter: primo sicut in equilibra: vnde posito ꝙ a: terra pura moueretur ad vnum brachium equilibre et b. pura terra ad aliud: tunc nullum eorum descenderet propter hoc ꝙ vnum alteri resisteret: et hoc extrinsece. ¶ Secundo potest imaginari de resistentia extrinseca sicut si vni graui alligaretur vnum leue: tunc in descensu illius grauis illud leue resisteret illi graui extrinsece. ¶ Tertio illud alligatum quandoque resistit ratione sue figure: vt si alicui alligaret vnum folium papyri extensum tunc illud graue tardius descenderet: quam si illi non esset sic alligatum. ¶ Quarto aliquando trahens ad oppositum resistit extrinsece verbi gratia sicut si teneretur magnes sursum: et sub eo esset positum vnum ferrum ita magnum ꝙ ille magnes non sufficeret illud ferrum detinere: tunc illud ferrum descenderet tardius quam si supra non esset magnes positus propter hoc ꝙ ille magnes aliqualiter trahit ferrum: et per talem tractionem impeditur velocitas ferri descendentis: ergo ille magnes in tali casu potest dici resistentia extrinseca. ¶ Quinto. resistentia extrinseca potest dici medium per quod fit motus: hoc enim propter eius grossitiem resistit mobili. et propter hoc idem mobile tardius mouetur per aquam quam per aerem. ¶ Sexto. mouens potest tenere locum resistentie extrinsece sicut si mouens non velit velociter mouere: nec ita velociter sicut posset. ¶ Septimo. incompossibilitas terminorum. s. termini a quo et termini ad quem potest dici resistentia extrinseca. quare etc.

Quantum ad secundum de resistentia intrinseca quidam dixerunt ꝙ quodlibet agens naturale est potentie finite. i. ꝙ ipsum est limitatum ad aliquem certum gradum velocitatis quem non transiret quantumcunque resistentia extrinseca amoueretur: et illi talem limitationem ponunt pro resistentia intrinseca: vnde tales dicerent: ꝙ si terra pura poneretur in vacuo descenderet finita velocitate: puta illo gradu velocitatis ad quem ipsa esset limitata: vlterius illi dicerent ꝙ grauiora essent limitata ad intensiorem gradum velocitatis quam minus grauia. vlterius dicerent ꝙ graue simplex positum in vacuo si esset non moueretur in ipso subito: sed successiue propter limitationem et finitatem potentie mouentis ipsum. Sed ista imaginatio est contra Aristo. propter quod pono vnam conclusionem sibi contrariam: que est limitatio et finitas potentie agentis non est causa successionis motus grauis simplicis: nec sufficit loco resistentie. probatur: quia si quodlibet agens naturale ageret successiue: propter hoc ꝙ esset finite potentie. sequeretur ꝙ corpus luminosum ageret lumen suum successiue in medium: modo hoc est falsum: quia illuminatio medii fit subito sicut alibi habet videri. consequentia tenet ex eo ꝙ ipsum est finite potentie: ¶ Secundo probatur: quia idem visibile deberet agere speciem suam in visum successiue: et sic visibile propinquius citius deberet agere speciem suam in visu quam visibile magis remotum a visu: et sic etiam deberet citius videri: modo hoc est falsum: quia si sortes distat a me per quatuor pedes et plato per octo ego aperiens oculos ita cito video platonem sicut sortem quod non esset si visibile ageret speciem suam in visum successiue. ¶ Tertio. si predicta imaginatio esset vera: sic maior virtus esset minus limitata et minor virtus esset magis limitata: modo hoc est falsum. nam tunc stelle non ita cito agerent lumen suum per totum medium sicut luna: quod tamen est falsum: postquam predictorum quodlibet aget lumen suum per totum medium subito: consequentia tenet ex eo: quia cum luna sit maioris virtutis: esset minus limitata: et sic citius produceret suum effectum: et cum stelle sint minoris virtutis essent magis limitate: et tardius agerent suum effectum ¶ Quarto sequitur vniuersaliter nullam mutationem subitam naturaliter esse possibilem: cuius oppositum posterius videbitur: consequentia tenet ex eo: ꝙ quodlibet ens naturale esset limitatum ad certum gradum velocitatis ad producendum suum effectum. ¶ Quinto sequeretur ꝙ deducto omni impedimento extrinseco graue simplex non posset moueri ad suum locum naturalem quousque eius medium esset medium mundi. consequens est falsum: probatur consequentia: nam sit a graue simplex difforme: cuius totalis grauitas sit sex

et limitatio eius sit sicut tria: et descendit tamdiu q̃ tertia eius pars sit sub alia parte centri: et sit illa c. et residuum sit adhuc ab alia parte centri et sit d. ita q̃ centrum sit medium inter c.d. tunc clarũ est q̃ adhuc mediũ ipsius a non est medium mundi. Sed probo q̃ nõ vlterius descendit: nam c. qḋ est ab alia parte centri resistit ipsi d. vno cũ totali limitatione ipsius: et cũ totalis limitatio sit sicut tria: et ipsum c. sit sicut duo: et cũ ista simul sint quinq: et potẽtia motiua ipsi⁹ sit solũ sicut quatuor: sequitur q̃ plus est ibi de resistẽtia q̃ de potẽtia motiua: et per consequens a. quiescit et non vlterius mouetur: quis tamen adhuc centrũ grauitatis non sit centrũ mundi: ergo ꝛc. et per cõsequẽs conclusio vera.

Ad rationes. Ad primam concedo q̃ mouetur velocitate infinita quacunq; resistentia seducta. ꝛ quando dicebatur est potentie finite: concedo. ꝛ quã dicebat: ergo terminat̃ certa velocitate: verũ ẽ cũ resistentia: sine resistentia non oportet. ¶ Ad secundã a causa finita ꝛc. verũ est quã agit cũ resistentia: quando autem sine resistentia non oportet. ¶ Ad tertiã dico q̃ naturaliter non potest esse aliquis motus velocior motu celi: propter hoc q̃ natura mediorũ non patit̃ tantã raritatem et subtilitatẽ q̃ motus grauiũ ꝛ leuium p̄ ipsa sit velocior motu celi: nihilominus bene fieret si media p̄ que fit motus posset quãtũcũq; subtiliari. ¶ Ad quartam dico q̃ si mobile moueret̃ in vacuo nullũ causaret calorẽ: nam ex motu non causat̃ calor nisi per cõfricationem mobilis ad mediũ: modo in vacuo nulla fieret talis confricatio. ¶ Ad quintam dico q̃ in motu celi voluntas intelligentie tenet locum resistentie. ¶ Ad sextam nego consequentiam: vnde Cõmentator super secundo huius dicit simplex nõ habere in se principiũ actiuũ sue alterationis: sed bene actiuum motus localis: ꝛ igitur non miruz si habet resistẽtiam intrinsecam in motu alterationis: ꝛ non intrinsecam motu locali.

Quæstio. X.



Trum i omni motu grauiũ ꝛ leuiũ requirat̃ medium resistens. Et arguit̃ q̃ nõ illud qḋ impedit motũ nõ requirit̃ ad ipsum: sed ita est de medio resistentie. ergo maior est nota: ꝛ minor patet: q̃ medium resistens retardat motũ: immo posset tantũ resistere q̃ omnino tolleret motũ. ¶ Secundo. quãto medium minus resistit tanto motus fit velocior: ꝛ meli⁹ fit motus in ipso: ergo si nihil resisteret videt̃ q̃ optime fieret motus in ipso: ergo videtur q̃ ad motum fiendũ non requiratur resistentia medij. ¶ Tertio nullũ violentũ requirit̃ ad hoc vt motus sit simpliciter naturalis: sed si requireret̃ mediũ resistens ad motũ naturalẽ grauiũ ꝛ leuiũ: illi motus naturales nõ possent fieri sine violenta diuisione medij: si ergo nullũ violentũ requiritur ad motũ simpliciter naturalem: sequitur q̃ diuisio medij non requiritur ad motũ grauiũ ꝛ leuiũ: ꝛ per consequens nec mediũ resistens. ¶ Quarto. nullũ medium requiritur ad motũ grauiũ ꝛ leuiũ: ergo. cõsequẽtia nota: antecedens patet: quia nec hoc mediũ requiritur ad motũ naturalẽ grauiũ ꝛ leuiũ: nec illud: quocũq; dato aliũ sufficeret. ¶ Quinto. si questio esset vera: tunc mediũ resisteret in descensu grauiũ: et in ascensu leuium: sed hoc est falsum: cõsequẽtia tenet: sed falsitas antecedentis probat̃: quia si mediũ resisteret sequeretur q̃ pensis duobus grauibus equalibus in equilibra q̃ vni istorum posset fieri additio alicuius grauis absq; hoc q̃ aliquid adderet̃ alteri: ꝛ tñ no faceret motũ: probat̃ cõsequentia: sint duo pondera a.b. pensa in equilibra et quodlibet illorũ habeat p̄cise gradus grauitatis: ꝛ sic si mediũ inferius resistit: resistat ergo sicut vnum: tunc apponat̃ ad a. vnũ graue qḋ habeat vnuz gradum grauitatis: probo q̃ non descendat: nã q̃uis totalis grauitas in brachio in quo est a. sit sicut tertia propter hoc q̃ medium quod est subtus resistit sicut vnũ ꝛ b. ex alia p̄te resistit sicut duo: modo duo ꝛ vnũ sunt tria: immo qḋ plus est resistẽtia est sicut quatuor propter hoc q̃ in descensu ipsius a. non oportet soluz diuidere mediũ sub a. sed etiam supra b. in ascensu ipsius b. quare ꝛc.

In oppositum videtur eẽ Aristo. vnde dicit: si nõ esset mediũ resistens: graue simplex descenderet subito: modo contra naturã motus est ipsuz fieri subito: ergo si non esset mediũ resistens tolleretur natura motus grauiũ ꝛ leuiũ simplicium. Et nota q̃ questio intelligitur de grauibus nullũ habẽtibus gradum leuitatis: ꝛ similiter de leuibus nullum habentibus gradũ grauitatis. Et quia in alia questiõe improbata erat vna opinio scilicet de limitatione potentie agentis grauium et leuiũ simpliciũ que volebat saluare motum grauiũ ꝛ leuiũ simpliciũ absq; resistentia extrinseca: et per consequens absq; resistentia medij. ¶ Nunc improbande sunt alie imaginationes quib⁹ prima facie videtur posse saluari motum grauium ꝛ leuium simpliciũ absq; resistentia medij: quibus improbatis respondendum est ad questionem hesternã ꝛ hodiernam.

Quantum ad primum: est vna imaginatio q̃ si nulla esset resistentia medij: sed p̄ imaginationẽ esset vacuũ adhuc graue simplex descẽderet successiue: ꝛ velocitate finita: propter hoc q̃ impossibile esset ipsum simul esse in termino a q̃ ꝛ termino ad quẽ et quia hoc est impossibile necesse ẽ ipsum moueri successiue de termino a quo ad terminũ ad quẽ: ita q̃ incompossibilitas essendi simul in diuersis locis est causa finite velocitatis motus grauiũ et leuium simplicium circumscripta resistentia medij: ꝛ isti de ista opinione dicunt illã esse causam velocitatis finite motus celi qui fit absq; aliqua resistentia p̄dicta. ¶ Cõtra istã opinionem arguitur: nã secundum hoc nulla posset assignari ratio quare magis graue simplex circumscripta resistentia medij moueret̃ tali gradu velocitatis q̃ alio: vnde quocũq; gradu velocitatis dato que graue simplex moueret̃ amota resistentia medij: propter hoc q̃ non esset simul in diuersis locis: est dare in duplo intẽsiorem: quo adhuc posset moueri absq; hoc q̃ esset simul in diuersis locis. ¶ Secundo sequit̃ q̃ graue simplex moueretur in infinitum velociter circũscripta resistẽtia medij: et sic adhuc sequeretur illud quod predicta imaginatio pretendit fugere. consequẽtia p̄batur: quia cum duplo gradu velocitatis ad gradum datum tolleretur mobile simul esse in diuersis locis et quaz quadruplo ꝛ cum octuplo: ꝛ sic in infinitum: sed quocunq; gradu velocitatis dato ad quem non sequitur mobile simul eẽ in diuersis locis moueri potest circumscripta resistentia medij: ergo graue simplex in infinitũ velociter mouet̃ circumscripta resistentia medij

¶ Tertio consimili ratione distantia formalis terminorum in alteratione deberet esse sufficiens causa successionis in motu alterationis: quecunq; resistētia alia prescripta: modo hoc est falsum: consequentia tenet in simili. Et ita deberet facere successionem in illuminatione medij: modo hoc est falsum: nā per Aristo. in scdo de anima illuminatio medij fit subito & non successiue sicut sensatio. ¶ Secūda imaginatio posset esse talis q sicut magnes superius detentus aliqualiter retardat motum ferri magni qd non sufficit retinere ppter eius magnitudinem: ita in descensu grauis celum aliqualiter trahit ad seipsum graue & propter hoc descēderet successiue adhuc omni resistentia medij circumscripta: sed hoc stare non potest: nā sm hoc non posset saluari successio in motu ignis sursum: quāto celū plus traheret ipsum tanto velocius moueretur ad ipsum: & cū hoc ex inclinatione naturali appetit moueri ad ipsum: & similiter non assignatur ibi aliqua causa faciēs successionem in motu ignis sursum resistētia medij circumscripta. ¶ Secundo. nam tunc graue posset fieri ita paruū q totaliter detineretur a celo & nō descēderet totali resistentia medij prescripta: quod videt falsum. ¶ Tertio. sequeretur q celum violentaret ipsum graue: patet hoc: q2 traheret ipsum cōtra naturalē suam inclinationem. ¶ Tertia imaginatio potest esse q partes grauis impediūt se inuicē: ita q quelibet inclinat descēdere p lineā breuissimā: & cū solū p talē descēdat pars media impedit partes laterales: & p tale impedimentū partiū adinuicē: simplicia mouentur successiue resistentia medij circūscripta: sed hoc stare nō pōt. Primo q2 dicit q quelibet pars ipsius grauis tendit descēdere p lineā breuissimā: hoc nō valet ex eo: q nō quelibet hoc appetit vt centrū eius sit centrū mundi: q2 hoc est impossibile. ¶ Scdo. nā totū descendit vt mediū eius fiat mediū mūdi: & ad hoc oēs partes tendūt vt mediū totius fiat mediū mundi ppter hoc vna non impedit aliā. ¶ Tertio. vna nō mouet cōtra aliā ergo non impedit aliam: assumptū patet de aqua cuius partes superiores non comprimūt nec deprimūt inferiores. ¶ Quarto sequit q corpus maius tardius descenderet q corpus minus: sed hoc est falsum ceteris paribus: probat ɔña ex eo q in corpore magno plures partes sunt sibi inuicē resistentes q in corpore paruo. ¶ Quinto. sequitur q decē lapides coniuncti tardius descenderēt q vnus eorum: sed hoc est falsum: et contra experientiam: & cōsequētia patet: quia mutuo se impedirent. ¶ Quarta imaginatio q figura esset causa successionis & velocitatis et tarditatis maioris vel minoris: hoc bene verū est in medio resistēte: sed tamen circumscripta resistētia medij figura nihil ad tale factum deseruiret: vt patet ergo. &c.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio. grauia & leuia simplicia non habent resistentiā intrinsecā quo ad eorum motū: patet: nam si sic: hoc esset aliquo istorū modorū pdictorum: sed hoc nō: ergo. ¶ Secunda conclusio. ad motū grauiū & leuiū requiritur resistentia extrinseca sicut est resistentia medij vel huius modi: probatur ex eo q omnis motus sequit p proportionem potentie mouentis ad resistentiam: & per consequens ad omnē motū requiritur resistentia. Cū ergo grauia & leuia non habeant resistentiam intrinsecam. sequitur q ad eorum motum requiritur resistentia extrinseca. ergo &c.

Ad rationes. Ad primam dico q resistentia extrinseca & quecunq; alia nō impedit motum sed bene facit motū & desse ita velocē sicut resistentia minor: vnde ad hoc q fiat motus resistentia nō debet esse minima: nā tūc esset quies & nō fieret motus: & debet eē aliquāta: q2 si esset minima ita tolleret motus ppter nimiā velocitatē: vnde omnis motus debet esse finite velocitatis. ex hoc patet ad secundum. ¶ Ad tertiā dico q ad motū naturalē nō requirit aliquid violentū mobili: sed bene aliqua violētia: puta medij diuisio. ¶ Ad quartā dico q q'uis nullū mediū, requiratur: tamen requiritur medium: vnde ly requiritur confundit terminū cōmunē sequētē se: puta ly mediū confuse tantū. ¶ Ad quintā cōcedit illud qd probat ipsa.

Quæstio. XI.

Quæritur nunc vndecimo. vtrū si vacuū esset, graue moueret in ipso. & arguit q sic quia si vacuū esset: & in ipso eēt positū graue mixtū: illud descēderet successiue propter resistētiā intrinsecam quam haberet. ¶ Secundo omne corpus dū est extra locū suū naturalem mouetur vel incipit moueri ad illum: ergo si esset aliquod graue extra locum suū naturalē positū in vacuo moueretur ad illum: & p consequēs graue moueretur in vacuo si esset: scilicet ad locum sibi naturalem si non esset impedimentum. ¶ Tertio omne appetens aliquem finem consequit illū cū non fuerit impedimentum: sed graue quum est extra locum naturalem appetit esse in illo tanq in fine: igitur mouetur ad ipsum si non esset impedimentū propter hoc q non potest sequi illum finem nisi p motum. ¶ Quarto. graue velocius mouetur per aerē: q per aquam: propter hoc q aer est subtilior & minus resistit q aqua: & cū in vacuo nulla penitus esset resistentia videtur q graue optime deberet moueri in vacuo. ¶ Quinto. si vacuo existente graue non moueretur in ipso sequitur q hoc solum esset propter defectum resistentie: sed hoc non: quia aliquod corpus luminosum bene illuminat aliquod spatiū successiue: patet de corpore luminoso moto localiter: et tamen nihil sibi resistit: ergo videtur etiam q graue simplex vel leue posset moueri in vacuo absq; hoc q aliquod sibi resistat: similiter celū mouet successiue & tamen mouenti celum s. intelligentie nihil resistit: quare &c.

In oppositum videtur esse Aristote. qui vult q si vacuū esset graue simplex: non moueret propter hoc q non esset ratio quare plus moueretur ad vnam differentiā q ad aliam etiam si vacuum esset graue positum in ipso moueret in instanti. modo hoc implicat contradictionem q motus fiat in instanti. ¶ Ad istam quæstionem primo respondendū est sicut verba sonāt. secundo aliter formando questionē respondendum est ad intentionem querentium ipsam.

Quātū ad primū sit ista prima conclusio. hec est falsa: si vacuū esset graue moueret in ipso probat: q2 est vna cōditionalis cuius antecedens pōt esse verū consequēte existente falso: & p consequens est falsa: antecedēs patet: si p potentiā dei totū qd est infra latera celi annihilaret: & q nullū eēt graue: tūc hec est vera vacuū est & tamē hec est falsa graue mouetur in ipso. ¶ Secunda cōclusio. similiter hec est falsa Si vacuū esset graue nō moueret in ipso: p2 q2 etiam hec est vna cōditionalis: cuius aīs pōt esse verū ɔñte existēte falso: & hec tales conditionales contradicunt.

Quantū ad secundū quæstio posset
formari vtrum si vacuū esset graue posset moueri in ip
so. Et tunc adhuc distinguendū est de vacuo secundum
ꝙ dictum est superius questione octaua articulo p̄mo
¶ Tunc sit p̄ma conclusio. accipiendo vacuum secū
do modo adhuc graue simplex posset moueri in ipso:
patet hoc: nam terra et aqua destructis: si aliquod gra
ue poneretur ad spherā ignis descenderet successiue
per aerem vsq ad cōcauū aeris: propter hoc ꝙ habe-
ret sufficientem resistentiam in aere vacuo. ¶ Secun-
da conclusio. accipiendo vacuum p̄mo modo sicut solet
communiter accipi in isto proposito: graue mixtū be-
ne moueretur in ipso successiue: patet hoc: nam sit vnū
graue mixtum cuius grauitas sit sicut duo: et leuitas
sicut vnum: et attingat concauum aeris: ipsum descen
det successiue: donec in isto vacuo medium grauitatis
eius sit medium mundi: propter hoc ꝙ habet resisten-
tiam intrinsecam: habet enim vnū gradum leuitatis
inclinantem sursum: et duos grauitatis inclinātes de-
orsum. ¶ Tertia cōclusio. in aliquo casu graue mixtū
velocius mouetur in pleno ꝙ̄ in vacuo: probatur: nam
sit vnū mixtum ex terra sicut tria: et aere sicut duo: et
sit totum annihilatum quod est infra spheram ignis:
tunc ponatur illud graue ad spherā ignis: que resistat
illi graui sicut vnum: tunc quia tam ex parte terre ꝙ̄
ex parte aeris est extra locum sibi naturalem: et tā ex
parte terre ꝙ̄ ex parte aeris appetit descēdere p̱ ignē
et sic tota potentia motiua est sicut quinq: quia terre
tria et duo aeris: et solum resistentia medij ē sicut vnū
sicut positum est in casu: ergo hoc mouetur per ignē
seu per plenum a proportione quintupla: deinde quā
venit vbi est locus naturalis aeris si non esset vacuū:
ille aer vt duo: incipit resistere terre vt tria: ꝓpter hoc
ꝙ aer appeteret ibi manere: sed quia in illo mixto do-
minatur terra: illud mixtum vlterius descendet ita ꝙ
tunc solū terra mouet et aer resistit ibi vbi prius in me
dio pleno ambo mouebant: et sic illud mixtū vlterius
descendet in vacuo a proportione trium ad duo: que ē
multo minor ꝙ̄ proportio quintupla et per ꝯñs mot⁹
qui illam proportionem [illegible] sic in vacuo est
multo tardior motus eiusdē mixti ꝙ̄ erat in pleno sci-
licet per ignem: sequitur ꝙ motus naturalis alicuius
grauis potest esse velocior in principio ꝙ̄ in fine: ver
bi gratia: nā si vnū mixtū ex quatuor elementis quod
habeat vnū gradū de igne: vnū de aere: vnum de aqua
et si quatuor de terra: et totū preter illud mixtū sit an
nihilatum quod est inter latera celi: et ponatur illud
mixtū vbi erat ignis: tunc illud mixtum descendet ve
locius per vacuum ignis ꝙ̄ per vacua aeris: et sic con-
sequenter: vt faciliter deduci potest ex casu: igit. Sed
dices. quid igitur dicetur de communi dicto scilicet ꝙ
motus naturalis est velocior in fine ꝙ̄ in p̄ncipio? po-
test dici ꝙ hoc vniuersaliter est verū de motu grauiū
et leuiū simplicium: nō tamen de motu grauiū et leuium
mixtorū. ¶ Quarta cōclusio. si vacuū esset graue sim
plex posset moueri in ipō successiue. verbi gratia. posi
to ꝙ totū qd̄ est infra concauum orbis lune esset anni
hilatum excepto vno paruo graui: vniformiter graui.
verbi gratia pedali cui⁹ vna quarta esset ab vna par-
te medij mundi: et residuū esset ab alia: tunc illud gra-
ue mouet tā diu ꝙ mediū eius fieret mediū mundi: et
per totū motū minor pars illius que esset ab vna par
te medij mundi resisteret residuo: ꝓpter hoc ꝙ violen
ter pelleret a medio mūdi. Oīa ista intelligunt suppo
sito ꝙ a grauibus circūscribat appetitus quo appe-
terent replere vacuū si esset: et ꝙ obtineant appetitū
eius naturalem. appetitū essendi in locio suo ꝓpriō

¶ Et sit quīta cōclusio hec: supposito ꝙ iā dictū est: et
hoc totū qd̄ est infra latera celi esset annihilatū exce-
pto vno graui simplici qd̄ tangeret concauū celi illud
infinite velociter descēderet: probat: quia plusꝙ̄ i duplo
veloci⁹ aliq̄ descēdēte certa velocitate et plus ꝙ̄ in qua
druplo velocius ꝙ̄ illud idē: et plusꝙ̄ in octuplo: et sic
in infinitū propter hoc ꝙ descēderet sine resistētia tā
intrinseca ꝙ̄ extrinseca. ¶ Secūdo. si descenderet ali-
qua certa velocitate: tunc descenderet ab aliqua cer-
ta proportione potentie mouentis ad resistentiā: sed
hoc est falsū: falsitas patet ex eo ꝙ nihil sibi resisteret
et tenet ꝯña ex eo ꝙ omnis certa velocitas sequit ali
quā proportionē mouentis ad resistentiā saltē in mo-
uentibus nō voluntariis. Sed dices: si graue simplex
descenderet in vacuo infinite velociter: tūc graue sim-
plex moueret in vacuo: et si moueret: cū omnis motus
fiat in tpe: sic moueret in vacuo in tempore: et p̱ con-
sequens non in instanti: cuius oppositū dicit Aristo.
Respondet. concedo cōsequētiā: sed nego antecedēs
non enim dixi in questione ꝙ descenderet in infinitum
velociter: sed dixi ꝙ in infinitū velociter descenderet:
modo p̄ma est falsa: et secunda vera: nec p̄ma sequit
ad secundā ex eo ꝙ in p̄ma ly descenderet tenet de-
terminate: sed in secunda confuse tm̄: propter hoc ꝙ
hoc syncathegorema infinitū in secunda precedit: in
p̄ma vero subsequitur. ¶ Adhuc diceres ꝙ si graue
simplex in infinitū velociter moueret in vacuo: seque-
retur ꝙ resistentia quantūcūq esset parua esset potē-
tie infinite: hoc autē est falsum: probat consequentia.
quia posset demere a gradu simplici infinitam veloci-
tatem: qua ipsum mouetur in vacuo: sed hoc facere est
potentie infinite: quia demere ab aliquo aliquem gra-
dum velocitatis est alicuius potentie: et demere ab ip
so duplū est maioris potentie: et sic vltra: ergo demere
ab ipso infinitā velocitatē est potētie infinite. ¶ Pro
solutione istius argumenti dico ꝙ si aliquid in infini-
tum velociter mouet cū resistentia: tunc bene cōcedo
ꝙ illud quod faceret ipsum finite velociter moueri es-
set potētie infinite. si vero aliquid in infinitum velociter
moueret sine resistentia: tunc dico ꝙ illud quod faceret
ipsum finite velociter moueri non oportet ꝙ illud sit
potentie infinite: et ex hoc ad argumentum.

Ad ratiões principales. Ad primam
ista bene probat de graui mixto ꝙ illud moueret in va-
cuo successiue: et finita velocitate: et hoc dixit vna con-
clusio. ¶ Ad secundam concedo antecedens: vnde be
ne concedo ꝙ graue simplex in vacuo incipit moueri
ad suum locū naturalē: et in infinitū velociter mouet
ad ipsum sed non sequitur: ergo mouetur ad ipsum in
infinitū velociter: ex eo ꝙ arguitur a termino stāte cō
fuse tm̄: ad eundem stantem determinate. ¶ Ad terti-
am dico ꝙ cum illa ratione bene stat vltima conclusio
nec alie conclusiones sibi repugnant. ¶ Ad quartam
patet in precedenti questione. ¶ Ad quintam. hoc eēt
propter defectum resistentie ꝛc. Unde concedo ꝙ sic:
et quum dicebatur de corpore luminoso: dico ꝙ si ali-
quod corpus luminosum illuminat aliquod spatium
successiue quo ad partes quantitatiuas illius spatij:
hoc non est propter resistentiam: sed propter motū lo-
calē corporis luminosi: vel illius qd̄ successiue illumi
natur: et quum dicebatur de celo dico ꝙ ibi volūtas in
telligentie mouentis tāto gradu velocitatis tenet lo-
cum resistentie.

Quæstio. XII.



Trum si vacuum esset/aliqd posset moueri in ipso velocitate finita seu motu locali seu motu alterationis. Et arguitur primo q nõ motu locali: nã si sic hoc maxime videret de motu locali mixtorũ:sed hoc nõ: quia mixta nõ mouẽtur nisi ad motũ elementi predominantis:sedm illum elementum mouetur in vacuo:velocitate finita:sicut dictum est in alia questione:et hoc ppter defectũ tã resistentie intrinsece q̃ extrinsece:ergo etiam videtur: q nec mixtum. Et confirmatur:nã capiatur vna portio terre pure: et capiatur vnũ plũbum quod sit grauius ista terra: tunc illa non descendit in vacuo velocitate finita: sed infinita velocitate descendit: ergo nec illud plumbũ: ex quo grauius est:descẽdet velocitate finita. ¶ Secũdo.si sic hoc maxime videretur motu alterationis:ex quo ad illũ non requiritur resistẽtia extrinseca.sed hoc non: quia motus localis qui est primus motuũ:non posset fieri in vacuo:ergo videtur q nec motus alterationis: et cetera.

In oppositum arguitur . nam si esset vacuum.adhuc homines possent ambulare super terrã:q̃uis aues non possent volare:verũ est q homines non diu possent ambulare:propter hoc q non diu possent viuere propter defectuz respirationis: similiter si aliqua aqua calefacta poneret in vacuo ipsa alteraret se ad frigiditatẽ priorẽ:ergo videtur q tã motus localis q̃ motus alterationis posset fieri in vacuo si eẽt ex aliorũ sicut dictum est in alia questione mixta possent moueri in vacuo:quia habent resistentiã intrinsecã. Breuiter dico q nunq̃ experti sumus vacuũ esse ideo non bene scimus quid fieret si vacuũ esset: nihilominus videndum est quid tũc fieret. vnde videmus q entia naturalia mirabiliter patiuntur violentiã ne fiat vacuum:videmus enim q si aliqua fistula ponitur ad aquã:et si extrahitur aer de fistula: q aqua insequitur ascẽdendo appetens manere contigua aeri ne fiat vacuum. ¶ Ideo sit prima conclusio. q si deus totuz qđ est infra duos istos parietes annihilaret: in infinitũ velociter isti duo parietes concurrerent ad euitandũ vacuũ:probatur:nam dictũ est ẽtia naturalia appetere euitare vacuũ:et inclinanẽ ad hoc ex eorum natura:vel ergo appetunt:vel inclinãtur ad hoc finite vel infinite:si scdm infinite velociter latera istorũ cõcurrerẽt et sic habetur intentum:si autem solũ finite sequitur q virtus finita maior q̃ sit potẽtia et appetitus istorum parietum posset tenere istos ne concurrerent:et sic virtus finita posset conseruare vacuũ:immo augere vt si talis virtus maior condensaret istos parietes:modo hoc est falsum ex eo q solum deus posset cõseruare augere et facere vacuũ. ¶ Sed dicco nullus est appetitus infinitus in istis inferioribus:ergo nõ oportet q si fieret vacuũ q entia naturalia infinite appetant illud euitare. ¶ Respondetur concedendo q de facto nullus est appetitus infinitus in istis inferioribus:tamen si deus faceret vacuũ:tũc entia naturalia infinite appeterent istud euitare:si dimitterentur sue nature:et hoc est quod communiter dicitur natura in infinitũ abhorret vacuũ:immo anteq̃ maneret vacuũ celum descenderet et repleret. ¶ Secunda conclusio. si esset vacuum inter celum et terram:et esset aliqua superficies plana eque distans a centro super quam essent due sphere graues:vna a:et alia b:et a.esset grauior q̃ b.tunc quecunq; virtus parua quãtacunq; posset in infinitum faciliter mouere qualibet istarum sphe[illegible]rum super ista superficie:probatur:nam quelibet istarum spherarum tangeret illam superficiem in pũcto. et sic quelibet medietas põderaret contra aliã equaliter sicut duo pondera in equilibra:et cum qualibet excessus sufficiat ad motũ:sequitur quamlibet virtutem quãlibet istarũ spherarum in infinitum faciliter posse mouere. Uerum est tamen q hoc non esset in pleno quia tunc pellenti nõ solum resisteret vna spherarum sed etiam aer:et sic in aere nõ quãtumcunq; parua virtus posset pellere et mouere istas spheras. ¶ Tertia conclusio. q̃uis quãtũcunq; parua virtus posset istas spheras mouere in vacuo:nulla tamen virtus finita equali velocitate moueret magnã sicut paruam: hoc declaratur in numeris:nam sit sic q in sphera maiori scilicet in a.vna medietas trahat cõtra aliã: sicut duo contra duo:et in sphera parua puta b. vna medietas trahat cõtra aliã:sicut vnũ cõtra vnũ:et sit potẽtia sicut vnũ in maiori proportione mouet paruam q̃ magnã:et per consequens velocius:vnde mouet paruam a proportione dupla:et magnam a proportione sesquialterã:nã est illa virtus incipit mouere paruã: vna illarũ medietatũ concurrit secũ in mouendo aliã:et cum quelibet illarũ medietatũ sit sicut vnũ:tota potentia parue motiua erit sicut duo et resistentia sicut vnũ.modo duorum vel vnum est proportio dupla:in motu autem sphere magne potentia totalis motiua est sicut tria:et resistentia sicut duo.modo proportio triũ ad duo est proportio sesquialtera. ¶ Quarta conclusio. similiter si esset aliqua equilibra suspensa in vacuo:pondus maius non obstãte q esset graue simplex: descẽderet successiue:patet hoc:quia q̃uis non haberet resistẽtiã intrinsecam nec resistentiam extrinsecã: quantuz esset ex parte mediũ:tamen haberet resistentiã extrinsecam quantum esset ex parte ponderis cõtra pensũ. ¶ Quinta cõclusio.suspensa aliqua equilibra in vacuo et appensis duobus ponderibus eque grauibus: graue quãtũcunq; paruum fuerit appositũ vni facit ipsum descendere:huius ratio est:quia qualibet excessus sufficit ad motum: veruntamen sic non esset in pleno vt dictum est prius. ¶ Sexta cõclusio.si esset aliqua tabula transuersaliter posita in vacuo supra quam poneretur vnũ graue simplex sphericũ descenderet supra ipsam successiue velocitate finita. patet hoc: ex quo non posset descendere per lineam rectã descenderet rotando: et vna pars eleuaret aliam:et tunc illa pars que eleuaretur violenter teneret locum resistẽtie. ¶ Septima cõclusio. q̃uis massa plumbea ponderaret plus in equilibra q̃ aliqua aqua simplex:tamen si ambo ponerentur in vacuo aqua in infinitum velociter moueretur vel descenderet:plumbũ autem descẽderet successiue:patet hoc:quia plũbũ q̃uis nullam haberet resistentiam extrinsecam:tamen quia esset mixtũ haberet resistentiam extrinsecam:aqua tamen non haberet resistentiam:nec intrinsecã nec extrinsecam. ¶ Octaua cõclusio.mixta consimilis compositionis equaliter mouentur in vacuo:sed non eq̃liter in pleno.primũ patet:ex quo essent consimilis mixtionis: cõsimilis esset proportio motiue potentie super totã resistẽtiam in vno sicut in altero:ex quo non haberent resistentiã nisi intrinsecam. scdm patet:nam si vnum mixtũ: cuius grauitas sit sicut octo et leuitas vt quatuor:et sit illũ a.deinde sit aliud mixtũ b.cuius grauitas sit sicut quatuor:et leuitas sit sicut duo:tunc a.et b. sunt cõsimilis mixtionis.ponantur ergo ad medium resistẽs sicut vnum: probo q a.descẽdet velocius q̃ b. patet:quia a.ex maiori proportione

tione potentie mouentis ad resistentiam. computando enim resistentiam intrinsecam et extrinsecam simul tota resistentia a. est sicut quinque: et potentia motiua sicut octo. in b. vero tota resistentia est sicut tria: et potentia motiua sicut quatuor: modo maior est proportio octo ad quinque quam sit proportio quatuor ad tria. ¶ Nona conclusio in vacuo possibilis esset alteratio si vacuum esset: patet hoc: nam si esset vacuum et poneretur ad ipsum aqua calefacta: illa ab extrinseco alteraret se ad frigiditatem priorem. ¶ Decima conclusio. si vacuum esset non esset possibilis in ipso alteratio ab extrinseco nisi tunc agens et passum essent immediata: vnum eorum non ageret in reliquum: et hoc esset propter defectum deferentis et recipientis intermedij actionem alicuius istorum: et ideo si vacuum esset inter nos et celum non videremus astra nec celum: et hoc esset propter defectum medij per quod deberent multiplicari species visibiles: et similiter si inter te et me esset vacuum quantumcunque ego clamarem tu non audires nec videres me hoc totum esset propter defectum medij.

Ad rationes principales. Ad primam dico quod quando mixta mouentur ad motum elementi predominantis in eo. non tamen tanta velocitate sicut moueretur illud elementum si esset separatum ab ipsis. ¶ Ad confirmationem patet ex questione. ¶ Ad secundum dico quod immo aliquis motus localis fieret in vacuo si esset: vel saltem posset fieri. sic negandum est illud quod assumebatur in illa ratione: et etiam quod non quilibet motus localis est causa et primus motus aliorum motuum: sed solum motus circularis celi: non oportet si motus alterationis posset fieri in vacuo: quod quilibet alter motus localis posset fieri in vacuo. sequitur etc.

Questio. XIII.



Trum condensatio et rarefactio sint possibiles. Arguitur primo de condensatione quod non: quia si esset possibilis: tunc vacuum esset possibile: vel penetratio corporum. quodlibet istorum est inconueniens: vt patet ex predictis: et consequentia probatur: nam sit vnum corpus pedale et condensetur ad subduplum ita quod in fine hore occuparet precise tantum locum: sicut prius occupauit solum vna eius medietas: tunc vna illarum medietatum ingressa est aliam: vel ergo per vacuum vel non: si per vacuum habetur vnum propositum: si non facta est penetratio. nec potest dici saltem vniuersaliter quod hoc sit factum per poros repletos corporibus subtilibus cedentibus in condensatione: nam elementa non habent tales poros: et tamen possunt condensari. ergo non vniuersaliter per positionem talium pororum potest euitari vnum propositorum: sed vel oportet ponere vacuum: vel penetrationem corporum. ¶ Secundo per condensationem partes fiunt propinquius iacentes quam prius: si ergo condensatio alicuius continui sit possibilis: videtur partes eius propinquius iacere quam prius vel quam nunc iaceant sit possibile: sed hoc est falsum: ex eo quod cuiuslibet continui partes sunt immediate: et per consequens non possunt propinquius iacere. ¶ Tertio si aliqua portio materie posset condensari quod oporteret si condensatio esset possibilis: pari ratione quelibet posset condensari. sed hoc non: quia si quelibet posset condensari ponatur in esse quod quelibet condensetur: et cum iam concauum orbis lune sit repletum totali massa materie prime: sequitur si quelibet eius portio condensaretur quod derelinqueretur vacuum inter latera celi: et latera materie prime: postquam in recessu materie prime a celo: celum non posset insequi propter hoc quod celum non est mobile nisi motu circulari. ¶ Similiter quarto argueretur sic de rarefactione: nam si rarefactio esset possibilis tunc aliquod rarefactibile posset rarefieri: et qua ratione vnum eadem ratione quodlibet. ponatur ergo in esse quod quodlibet rarefactibile rarefiat. quo posito vel corpora oportet se penetrare: vel latera celi elongare ab inuicem: postquam iam concauum orbis lune est totaliter repletum: ergo si quodlibet infra concauum orbis lune rarefieret: tunc aggregatum ex omnibus his que sunt infra concauum orbis lune oporteret maiorem locum occupare. Sed hoc non posset nisi celum extenderetur: vel fieret penetratio corporum. ¶ Quinto. nam vel densius dicitur cuius partes propinquius iacent vel quod plus habet de materia sub equali extensione: vel minori quam minus densum. si dicatur primum: sequitur quod vnus pugillus aeris est ita densus: sicut vnus pugillus aque vel terre. hoc autem est inconueniens: probatur: nam due medietates vnius pugilli aeris ita propinque iacent sicut due medietates vnius pugilli aque vel terre: similiter due quarte: vel due tertie: vnius pugilli aeris ita propinque iacent: sicut due quarte: vel due tertie vnius pugilli aque: ergo non videtur quod aliquid dicatur densius propter hoc: vel equaliter densum: quod partes eius propinquius iacent quam partes alterius: si autem dicatur secundum hoc non videtur posse stare sine penetratione materierum et per consequens videtur condensationem non esse possibilem: nisi per corporum penetrationem: ergo etc.

In oppositum est Aristo. in ista questione. primo respondendum est per aliquas conclusiones. secundo videndum est de modo per quem fit condensatio et rarefactio.

Quantum ad primum sit ista prima conclusio. Condensatio rarefactio sunt possibiles per solum motum localem illius quod rarefit vel condensatur: patet hoc: nam quum aliquis vadit: aerem ante se condensat: ita quod partes aeris ante se mouentur ad inuicem et fiunt propinquiores quam prius erant absque aliqua alteratione a calido: vel frigido: et aer retro vadentem rarefit et insequitur illum ita quod partes illius aeris mouentur localiter ad inuicem: absque aliqua alteratione facta per calidum vel frigidum. ¶ Secundo. nam si aliquis comburit stramina: vel ligna ex quibus generatur multus ignis oportet aliqua corpora comprimi et condensari absque hoc tamen quod fiat per alterationem a calido vel frigido factam in ipsis quod oportet sic comprimi: patet ex eo nam aliter oporteret corpora se penetrare: vel latera celi extendi. ¶ Tertio. hoc idem patet de vesica repleta aere vndique obstructa: que si comprimeretur aer in ipsa condensatur: et non nisi per motum localem. ¶ Secunda conclusio. condensatio et rarefactio sunt possibiles per alterationem a calido vel frigido factam: patet hoc: nam sit aliqua olla semiplena aqua frigida: et ponatur super ignem per calefactionem ipsius aque: aqua tantum rarefit quod tunc olla sit plena. Sit si aliqua olla iam esset plena aqua: et illa aqua intantum frigefieret quod congelaretur: facta esset condensatio per actionem frigidi in tantum quod tali congelatione facta olla non maneret plena. Idem patet si vna vesica repleta aere vndique


obstructa ponat prope ignem sic tantum durare q pars
potest cōprimi ꝛ nō nisi ex rarefactione aeris in ea exi
stentis per actionem ipsius ignis. Deinde si vesica po
natur ad locum frigidum: multū pōt comprimi: ꝛ hoc
nō videtur ex alio: nisi quia aer in existēs ei est condē
satus a frigido per quā condensationem factum non
potest occupare tantū locū sicut prius. ¶ Tertio. nam
si ponat vna olla sup ignē: sic q cuius olle vertat fun
dum: ꝛ os olle sup ignem: sic q aer existens in olla ca
lefiat: ꝛ deinde illa olla statim ponatur sup aquam fri
gidam: tunc propter frigefactionē illius aeris: ille aer
tantum condensatur q vix sufficit replere medietatē
olle: ꝛ huius signū est: q illa sic posita sup aquā inue
nitur per medietatē repleta aqua: que ascendebat cō
tinue sicut aer in olla cōdensatur: ꝛ sic ascendebat: ne
fieret vacuū. ¶ Tertia cōclusio. q rarefactio ꝛ condē
satio aliquando non fiunt per alterationem sine gene
ratione: sed cum generatione: patet hoc: nam quando
ex aqua fit aer tunc fit rarefactio: et non solum per al
terationem verum etiam per generationem: ꝛ sic con
densatio quando ex aere fit aqua: sed non ad tātum gra
dū raritatis: vel densitatis potest fieri condensatio vel
rarefactio per motum localem: sicut per alterationē:
nec tanta per alterationem sicut per generationē. vn
de per solam alterationē aqua non posset rarefieri ad
gradum raritatis aeriformē: cum hoc esset generatio
aeris ex aqua. ¶ Quarta cōclusio. quodlibet conden
sabile potest cōdensari: patet ex quid nominis condē
sabilis: nam condensabile dicitur quod potest conden
sari: et ita probari potest q quodlibet rarefactibile po
test rarefieri: impossibile est tamen quodlibet conden
sabile cōdensari: patet ex eo q hoc est impossibile: q̄d
libet condensabile condensatur. oporteret remanere va
cuum inter concauum celi ꝛ cōuexū totius aggrega
ti ex omnibus que sunt infra cōcauum orbis lune: vel
oporteret latera celi appropinquari adinuicem: quorum
quodlibet est impossibile. et ita impossibile est quodli
bet rarefactibile rarefieri. Ex his sequitur q si aliq̄d
cōdēsat: necesse est aliquid rarefieri: similiter si aliq̄d
rarefit necesse est aliquid condensari: patet hoc: nam si
aliquid rarefieret nullo alio condensato aggregatum
ex omnibus existentibus infra spherā orbis lune tūc
fieret maius q̄ modo est: per cōsequēs oporteret q pe
netrarent se corpora: vel q latera celi plus extenderē
tur. Similiter si aliquid cōdensatur ꝛ nihil rarefieret
aggregatum ex omnibus que sunt infra orbē lune fie
ret minus q̄ modo est: ꝛ tunc vel derelinqueret vacuū
vel oporteret latera celi inse: quodlibet istorum est in
conueniens. hoc ergo oportet quod dictū est vt aggre
gatū ex omnibus que sunt infra orbem lune continue
maneat equaliter extensum. ꝛc.

Quantum ad secundum est sciendū
q densius alio dicitur q̄d sub equali extēsione vel mi
nori habet plus vel equaliter de materia q̄ illud respe
ctu cuius dicitur densius. Illud autem dicitur rarius
alio quod sub equali vel maiori extensione habet mi
nus vel equaliter de materia q̄ illud respectu cuius di
citur rarius: verbi gratia vnus pugillus terre dicitur dē
sior q̄ vnus pugillus aque: quia sub equali extensiōe
habet plus de materia: similiter vnus pugillus terre
dicitur densior: q̄ aggregatum ex decē pugillis aque: et
eo q sub minori extēsione habet equaliter de materia
tātū enim est de substātia materie in vno pugillo terre
sicut in decem pugillis aque. Exemplum secundi: vnus
pugillus aque dicitur rarior vno pugillo terre: et ex eo q
sub equali extensione habet minus de materia: simili
ter aggregatum ex decem pugillis aque dicit esse ra
rius vno pugillo terre: propter hoc q sub maiori extē
sione habet equaliter de materia. ¶ Secundo sciē
dū q aliquid dicit dēsius modo q̄ prius: propter hoc
q partes eius propinquius iacent q̄ prius iacebant.
Sed dicit rarius modo q̄ prius propter hoc q partes
eius remotius iacent q̄ prius iacebant. et hoc debet
intelligi deducta subtractione: vel additiōe materie.
sic ergo visum est quare aliquid dicitur densius alio:
et similiter visum est quare aliquid dicitur rarius alio:
vel rarius modo q̄ prius erat. ¶ Tertio sciēdū est q
rarefactibilium ꝛ condensabilium quedam sunt mixta:
ꝛ quedam sunt simplicia: mixta solent poni porosa
habētia poros repletos quibusdā corporibus subtili
bus de facili cessibilibus ꝛ cedentibus in condensatio
ne ꝛ approximatione partiū adinuicem talium corpo
rum et in rarefactione talium quedam corpora subti
lia: sicut aer intrāt tales poros: propter huiusmodi po
ros non est difficile saluare rarefactionem ꝛ condensa
tionem corporum mixtorum: sed difficilius est saluare
ista de corporibus simplicibus nō porosis propter hoc
q aliquibus difficile videt quomodo talia cōdensant
et fiunt minora q̄ prius erant sine penetratione cor
porum: ꝛ sub ingressu vnius in reliquū. ¶ Istis nota
tis sit prima conclusio. condensatio corporum poroso
rum non fit absq recessu aliquorum corporum ab ipsis
patet hoc: q: talia corpora sunt porosa habētia poros
in quibus sūt corpora subtilia cessibilia: ergo talia ce
dunt in approximatione partium illius corporis ad
inuicem vel ad minus considerantur. Et ideo magis
verificando conclusionem condensatio corporum non
simplicium non fit absq recessu aliquorum corporum
subtilium ab eis: vel condensatione talium corporum sub
tilium proportionaliter suo modo de rarefactione cor
porum mixtorum porosum. ¶ Secunda conclusio. cō
densatio corporū simplicium nō porosorum fit sine re
cessu talium corporum subtilium ab ipsis ꝛ sine condē
satione talium: patet hoc ex eo q in corporibus simpli
cibus non porosis non sunt talia corpora subtilia alte
rius rationis ab illis corporibus simplicibus condē
sabilibus. proportionaliter dicitur suo modo de rare
factione corporum simplicium: videlicet: q talia cor
pora simplicia rarefiunt absq aduentu ꝛ subingressu
corporum subtilium in poros ipsorum: patet hoc ex eo
q non habent poros. ¶ Tertia conclusio. cōdensatio
fit per motum partium condensabilium adinuicē: pa
tet hoc: quia sicut dictum est: aliquid dicitur densius
modo q̄ prius: quia partes eius propinquius iacent
q̄ prius iacebāt. sed hoc nō potest fieri sine motu pre
dicto. ergo. et per consequens condensari non est nisi
partes condensando moueri versus inuicem: ꝛ hoc in
telligendum est de partibus mediatis: partes enim q̄
sunt immediate non possunt esse propinquiores: ꝛ per cō
sequens non possunt moueri adinuicem: sed partibus
mediatis quibuscunq datis ille possunt moueri adin
uicem: ꝛ fieri propinquiores. proportionaliter dicitur
suo modo de rarefactiōe. ¶ Circa dicta dubitat vtrū
in omni rarefactione rarefactibili acquiratur vna res
noua: ꝛ in omni condensatione condensabili deperda
tur vna res antiqua. verbi gratia. vt quando aqua peda
lis rarefacta est q facta est bipedalis oportet ponere
in aqua illam aliquam rem quam prius non habuit: ꝛ
similiter quā aqua pedalis condensata est q facta est
semipedalis oporteat ponere q aqua prius aliq̄d ha
buit quod modo non habet. ¶ Ad istā dubitationē il
li q̄ ponunt quantitatē esse distinctā: rūderēt q sic
vā quā aqua pedalis quantitatis p rarefactionē facta

est bipedalis diceret ipsam hre aliquā rem:quā prius non habuit.s.extēsionē bipedalē:quā ponūt esse rē distinctā z superadditā substātie extēse:suo modo dicerēt de cōdensatione:z ad Aristo.dicerent:quā dicit in isto quarto rarefactionē posse fieri nulla re noua adueniēte:z cōdensationē nulla re antiqua recedente: q per hoc Aristo.intendit ponere differentiā inter rarefactionē et augmētationē proprie dictā z cōdēsationē z diminutionem proprie dictā:ita q sicut ipsi dicūt Aristo.intelligit hoc sic q rarefactio fit nulla re adueniente noua verū est ab extrinseco sicut oporteret augmentatione tibi enī oportet aduenire cibū ab extrīseco nihilominus rarefactio fit aliqua re noua adueniente per educationē illius rei de potētia materie.s.noue quātitatis proportionaliter suo modo dicūt de cōdensatione:z diminutiōe proprie dicta:sed breuiter ista responsio non valet ex eo q supponit extensionē:z quātitatē esse rē distinctā a re extēsa z quāta.z hoc sup primo huius improbatū taliter qualiter. ¶ Dicendū est ergo aliter z cum Aristo.z sine glossa q rarefactio potest fieri sine aliqua re noua acquisita:z cōdensatio sine aliqua re antiqua deperdita:nā rarefactio potest fieri per longam elōgationem partiū adinuicē:z cōdensatio per solā approximationem partium adinuicem:modo ista possunt fieri sine acquisitione vel deperditione alicuius rei super addite rarefacto vel cōdēsato. Sed dices: ergo quum aqua per rarefactionē facta est bipedalis est eadē eadē que prius:nec modo aliqd habet quam prius habuerit quū erat pedalis.cōcedo:sed tunc arguitur sic: quicqd est hoc modo:prius erat:sed bipedale hoc est modo:ergo bipedale hoc prius erat:cōcedo:nego tū q hoc prius erat bipedale:nec hoc concludit argumētum.

Ad rationes principales. Ad primā patet ex questione:z similiter ad secundā:nam quāuis partes cōtinui immediate nō possint propinquius iacere:q prius iacebāt:tamē partes mediate bene possunt zc. ¶ Ad tertiam si zc. concedo: per cōsequens cōcedo q quelibet potest cōdensari:nego tamen q possibile sit quamlibet condensari. Et quū dicebat:siquelibet potest cōdēsari.ponatur in esse:placet mihi:sed dico q nō debet poni in esse per istam quelibet cōdensatur:sed debet poni per plures singulares vt per istas: hec portio cōdensatur:z illa portio cōdensatur:z illa:z sic de alijs:modo quelibet istarū singulariū est possibilis. ¶ Ad quartam dico cōcedēdo quodlibet posse rarefieri.nego tamē q possibile sit quodlibet zc. sicut sicut dicebatur ad precedentem. ¶ Ad quintam dico q idē bene dicitur densius q prius erat:quia partes eius propinquius iacent q prius:sed quū aliquid dicimus dēsius in comparatione ad aliud:tunc dicitur densius qd sub equali vel minori extensione habet plus vel equaliter de materia q illud:nec oportet propter hoc ponere penetrationem materiarum.vt patet ex dictis.

Questio: XIIII.



Irca capitulū de tēpore queritur vtrū tempus sit motus celi:z arguitur q non: tēpus nō est:ergo non est motus celi:cōsequentia tenet ex eo q ex opposito cōsequētis infertur oppositū antecedentis:añs probatur nam illud nō est cuius partes non sunt:sed partes temporis nō sunt.ergo maior est nota ex eo q ad esse totius rei requiritur esse suarum partium:minor probatur nam partes temporis sunt preteritum z futurum:sed nullū istorū est:nam preteritum non est sed fuit:similiter futurū non est:sed erit. ¶ Secundo tempus nō est motus:ergo tempus non est motus celi. consequentia tenet sicut prius:antecedens probatur multipliciter. Prio quia motus non inuenitur nisi apud mota: tēpus aūt inuenitur apud mota z apud quiescentia. Secundo que sic se habent q vnum multiplicatur ad multiplicationem motorū:z reliquū nō:vnū nō est aliud:sz motus multiplicatur ad multiplicationē motorum: tempus autem nō.ergo tēpus non est motus.maior est nota:minor probatur:quia quot sunt mota:tot sunt motus:sed nō tot sunt tempora ex eo q omnium est idem tempus:sed quia non omniū est idem motus:ergo zc. Tertio:quā motus est subiectiue in mobili:tempus autē non:sed econuerso mobile est in tempore:ergo tempus nō est motus. Quarto.omnis motus est velox:vel tardus:tēpus aūt nec est velox:nec tardum.ergo.maior est nota ex cōi modo loquendi:minor probatur: qa tempus non diffinitur tempore:sed velox z tardū diffiniunt tempore.ergo tempus nō est velox nec tardum. maior est nota ex diffinitione tēporis in qua nō ponit tempus:nec velox vel tardū:minor patet ex diffinitione velocis:z simul ex diffinitiōe tardi.in quibus ponit tempus.vnde velox diffinitur sic:velox ē quod in pauco tempore multū pertransit de spacio:tardum est qd parū pertransit de spacio in multo tempore. Quinto motus est quoddā cōtinuū:tpe est quoddā discretum nullum autem discretum est continuum:ergo tempus non est motus:z q motus sit quoddam cōtinuum patet per Aristo.tertio huius:q autem tempus sit qddam discretū:hoc pz per Aristo.in quarto huius temp9 est numerus:omnis aūt numerus est quantitas discreta. ¶ Tertio ad principale: si tpo esset motus celi: sequeret q tpo non esset mensura motus alterationis: sed hoc est falsum ex eo q cuiuslibet motus tempus ē mensura:cōsequentia probatur:quia mensura z mensuratum debent esse vnigenia z eiusdē rationis:modo si tēpus esset motus celi:tūc tempus esset motus localis:sed motus localis nō est vnigenius cum motu alterationis:z per cōsequens non potest esse eius mensura:qd intēdebat. ¶ Quarto sequeret q temp9 est circulatio:sed hoc est falsum: consequētia tenet ex eo q motus celi circularis seu circulatio:falsitas consequentis probatur:quia si tempus esset circulatio nec quelibet pars temporis esset tpe:sed hoc est falsum: consequentia tenet:quia nō quelibet pars circuitiōis est circuitio. ¶ Quinto.si sic sequeretur q cessante motu celi cessaret tempus z retardato vel velocitato motu celi velocitaretur vel retardaret tēpus:consequēs est falsum:quia tempori non contingit velocitari: nec tardari nec auferri:cōsequentia tenet de se. ¶ Sexto a multis percipitur tempus a quibus nō percipitur motus celi.ergo zc.consequentia est nota de se.antecedens probatur:quia ab incarceratis non percipientibus diem neqz noctem percipitur tempus:z tamē ab illis non percipitur motus celi. ¶ Septimo. Aristo. dicit q tempus est in celo:z in mari:z in terra. sed nō in omnibus his est motus celi:qz nō in mari:nec in terra:z per consequens motus celi nō est tempus. ¶ Octauo non est idem motus celi vbiqz:z tamen est idem tēpus vbiqz.ergo zc.cōsequētia tenet:scda pars antecedentis est Aristo.in isto quarto. Sed prima pars declarat:qz quū hic est ortus solis tunc alibi est occasus: modo ortus z occasus sunt motus celi:ergo nō est idē motus celi vbiqz:quod fuit probandum zc.

In oppositū est Aristo.in isto quarto

In ista questione primo videndum est an hec sit concedenda: tempus est: secundo videndum est an tempus sit motus: tertio videndum est quis motus sit tempus et an motus celi sit tempus.

Quātū ad primum sit pria conclusio

q hec est cōcedēda tempus est: probatur: omne presens est aliquod temp⁹ est presens: ergo tpe est: maior est nota ex quid nominis presentis: minor patet ex eo q temporum: aliud preteritum: aliud futurum: aliud presens. confirmatur: nam cōmuniter tales concedunt dies lune est: similiter annus est: dicimus enim hec esse in anno presenti: modo dies annus mensis sunt tempora. Ex hoc sequitur hanc esse concedendam a. et b. sunt: et tamen nec a. est: nec b. est: probatur: nam sit c. tempus presens: et sit a. vna eius medietas et b. alia: tunc c. tempus presens est per conclusionem: et per consequens a. et b. sunt ex eo q c. est a. et b. et tamē nec a. est: nec b. est: quia a. non est: sed fuit: similiter b. non est: sed erit: et hoc redit ad eā successiuorum. s. incompossibilitas partiū suarum nihilominus non est ita de permanentibus: vnde sic essent permanentes optime sequeretur c est ergo a. est: sic c. est: ergo b. est. Et nota q pro tempore presenti possumus vti paruo vel magno tempore secundum q nobis placet: vnde aliquando pro tempore presenti vtimur vna hora: aliquando die: aliquando mense: aliquando anno: sed tamen communiter pro tempore presenti solemus vti tanto tēpore in quāto proferimus nostras propositiones: verbi gratia: dicendo homo est animal in quanto tempore profero istam propositionem in tanto tēpore vtor tēpore presenti. et hec de articulo primo

Quātum ad secundum sit prima conclusio

q tempus est motus: probatur: mensura et mensuratum debent esse vnigenea per Aristotelem in isto quarto ita q pondus mensuratur pondere: et magnitudo magnitudine: et motus motu: et sic de alijs vt dicit ibidem: sed motus mensuratur tempore: ergo tempus est motus. ¶ Secundo prius et posterius in tempore sunt motus per Aristotelem in litera: sed prius et posterius in motu sunt motus: sunt enim partes motus: ergo tempus est motus. ¶ Tertio cuicunque competit diffinitio alicuius et diffinitum: sed tempori cōpetit diffinitio motus: ergo tempus est motus: maior est nota: minor patet ex eo q tempus est actus in quadam successione existens et per prius est actus entis in potentia ad vlteriorem successionem et cū tendētia cōtinua ad illam: et per consequēs est actus entis in potētia: secundum q in potentia. ¶ Secunda conclusio non obstante q omne tempus est motus: tamē isti termini tempus et motus habent se sicut subiectum et propria passio: vnde Aristo. dicit tēpus esse propriā passionem motus: probatur conclusio: quandocunque sunt aliqui duo termini supponentes pro eadem re: quorum vnus est magis connotatiuus q alius: et sunt verificabiles de se inuicem conuertibiliter se habent sicut subiectum et propria passio: patet de homine et de risibili: sed nunc est ita q isti duo termini tempus et motus supponunt pro eadem re per conclusionem precedentem et hic terminus tempus est magis connotatiuus: q hic terminus motus: patet hoc: quia vltra connotationem huius termini motus addit esse numerum vel mensuram ipsius motus: quare etc.

Quantum ad tertium dicitur prime


q tempus est mensura motus. ¶ Primo premitto aliquas conditiones: que requiruntur ad hoc q aliquid sit mensura: secunde ponā conclusiones. vnde ad hoc q aliquid sit mensura: plura requiruntur. ¶ Primo q sit vnigenea mensurato secundū q est possibile. ¶ Secundo requiritur q ipsum sit notum: et notius mensurato: vnde si diceretur mihi ille pannus est decem vlnarum: et ego nescirem que mensura esset vlna: nec vidissem que mensura esset vlna tunc non notificaretur mihi quantitas illius panni. ¶ Tertio requiritur q sit commune et famosum: quia aliter vnus per hoc alteri non posset notificare quantitatem mensurati. ¶ Quarto requiritur q sit inuariabile: et certum: et precisum secūdum q potest: vnde si communiter pedes essent multum inequales non esset bona mensura quantitas pedalis. ¶ Quinto requiritur q sit minimum non simpliciter: sed secundum sensum: sicut est granum: vel secundum visum sicut est scopa pinta quarta: et hoc diuersimode: secundum diuersitatem rerum mēsuratarum: vnde quanto aliquid est minus: tanto per ipsum plura possumus mensurare per replicationes eius: vnde possumus mensurare pintam per scopam: quia due scope faciunt pintam: sed per pintam nō possumus mēsurare scopam: et sic de alijs: et ideo ad hoc vt aliquid sit mensura requiritur q sit minimum vel secundum sensum vel secundum visum et si sint plures conditiones nō requiruntur de necessitate omnes omnis ad mensuram optimam: et quanto plures et principaliores tanto mensuratio est melior: et certior. Tunc sit prima conclusio: quilibet motus a nobis cognoscibilis potest esse tps. probatur: quia per quemlibet motum a nobis cognoscibilē possumus vnū aliū motum mensurare: ergo conclusio vera. consequentia tenet ex eo q esse mensura motus est esse temp⁹. antecedēs patet per operarios: qui tempore occultationis solis per suos mot⁹ et operationes factas cognoscunt an sit hora sexta: an meridies: et sic motib⁹ suis mensurant motum celi: vel vnum alium motum: similiter de nocte per motus horologiorum mensurant alij motus. ¶ Secūda conclusio: ignorantibus motum celi: motus celi non est tempus probatur: nam ad hoc q aliquid sit tēpus requiritur ipsum esse mensuram alicuius: puta motus: sed ad hoc q aliquid sit mēsura: requiritur q sit cognitum et certum. ¶ Tertia conclusio: omnibus motus celi potest esse tēpus: et tempus principalissime dictum: probatur: nam sicut dictum est mēsura est de ratione tpis: et quia motus celi est vnigeneus omni durationi successiue: et vnigeneitas requiritur ad mensuram sequitur q motus celi cuiuslibet durationis successiue pōt eē mensurare et per consequens tps. Secundo patet hoc ex eo: q motus celi est notissim⁹ et famosissimus et cōmunissimus apparens omnibus: vel saltem potest apparere omnibus vel saltem pluribus. Tertio ex alio: quia est regularis. quarto quia primus. quinto minimus: quia velocius. modo hec omnia requisitur ad esse mēsuram: que est de ratione tpis. Sequitur ex hoc nullū aliū motū eē ita principaliter tēpus sicut est motus celi: quia nulli alteri motui conueniunt ita principales conditiōes mēsure sicut motui celi. ¶ Quarta conclusio apud vulgares maxime motus solis dicitur tps: quia ille est eis notissimus. ¶ Quinta conclusio aliquib⁹ motus lune dicitur tps: patet hoc: nā aliqui intelligunt tps per annos lunares: et illis motus lune est tps. ¶ Sexta conclusio: motus proprius octaue sphere nō est tps: et hoc est ille motus quo in cētum quinquaginta annis pertransitur solum vnus gradus: patet hoc ex eo: quia ille est ignotus: et per consequēs et non conuenit ratio mensure: et per consequens nec ratio temporis

poris. ¶ Et si dicatur tempus dicitur esse primus motus: modo motus octaue sphere dicitur primus: dico concedendo q tempus est primus motus celi: et hoc si per primum motum intelligimus motum diurnum vnde ille motus est tempus secundum motum illius partis celi: que est nobis magis nota: sicut est motus solis. ¶ Ex his omnibus potest concludi q tempus principalissime dictum dicitur solum de motu locali diurno sicut dictum est. tempus vero minus principaliter dictum bene dicitur de quocunque alio motu per quem vnum alium motum mensuramus: sicut dictum erat de motu horologii.

Ad rationes principales &c. Prima soluta est in secundo articulo. ¶ Ad secundam tempus non est motus: negatur: et quum probatur primo tempus inuenitur idem apud omnia temporalia simul existentia concedo tanq mensura extrinseca. Et quum dicebatur nullus motus inuenitur idem apud omnia mobilia: nego: immo motus celi inuenitur idem apud omnia: non q omnibus inhereat subiectiue: sed inuenitur apud omnia tanq mensura communis apud mensurata. ¶ Ad tertiam: quum dicitur illa que sic se habent q vno multiplicato. &c. potest solui istud sicut precedens: vnde quamuis distinctus motus sit in distincto mobili subiecti ue: tamen vnus illorum potest esse omnium illorum mensura communis. ¶ Ad quartam omnis motus &c. sed tempus nec est velox nec tardum: nego: verum est tamen q ista nomina velox et tardum non conueniunt tempori ea ratione qua est tempus: sed ea ratione qua est motus: et ideo quamuis ista tempus est velox vel tardum sit ita vera sicut ista motus est velox vel tardus: tamen prima est impropria et secunda est propria. Sed quum probatur tempus non est velox nec tardum: quia velox et tardum diffiniuntur tempore: et tempus non diffinitur tempore: ergo tempus non est velox: neque tardum: dico q forma argumenti non valet: sicut nec ista simum nec aquilinum diffinitur naso. nasus autem non diffinitur naso: ergo nasus non est simus neque aquilinus: et quum Aristo. in isto quarto posuit istam rationem loquebatur disputatiue et non determinatiue. ¶ Ad quintam tempus est quoddam discretum &c. concedo totum: et negatur q igitur tempus non sit motus. propter hoc q res que de se est secundum naturam est continua per animam signantem vnam eius partem extra aliam et facientem discretionem inter illas dicitur discreta. ¶ Ad tertium principale si tempus &c. negatur consequentia: et quum dicebatur mensura et mensuratum debent esse vnigenia dico q motus celi et motus alterationis bene sunt vnigenia tanta vnigenitate quanta requiritur inter mensuram et mensuratum: vnde quilibet illorum est vnigenius alteri: quantum ad successionem: et quantum ad illam sunt comparabiles adinuicem. ¶ Ad quartam sequeretur &c. concedo: et quum arguebatur q non quia quelibet pars temporis est tempus: sed non quelibet circulationis est &c. dico q forma non valet: patet hoc: nam non sequitur quelibet pars substantie est substantia: sed non quelibet pars hominis est homo: ergo nulla substantia est homo. ¶ Ad quintam dico concedendo si celum quiesceret: et nullus alius esset motus pro tunc etiam nullum esset tempus: et ergo secundum fidem nostram ante creationem celi non erat tempus: et ideo quamuis poneremus creationem mundi: tamen possemus istam concedere ab eterno fuit mundus. i. omni tempore fuit mundus: nunquam enim fuit aliquod tempus: quin in illo esset mundus: ex quo ante creationem mundi non erat tempus propter hoc q tunc non erat motus celi qui est tempus. vlterius concederem q si motus celi retardaretur: vel velocitaretur: q tunc etiam tempus velocitaretur vel retardaretur. ¶ Ad sextam dico q illi qui sunt in tenebris: sicut sunt incarcerati et sicut sunt ceci: quamuis non percipiant tempus principaliter dictum sicut motum celi: percipiunt tamen tempus minus principaliter dictum sicut aliquos motus inferiores per quos alios motus mensurant: et illi vtuntur aliis motibus a motu celi pro tempore. ¶ Ad septimam dico q immo motus celi est vbique: sed hoc improprie ad istum intellectum: q vbique vbi sunt temporalia: siue sint in mari siue in terra: sunt mensurabilia motu celi quo ad eorum durationem successiuam ita q vbique motu celi possumus vti tanq mensura. Ad vltimam non vbique est idem motus celi: quia non vbique est idem ortus et occasus solis: dico q immo idem motus celi qui est ortus solis in vno orizonte est occasus eiusdem in altero: et q ille motus absolutus est idem sed quo ad diuersos orizontes habet diuersa nomina in vno enim orizonte ortus: in alio vero occasus: sicut si idem homo in Flandria vocaretur sortes: et in Italia Plato. Sed diceres quomodo tu concedis istam tempus est motus celi cum tamen Arist. in isto quarto negat istam tempus est motus: dico q Arist. negat illam non tanq falsam: sed negat eam esse quidditatiuam: vnde sicut ista risibile est homo non est quidditatiua: ita nec ista tempus est motus: et quum Arist. dixit istam tempus non est motus non intendebat aliud q iste terminus motus non est quidditatiue predicabilis de isto termino tempus.

Questio XV.

Queritur vtrum diffinitio temporis sit bona qua dicitur tempus est numerus motus secundum prius et posterius. et arguitur q non: tempus non est numerus: ergo: consequentia tenet: antecedens probatur: quia omnis numerus est quoddam discretum: nullum tempus est discretum: ergo: maior est nota: minor probatur: nullum continuum est discretum: sed tempus est continuum: ergo nullum tempus est discretum. ¶ Secundo illa diffinitio non est bona: que non competit vni contento sub diffinito: hec est huiusmodi: ergo. maior est nota: minor probatur: q predicta diffinitio non conuenit tempori infinito. i. eterno propter hoc q tempus infinitum non est numerus: propter hoc q omnis numerus est finitus: ex eo q omnis numerus est numeratus: vel numerabilis: tale autem non est infinitum vt dictum est tertio huius. ¶ Tertio si tempus esset numerus aut esset numerus quo numeramus aut numerus numeratus: non primum: quia tunc tempus esset actio anime: actione enim anime numeramus consequens est falsum: nam dictum est q tempus est motus celi: motus autem celi non est actio anime nec potest dici secundum: nam sic quilibet motus et etiam quies esset tempus ex eo q quodlibet istorum potest esse numerus numeratus. ¶ Quarto si tempus esset numerus sequeretur q differentie numeri essent differentie temporis: consequens est falsum: falsitas patet: quia differentie numeri sunt par impar: modo par et impar non sunt differentie temporis: ex eo q differentie temporis sunt preteritum et futurum. ¶ Quinto si tempus esset numerus sequeretur q anima numerante non existente non esset tempus: hoc autem est falsum: probatur



consequentia: quia cum aīa numerans non est: ex eo q̄ tunc distinctio non est: modo si tempus esset numerus sequeretur quod dictum est. ¶ Sexto cum omnis numerus sit mensura: sequitur q̄ si tempus est numerus q̄ tempus est mensura. Sed probo q̄ non: quia si tēpus esset mensura hoc maxime esset motus: et non maiori ratione vnius q̄ alterius: ex eo q̄ oīs motus est mensurabilis tempore: sequeretur q̄ tempus esset mensura cuiuslibet motus: consequens est falsum: quia sicut dictum est tēpus ponitur esse motus celi: sed motus celi non est mensura cuiuslibet motus: ex eo q̄ non est mensura suiipsius cū mēsura debeat esse notior mensurato et idē nō ē notius seipso: etiam nec est mēsura aliorum motuum a se: quia multi alij motus sunt nobis notiores et cum mensuratum debeat nobis esse minus notū q̄ mensura: sequitur motum celi qui ponitur esse tempus non esse mensuram aliorum motuum magis notorum nobis q̄ sit motus celi. etc.

In oppositū est Aristo. in isto quarto qui ponit predictam diffinitionem temporis. ¶ In ista q̄stione primo aliqua premittam. Secundo respondebo ad questium.

Quantum ad primum premittende sunt aliqque proprietates ipsius tēporis. ex quibus pōt inferri diffinitio tēporis: vnde vna proprietas est q̄ tēpus est successiuū. Unde Arist. dicit q̄ non est possibile plures partes tēporis simul esse: quarū vna nō includit aliam. ¶ Secunda proprietas est q̄ in omni tpe est prius et posterius. ¶ Tertia proprietas q̄ tēpus est cōtinuum: et propter hoc est diuisibile in semper diuisibilia. ¶ Quarta proprietas q̄ durationes motuum et quietū mensuramus tēpore. vnde quando volumus explicare durationem alicuius rei nos dicimus illam rē durasse per mensem: vel per annum: vel per alia huiusmodi nomina que sunt noīa temporalia et quia huiusmodi noīa que sunt hora dies septimana mensis annus sumūtur secundum motum solis: sequitur q̄ cōmuniter motu solis vtimur tanq̄ tpe. Ulterius sciendum q̄ totalis motus solis secundū Arist. est perpetuus: et adhuc q̄uis secundū fidem nostrā ponitur terminari: tū secundum fidem nostrā ponitur esse ita longus q̄ eius totalem quantitatem non cognoscimus: et quia illud per quod debemus mensurare debet nobis esse notius mensurato: sequitur q̄ per motum ita longū non possumus mensurare nostros motus et operationes breues: ideo per animā nostram distinguimus inter partes istius longi motus: ita q̄ accipimus aliquas paruas partes ipsius motus: quas adequamus nostris motibus et operationibus et quietibus: quarum durationes volumus mensurare: et tales partes vocamus tēpus: et alique earū sunt longiores: et alique breuiores: et ideo quasdam earū vocamus horas: quasdam dies. ¶ Ex his patet q̄ licet sit idem tēpus et motus: tamē in diffinitione quid nominis temporis includitur mensura: sed nō in quid nominis motus: et ideo quia mensura est de ratione tēporis accepti secundū discretionē suarū partiū. Arist. volēs hoc exprimere dicit tempus esse numerū. Ulterius cum tēpus sit successiuum: et non est mensura nisi entium quo ad eorum durationes successiuas: Aristo. volēs hoc exprimere dicit tempus esse numerū motus. Et quia motus potest dupliciter diuidi: vno modo ad diuisionem subiecti vel mobilis: et quātū ad talē diuisionē vna pars temporis non est prior alia: sed est simul cum ea. Alio modo potest diuidi in partes quarū vna precedit: et alia sequitur: Arist. volens motū non esse mensurabilē tēpore: quo ad eius primā diuisionē: sed quo ad secundā dicit tēpus esse numerū motus secundū prius et posterius. Ulterius est notādū q̄ propter hoc quod dicitur tēpus est numerus denotatur tēpus esse mensuram: et differre tēpus a non mēsuris: propter hoc autem quod dicitur motus denotatur tēpus differre ā mensuris rerū permanētiū sicut sunt vlna virga pinta buccale: vnde tempus non est aliqua talium mensurarum.


Quantum ad secundum pono istam solā conclusionē q̄ diffinitio predicta ipsius tpis est bona: propter hoc q̄ explicat perfectū conceptū temporis vt sufficienter patet ex dictis in primo articulo.

Ad rationes principales. Ad primā quā dicebatur nullū continuum esse discretum: potest dici q̄ discretum vno modo capitur pro illis q̄ possunt per se numerari: et quodlibet istorū est indiuisibile. Isto modo intelligentie dicuntur discrete adinuicem: et sic accipiendo discretum nullū continuum est discretū. Alio modo dicuntur discreta: que sunt diuisibilia et cum hoc separata abinuicē: et isto modo dicimus plures lapides vel plura ligna esse discreta: et sic adhuc continuum non est discretum. Tertio modo dicuntur discreta que sunt diuisibilia: et non actualiter separata abinuicem: sed solum per signationē anime vnū signatur extra illud: et sic accipiendo discretum bene concedo cōtinuum esse discretum: vnde non obstante q̄ illud lignum est continuū: tamē per signationē anime discerno et distinguo vnā partem esse extra aliā et possum apprehendere vnam illarū partiū non apprehendendo aliam etc. Tunc ad propositū dico: q̄uis tempus secundū se sit continuū: tamen est discretū per animā distinguentem vnā partē tēporis extra aliam: et ideo dictum est in diffinitione tēporis tēpus esse numerū motus: vnde motus celi continuus nō diceretur tempus: nisi partes eius essent numerate vel numerabiles per animam illud nomen tempus hoc connotat: et in eius ratiōe formali includitur. ¶ Ad secundam nego q̄ aliquod tēpus sit infinitum. vnde quocunq̄ tempore dato et apprehenso ipsum est finitum: sed tamen bene cōcederet ista infinitum tēpus est quonīā aliquantū tempus est vt hora: et duplū tempus est: et quadruplū: et sic vlterius vt si sortes per tēpore presenti viueret vna hora: et Plato duabus: et Cicero quattuor: et sic vltra: et essent infiniti homines: hec esset concedenda infinitum tempus ē tū hec esset neganda: aliquod tempus est infinitū: et ē simile sicut prius dicebatur de linea gyratiua: bene conceditur infinita linea gyratiua est: et tamen negatur q̄ linea gyratiua sit infinita. ¶ Ad tertiam dico q̄ est numerus numeratus non vltimatus: sed vlterius numerans: seu quo vlterius numeramus tanq̄ mediante instrumento alios motus recte sicut primo numeramus fabas: et per illas vlterius numeramus alias res homines et capita. ¶ Ad quartam tunc differentie etc. potest dici q̄ non oportet differentias superioris esse differentias inferioris sicut differentias animalis esse differentias hominis: modo numerus est superius ad tempus. nihilominus potest concedi q̄ aliquod tempus est par. vnde dicimus aliquas horas vel dies pares vel impares. ¶ Ad quintam conceditur q̄ non existente anima numerante nō esset numerus actualiter numeratus: sed esset nūerus nūerabilis: quod sufficit. Et sic potest intelligi dictum antiquorum q̄ tēpus depēdet ab anima non quo ad materiale sed quo ad formale: importat enim potentialē numerationē anime de formali. et ita intelligi potest aliud

dictum antiquorum.s. q tempus cōponitur ex ↄtinuo et discreto:unum de materiali ly tēpus importat rez cōtinuā.s.motū:et de formali discretionem. ¶ Ad sextū sequitur q tēpus 7c.concedo:et quā dicebatur q hoc maxime esset respectu ipsius motus 7c.cōcedo:et quā dicitur non maiori ratione vnius q̄ alterius concedo: et quā dicebatur:ergo esset mensura 7c.ↄcedo.vñ p ptes motus celi mensuramus et numeramus motum celi cuius est pars recte sicut per vnitatem replicādo mensuramus numerum:et ideo motus celi est mensura extrinseca aliorū motuū:sed est mensura intrinseca sui:met secundū aliam tamen partē mensura:et secundū aliam mensuratū:et sic non concluditur idē esse motus seipso:quia non idē est mensura et mensuratū respectu eiusdem:vnde hora mensurat diem et dies septimanam. vnde hora est motus solis a tali puncto ad talem punctum:dies autem est vna integra reuolutio celi:et hec est dies naturalis.

Quæstio.XVI.

Væritur:vtrū omnis



mot⁹ mēsuret tēpore:siue vtrū omnis mot⁹ sit mēsurabil' tpe et arguit primo q nō:mot⁹ celi nō est mēsurabilis tēpore:ergo 7c.cōsequētia nota de se:antecedēs ꝓbatur:quia mot⁹ celi est met tempus vt dictū est:ī pus aūt nō est mensurabile tēpore:aliter esset idem mensurabile seipso. ¶ Secundo omne mensurabile debet esse finitū:motus celi non est finitus:quia perpetuus:ergo.minor est nota:et maior probatur:quia omne mensurabile est cognoscibile et notificabile:sed nullum infinitum est cognoscibile:ergo nullum infinitum est mensurabile. ¶ Tertio mensura debet esse notior mensurato:sed tempus nō ē notius motu:ergo tēpus non est mēsura motus:maior est nota:ex eo q quantitas ignota mensurabilis fit nobis nota per quantitatem mēsure nobis notam:minor patet:quia tempus diffinitur per motū.dicitur enim tēpus est numerus motus secundum prius et posterius modo diffinitum non debet esse notius q̄ sit pars diffinitionis. ¶ Quarto mensura debet esse minor mensurato:per palmam enim non mensuramus scopā:sed bñ econuerso:sed ita est q tempus quod est motus celi q̄libet motu istorū inferiorum est maius:ergo motus celi nō potest esse mensura istorū inferiorum:et p ↄñs falsum est tēpus esse mensuraz cuiuslibet motus: vñ vna reuolutio diurna est maior multotiē3 quo ad velocitatē q̄ quo ad spatiū pertransitū:q̄ sit ambulatio sortis ē videtur q ambulatio sortis nullo mō possit mensurari reuolutione diurna.et ita argueret de alijs. Quinto mot⁹ celi:q̄ ponit esse tps:nō est vnigenius cuilibet motui istorū inferiorum:ergo non est mensura cuiuslibet motus.consequentia tenet ex eo q mensura et mēsuratū debent esse vnigenia:antecedēs ꝓbatur:quia non est vnigenius motui alterationis:nec augmentationis nec diminutionis:ergo. ¶ Sexto mensura debet esse prior mensurato p Aristo.decimo metaphysice:sed sic nō est de tempore:respectu motus celi:ergo tempus non est mensura motus celi:et per consequēs questio falsa:assumptum patet ex eo q tempus et motus celi simul inceperunt:et ambo eternaliter fuerūt: ergo 7c.

In oppositum arguitur per Aristote.

omnis motus est in tempore:sed esse in tpe est mensurari tempore:nā esse in tēpore vel est esse quando tempus est:vel esse in tempore est mensurari tempore. Si dicatur secundū habetur propositum:sed non potest dici primū.nam si esse in tēpore esset esse quando tempus est:pari ratione lignum esset in lapide:et quodlibet esset in quolibet:patet ex eo q lignum est quando lapis est:et quodlibet est quando aliud est. ¶ In ista questione primo ponā distinctionem.secundo conclusiones.

Quantum ad primum est sciendū q mensurari aliqua mensura est scire quantitatem prius ignotā:illius quod mensuratur per quantitatem nobis notam.s.per quantitatem mensure. ¶ Secundo sciendum est q tres sunt modi mensurandi. prim⁹ est per partem intrinsecā mensurabilis:verbi gratia sicut signata iam aliqua portione vnius integri panni cuius portionis quantitas est mihi nota: sit verbi gratia q esset vna vlna:tunc per istam portionem pāni totalē panni possem mēsurare et scire q̄t essent vlne in illo totali pāno:sed talis mensuratio fieret p ptem intrinsecam mensurabilis. ¶ Secundo cōtingit mensurare per adequationē mensure et mensurabilis verbi gratia:sicut in statera:quā pondus notū ponit contra ignotum:similiter quam aliquod corpus note longitudinis sicut vna vlna supponitur vni parti pāni: et sic inuenimus quantitatem panni prius nobis ignotam. ¶ Tertio modo fit mensuratio per remotionem partiū mensure et mensurabilis.s. ꝓportionando mensuram et mensuratum:secundū diuisionē partium earum sibi inuicem correspondentium: verbi gratia nā sic per multitudinē graduū celi inuenimus ābitū totius terre nobis ignotū: sicut patet in de sphera:vnde scito numero graduū celi:vlterius scito quot leuce in ambitu terre correspondent vni gradui celi potest sciri quot leuce sunt in circuitu ipsius terre. sic ergo patet q p quantitatem circunferentie celi mensuramus quantitatem circunferentie terre.s. per correspondentiā: q̄uis quantitas circunferentie celi sit multo maior q̄ quantitas circunferentie terre.

Quātum ad secundum sit prima cōclusio:tēpus est mensura motus celi secundū primum modum mensurationis.probatur: quia aliquis mot⁹ celi magn⁹ p vnā partē eius mensurat sicut mot⁹ celi annualis per motum celi diurnū.vnde annū mensuramus p dies.modo dies est pars intrinseca anni. ¶ Secunda conclusio:tēpus non est mensura istorū inferiorum primo modo nec secundo modo mensurationis: probatur:quia tēpus:puta motus celi:nō est pars intrinseca alicuius motus inferioris: ergo non est eius mēsura primo modo:nec etiam secundo modo: ꝓpter hoc q tempus puta motus celi nō adequatur alicui motui inferiori:tam quo ad velocitatem:q̄ quo ad augmentationē et ad magnitudinē. ¶ Tertia conclusio: omniū motuū istorū inferiorum tēpus est mēsura tertio modo.ꝓbatur:quia quolibet motu inferiori signato p correspondentiā partiū suarum ad partes tēporis nobis cogniti: ille motus potest fieri a nobis cognitus:tam quo ad durationem q̄ quo ad velocitatē q̄ quo ad magnitudinem pertransitam: verbi gratia vt si aliquis sciret quot essent hore in die artificiali: verbi gratia:q duodecim et talis in qualibet hora pertranseat vnam leucam:in fine diei sciretur quantitas totius spatij pertransiti:scilicet spatiū duodecim leucarum:ex eo q duodecima pars leucarum correspon

det duodecime parti diei.s. hore. Similiter per huiusmodi correspondentiam possumus per motum horologij mensurare motum celi: verbi gratia: vt si vna rota in horologio mota regulariter faceret vnam reuolutionem in vna die naturali: que habet vigintiquatuor horas: et signentur vigintiquatuor pu͂cta equaliter distantia in circumferentia ipsius rote: tunc quando vnus illorum punctorum pertransiuisset tantum spatiu͂ quantum est inter duo pu͂cta de illis: transiuisset vna hora diei: ita q per huiusmodi correspondentiam mensure et mensurabilis possumus mensurare non solum equale per equale: sed etiam minus per maius: et maius per minus: et in tali modo mensurationis tempus est mensura omnium motuum inferiorum: Ex his patet q loquendo in tertio modo mensurationis facilius mensurantur motus si sunt regulares q̃ si essent irregulares: vnde quando sunt irregulares oportet inspicere ad partes earum seorsum: vel reducere eas ad regularitatem: quod non oportet quando sunt regulares.

Ad rationes. Ad primam dico q non idem mensuratur seipso: quia aliquis motus celi totalis non mensuratur per seipsum totalem: sed per eius partem intrinsecam: sicut dictum est. ¶ Ad secundam dico quolibet motu celi dato ipse est finitus et mensurabilis per aliquam eius partem cum quo tamen stat q perpetue durabit motus celi: et durauit. ¶ Ad tertium dico q q̃uis motus sit notior tempore: tamen aliquando accidit q tempus est notius motu: et tunc per illum motum notiorem aliquando mensuramus: et motus mensurans vocabitur tempus motus mensurati. ¶ Ad quartam dico q in mensuratione que fit primo vel secundo modo non debet mensura esse maior mensurato: nihilominus in mensuratione tertio modo dicta mensura potest esse maior et minor vel equalis mensurato. ¶ Ad quintam dico q primus motus celi alijs motibus est vulgatius quo ad correspondentiam et diuisionem proportionalium partium: et hoc sufficit ad hoc q sit vel possit esse mensura ipsorum &c. ¶ Ad sextam concedo q mensura debet esse prior mensurato: non in essendo: sed in cognoscendo: vnde per aliquem motum posterius factum possumus mensurare aliquem motum priorem dum tamen motus posterior fiat nobis prius notus q̃ prior: sicut patet de motu horologij hodie facto: per quem motum nouum: motum celi antiquum possumus mensurare.

Questio.XVII.




Ltimo quæritur: vtrum quies mensuretur tempore. Arguitur q non. Quia quies est idem cum re permanente quiescente: sed res permanens non mensuratur tempore probatur: quia habet omnes suas partes simul: ergo nec quies. ¶ Secundo: nihil mensuratur tempore nisi quod proportionaliter est diuisibile tempori: sed sic non est de quiete: eo q quies non est aliud a re permanente: res autem permanens non est proportionaliter diuisibilis tempori ex eo q permanens est tota in qualibet parte temporis. ¶ Tertio tempus cum sit successiuum: non est mensura nisi entium successiuorum: sed quies non est res successiua: sed permanens ex eo q quies non est aliud a re quiescente: et per consequens non est mensurabilis tempore. ¶ Quarto si quies mensuraretur tempore: sequeretur q ita deberet poni in diffinitione temporis ly quies sicut ly motus: quod patet falsum ex diffinitione temporis in qua dicitur tempus est numerus motus secundum prius &c. in qua ponitur hoc nomen motus et non hoc nomen quies: consequentia videtur tenere ex eo q quies ita mensuratur tempore sicut et motus.

In oppositum videtur esse Aristote. in isto quarto qui videtur dicere tempus esse mensuram non solum motus: sed etiam quietis. ¶ De ista questione sit prima conclusio: q nulla res permanens existens tota simul mensuratur tempore: probatur: illud quod mensuratur tempore debet esse diuisibile tempori: ita q pars mensurati correspondeat parti temporis: et maior maiori: et minor minori: sed sic non est de re permanente: ex eo q habet se totum simul et non habet maiorem partem sui in die q̃ in hora. ¶ Secunda conclusio. esse rei permanentis mensuratur tempore: ista conclusio ponitur ab Aristo. sed sciendum q proprie loquendo non est vera propter hoc q esse non differt ab essentia: si ergo essentia rei permanentis non mensuratur tempore: sicut habetur per primam conclusionem sequitur q necessario: nihilominus ista conclusio est vera ad istum intellectum q tempus connotatum per hoc verbum esse vel fore vel fuisse coexistens rei permanenti mensuratur tempore non quidem extrinsece: sed intrinsece tanq̃ totum sua parte vel partibus: et isto modo dicimus aliquem fuisse decem annorum: et eius esse mensurari decem annis i. tempus quod coexistebat ei est decem annorum: quod quidem tempus est mensurabile diebus vel septimanis: vel horis ita q dicere esse sortis mensuratur tempore idem est et dicere tempus coexistens sorti mensuratur tempore: quod quidem tempus est eius pars intrinseca &c. ¶ Tertia conclusio: quies non mensuratur tempore: probatur: quia quies non est aliud a quiescente vt nunc supponendum: quiescens non mensuratur tempore cum sit res permanens: ergo. ¶ Quarta conclusio: quiescere bene mensuratur tempore i. tempus connotatum per ly quiescere coexistens quiescenti bene mensuratur tempore: et hoc intrinsece: sicut totum sua parte: vel suis partibus. probatur: nam quando dicimus sortes quieuit per tres horas: istud tempus puta tres hore est intrinsece mensurabile tempore: vnde omne tempus est intrinsece mensurabile tempore ex eo q omne tempus est quoddam totum compositum ex suis partibus: sed omne totum est mensurabile suis partibus. ¶ Circa dicta dubitatur. posito q ante creationem mundi quando adhuc nihil erat nisi deus: deus creasset tres angelos eiusdem perfectionis s. a. b. c. primo a. et postea b. et c. simul et postea illos tres angelos simul annihilasset queritur: vtrum a. fuerit maioris durationis q̃ fuerint b. c. et b. c. fuerint equalis durationis: et videtur q sic: quia a. plus durauit q̃ b. c. et b. c. equaliter durauerunt. ¶ Oppositum arguitur: quia nulla est quantitas maior ipsius a. q̃ ipsius b. c. nec intrinseca: nec extrinseca: et per consequens non est maior duratio ipsius a. q̃ ipsius b. c. et sic nec extrinseca: ex eo q nulla est quantitas extrinseca nec fuit ante creationem mundi &c. ¶ Potest dici q secundum extrinsecam denominationem et conditionalem potest concludi q a. fuerit maioris durationis q̃ b. c. immo in certa proportione: et c. fuerit equalis cum b. et hoc ad istum sensum q̃ cuiuslibet angeli duratio denominatur tanta quanta fuisset tempus coexistens ei si sibi coexistisset sicut sibi non coextitit, et tunc forte tempus coexistens a. fuisset duplum ad tempus quod coexistebat b. c. et tempus quod coexistebat b. fuisset equale tempori quod coextitisset c. ad istum sensum possumus dicere a. fuisse maioris durationis q̃ b. c. et b. c. fuisse equalis. Rationes vadunt viis suis secundum conclusiones positas.

Et sic est finis quarti libri.

Questiones magistri Alberti de saxonia super quintum librum physicorum

Quæstio I.



Vætitur consequenter circa textum quinti libri physicorum: utrum omnis transmutatio ad substantiam sit successiva. Et arguitur primo quod non: quia si sic: tunc sequeretur quod ad substantiam esset motus: consequens falsum: consequentia videtur esse nota: falsitas consequentis patet per Aristo. in isto quinto: ubi directe dicit: quod solum in tribus predicamentis est motus. ¶ Secundo terminus mutationis successive non est transmutatio successiva sed transmutatio ad substantiam est huiusmodi: ergo maior est nota: et minor probatur: quia generationes et corruptiones sunt termini alterationum que sunt mutationes successive. ¶ Tertio transmutationes ad substantiam sunt indivisibiles: ergo non sunt successive: consequentia tenet: et antecedens patet per Commen. super isto quinto dicentem mutationes indivisibiles esse terminos mutationum divisibilium. per mutationes indivisibiles intelligit transmutationes substantiales. ¶ Quarto: omnis transmutatio que est inter contradictoria est indivisibilis: et per consequens non successiva: sed transmutationes substantiales sunt inter contradictoria: ergo maior est nota: quia inter contradictoria nullum est medium: et per consequens mutationes inter illa sunt indivisibiles: minor patet: quia transmutatio ad hominem est de non homine ad hominem: modo homo et non homo sunt contradictoria. ¶ Quinto est dare primum instans in quo est asinus et ante quod numquam erat. Sed in isto instanti est generatio asini: ergo generatio asini est subita et non successiva: sed talis generatio est transmutatio ad substantiam: ergo. ¶ Sexto substantie nihil est contrarium: nec suscipit magis et minus: ergo transmutatio ad substantiam non est successiva: sed subita: consequentia tenet ex eo quod causa successionis est contrarietas et susceptio magis et minus: et antecedens est Aristot. in predicamentis: ubi dicit quod substantie nihil est contrarium: et quod non suscipit magis et minus: quare etc.

Oppositum patet ad sensum: nam videmus quod ex ligno generatur ignis successive: ¶ In ista questione primo ponam unam distinctionem. secundo conclusiones. Distinctio est ista. quod in acquisitione naturali alicuius potest imaginari successio tripliciter. Uno modo prout successio attenditur penes partes graduales illius quod acquiritur. Secundo modo prout attenditur penes partes quantitativas. Tertio modo prout attenditur tam penes partes graduales quam penes partes quantitativas. Exemplum primi: sicut acquisitio alicuius forme intensibilis et remissibilis est successiva: sicut albedinis vel caliditatis: verbi gratia: nam partibus gradualibus talis forme repugnat acquiri simul: oportet enim quod prius acquiratur gradus remissior deinde intensior etc. Exemplum secundi sicut patet in generatione ipsius ignis qui generatur successive secundum partes quantitativas: sed non secundum partes graduales: non enim habet partes graduales propter hoc quod nulla substantia est intensibilis et remissibilis. Exemplum tertii sicut si aliqua caliditas acquireretur in aliquo subiecto et primo in una parte illius subiecti: et deinde in alia et cum hoc intenderetur: tunc in acquisitione talis qualitatis esset successio tam ex parte partium gradualium illius forme quam etiam ex parte partium quantitativarum eiusdem.


Quantum ad secundum sit prima conclusio. quod nulla substantia acquiritur successive: prout successio attenditur penes partes graduales: probatur: nulla substantia est intensibilis et remissibilis: ergo conclusio vera: consequentia tenet ex eo quod quicquid acquiritur successive secundum partes graduales est intensibile et remissibile. ¶ Sed contra diceret aliquis: Commen. secundo celi dicit quod forme elementorum sunt intensibiles et remissibiles: forme autem substantiales elementorum sunt substantie. ¶ Secundo nisi forme elementorum essent intensibiles et remissibiles: sequeretur quod remissa caliditate ignis nondum remitteretur forma substantialis eiusdem: et per consequens posset deperdi unus gradus caliditatis ignis absque aliqua deperditione forme substantialis ignis: et qua ratione unus eadem ratione duo: et sic de omnibus cum omnes sint eiusdem rationis: et per consequens totalis caliditas ignis posset esse deperdita adhuc manente forma substantiali ignis: et per consequens posset esse ignis sine caliditate quod est inconveniens. ¶ Tertio nam elementa manent in mixto: sed hoc esse non potest formis substantialibus eorum manentibus sub esse intenso: et per consequens sub esse remisso: ergo sunt intensibiles et remissibiles. ¶ Quarto: nisi essent remissibiles sequeretur quod elementum simplex posset moveri successive in vacuo quod est contra dicta: consequentia probatur: nam supponatur una terra pura uniri igni: sic quod illa terra pura aliqualiter levis fiat ab illo igne: tunc gravitas eius sit remissa: non tamen eius forma substantialis ergo adhuc eius forma substantialis manet integra: et per consequens adhuc illa terra manet elementum simplex substantialiter. ponatur ergo talis terra ad vacuum: probo quod descendit successive: quia habet sufficienter resistentiam intrinsecam. ¶ Ad ista ad primum dicitur quod Commentator fuit illius opinionis: et igitur potest quo ad hoc negari. ¶ Ad secundum dico quod quamvis omnes gradus sint eiusdem speciei: tamen quia forma ignis determinat sibi certam latitudinem caliditatis: sequitur quod non omnes possunt deperdi forma substantiali ignis non deperdita: unde tandem devenitur ad gradus caliditatis ita remissos quod sub illis non potest remanere forma substantialis ignis: et tunc ipsa corrumpitur. ¶ Ad tertium dico quod elementa non manent in mixto secundum formas substantiales eorum neque sub esse intenso neque sub esse remisso: unde dicitur super primo de generatione quod in mixtione quando elementa approximantur adinvicem: secundum parvas earum particulas mutuo se corrumpunt: quibus corruptis materie illarum particularum elementorum: que prius erant contigue: fiunt continue per eductionem forme mixti de totali materia aggregata ex illis materiebus: que erant materie particularum elementorum iuxta se invicem positorum. ¶ Ad quartam dico quod non est inconveniens quod elementum simplex substantialiter et mixtum qualitative moveatur in vacuo successive sicut arguitur: non tamen est possibile de elemento simplici tam substantialiter quam qualitative. ¶ Secunda con-

clusio nulla forma substantialis acquiritur tota simul quantum ad eius partes quantitatiuas: probatur: taliter acquiritur qualiter corrumpitur. generatio enim vnius est corruptio alterius: primo de generatione: sz omnis forma substantialis corrumpitur successiue: quo ad partes quantitatiuas: ergo etiam omnis forma acquiritur successiue quo ad eius partes quantitatiuas. consequentia tenet: sicut dictũ est: antecedẽs probatur. nam cuiuscunq̃ forma substantialis corrumpitur: vel corrumpitur ab intrinseco: vel ab extrinseco si ab intrinseco: et cum nihil corrumpatur ab intrinseco primo sicut dictum est secundo huius: sequitur q quicquid corrumpitur ab intrinseco: vna eius pars corrumpit aliam: sed hoc oportet esse successiue. si vero corrumpitur ab extrinseco adhuc corrumpitur successiue: propter hoc q agens extrinsecum est propinquius vni parti corrumpende q̃ alteri: et per consequẽs prius corrumpit vnam partem q̃ aliam: et per consequens ibi est successio. ¶ Sic ergo patet quamlibet formam substantialem saltem extensam corrumpi successiue: prout successio attenditur penes partes quãtitatiuas: et per consequens patet quamlibet formaz extensam sic successiue acquiri et corrumpi &c.

¶ Consimiliter ad eandem conclusionem possent adduci experientie: nam in animalibus cor est primum viuens et vltimum moriens: similiter videmus in plãtis et in alijs q generantur successiue secundum partes earum quantitatiuas. ¶ Ex his formaliter respõdetur ad quesitum: scilicet q omnis mutatio ad substantiam est successiua: prout successio attenditur penes partes quantitatiuas. ¶ Sed dices contra de anima intellectiua: que nõ habz partes quantitatiuas cum sit indiuisibilis: et tamen est substantia. ¶ Respõdetur q nec anima intellectiua generatur: sed creatur sed in proposito intelligitur de formis extensis: et de formis naturaliter generabilib⁹ et corruptibilib⁹ &c.

Ad rationes principales. Ad primam patebit inferius. ¶ Ad secundam terminũ transmutationis &c. bene cõcedo q transmutationes substantiales que sunt termini alterationum: quarum successio attenditur penes partes graduales sunt ĩdiuisibiles per priuationem talis successionis: nihilominus bene sunt successiue et diuisibiles secundum partes q̃titatiuas. ¶ Ad tertiam consimiliter. ¶ Ad aliam eodẽ modo: vnde q transmutatio ad substantiam est inter contradictoria: bene arguit q non est successiua secundum partes graduales: nihilominus bene secundum partes q̃titatiuas. ¶ Ad quintam dico q est bene dare primum instans: in qua forma asini ẽ sub tanta extensione: nihilominus in illo instanti non primo est ipsa et quelibet eius pars: immo ipsa acquirebatur successiue vna pars quantitatiua post aliã. ¶ Ad sextaz substantia non suscipit magis et minus &c. dico q hoc bene probat q transmutatio ad substantiã nõ est successiua secundum partes graduales: non tamen concludit q̃ n sit successiua secundũ ptes quantitatiuas.

Quæstio.II.



Q Væritur secũdo vtrũ generatio sit motus: et arguitur primo q sic: omnis acquisitio tẽporalis est motus: generatio est huiusmodi: ergo maior est nota: minor probatur: nam generatio est transmutatio ad substantiam sed talis est successiua per precedentem questionem: ergo. ¶ Secundo generationi cõuenit diffinitio motus: ergo generatio est motus. consequentia tenet ex eo q cuicunq̃ conuenit diffinitio et diffinitum: antecedens probatur: nam generatio est actus generabilis secundum q generabile. generabile autem est ens in potentia: ergo generatio est actus entis in potentia: secundum q in potentia: sed ista diffinitio est motus: ergo generationi conuenit diffinitio motus. ¶ Tertio: nam dicit Commentator tertio huius q motus est generatio partis post partem illius perfectionis ad quam vadit: cum ergo motus sit generatio: sequitur p conuersionẽ simplicem generationem esse motus. ¶ Quarto arguitur auctoritate Aristote. in predicamentis dicẽtis sex esse species motus inter quos enumerat generationem: et cum gen⁹ sit verificabile de sua specie: sequitur hanc esse veram generatio est motus. ¶ Quinto omnis transmutatio ad substantiam est motus: generatio est transmutatio ad substantiam: ergo est motus: minor nota est de se: sed maior probatur: quia ad illud quod habet contrarium est verus motus: sed substãtia est huiusmodi: igitur maior nota: sed minor probatur: nam in vno quoq̃ genere debet esse vna contrarietas ad quam alie contrarietates illius generis reducuntur: ergo in predicamento substantie est vna talis contrarietas: et per consequens substantie est aliquid contrarium. ¶ Secundo principia substantie sunt contraria sicut forma et priuatio: sed principia substantie sunt substantie: ergo videtur substantie esse aliquid contrarium. ¶ Tertio substantia est corruptibilis: ergo sibi aliquid est cõtrarium. antecedens clarum: consequentia tenet: quia quicquid corrumpitur: corrumpitur a suo contrario. ¶ Quarto ignis est substantia: sed igni aliquid est cõtrarium puta aqua: ergo substãtie &c.

In oppositum est Aristoteles in isto quinto vbi distinguit generationem et corruptionem contra motũ. ¶ In ista questione primo ponende sunt alique distinctiones: secundo conclusiones.

Quantum ad primum sit prima distinctio: q quedam dicitur generatio simplex: quedam secundum quid: generatio simplex dicitur quando de aliquo verificatur hoc nomen ens: sine additamento et immediate ante hoc non verificabatur de eo: verbi gratia vt quum sortes est generatus: verum est dicere sortes est ens et ante non: et ista generatio attribuitur substãtijs generatio vero secundum quid dicitur: quando de aliquo de nouo verificatur hoc nomen ens cum additamẽto cum quo prius non verificabatur de eo vbi gratia: vt quum sor. calefit: modo dicimus modo sortem esse ens calidum et ante non erat ens calidum: sed bene ante erat ens. similiter quum sor. augmentatur: bene dicimus q sor. modo est ens tripedale: et ante non erat ens tripedale: licet bene ante erat ens. similiter quum sor. mouetur localiter bñ dicimus q sor. modo est ens in a. loco: et ante nõ erat ens in a. loco: licet bene ante erat ens: sic ergo in generatione secundum quid hoc nomẽ ens verificatur de aliq̃ cum aliquo additamento: sed in generatione simpliciter verificatur simpliciter id est sine additamento. De generatione simpliciter intelligitur propositum: quia de generatione secundum quid non est dubium quin sit motus. ¶ Sed diceres: sequeret q quũ aliq̃ albedo: vel caliditas p alterationem acquiritur in aliquo subiecto q oporteret esse generationem simpliciter: patet hoc: quia de albedine verum est dicere a. albedo est ens: et ante non


erat ens erit q hoc nomen ens sine additamento verificatur de albedine. ¶ Respondetur negando istam albedo est ens: vnde dico q hoc nomen ens sine addito non est verificabile de accidentibus: sed bene cum addito: igitur Aristo. negaret tales: albedo est ens eadem qualitas est ens. sed bene concederet istas: albedo est ens alteri inherens: vnde diceret Aristo. q hoc nomen ens sine addito non est verificabile nisi de substantijs. i. de nominibus significatiue acceptis supponentibus pro substantijs. ex quo vna cum his que dicta sunt de generatione simpliciter sequitur solius substantie esse generationem simplicem. ¶ Secunda distinctio: q motus dicitur dupliciter. s. communiter et proprie. Motus communiter dictus extendit se ad omnem mutationem successiuam et temporalem: siue sit successiua ratione partium gradualium forme: siue ratione partium quantitatiuarum: siue eius subiectum sit ens in potentia siue ens in actu quod est hoc aliquid demonstratum vel demonstrabile. ¶ Motus autem proprie dictus non extendit ad mutationem cuius subiectum est ens in potentia: et ad ipsum aliqua requiruntur. Primo enim ad motum proprie dictum requiritur q eius subiectum sit substantia per se existens manens eadem sub vtroque termino illius motus: nisi cum illo motu concurrat: vel generatio simplex vel corruptio simplex. Ad sit corruptio secundum quid: et corruptio simplex patet ex opposito modo dicendi: sicut dictum est de generatione simpliciter et de generatione secundum quid. ¶ Secundo ad motum proprie dictum requiritur q sit de affirmato in affirmatum id est de positiuo in positiuum. ita q vterque terminus illius motus sit ens positiuum. s. tam terminus a quo q terminus ad quem: terminus a quo qui abijcitur: terminus ad quem qui acquiritur: et quia in motu proprie dicto isto modo est corruptio secundum quid termini a quo et generatio secundum quid termini ad quem: sequitur illum totalem motum esse aggregatum ex vna corruptione secundum quid. s. termini a quo: et vna generatione secundum quid. s. termini ad quem: verumtamen est sciendum q aliquando accipitur motus pro generatione secundum quid termini ad quem: vt calefactio pro caliditate que acquiritur: et in tali acceptione motus esset solum generatio secundum quid: et non aggregatum ex corruptione secundum quid et generatione secundum quid.

Quantum ad secundum sit prima conclusio accipiendo motum communiter: generatio simpliciter bene est motus: probatur: nam sicut dictum est in precedenti questione: transmutatio ad substantiam est successiua: et hoc ratione partium quantitatiuarum licet non ratione partium gradualium forme: sed talis transmutatio est generatio simpliciter: modo sicut iam dicebatur in primo argumento motus communiter acceptus bene se extendit ad talem transmutationem successiuam: et ita Aristo. in postpredicamentis accipit motum quando dicit generationem et corruptionem esse species motus. ¶ Secunda conclusio. accipiendo motum proprie: generatio simpliciter non est motus: et ita Aristo. in isto quinto accipit motum quando dicit generationem non esse motum: probatur conclusio. cuiuslibet motus proprie dicti subiectum est ens in actu. i. substantia per se subsistens: sed generationis simpliciter subiectum non est ens in actu: sed ens in pura potentia: ergo generatio simpliciter non est motus: et tota ratio patet ex dictis in primo articulo.

¶ Secundo omne quod mouetur est: sed omne quod generatur non est: ergo generatio non est motus intelligendo de generatione simpliciter: et de motu proprie accepto. ista ratio est Arist. in litera &c. Pro cuius intellectione est sciendum q moueri secundum communem locutionem attribuimus illi quod subijcitur motui: vnde quando paries albescit non dicimus albedinem alterari: sed parietem album alterari: sed bene dicimus parietem alterari. In generatione vero simpliciter generari non attribuimus secundum communem locutionem subiecto scilicet materie: sed attribuimus forme: que materie acquiritur: vel totali composito ex materia et forma: vnde secundum communem locutionem non dicimus materiam generari sed formam. vel compositum scilicet sortem vel platonem: et ideo nos dicimus q omne quod mouetur est: et quod generatur non est: et causa huius quare moueri attribuimus subiecto motus: et generari: vel corrumpi non attribuimus subiecto generationis vel corruptionis est: quia subiectum motus est nobis notum: cum sit substantia per se subsistens: subiectum autem generationis vel corruptionis non est nobis ita notum: cum hoc sit materia que difficiliter cognoscitur: cum non sit a nobis cognoscibilis: nisi per analogiam ad formam: vt primo huius &c.

Ad rationes principales. Prime quatuor solute sunt secundum dicta. ¶ Ad quintam quando dicebatur substantie aliquid est contrarium: negatur accipiendo contrarietatem proprie: vnde sciendum q ad contrarietatem proprie dictam tria requiruntur. ¶ Primo q vtrumque contrariorum sit ens positiuum et ideo lumen et tenebre non dicuntur contraria propter hoc q tenebra non est qualitas positiua. ¶ Secundo requiritur q vtrumque inhereat alicui subiecto et propter hoc ignis et aqua non sunt contraria licet qualitates eorum sint contrarie. ¶ Tertio requiritur q inter illa inter que est contrarietas sit distantia formalis: vel localis: distantia quidem formalis sic quando non potest fieri transitus de vno extremo nisi in aliud nisi pertranseat per formas inter medias: verbi gratia. Aliquod subiectum calidum non potest fieri frigidum nisi primo fiat tepidum: oportet igitur transire per tepiditatem: ergo inter caliditatem et frigiditatem dicitur esse distantia formalis: et ideo forma substantialis aque non est contraria forme substantiali ignis: ex quo immediate ex aqua potest generari ignis: eadem materia que modo stat sub forma substantiali aque: postea stabit sub forma substantiali ignis: absque hoc q prius stet sub aliqua forma substantiali intermedia. de distantia locali bene intelligitur sicut est distantia inter sursum et deorsum. ¶ Et potest apponi quarta conditio q sint actiua et passiua adinuicem: et propter hoc forma equi et forma asini non dicuntur contrarie adinuicem sed disparate. ¶ Tunc ad primum in vno quoque genere hoc intelligitur de contrarietate proprie dicta: sed de oppositione priuatiua non. Consimiliter ad secundum dico q forma et priuatio non dicuntur proprie contraria: sed priuatiue. ¶ Ad tertium dico q substantia non corrumpitur a sibi contrario: sed bene corrumpitur a contrario suarum dispositionum et qualitatum. ¶ Ad quartam dico q elementa non sunt contraria nec etiam forme substantiales eorum sunt contrarie sed bene qualitates earum prime: et ita intelligitur quod dicit Aristoteles in secundo de generatione.

Questio III



Queritur nunc tertio: vtrum omnis motus sit de contrario in contrarium: ⁊ arguitur primo ꝙ non. aliquis motus est de minus albo in magis album: sed minus album et magis albũ non sunt contraria: ergo de maiori est nota de se: sed minor probatur: nam contraria dicuntur que maxime distãt. modo magis album ⁊ minus albũ non maxie distant. ¶ Cõfirmatur. magis album ⁊ minus album sunt eiusdẽ speciei ex eo ꝙ magis ⁊ minus non diuersificant speciem: sed nulla contraria sunt eiusdem speciei. Confirmatur iterum: quia si magis album ⁊ minus album essent cõtraria: sequeretur ꝙ vni plura essent contraria. quod est contra Aristotelem primo celi. probatur consequentia: quia nigrum ⁊ magis album sunt contraria: modo si etiam magis albo minus album esset contrariũ: tũc magis albo plura essent contraria. s. nigrũ ⁊ minus album. ¶ Secundo ad principale motus scz augmentationis de minori quantitate ad maiorem quantitatem est: sed iste motus non est inter contraria: ex eo ꝙ quantitati nihil est contrarium. igitur nõ omnis motus ⁊c. ¶ Tertio alteratio medij de tenebra in lumen videtur esse quidam motus: sed tamen non est inter contraria: sed inter priuatiue opposita scz tenebram ⁊ lumen: sed priuatiue opposita non sunt contraria: ex eo ꝙ quodlibet contrariorum debet esse ens positiuum vt primo dicebatur: modo tenebra non est aliquid tale saltẽ superpositum subiecto tenebroso: quod tñ oporteret si eẽt altera pars cõtrarietatis. ¶ Quarto motus circularis celi est motus: ⁊ tñ non est de ɔtrario in cõtrariũ: ex eo ꝙ tunc motus qui fieret a cõtrario esset ei contrari⁹: sed hoc est falsum: nã per Arist. primo celi motui circulari nõ est aliquis mot⁹ cõtrari⁹. ¶ Quinto mot⁹ animalis ꝓgressiu⁹ non est de contrario in ɔtrarium: patet hoc: quia est de vno loco in aliũ: que quidẽ loca sunt bene ɔsimilis virtutis conseruatiue: ⁊ non ɔtrarie: ⁊ per consequens nec talis mot⁹ est de ɔtrario in cõtrariũ. similiter posset argui de motu locali recto: de sursum ⁊ deorsum ꝙ nõ sit de ɔtrario in cõtrariũ: nã si sic sequeret̃ ꝙ sursum ⁊ deorsuz possent inesse eidem successiue: ⁊ mutuo se expellere: modo hoc est falsum: ex eo ꝙ nõ sunt actiua ⁊ passiua adinuicem: ergo ⁊c.

In oppositum est Aristo. in isto quinto. In ista q̃stione videndũ est de q̃sito. scđo videndum est qualiter diuersimode ɔtrarietas reperit̃ in diuersis ad que est motus. tertio addentur conclusiones.

Quãtum ad primum sciendum est ꝙ contraria vno modo dicuntur forme incompossibiles in eodem subiecto: quarum vna est expulsiua alterius: et isto modo dicimus caliditatem summam ⁊ frigiditatẽ summam esse contraria. ¶ Alio modo contraria dicuntur dispositiones ⁊ qualitates: non quidem incompossibiles: sed significabiles per terminos qui nõ possunt simul denominare idem licet bene successiue. inter quas quidem dispositiones: est distantia formalis vel localis sicut albedo remissa duorũ graduum: et intensa sex graduum iste due albedines dicuntur contrarie/ non quia sunt incompossibiles: quia albedo duorum graduum potest simul stare cum albedine sex graduum: sed dicuntur contrarie: quia remisse album: et intense albũ non possunt verificari de eodem simul: licet bene successiue: et inter illa est distantia formalis: similiter est minus sursum: et magis sursum sunt dispositiones significabiles per terminos: qui non possunt simul idem denominare: licet bene successiue: ⁊ inter huiusmodi dispositiones est distantia localis: ⁊ ideo magis sursum ⁊ minus sursum dicuntur contraria: similiter quantitas maior ⁊ quantitas minor sunt dispositiones significabiles per terminos. qui non possunt simul denominare idem: licet bene successiue: inter quas quidem dispositiones est distantia: que potest reduci ad localem propter hoc ꝙ inter quantitatem maiorem ⁊ minorem est spatium mediũ scilicet excessus quo quantitas maior excedit minorem. ¶ Tertio modo adhuc dicuntur cõtraria illa que sunt priuatiue opposita: ⁊ illa acceptio ɔtrariorum est impropria. ¶ Ista distinctiõe posita sit prima conclusio: accipiendo cõtraria pro priuatiue oppositis: contrarietas non sufficit ad motum: probatur: nam ex eo ꝙ omnis motus est successiu⁹: oportet ꝙ inter quecunq; est motus: ꝙ inter illa sit aliquod mediũ modo inter priuatiue opposita nullum est mediũ: ⁊ per consequens inter priuatiue opposita non potest eẽ motus. vnde inter videns et cecum nullum est medium: ⁊ per consequens non est transitus successiuus de visiõe in cecitatem: ad hoc enim ꝙ esset talis transitus debet esse mediũ inter visionem ⁊ cecitatẽ: qđ successiue pertransiretur. ¶ Tertia ɔclusio: accipiendo cõtraria primo mõ nõ ad oẽm motũ req̃rit̃ talis ɔtrarietas: pbat̃: nã talis ɔtrarietas nõ requirit̃ ad motũ localẽ nec augmentatiõis nec diminutiõis: ex eo ꝙ nullus illoꝝ est inter dispositiões incompossibiles: quarum vna sit expulsiua alterius: quilibet eñ istorum motuum est inter dispositiones: que non sunt actiue ⁊ passiue adinuicem: ⁊ per ɔñs vna nõ est expulsiua alterius: similiter motus qui est de albedine remissa: ad albedinem intensam nõ est inter huiusmodi contraria. ¶ Tertia conclusio. ad oẽm motũ sufficit ad minus ⁊ req̃ritur ɔtrarietas inter cõtraria scđo mõ dicta: pbat̃: q2 oẽm motũ oportet eẽ successiuũ. ⁊ sic oportet eẽ de vno in aliud: vel ꝙ inter illa ẽ distantia vel non: si dicitur ꝙ non: inter illa non potest esse motus: si dicit̃ ꝙ sic: ipsa sunt cõtraria secundo mõ dicta: ita in ꝓposito capiat̃ ɔtrarietas pro distãtia formali vel locali inter terminũ a quo ⁊ terminũ ad quẽ: ⁊ taliter accipiendo cõtrarietatẽ inter locum in quo tu sedes: ⁊ inter locum meũ est contrarietas: quia distantia situalis: quare ⁊c.

Quantum ad secundum est sciẽdum ꝙ quedã est contrarietas in loco ⁊ quedam in q̃titate ⁊ quedã in qualitate. nõ eñ pluribus modis põt imaginari distãtia ⁊ ꝑ ɔñs nec mot⁹ ⁊c. ¶ Scđo sciendũ ꝙ contrarietas in loco quedam est sm lineam rectam longissimã: sicut est de sursum ad deorsum. Alia contrarietas secundum partes huius linee: quia sumpta vna parte linee puncta eius distant. Alia est contrarietas in loco: sm alias differẽtias positionis: verbi gratia sicut est inter sinistrum ⁊ dextrum: inter ante et retro. et secundum hanc contrarietatẽ fit mot⁹ localis ad lat⁹ inter has differentias positiones scz sinistrũ dextrũ ante ⁊ retro: licet bene sit contrarietas sufficiens ad motũ: sicut etiam est inter sursum ⁊ deorsum: tñ inter sursum et deorsum est cũ hoc alia contrarietas s. virtutũ ɔtrariarũ ɔseruatiuarũ locabiliũ natura sursũ ⁊ deorsuz. ¶ Adhuc: in loco est alia ɔtrarietas q̃ non accipit̃ hoc mõ secundũ semidiametrũ: ⁊ sm chordã arc⁹: que est distantia arcus inter orientem ⁊ occidentem: vel meridiem et septentrionem: ⁊ talis contrarietas sufficit ad motum circularem. ¶ Deinde notandum est secundum quantitatem: vnde dico ꝙ illa accipitur secundum magis ⁊

nimus ⁊ illi contrarietati nõ cõuenit descriptio contrarietatis que est inter contraria maxime distantia: q: inter magis ⁊ minus nõ est distantia maxima: propter diminutionem in infinitum. ¶ Secundo notandũ est de distantia formali: ⁊ contrarietate que est inter qualitates quedam est inter qualitates actiuas ⁊ alteratiuas: sicut sunt caliditas ⁊ frigiditas ⁊c. quedam est inter qualitates motiuas localiter: sicut sunt grauitas: ⁊ leuitas ⁊ quedã est inter q̃litates nec actiuas nec motiuas localiter: sed inter qualitates cõsequentes actionem q̃litatum primarũ adinuicẽ: cuiusmodi sunt sapores odores ⁊c. ex quo patet: q mutuo expellere solum conuenit contrariis actiuis ⁊ passiuis adinuicem: vnde albedo non expellit nigredinem agendo et corrumpendo ipsam sicut bene facit caliditas frigiditatem: sed albedo expellit nigredinem: hoc est consequitur nigredinẽ in eodem subiecto: ⁊ hoc est ꝓpter qualitates actiuas mutuo agentes adinuicem quarum istas sequitur albedo: istas vero nigredo ⁊c.

Quantum ad tertium sit prima conclusio q non oportet q contrarietas requisita ad motũ sit inter cõtraria actiua ⁊ passiua adinuicẽ: patz hoc q: ꝯtrarietas inter sursum ⁊ deorsum nõ est inter actiua et passiua adinuicẽ. ¶ Secunda ꝯclusio. ad ꝯtrarietatem sufficientẽ ad motũ non requiritur q sit inter aliqua: quorũ vnũ resistat alteri: patet hec ꝯclusio: de ꝯtrarietate q̃ est inter quãtitatẽ maiorẽ ⁊ minorẽ: vnde vna illarũ quãtitatũ non resistit alteri: quia resistere est reagere: modo ad contrarietatẽ sufficientem ad motum non requiritur q sit inter aliqua que sunt actiua ⁊ passiua adinuicẽ per precedentẽ conclusionẽ: ergo nec ad contrarietatem sufficientem ad motum requiritur q sit inter aliqua: quorum vnum resistit alteri. ¶ Tertia ꝯclusio non tollit verũ motum ipsum esse successiuũ et ꝯsequẽter ad aliquem motum [illegible] quia motus [illegible] inter contraria quorũ vnum non resistit alteri: sicut dicit conclusio precedens: ergo quantũ est de ratione illorũ inter ipsa esset mutatio subita: sed quia inter eã est successio: talis successio est ꝓpter aliud: qd patet in motu locali grauium: q: nisi eẽt resistentia in motu distinctis ipsi⁹ medij: graue simplex simpliciter descẽderet subito. Simile est de alteratiõe inter albedinẽ et nigredinẽ quia inter albedinem ⁊ nigredinem est mutatio successiua: hoc nõ est ꝓpter resistentiã vel actionem ipsarum adinuicem scilicet albedinis et nigredinis: sed hoc est ꝓpter actionem ⁊ resistentiam qualitatum primarum adinuicem: quarum ꝓportiõem aliam ⁊ aliam albedo ⁊ nigredo consequuntur. ¶ Quarta cõclusio ad cõtrarietatem sufficientem ad motum: non requiritur q sit de extremo in extremum: seu q sit inter illa que maxime distant: sed sufficit q inter illa que aliquo modo distãt: q: potest esse mot⁹ de minus calido ad magis calidum seu de caliditate remissa ad caliditatem intensam/ vel intensiorem: modo inter ista non est distantia maxima: sed aliquanta: ergo finaliter ad motum sufficit contrarietas que est distantia inter terminũ a quo: ⁊ terminũ ad quẽ: ⁊ ideo q: inter ꝯtradictoria: ⁊ inter priuatiue opposita nullũ est medium: seu talis distantia: sequitur inter ipsa non esse motum: sed mutationem.

Ad rationes. Ad primam dico q contrarietas sufficiens ad motum: bene põt esse inter illa que sunt eiusdem speciei: ⁊ sic ad talem cõtrarietatem non requiritur q extrema eius maxime distent: ⁊ similiter non est inconueniens vni plura esse ꝯtraria ꝯtrarietatib⁹: quorũ vna est sufficiẽs ad motũ: ⁊ sic resoluitur prima ratio et eius confirmatio. ¶ Ad secundam dico q licet quantitas minor non sit contraria quantitati maiori contrarietate primo modo dicta: tamen bene est q sit contraria cõtrarietate sufficiente ad motum. ¶ Ad tertiam dico q mutatio medij de tenebra in lumen nõ est motus: quia non est successiua sed subita: quia inter priuatiue opposita. ⁊ ideo illa ratio nihil facit ad ꝓpositum. ¶ Ad quartam ⁊ ad quintam ⁊ sextam dicatur q tam hic q̃ ibi est contrarietas sufficiens ad motum licet non contrarietas primo modo dicta.

Questio. IIII.

Queritur quarto vtrũ secundum tria predicamenta sit motus per se: scilicet secundum quantitatem: qualitatem: ⁊ vbi: ⁊ arguitur primo q non. in aliquibus alijs p̃dicamentis ab istis est contrarietas: ergo secundũ illa est mot⁹ per se: antecedens patet de actiõe ⁊ passione: ⁊ de ad aliquid. ¶ Secundo in aliquib⁹ alijs predicamentis reperitur magis ⁊ minus. ergo secundũ illa est motus per se: non ergo solum secundum predicamenta nominata. consequentia patet: antecedẽs notum de agere ⁊ pati. ¶ Tertio probatur specialiter de ad aliquid q secundum ad aliquid est motus: sicut secũdum quãtitatem vel qualitatẽ: vel vbi: nam ponaẽ q sortes sit similis platoni per successiuã acquisitionẽ albedinis: tũc talis assimilatio sortis ad platonẽ est quedã mutatio: ergo ipsa est generatio: vel corruptio: vel motus: ex eo q omnis mutatio est aliquid istorum: sed non est generatio nec corruptio ex eo q per talem assimilationem non mutatur responsio ad interrogationem factã per quid de substantia: relinquitur ergo q sit motus: ⁊ cũ assimilatio sit de predicamẽto ad aliquid sequitur propositum. ¶ Quarto ad vbi est motus per se: ergo secũdum ad aliquid: consequentia tenet ex eo q vbi est quidã respect⁹ qui q̃dem respect⁹ est de predicamento ad aliq̃d: ergo. ¶ Quinto. nã sint due aque similiter calide: quarũ caliditates intendanẽ vniformiter: tũc illa caliditas ⁊ similitudo hui⁹ aque ad illã: tũc expositione arguiẽ ad ꝓpositũ sm̃ illã caliditatem est per se mot⁹: ⁊ ille calid[illegible] per se motus. ¶ Sexto. quelibet res est ad aliquid: ergo secundum ad aliquid est per se mot⁹: quia secundum aliquã rem est per se motus: cõsequẽtia tenet: ⁊ antecedẽs ꝓbatur: quia q̃libet res est cã vel causatũ: quelibet res est prior vel posterior: ergo q̃libet res est ad aliq̃d: antecedens notum est de se: ꝯsequẽtia tenet ex eo q isti termini causa ⁊ causatum prius ⁊ posterius: sunt in predicamento ad aliquid. ¶ Septimo ꝓbatur q ad quantitatem nõ sit per se motus: nã illud ad quod debet esse motus per se debet habere contrarium: quantitas non hꝫ cõtrarium ex predicamẽtis. ¶ Octauo ꝓbaẽ: q ad qualitatẽ non sit p se motus: q: ad quartam spẽm qualitatis non ẽ p se motus/ cum nihil sibi sit contrarium ⁊ p ꝯñs non ẽ motus: ⁊ p cõsequẽs nec motus p se ⁊ cũ quarta species qualitatis sit qualitas: ⁊ ad eam nõ sit motus: sequitur q ad qualitatem non sit per se motus quare ⁊c.

In expositũ est Aristoteles in isto quinto. In ista questione primo videndum ẽ quid sit dicere sm̃ aliquod predicamentũ esse motum. secundo videndum

dū est q̄d sit dicere: fm aliqd̄ p̄dicamentū eē motū p se
vel per accidens. tertio videbitur de quesito.

Quātum ad primum sciendum est q̄
secundū predicamentū quantitatis nō dicitur esse mo-
tus sicut est augmentatio: vel diminutio: ex eo q̄ per il
lū acq̄rit̄ quantitas: nā tūc omnis mot⁹ diceret̄ eē fm
quātitatē: et diceret̄ augmētatio vel diminutio: ɔ̄ñs est
falsum. pbat̄ ɔ̄ña ex eo q̄ q̄cunq3 res que acquiritur p
motum est quātitas: ex eo q̄ quecūq3 res que acq̄rit̄ p
motū est diuisibilis: et p ɔ̄ñs quanta: et cū quātitas non
sit aliud a re quāta: vt dicebatur prio hui⁹: ptz q̄ rē que
acq̄rit̄ p motū eē quātitatē: silr dicendū est de q̄litate:
et vbi vez q̄ motus non dicit̄ esse fm qualitatē ex eo q̄
p ip̄m acq̄rit̄ q̄litas: nec ad vbi ex eo q̄ p ipsum acq̄rit̄
vbi. Sed mot⁹ dicit̄ esse fm predicamentū quantitatis
ex eo q̄ ꝓpter ip̄m factū necesse est mutare r̄nsionē ad
q̄stionē factā p quantū de substantia: absq3 hoc q̄ ꝓpt̄
ip̄m motū factū oporteat mutare r̄nsionē factā de sub-
stātia ad questionē factā p aliqd̄ iterrogatiuū alteri⁹
p̄dicamenti a quantitate. Mot⁹ dr̄ etiā fm p̄dicamen
tū q̄litatis ex eo q̄ ꝓpter ip̄3 factū oportet mutare re-
sponsionē ad q̄stionē factā p quale de substantia absq3
hoc q̄ oporteat mutare r̄nsionē ad aliquod interroga
tiuū alteri⁹ predicamēti. proportionaliter dicat̄ de mo
tu fm vbi. verbi gratia de prio. si aliqd̄ est pedale: et au-
geatur q̄ fiat bipedale: si primo q̄reretur quantum est
hoc? respondetur pedale: si postea queritur quantum
est hoc? respondetur bipedale: exemplum de quātitate
vt si aliquis modo est albus et alteretur q̄ fiat niger: si
primo queratur: qualis est iste? respondetur albus: et si
postea queritur qualis est iste? respōdetur niger: et pro-
portionaliter dicendum est de vbi et de aliis consimili-
bus questionibus etc̄.

Quantum ad secundū articulum scien-
dum est q̄ secundum aliquod predicamentum dicitur
esse motus per se: et secundum aliquod predicamentum
dicitur esse motus per accidens. Secundum illud pre-
dicamentum dicitur esse mot⁹ per se: quod sic se habz
q̄ necesse est ꝓpter aliquem motum factum mutari re
sponsionem fm terminos illi⁹ predicamenti de illo q̄d
mouet̄: sicut sunt quantitas / qualitas et vbi. impossibile
enim est q̄ fiat aliquis mot⁹ quin oporteat fieri muta-
tionem denominationis de illo quod mouetur secundū
terminos alicuius predicamenti: de istis tribus quan-
titate / qualitate / et vbi. ¶ Sed secundum illud predica
mentum dicitur esse motus per accidens: quādo sic se
habet q̄ non est necesse: sed contingit propter aliquem
motum factū mutari denominatiōes: de illo quod mo-
uetur secundum terminos illi⁹ predicamēti: verbi gra
tia de predicamēto ad aliquid. posito enim q̄ sortes et
plato sint similes secūdum albedinem: et q̄ albedo sor-
tis intendatur: tunc licet fiat secundum talem motum
mutatio denominationis secundum istos terminos: si-
mile et dissimile: qui sunt de predicamento ad aliquid:
tamen hoc est contingens et non necessarium: quia si
proportionaliter albedo platonis fuisset intēsa fuisset
facta sola variatio denominationis: secundum termi-
nos de predicamēto qualitatis: absq3 variatione deno
minationis facta per terminos de predicamento ad a-
liquid: et propter hoc secundum ad aliquid dicitur esse
motus per accidens.

Quantum ad tertium articulum sit
prima conclusio: q̄ secundum alia predicamenta q̄ se-
cundum qualitatem quantitatem et vbi: bene est mot⁹
probatur: quia propter aliquem motū factum aliquā
do bene mutantur denominationes de illo quod moue
tur per terminos aliorum predicamentorum a qualita
te: quantitate: et vbi: sicut iam est declaratum de predi-
camento ad aliquid: ergo conclusio vera: consequentia
tenet per descriptionem illi⁹ quod est secundum aliqd̄
predicamentum esse motum. ¶ Secunda conclusio: se
cūdū alia predicamēta a q̄litate / quantitate / et vbi non
est motus per se licet bene per accidens: probat̄ q̄z non
est necessarium variare denominationes de illo quod
mouetur: fm terminos aliorū predicamentorū a quan-
titate: q̄litate: et vbi. igr̄ fm ea non est mot⁹ p se: antece
dēs pz inductiue de singulis: ɔ̄ña tenet ex descriptiōe
illius qd̄ est fm aliquod predicamētū esse motum per
se. ¶ Tertia ɔclusio: q̄ fm tria p̄dicamēta: q̄ sunt quā
titas qualitas et vbi est motus p se: probatur: pro quo
supponitur solum esse tria genera motuum. s. augmen-
tationem alterationem: et lationem: tunc sic non est ali
quis motus de istis: quin ꝓpt̄ ip̄m necesse sit fieri mu-
tationē responsionis ad interrogationē de substantia
vel per quale vel p vbi: vel p quantū: ergo secundū tria
predicamenta nominata est motus p se: ɔ̄ña tenet per
descriptionem illius quod est secundum aliquod predi-
camentum esse motum per se.

Ad rationes principales. Prima secun
da tertia bene ꝓbant: q̄ fm alia predicamēta ab istis
tribus sit motus per accidens: sed nō probāt q̄ sit mo
tus per se. ¶ Ad quartam dico q̄ vbi: fm illam ratio-
nem fm quam dicit̄ q̄dam respectus: vel est de predica
idem est alia auctoritas in isto quinto:que dicit q me-
diū est quodāmodo cōtrariū vtriusq extremorum: sicut
tepidum est otrariū caliditati et frigiditati:sz non pōt
dici q sit cōtrarium caliditati ratione caliditatis:ex-
ergo q sit sibi otrariū ratione frigiditatis:et frigidita
ti ratiōe caliditatis. ¶ In ista questione primo viden-
dum est de contrarietate terminorum et ppositionum
videlicet q q̄tū est ex parte talis cōtrarietatis repu-
gnat cōtraria simul esse. ¶ Secundo videndū est quā-
tū ad hoc de cōtrarietate reꝝ:de quo est duplex opinio
quarum quelibet est satis probabilis.

Quantum ad primum:primo suppo
nēdum est q quedā cōtrarietas est ppositionū:et que-
dam terminoꝝ:et quedā reꝝ:et q otrarietas est repu-
gnātia:sciēdum est q contrarietas terminoꝝ est repu-
gnātia in pdicādo vere simul de eodē et p eodem: con-
trarietas ppositionū est repugnātia ipsaꝝ quo ad esse
simul veras:otrarietas vero reꝝ est repugnantia quo
ad esse simul in eodē subiecto. ¶ Secundo nota q cō-
traria debēt esse maxime distantia:quomodo termini
otrarij distent:et propositiones cōtrarie:et res otrarie
q̄ nec sunt termini significatiui:nec ppositiōes: vñ cō-
trarietas terminorum debet eē circa idē quātū ad suc
cessiue v̄ificari:et illi termini dicuntur maxime distare
ad istū intellectū:qui significāt formas cōtrarias extre
mas. Contrarietas vero ppositionū etiam debet esse
circa idē ad istum sensum q ppositiones cōtrarie sint
de eodē subiecto:et eodem predicato:et maxime distant
ad istum intellectum q ambe sint vniuersales: et vna
distat ab alia q̄tū ad omnia supposita sui subiecti:quo
ad affirmationē et negationē. Contrarietas vo reꝝ q̄
nec sunt termini significatiui nec ppositiōes est circa
idē:quantum ad successiue inesse illas formas contra-
rias:vnam post aliam:et dicunt̄ maxime distare:que
sunt contraria extrema. ¶ Sed dubitat̄ q̄ nigredo al-
bedini huius parietis sit contraria:vel illa que est:vel
illa que non est:non qd non est nulli est cōtrariū:nec il
la q̄ est: quia illa non potest successiue inesse eidē subie
cto:quod tamen oporteret si esset contraria postq̄ con
traria debent inesse eidem successiue:antecedēs patet
ex eo q accidentia non possunt transire de subiecto in
subiectum. ¶ Respondet̄ q huic albedini contrariat̄
nigredo que est.et quando dicitur illa nō potest succes-
siue eidem inesse:dicitur q̄uis non possit:consimilis tñ
in specie potest inesse eidem:et hoc sufficit. ¶ Tunc sit
vna conclusio cōmunis vtriusq opinioni recitāde in ar-


ticulo secundo:q illa q̄ sunt otraria per istum modum
p quem termini et ppositiones cōtrariantur:bñ sunt in
eodem subiecto: pbat̄:q istoꝝ cōtrarietas non atten-
dit̄ penes nō posse esse simul:vt patet ex dictis.

Quantum ad secundum: vna opinio
ponit primo istā conclusionē q impossibile est formas
contrarias esse simul in eodē subiecto sm eādē partē
subiecti:probat̄:nam forme dicunt̄ contrarie propter
repugnātiā in essendo simul in eodē subiecto: ergo est
cōtra rationē formalē cōtrariorum esse simul.et p ɔñs
ipsas eē simul iplicat cū ad hoc sequat̄ ipsas nō eē cō-
trarias. ¶ Secūda cōclusio. aliqui gradus contrarie-
tatis possunt stare simul in eodē subiecto ad istū intel-
lectū: q aliqi gradus q̄ erunt vel fuerunt partes otra-
rioꝝ possunt stare simul:nō tamē qui de facto sunt par
tes cōtrariorum. v̄bi grā:aliq gradus caliditatis pñt
stare cum aliquibus gradibus frigiditatis:qui tamen
gradus nō sunt partes otrarioꝝ:sed bñ erunt vel fue-
rūt partes cōtrariorum. et hec est qd antiquitus dice-
bat̄ sub his verbis:possibile est cōtraria simul esse sub
esse remisso:sz non sub esse intenso. Conclusio sic intelle
cta pbat̄:nam nisi in tepido eēt aliqua frigiditas cuz
aliqua caliditate pmixta:sequeret̄ q in illo nō esset aliq̄
resistētia calefaciēdi:vel frigefaciendi.consequens est
falsum:cōsequētia pbat̄:q si in tepido est solū caldi-
tas remissa:sine pmixtione frigiditatis:tunc cū maior
caliditas non resistat minori:si aliquod calefaciens in
tensius sibi approximaret̄ subito ipm assimilaret:qd
est contra experientiam. Proportionaliter argueret̄:si
diceretur q in tepido non esset nisi frigiditas remissa:
absq aliq̄ caliditate sibi pmixta. ¶ Secundo. nisi con
clusio sic intellecta eēt vera sequeret̄ q minus calidū
nō remitteret magis calidū:immo magis intenderet:
postq̄ nihil frigiditatis eēt in ipo:recte sicut minus lu-
men nō diminuit maius lumen:oppositū tamē experi-
mur.ex hoc tamq̄ a signo potest argui q caliditati re-
misse aliq̄lis frigiditas est pmixta. ¶ Secundū istam
opinionem eēt ponēdū intēsionē et remissionem fieri p
[illegible]
remittit̄.et ɔsequent̄ imaginādū est q otrarietas inter
formas non attendit̄ ex rōnibus simplicibus formaꝝ:
sz ex quātitate graduum:sm q habēt incōpossibilita-
tē:et maximam distantiā:v̄bi grā:vt si quantitas gra-
duum caliditatis intēsiue sit decē graduū:tūc summa
caliditas distat a summa frigiditate p decē gradus ca
liditatis: et oportet illos remoueri anteq̄ pueniat̄ ad
summam frigiditatē:sed summa caliditas non distat a
frigiditate q̄nq graduum:nisi p quinq gradus:ergo
illos quinq oporteret remoueri: et tūc manerēt q̄nq ca
liditatis et quinq frigiditatis qui non distant:et p ɔñs
illi possunt stare simul. Et sciendū q illi gradus q̄ pñt
simul stare:non sunt ɔꝛij nec repugnant sibi inuicē:sed
dicunt̄ ɔꝛij improprie ad istum sensum q ad augmēta
tionē vni⁹ sequit̄ diminutio alterius: vel sm q sit vlte
rius pcessus ad caliditatē summam:vel ad frigidita-
tē summam erūt partes formaꝝ ɔꝛiaꝝ non potentium
se cōpati in eodē subiecto. ¶ Pro maiori intellectiōe
istius imaginant̄ q sicut ista dom⁹ est finite capacita-
tis: ppt qd nō sequit̄:si viginti hoies cum alijs homi-
nibus possunt esse in ista domo:centum possunt esse in
ista domo:sic ad propositū imaginādū est de subiecto
receptiuo cōtrarioꝝ qd potest imaginari finite capaci
tatis:q̄ si maxima capacitas talis subiecti est precise
tot graduū vnius contrarietatis quot graduū est vnū
extremorum illius contrarietatis:q tunc in illo subie
cto non pñt recipi plures gradus illoꝝ contrariorum

ꝙ sit maximus numerus graduū vni⁹ extremorū illi⁹
contrarietatis:sed bene tot vel pauciores. Ubi gratia: si
maximus numerus graduū caliditatis sūme est decē graduū
tūc dico ꝙ cū illis decē gradib⁹ nō pōt stare aliqs gra
dus frigiditatis in illo subiecto: ⁊ ꝑpter hoc quilibet gra
dus frigiditatis decē gradib⁹ caliditatis summe est
cōtrarius:nihilominus cum nouē gradib⁹ caliditatis
bene pōt stare vnus gradus frigiditatis. et cū octo ca
liditatis duo frigiditatis.⁊ cum septē caliditatis tres
frigiditatis.⁊ cum sex quatuor.⁊ cum quinqꝫ/quinqꝫ/⁊
cū quatuor quatuor.⁊ cū tribus tres.⁊ cuꝫ duob⁹ duo.
⁊ cū vno vnus. Sed cū nouē caliditatis nō possent sta
re duo frigiditatis:qꝛ tūc excederet numerus graduū
caliditatis summe.Conformiter imaginandū est vlte
rius.Ex hoc pōt solui vnū argumentū:qd solet fieri:ꝙ
si caliditas remissa pōt stare cū frigiditate remissa:tūc
caliditas intensa pōt facere cū frigiditate intēsa:ꝑpt
hoc ꝙ videt̄ caliditatē remissam tātū repugnare frigi
ditati remisse:quātū caliditas intensa repugnat frigi
ditati intense.Ex dictis faciliter soluit̄.sicut nō sequit̄:
viginti homines cū viginti hominibus possunt stare in
ista domo.ergo cētū cū cētum simul:nec sequit̄ calidi
tas remissa pōt stare cū frigiditate remissa. ergo inten
sa cum intēsa ⁊c̄.qꝛ remissa nō repugnat remisse:⁊ cum
numerus graduū earū simul non excedit numerū gra
duum caliditatis vel frigiditatis summe:intensa autē
summe intense repugnat. Sed nonne ois caliditas oi
frigiditati est cōtraria:dico ꝙ non:sed cum hoc requi
rit̄ debita quantitas graduum: vnde licet omnis cali
ditas sit eiusdem rationis specifice cum caliditate:nō
tamē eiusdem magnitudinis intēsiue penes quā atte
dit̄ ꝯtrarietas ⁊ distātia ad frigiditatem. ¶Alia opi
nio vult quēlibet gradum frigiditatis cuilibet gradui
caliditatis eē ꝯtrariū:nec aliqs grad⁹ caliditatis pos
sit stare cuꝫ aliq̄ gradu frigiditatis. Ista opinio ponit
intēsionē ⁊ remissionē non fieri ꝑ admixtionē alicuius
forme:sed ponit intēsionē formarum fieri penes reces
sum earū a nō gradu illarū formarū:⁊ remissionē a gradi
bus summis earūdem: vnde ista opinio imaginat̄:ꝙ si
cut illud qd est in loco medio inter sursum et deorsum
non opꝫ ꝙ sit in locis cōtrarijs:ita nec tepiditas:que
est qualitas inter caliditatē ⁊ frigiditatem habet ali
quos gradus frigiditatis et aliquos caliditatis:⁊ si
cut motū sursum cōtinue fit altius ꝑ recessum a medio
mundi:⁊ accessum ad concauum orbis lunaris ita aliqua
tepiditas per recessum eius a non gradu caliditatis ⁊
accessum eius ad gradum summum continue fit inten
sior in calefaciendo. Sicut ergo ista opinio imagina
tur de intensione proportionaliter de remissione: ⁊ ad
ducit vnum simile:nam sicut curuitas aliqā est maior
aliquando minor:sine permixtione alicuius rectitudi
nis:sic etiam caliditas aliquando est intēsior: et aliqū
remissior sine ꝑmixtione frigiditatis. Istam secūdam
opinionē credo esse veriorem:primam vero cōmuniorē:
ideo tenendo primam respondeo.

Ad rationes principales. Ad primam
dico ꝙ si aliqui gradus caliditatis sint cum aliquib⁹
gradib⁹ frigiditatis in eodem subiecto:nō ꝓpter hoc
cōtraria stant simul:quia sicut dictum est non quilibet
gradus caliditatis cuilibet gradui frigiditatis est cō
trarius. ¶Ad secūdam:quādo denominaret̄ ⁊c̄.dico bñ ꝙ
idē in ordine ad albū denominat̄ nigrū:et in ordine ad
nigrum denominat̄ album:sꝫ denominatiōe simpliciter
dicta nec denominat̄ albū:nec nigrum:licet in ipo sint
aliqui gradus albedinis:⁊ aliqui nigredinis: sed deno
minat̄ a forma cōposita ex his puta fuscū vel rubeum.
⁊ ꝓportionalit̄ de tepido simili mō est dicendū. ¶Ad
tertiā plus diuidit̄ a.bedo ⁊c̄. cōcedo albedo ⁊ nigredo
q̄ ꝯtrariant̄:nec iste possunt simul esse in eodē subiecto
sꝫ qꝛ albedo sicut nigredini nō contrariat̄: sequit̄ non
oēm albedinē ab omni nigredine distare: ⁊ per ꝯñs nō
plus distant q̄ viriditas et rubedo. ¶Ad quartam.il
la supponit vnū falsum.supponit enī ꝙ sit dare frigi
ditatē remississimā:modo hoc est falsum:nam quacūqꝫ
data:est dare remissiorem.et qualiter debeat intelligi
dictū Aristo.ꝙ in naturalibus est dare minimū:dictum
est primo huius. ¶Ad quintum sequitur ꝙ motus ⁊c̄.
negat̄ ꝯsequētia:vñ dico ꝙ ꝯtraria nō possunt stare si
mul:sed bñ aliqui gradus qui possunt esse partes ꝯtra
riorum licet de facto nō sint:sed bene partes vnius for
me medie stant simul. ¶Ad sextum dico ꝙ si aliquod
tepidum approximaret̄ alicui sibi dissimili sup qd ha
bet dominium:bñ sibi assimilat ipsum:⁊ hoc tamē nō
sequit̄ ꝙ simul calefaceret ⁊c̄.nihilominu⁹ si aliqd tepi
dum approximatur vni qd haberet caliditatē remis
siorem ipso:hoc bene intenderet in caliditate:⁊ si ap
proximatur alicui qd haberet minus de frigiditate il
lud bene intenderet in frigiditate:ita ꝙ remissius ca
lidum calefacit:⁊ remissius frigidum frigefacit inten
dendo caliditatē in vno ⁊ frigiditatem in alio. ¶Se
ptima soluatur per hoc ꝙ caliditas stās cum frigidi
tate in eodem subiecto nō corrūpit:nec agit in ipsam.
¶Ad octauam dico:fm illam opinionem intensio ⁊ re
missio fiunt ꝑ admixtionē maiorē vel minorē alterius
forme:sed hoc intelligendum est de intensione:⁊ remis
sione formarū habētium contrarium sicut sunt calidi
tas frigiditas ⁊c.et ex hoc soluitur illud qd dicebatur
de lumine ⁊ de vero. ¶Ad tertiā.in palledine ⁊c̄.verū
est:sed visus non ꝑcipit distincte vnum ab alio ꝓpter
mixtionē admincem. ¶Quarta bñ ꝓbat ꝙ ad cale
factionem requirit̄ duplex forma:vna que abijcitur:⁊
alia que acquiritur. ¶Ad quintam dico ꝙ nō oportet
elemēta habere qualitates simplices propter hoc ꝙ
qualitates elementorū possunt intendi ⁊ remitti:sub
stantia elementorū remanente. ¶Ad sextam.sequere
tur ꝙ possit eē caliditas infinita.nego ꝯsequētiam:qꝛ
in remissione frigiditatis non opꝫ ꝙ si frigiditas re
mittitur ad subduplum ꝙ caliditas intēdatur ad du
plum:sed bñ si deperditur vn⁹ gradus frigiditatis ꝙ
acquiratur vnus gradus caliditatis. ¶Ad vltimum
bene cōcedo ꝙ non posset fieri transitus de albo in ru
beum nisi prius fiat transitus in nigrum:nihilominus
prius fit transitus in rubedinem ꝑfectā q̄ in nigredi
nem ꝑfectam:⁊ igit̄ talis transitus in nigredinem nō
percipit̄:nisi prius percipiat̄ transitus in rubedinem
quare ⁊c̄.

Questio X.



Ueritur nunc deci
mo vtrū in intēsione alteratiōis
qualitas q̄ acquiritur: acqui
ratur tota simul vel acquiratur
pars post partē.Et arguit̄ ꝙ
talis qualitas acqrat̄ tota si
mul.⁊ hoc sic:ipa ē forma sim
plex ⁊ indiuisibilis:ergo acqui
rit̄ tota simul:ꝯña tenet:aña
pꝫ ꝑ auctorē sex ꝑncipiorū: q̄ dicit ꝙ forma est cōposi
tioni cōtingēs in simplici ⁊ inuariabili essentia consi
stēs:modo cum talis qualitas sit quedam forma acci
dentalis:⁊ cum auctor non describit ibi solum formam
substantialem:verū etiam accidentalem.ergo ⁊c̄.

In oppoſitum arguitur ſic. Nam ſi in intenſione qualitas q̄ acquirit̃ acquireret̃ tota ſimul: ſeq̄retur ꝙ ſm̄ qualitates remiſſibiles et intenſibiles non eſſet motus: ꝯñs eſt falſum ⁊ contra Ariſto. in iſto q̄nto: q̄ñ talē motum vocat alterationē: ꝯña pꝫ ex eo ꝙ motus eſt gñatio ptis poſt ptē illius pfectionis ad quā intēdit: ſicut pꝫ p Ariſto. tertio hui⁹. ¶ In iſta q̄ſtione primo recitabo duas opiniones: quarum vtraq; ꝯcedit diuiſibilitatē forme itēſibilis ⁊ remiſſibilis in partes graduales. opponunt̃ tamen quo ad q̄ſtionem preſentē quo ad vnam concluſionē. ſcḋo ꝯcordabo illas opiniones per vnam diſtinctionem.

Quātum ad primum: primo ponitur iſta diſtinctio: ꝙ qualitas intēſibilis ⁊ remiſſibilis poteſt imaginari diuidi ſimpliciter: vno modo ſm̄ quātitatē ſubiecti. verbi grã. caliditas q̄ eſt extēſa p totum vnū pedale: ſic ſe habꝫ ꝙ vna eius medietas eſt in vna medietate illius pedalis: ⁊ alia ī alia. Alio mō poteſt imaginari diuidi in diuerſos gradus exiſtētes ſimul ī eodem ſubiecto: ⁊ in eadē parte quātitatiua ſubiecti ⁊ ſm̄ ꝙ ſimul ſunt tales grad⁹ plures aut pauciores aliq̄d ē magis: vel minus tale. Primam diuiſiōem oēs ꝯiter admittūt. Sed de ſcḋa ſunt opiniōes: quarꝫ vna pōit q̄litatē itēſibilē ⁊ remiſſibilē hr̃e grad⁹ dicto mō. ¶ Alia aūt opinio ponit hmōi formas nō eſſe diuiſibiles niſi ſolū ſm̄ diuiſionē q̄titatiuā ſubiecti. Iſta opinio ponit ꝙ in intenſione ꝯtinue eſt alia ⁊ alia q̄litas ſimplex: ⁊ indiuiſibilis: excepta diuiſione: que eſt ſm̄ ptes q̄titatiuas ſubiecti. De prima opinione videbitur in pñti q̄ſtiōe. de ſcḋa in ſcḋa. ¶ Tunc ſit pma concluſio cōis vtriuſq; illarꝫ opinionū: ꝙ ſm̄ diuiſionē pmo mō dictam. ſ. ſm̄ q̄titatiuas ptes ſubiecti non acq̄ritur q̄litas tota ſimul: pꝫ: q̄a ex quo alterabile eſt diuiſibile ⁊ agēs alterās ſimulit̃: nō pōt ſic adinuicem applicari: q̄n ſm̄ aliq̄s partes eorum ſint propinquiores: et ſm̄ aliq̄s remotiores: ⁊ quum agens prius agit in ppinquū q̄ in remotū: ſequit̃ ꝙ prius agat in vnā ptē q̄titatiuā illi⁹: q̄ in aliā: ⁊ p ꝯñs illa q̄litas producit̃ ſucceſſiue q̄tum ad partes ſuas q̄titatiuas: ⁊ nō tota ſimul. ¶ De diuiſiōe aūt ei⁹ in ptes ḡduales illa opinio q̄ concedit hmōi diuiſionē eſt bipertita: quarꝫ vna ponit duas concluſiones ad q̄ſitū. ¶ Prima ꝯcluſio. ꝙ q̄litas ſm̄ quam eſt alteratio acq̄rit̃ tota ſimul eſſentialiter. ¶ Secunda ꝯcluſio: ꝙ non acq̄rit̃ tota ſimul gradualiter. prima ꝯcluſio probatur: illa forma acq̄ritur tota ſimul eſſentialiter: que non habet partes eſſentiales: ſed ſic eſt de forma: ſm̄ quā eſt alteratio ſicut eſt caliditas vel frigiditas: albedo ⁊ nigredo. ergo ⁊c̃. maior nota: minor pbat̃: nam ptes eſſentiales dicunt̃ partes diuerſarū rationū: mō his oīb⁹ caret qualitas ſm̄ quā eſt alteratio. ¶ Secūdo. nam poſito ꝙ adhuc in eodē ſubiecto eſſent diuerſe partes eſſentiales eiuſdē forme adhuc nulla earꝫ generaret̃: nec corrūpet̃ ante aliā: ſed tote ſimul. ergo adhuc quo ad illas qualitas ſm̄ quā eſt alteratio acquireretur tota ſimul: antecedēs patet ex quo nō eſſet maior ratio: q̄re vna corrūperet̃ prius: vel gñaret̃: ⁊ alia poſterius q̄ ecōuerſo. Et confirmat̃: manet eadē eſſentialit̃ p totū motū: q: nomīa eſſentialia talium q̄litatū nō variant̃ p totum motū: vñ in medio acq̄ſitionis ita bene eſt albedo vel caliditas: ſicut in pꝛīcipio vel in fine. ⁊ ꝙ oporteret talem qualitatem manere eādē aliquo mō p totum: pꝫ ex eo ꝙ ad vnitatem motus requirit̃ ꝙ ſit ſm̄ eādē diſpoſitionem: ſicut pꝫ q̄nto huius. ¶ Secunda concluſio pbat̃: nā in acq̄ſitiōe alicuius talis qualitatis acquirit̃ gradualiter: ſed hoc non eſſet ſi illa tota forma ſimul acquireret̃ gradualit̃: aſſumptum pꝫ ex eo ꝙ in fine calefactionis: vel dealbationis ſubiectū dicit̃ magis calidū: vel magis albū q̄ in medio: ⁊ in medio magis q̄ in principio. ¶ Secundo. nam in alteratiōe aliq̄d prius acquiritur: ſed non aliquid aliud eſſentialiter: ergo aliquid aliud accidētalit̃. ergo aliq̄d aliud gradualit̃. maior eſt nota: ⁊ minor erat prima ꝯcluſio. ¶ Alia eſt opinio q̄ etiam ponit q̄litatē ſm̄ quā eſt alteratio: eſſe diuiſibilē in ptes graduales: q̄ etiā ponit duas concluſiones ad queſitum: quarꝫ vna ꝯcordat cū opinione priori: ⁊ alia diſcrepat. ponit eñ ꝙ q̄litas ſm̄ quā eſt alteratio non acquiritur tota ſimul gradualiter: ſecūdo dicit ꝙ nec acq̄rit̃ tota ſimul eſſentialiter: probat̃ hoc: q: partes eſſentiales talis q̄litatis vocat ptes graduales eiuſdē ex eo ꝙ eſſentiā talis qualitatis ꝯſtituunt ⁊c̃.

Quantum ad ſecundum ſit iſta prima diſtinctio. ꝙ p partes eſſentiales poſſumus intelligere partes diuerſarꝫ rationū. ¶ Alio mō p partes eſſentiales poſſum⁹ itelligere partes q̄ eſſentiā alicuius ꝯſtituūt. Primo mō diſtiguunt̃ ꝯtra partes quātitatiuas partes vero eſſentiales ſecundo mō dicte: nō. ſm̄ iſtam diſtinctionē facilit̃ dicte opiniones ꝯcordant̃. nā prima itelligit de partibus eſſentialibus pmo mō dictis quum dicit q̄litatem ſm̄ quā eſt alteratio nō acq̄ri ſucceſſiue eſſentialit̃: ſꝫ totā ſimul. ſecunda vero capit partes eſſentiales ſecundo mō: ⁊ ſic vna earum non opponit̃ alteri ex eo ꝙ non accipiunt vniformiter eſſentiam vel partes eſſentiales.

Ad rationes principales. Ad primam dicit̃ ꝙ p dictum auctoris ꝯuincit̃: ꝙ quelibet forma ſm̄ quā eſt alteratio eſt indiuiſibilis p priuationem in partes eſſentiales primo mō dictas. ſ. partes diuerſarꝫ rationum: nihilominus q̄libet earum eſt diuiſibilis in partes q̄titatiuas: vel in partes graduales: vel ad diuiſionem ſubiecti in quo eſt.

Queſtio. XI.



Queritur vltimo: vtrū in intēſione alicuius qualitas que primo acq̄rit̃ maneat cum qualitate que poſtea acquirit̃ ⁊ arguitur ꝙ non: quia in motu locali mobile non manet in loco quē prius acquiſiuit quū eſt in loco quem poſtea acquiſiuit: ergo nec alterabile manet ſub qualitate que ſibi prius acquiſita eſt: quum eſt ſub qualitate que poſterius ſibi acq̄rit̃. antecedens pꝫ de ſe poſtq̄ non eſt poſſibile idem corpus ſimul eſſe in diuerſis locis. ꝯña tenet a ſimili.

In oppoſitum arguitur ſic. In augmētatione q̄titas p̄cedens manet cū ſequenti. ergo in intenſione. ꝯña tenet a ſimili. añs pꝫ de ſe: ſi eīn aliquod corpus tm̄ eſt pedale: ⁊ augetur ꝙ fiat bipedale quātitas pedalis precedens adhuc manet. ¶ In iſta queſtione ſunt due opiniones quarum vna tenet: ꝙ q̄libet qualitas eſt forma ſimplex: ⁊ indiuiſibilis diuiſione in partes graduales: lꝫ bñ ſit diuiſibilis ſm̄ partes q̄titatiuas ſubiecti: ⁊ iſta opinio ponit: ꝙ qualitas precedens nō manet cum ſequenti in intenſione. et hoc opꝫ iſtam opinionem ponere poſtq̄ ponit talem q̄litatem indiuiſibilē: vnde ſi p̄cedēs maneret cū ſequēte ſtatim compoſitum ex his duabus eſſet qualitas diuiſibilis

gradualiter. ¶ Ista opinio habet aliquas motiua p ses. Prima est: quia si in intensione qualitatis qualitas precedens maneret cum sequente: sequeretur q remanerent qualitates distincte in eadem parte subiecti: que nota est falsitas consequentis. probatur quadrupliciter. primo si qualitas precedens et qualitas sequens manerent distincte in eadem parte subiecti: sequeretur q qualitas esset diuisibilis non solum per accidens: sed etiam per se: sed hoc est contra Aristo. in isto quinto qui dicit qualitatem esse diuisibilem per accidens: et non per se: probatur consequentia: quia qualitas composita ex precedente et sequente esset diuisibilis per se in illas postquam manent distincte in eadem parte subiecti. ¶ Secundo. nam per Commentatorem primo huius omnis multitudo est rerum differentium secundum quantitatem vel secundum speciem: ergo si qualitas precedens: et qualitas sequens essent distincte in eodem subiecto et in eadem parte subiecti adequate: tunc vel essent distincte secundum quantitatem: et hoc non ex eo q sunt in eadem parte quantitatiua subiecti: nec etiam distinguuntur secundum speciem: quia in intensione caliditatis caliditas precedens est eiusdem speciei cum caliditate sequente. ¶ Tertio. nam quinto metaphysice dicitur vnum numero sunt quorum materia est vna: ergo cum in intensione qualitatis precedentis et sequentis sit eadem materia. s. idem subiectum: sequitur qualitatem precedentem et sequentem non distingui. ¶ Quarto. si qualitas precedens et sequens existerent in eadem parte subiecti: oporteret q distinguerentur secundum speciem: non hoc est falsum: probatur consequentia per Aristo. v. metaphysice specie differunt quecunque in eodem subiecto differentiam habent. ¶ Secundum motiuum pro ista opinione est si qualitas precedens maneret cum sequente sequeretur q aliquod corpus luminosum finite potentie posset producere lumen infinitum intensiue: consequens est falsum: falsitas patet ex eo q nullum agens potentie finite potest producere effectum infinitum: probatur consequentia: nam sit a. vnum corpus luminosum in virtute finitum quod illuminat b. punctum medium distantem per quantitatem bipedalem aliquo certo gradu luminis: deinde illud corpus luminosum moueatur versus b. punctum vsque ad medium distantie bipedalis in tempore c. cum ergo in tempore c. sint infinita instantia in quolibet a. corpus luminosum producit in b. puncto gradum luminis intensiorem quam prius habebat: sequitur si lumen precedens manet cum sequente q in fine temporis in b. puncto sunt infinita lumina quorum quodlibet est intensius aliquo lumine certo dato. s. lumine quod erat in principio: sed ex omnibus talibus constituitur lumen infinitum intensiue: quare si qualitas precedens maneat cum sequente tunc luminosum potentie posset producere lumen infinitum: quod erat probandum. ¶ Tertio. si qualitas precedens maneret cum sequente et esset sic diuisibilis diuisione graduali sequeretur q albedo esset perfectionis infinite: hoc est falsum: probatur consequentia: quia sit aliqua albedo a. et aliqua nigredo b. tunc sic b. nigredo est alicuius perfectionis: sed a. albedo est perfectior plusquam in duplo: et plusquam in triplo: et sic in infinitum: ergo a. albedo est perfectionis infinite: consequentia videtur esse nota de se: quia aliter non possumus probare aliquid esse perfectionis infinite: antecedens probatur: pro quo supponitur q impossibile est duo indiuidua diuersarum specierum esse eiusdem perfectionis essentialiter: cum ergo albedo et nigredo sint diuersarum specierum oportet vnum eorum esse perfectius alio: sit ergo albedo: si ergo albedo est diuisibilis diuisione graduali: tunc infiniti sunt gradus albedinis ordinati secundum proportionem duplam: quorum quilibet est perfectior b. nigredine: cum ergo a. albedo sit perfectior sua medietate in duplo: que quidem medietas est perfectior b. nigredine: sequitur a. albedinem esse perfectiorem in duplo b. nigredine: et cum a. albedo sit perfectior in quadruplo sua quarta sequitur a. albedinem esse perfectiorem in quadruplo vel plus b. nigredine et sic in infinitum: secundum partes proportionales albedinis a. ¶ Quarto. si qualitas precedens maneret cum sequente sequeretur q aliquod finite calidum in tempore finito posset producere calorem infinitum intensiue: hoc est inconueniens: probatur consequentia: nam sit a. aliquod calidum finitum quod in prima medietate alicuius temporis corrumpat medietatem frigiditatis summe: et inducat aliam medietatem caliditatis summe: cum ergo in secunda parte proportionali illius temporis resistentia ipsius a. sit in duplo minor: sequitur q in duplo velocius agere: et per consequens si secunda pars proportionalis temporis duraret quantum prima: tunc a. agens deberet introducere duplam caliditatem ad illam quam induxit in prima medietate temporis: cum ergo duret in duplo minus sequitur q agens in secunda parte proportionali illius temporis debet introducere precise tantam quantam induxit in prima: et cum in tertia parte proportionali eiusdem temporis resistentia est in quadruplo minor quam erat prima sequitur q in tertia parte iterum tantum debeat introducere: et cum tales partes temporis sint infinite in quarum qualibet induxit tantum sicut in alia: et cum precedens maneat cum sequente: sequitur q in fine temporis a. agens introduxit caliditatem infinitam. quod fuit probandum. ¶ Quinto sic. tunc intensio fieret ex additione gradus posterioris ad gradum priorem: sed hoc non: nam si sic tunc quero que illarum qualitatum intendatur: vtrum qualitas precedens: vel qualitas sequens: vel qualitas aggregata ex his. non potest dici q qualitas precedens propter hoc q ex additione prioris ad ipsam ipsa non fit intensior licet bene ex ipsa et qualitate addita resultet qualitas intensior: nec potest dici q qualitas sequens intendatur: propter hoc q qualitas sequens non prius erat remissior postquam prius non erat: et similiter nec qualitas aggregata ex precedente et sequente postquam etiam non prius erat remissior: ex eo q prius non erat. ¶ Sexto sic. sequeretur q in infinitum remissa caliditas staret simul in eadem parte subiecti cum caliditate summa: hoc videtur esse inconueniens: probatur consequentia: posito q aliquid incipiat calefieri a non gradu vsque ad gradum summum inclusiue: tunc antequam hoc habeat gradum summum habet gradum in duplo remissiorem: et in quadruplo remissiorem: et sic in infinitum: postquam incipit calefieri a non gradu. Si ergo precedens manet cum sequente sequitur q in infinitum remissus manet cum summo: quia in duplo remissior summo manet cum summo: et in quadruplo remissior: et sic in infinitum. ¶ Septimo. sequeretur q remissio fieret per ablationem gradus a gradu: sed hoc probatur falsum: posito q sit aliquod agens remittens aliquam qualitatem: tale agens equaliter applicatur omnibus partibus gradualibus illius qualitatis: ergo non est ratio quare potius vnam partem quam aliam debeat corrumpere: et per consequens omnes simul corrumpet vel nullam. ¶ Alia opinio est que ponit q in intensione qualitatis precedens manet cum sequente: et q qualibet qualitas est diuisibilis gradualiter: et q intensio fit per additionem gradus posterioris ad preexistentem: et remissio per ablationem gradus a gradu. ¶ Ista opinio habet aliquas rationes: arguit de lumine experimentaliter: vnde si in aliqua domo est aliqua candela incensa: tunc in illa domo est aliquale lumen: et si secunda candela accenderetur fieret lumen intensius absque corruptione primi. ex quo videtur q in intensione precedens maneat cum sequente: et q ista duo lumina in ista domo ambo maneant: et maneant distincta. hoc patet ex eo q si aliquod corpus opacum sicut baculus vel aliquod huiusmodi obijciatur illis candelis: causabit duas vmbras: quod non esset nisi lumina illarum duarum candelarum in aere illius domus existentia essent distincta etc. ¶ Secundo. ad idem facit auctoritas Aristo. in secundo de generatione dicentis q manet

eadē qualitas symbola i gñato q̄ fuit in corrupto. verbi grā. cum ex aere generat̄ ignis: eadē caliditas que prius erat i aere: postea manet in igne: cū nō si in intēsione continue esset totaliter alia et alia qualitas sicut dicit prima opinio: tūc quā ex aere generaret̄ ignis: et caliditas continue intenderet̄: sequitur ꝙ continue esset alia et alia caliditas: et sic non maneret eadē qualitas symbola in generato: q̄ erat in corrupto. ¶ Tertio. si i intēsione et remissione cōtinue eēt totaliter alia et alia qualitas: sequeretur ꝙ summa caliditas corrumperet̄ subito. hoc videtur incōueniens: probatur ꝯña: quia si aliquod frigidum approximet̄ summe calido tūc illud remitteret caliditatem summe calidi: et ita cito ꝙ illud desinit esse summe calidū: caliditas summa est totalit̄ corrupta: et est totaliter alia caliditas generata: et cum illud subito desineret̄ summe calidum: sequit̄ ꝙ caliditas summa subito corrumpat̄: et sic caliditas summa non est maioris resistentie q̄ remissa. ¶ Quarto. si continue eēt alia et alia qualitas totaliter sequeret̄ ꝙ ois qualitas post aliquā alterationem eēt subito acq̄sita: ꝯñs est falsum: nam tunc ad nullam qualitatē eēt motus postq̄ omnis instātanee generaret̄. probatur ꝯña ex eo ꝙ post aliquā alterationē aliqua q̄litas est et continue ante erat totaliter alia et alia qualitas et nihil illius qualitatis q̄ est post alterationē prius acquirebatur: sequit̄ illam qualitatem tot̄ simul esse acquisitā. ¶ Quinto. seq̄retur ꝙ frigidissimum posset generare omnē caliditatē citra summā: hoc videt̄ incōueniens. probat̄ cōsequētia: q2 frigidum pōt remittere caliditatē summā: et si illa remissa est totaliter alia et alia qualitas: illa generata est a frigidissimo remittēte et a nullo alio. ¶ Sexto. seq̄retur ꝙ caliditas remissa posset generare caliditatē in duplo intēsiorem ipsa: vt si caliditas sicut duo remitteret caliditatē sicut quatuor: q2 remissa generaret caliditatē sicut q̄tuor: totaliter aliā a p̄cedēte s̄m illam opinionē. ¶ Respondet̄ ad primam rationē in principio q̄stionis positā et cū hoc ad rationes adductas p̄ alia opinione: vnde cum arguebat̄ sicut est in motu locali ita in motu alteratiōis: negatur hoc: et ratio negatiōis est: q2 idem mobile simul esse in pluribus locis non est possibile: et ideo in alteratione qualitas p̄us acq̄sita pōt manere in eodem subiecto cū qualitate secūdo acq̄sita: licet mobile motū localit̄ nō possit manere in loco p̄us acq̄sito quā est in loco secūdo acquisito. ¶ Tunc ad ratiōes prime opinionis: ad primā sl in intēsione ꝛc. seq̄ret̄ ꝙ remanerent qualitates distincte in eadē parte subiecti. concedo. et quando arguebatur: tūc qualitas esset diuisibilis nō solum per accidens sed etiā p̄ se: dico ꝙ verum est: et quando Aristo. dicit. v. huius ip̄am solū esse diuisibilem p̄ accidens: hoc intellexit de diuisione que debetur ei s̄m diuisionē quātitatiuā subiecti: cū hoc stat ꝙ sit p̄ se diuisibilis in partes graduales. ¶ Ad secūdam cōfirmationem omnis multitudo rerum differētiū s̄m quātitatē vel s̄m speciem est: dico ꝙ ibi Cōmē. accipit hoc vocabulū quantitas extense: put extendit se non solum ad extēsionē verū etiā ad intēsionē: vel put nō solum extēdit se ad quātitatē cōtinuam verū etiā ad quantitatē discretā: et ideo q̄litas precedēs et q̄litas sequēs existētes in eadē parte subiecti dicunt̄ differre s̄m quātitatē. i. intēsionē: vel s̄m quātitatē. i. s̄m maiorē vel minorē multitudinē graduū: vñ q̄litas sequēs est intēsior q̄ p̄cedēs et est pluriū graduū q̄ p̄cedēs. ¶ Ad tertiā ꝯfirmationē dicit metaphysice vnū numero sunt quorum materia est vna: dico ꝙ si ibi accipit̄ materia p̄ subiecto forme substātialis vel accidētalis: clarū est ꝙ propositio est falsa: nā albedo et dulcedo sunt i eadē materia: puta in lacte: et tamen non propter hoc sunt vnum numero. oportet ergo ꝙ auctoritas Aristo. intelligatur scilicet ꝙ p̄ materiam intelligatur illud p̄ quo supponunt termini: ita ꝙ de illis terminis significatiue acceptis verificat̄ vnum numero q̄ supponunt p̄ eadē re: isto mō dicimus ꝙ Marcus et Tullius sunt vnum numero: puta materia. i. significatū p̄ quo isti duo termini supponūt. s. Marcus Tullius est vnum: et ita intellexit Aristo. quīto metaphysice. ¶ Ad quartā. si qualitas precedēs ꝛc. oporteret ꝙ distinguerentur s̄m speciem: negat̄ consequētia: et cum dicebatur auctoritate Aristo. quīto metaphysice specie differunt q̄cūq̄ in eodem subiecto differētiā habēt: hoc debet intelligi sic: ꝙ illi termini differūt specie licet supponāt p̄ eadem re nō tamē idem appellāt: nec cōsignificāt: verbi gratia: isti termini linea superficies licet supponāt pro eadem re: tamen differunt specifice propter hoc ꝙ connotationes et consignificationes horū terminorū nō sunt eadē: et sic patet qualiter p̄dicte auctoritates Aristo. nō sunt ad propositum. ¶ Ad ratiōem secundam respōdet̄ ꝙ ip̄e supponit vnū falsum. supponit enim esse instantia indiuisibilia in tempore: mō hoc est falsum: vt videbit̄ sexto huius. ¶ Ad tertiam. sequeret̄ ꝙ albedo esset p̄fectiōis infinite: negat̄ consequētia: et quum probat̄: albedo est plusq̄ in duplo perfectior nigredine: et plusq̄ in triplo: et sic in infinitum: et cū hec nigredo sit alicuius p̄fectionis certe: ergo albedo est perfectiōis infinite: negatur ꝯña: sed si deberet valere oporteret addere ꝙ albedo et nigredo essent cōparabiles adinuicem: mō hoc est falsum: ex eo ꝙ albedo et nigredo sunt diuersarum specierū: vt patet septimo huius: talia nō sunt comparabilia adinuicem. vnde si p̄dicta ratio valeret probaretur ꝙ angulus rectilineus esset infinitus: quia est plusq̄ in duplo maior angulo contingentie: et plusq̄ in triplo: et sic in infinitum: vnde illa ratio deficit sicut ista precedens propter nō idētitatem specificam anguli rectilinei cū angulo cōtingētie. ¶ Ad quartā. sequit̄ ꝙ aliquod infinite calidum posset producere caliditatē infinitam intensiue: negat̄ cōsequētia. et quum arguebat̄: sit a. vnum finite calidum: placet mihi ꝙ in prima medietate corrumpat medietatem frigiditatis summe: et inducat medietatem caliditatis summe: admittatur. et quum vlterius dicebatur: cum in secunda parte proportionali temporis resistētia sit in duplo minor videtur ꝙ in secūda parte proportionali temporis debeat introducere tātam caliditatē quātā in prima: negat̄ hoc: ratio huius est: quia a. calidū agit ratione contrarietatis: cū ergo in secunda parte proportionali tēporis non sit tāta contrarietas a. calidi ad passum: quāta erat in prima: sequit̄ ꝙ in secūda parte proportionali tēporis a. calidum nō introducit tantam caliditatē: quantam introduxit in prima: licet resistētia in duplo sit minor q̄ erat prius. ¶ Ad quintam quum dicebat̄ que qualitas intēdit̄ vel precedens ꝛc. Respōdetur ꝙ proprie loquēdo qualitas nō intenditur: sed subiectum fit intēsius calidum vel frigidum ex additiōe gradus posterioris ad priorē: verūtamē pōt concedi qualitatē itēdi ad istū intellectū ꝙ in itēsione totalis qualitas ex p̄cedēte et sequēte est intensior q̄ prius erat. ¶ Ad sextam sequit̄ ꝙ in infinitum ꝛc. hoc conceditur ꝙ si diceret̄: ergo summe calidū est in infinitum remisse calidum: negat̄ ꝯña. q2 licet in aliquo quanto bipedali sit infinita parua magnitudo: tamē hoc non denominat̄ in infinitum paruum: sed denominat̄ bipedale a maxima eius quantitate: ita etiā summe calidū licet in eo sit in infinitū remissus gradus caliditatis: tñ nō denominat̄ a gradu remissiori: sed intensiori. ¶ Ad septimam

conceditur sequela: et casu admisso negatur consequentia: gradus posterius introductus citius corrumpitur q̄ gradus prius introductus: propter hoc q̄ habet esse magis fixum in materia et maiorem inherentiam ad materiam: quia etiam diutius fuit in materia: ipsa cum maiore appetitu retinet et conseruat quantum potest. Sed si ponatur q̄ omnes simul introducantur in subiecto. Dicitur hoc esset miraculose: et ideo consequenter concedi potest q̄ tali miraculo presupposito omnes simul corrumperet agens contrarium applicatum. Sic ergo scḋm opinionem que ponit intensionem qualitatis scḋm appositionem graduum fieri: solute sunt rationes contra eam quas opinio opposita habet pro se. Et scḋm aliam opinionem que ponit intensionem fieri per recessum a non gradu et accessum ad summum: et que ponit etiam in intensione et remissione continue esse aliā qualitatem totalem: soluende sunt rationes adducte pro illa opinione. ¶ Ad primam quum arguebatur de duobus corporibus luminosis ista ratio supponit q̄ si aliquod corpus luminosum producit aliquod lumen manet per tempus: modo hoc est falsum: quia continue emanat aliud et aliud lumen. quia dicit si aliqua candela sit incensa in aliqua domo: tunc si adueniat secunda: lumen actum a prima cum lumine secunde facit lumen intensius: sed quia hoc non euadit difficultatem rationis: quia posito q̄ due candele incense simul portentur ad aliquam domum aer in illa domo intensius illuminatur q̄ si vna illarum sola portaretur: hoc non esset nisi intensio fieret per additionem luminis ad lumen. ideo dicendum est q̄ in tali casu generatur vnum lumen distinctum totaliter a quolibet luminum illarum duarum candelarum absq̄ hoc q̄ lumina illarum duarum candelarum coextendantur. quod tamen oporteret si intensio luminis fieret sic per appositionem luminum: sicut opinio opposita imaginatur. Et quando arguebatur: si ponatur ibi aliquod corpus opacum facit duas vmbras: dico q̄ hoc non est propter distinctionem luminum: sed propter distinctionem corporum lucidorum: verum est tamen q̄ illud est contra Joannem de Pisano qui in perspectiua sua dicit lumina diuersorum lucidorum transire idem medium impermixte. ¶ Ad secundam. ista opinio concederet q̄ non maneret eadem qualitas symbola in generato que fuit in corrupto. ¶ Ad tertiam. sequeretur q̄ caliditas summa corrumperetur subito: hoc concederet ista opinio ad istum intellectum q̄ nunc est et immediate post hoc non erit: nec hoc repugnat nec est inconueniens q̄ aliquid subito desinat esse albissimum vel consimile ad intellectum predictum. ¶ Ad quartam. quelibet qualitas esset subito acquisita. hoc concederet ista opinio: sed quum dicitur ad qualitatem esse motum: hoc intelligitur q̄ in motu qui dicitur esse ad qualitatem continue quod acquiritur est qualitas licet alia a precedente sicut in motu locali est de loco. ¶ Ad quintam ipsa concederet q̄ frigidissimum potest generare caliditatem ꝑ corruptionem caliditatis intensioris: licet hoc esset falsum per corruptionem caliditatis remissioris: et sic finis est. etc.

¶ Explicit liber quintus magistri Alberti de Saxonia.

¶ Questiones in Sextum librum Physicorum magistri Alberti de Saxonia.

Questio Prima.



SExtus liber in ordine de indiuisibilibus et eorum motibus tractans: hanc ꝓponit difficultatem: vtrum continuum sit compositum ex indiuisibilibus: verbi gratia: sicut linea ex punctis: tempus ex instantibus: motus ex mutatis esse. Et arguitur primo q̄ sic: sicut se habent vnitates in numero: ita se habent puncta in linea: sed vnitates que ponuntur indiuisibiles componunt numerum ex eo q̄ numerus est multitudo ex vnitatibus aggregata: ergo etiam puncta componunt lineam: et instantia tempus: et mutata motum. ¶ Secundo, celum est quoddam continuum: et capitur celum ꝓ vno orbe: et est compositum ex indiuisibilibus. ergo consequentia tenet: et antecedens probatur ex eo q̄ quelibet pars celi est indiuisibilis cum nulla ab alia sit diuisibilis et separabilis. ¶ Tertio. auctoritate Aristo. primo posteriorum. substantia linee est ex his. s. ex punctis et ꝑ consequens linea est composita ex punctis. ¶ Quarto. primo de generatione dicitur vbiq̄ in linea est punctus: sed hoc non esset nisi puncta essent in linea: et sic linea componitur ex illis. ¶ Quinto, capiatur aliqua caro in homine continua: illa componitur ex indiuisibilibus: probatur: quia componitur ex materia: et anima intellectiua. quorum quodlibet est indiuisibile. de anima intellectiua patet de se. postq̄ tota in toto et tota in qualibet parte hominis quod non posset sibi competere nisi esset indiuisibilis. Q̄ autem materia sit indiuisibilis probatur: quia nec est quanta nec qualis ꝑ Aristo. vij. metaphysice. quare etc.

In oppositum determinat Aristote. in isto sexto vbi ꝓbat q̄ continuum non componitur ex indiuisibilibus. ¶ In ista questione primo ponam vnam distinctionem de indiuisibili. ¶ Secundo ponam vnicam conclusionem responsalem ad quesitum.

Quantum ad primum: sit ista distinctio: q̄ vno modo aliquid dicitur indiuisibile: quia licet sit extensum: tamen partes eius non sunt separabiles abinuicem ꝑ realem diuisionem licet bene ꝑ animi signationem. isto modo celum potest dici indiuisibile: et est etiam infrangibile. et isto modo indiuisibile non capitur in ꝓposito. ¶ Alio modo capitur indiuisibile quod licet habeat partem vel partes: tamen ꝓpter eius paruitatem non sunt abinuicem separabiles: et talia indiuisibilia posuit Democritus que vocauit corpora athomalia: et ex ipsis componi generabilia et corruptibilia: contra que indiuisibilia Aristo. arguit primo de generatione: nec ita capitur indiuisibile in ꝓposito. ¶ Tertio dicitur indiuisibile simpliciter quod nec habet partes nec aliquam extensionem: et tale potest adhuc imaginari: vel quod non sit in continuo: et si sit in continuo: tunc est totum in toto: et totum in qualibet parte illius continui: quomodo dicimus animam intellectiuam esse indiuisibilem. ¶ Alio modo indiuisibile simpliciter non habens partem: nec aliquam extensionem: existens tamen in continuo absq̄ hoc q̄ sit totum in toto et totum in qualibet parte illius continui: et tale potest imaginari in linea: sicut punctus: vel in tempore sicut instans: vel in motu: sicut mutatum. et taliter est capiendum indiuisibile in proposito. ¶ Alia distinctio. q̄ questio potest intelligi

vtrū ɔtinuū sit ɔpositū ex talibus indiuisibilibus finitis: vel ex talibus infinitis.

Quantum ad secundum sit ista conclusio: nullū ɔtinuū ɔponit ex indiuisibilib' finitis in numero. Istā ɔclusionē primo volo ꝓbare rōnib' tangētib' materiā idiuisibiliū in cōtinuo: q̄ cōtinuū cōponat ex ipsis. ¶ Scđo arguā ad eā quantū est ex parte motus. ¶ Tertio quātū tāgit sitū ipsoꝝ. ¶ Quarto quātū tāgit esse vel nō esse ipsoꝝ. ¶ Quātū ad primū arguā sic. si ɔtinuū esset ɔpositū ex indiuisibilib' finitis: sequeret q̄ q̄libet linea cuilibet linee esset cōmensurabilis: ɔñs est falsū: nā diameter quadrati nō est cōmēsurabilis coste eiusdē cuius est illa diameter: vñ sicut demōstratū est ī geometria: diameter alicuius quadrati se habet in ꝓportiōe irrationali ad suā costā: ꝓbat ɔñtia: ꝓ quo supponit ex arithmetica omnē numerū omni numero esse cōmēsurabilē: mō si linea cōponeret ex punctis finitis in numero: et cū eadē esset ꝓportio linearū qualis est ꝓportio numeroꝝ idiuisibiliū ex quibus ille linee ɔponunt: sequit q̄libet lineā cuilibet linee esse ɔmēsurabilē. ¶ Scđo dato opposito ɔclusionis: sequeret vel q̄ nō quelibet linea esset diuisibilis in duo equalia: vel q̄ indiuisibile esset diuisibile: q̄ ōīm istoꝝ est falsum: primū est contra geometras: q̄ ei vna ꝓpositio in geometria: datā lineā ꝑ equale secare: secūdū īplicat ɔtradictionē: ꝓbat ɔña de linea cōposita ex idiuisibilibus imparib'. ¶ Tertio seq̄ret q̄ tot eēnt indiuisibilia in linea parua quot eēnt in linea magna: ꝓbat ɔñtia: nā describat vn' triangul' cuius basis ɔponat ex sex indiuisibilibus. deinde scribat vna linea breuior basi eq̄ distās a basi: que quidē breuior sit versus conum: et intercepta inter later illi' trianguli: tūc ꝓbo q̄ in illa linea parua sunt tot indiuisibilia: q̄t in basi: nā a quolibꝫ sex indiuisibiliū existētiū in basi potest trahi linea ad conū illi' trianguli secās illā lineā breuiorē q̄ nō ɔcurrit cū alijs: nisi primo in cono illius triāguli: q̄d nō eēt nisi in illa linea breuiori eque distāti basi: que secatur illis sex lineis sic ɔtractis: eēnt sex idiuisibilia sicut in basi. ¶ Quarto: dato opposito cōclusionis sequeret q̄ in circūferētia circuli parui eēnt tot indiuisibilia sicut in circumferentia magni circuli: ꝛ sic vna eorū eēt tāta quāta alia: ɔñs est falsū: ꝓbat ɔñtia: nā sit aliquis circulus magnus cuius circūferētia sit cōposita ex decē indiuisibilibus: deinde illi circulo inscribatur circul' paruus: tūc ex quo oēs linee ɔtracte ab illis decē indiuisibilibus: q̄ sunt in circūferētia maioris circuli versus cētrū eiusdē circuli nō concurrūt nisi in cētro eiusdē circuli: ꝛ cū ille linee secant circūferētiā minoris circuli: ꝛ nō ɔcurrūt in ea: sequitur tot esse indiuisibilia puta decē: in alia circūferētia parua: quot sunt ī circūferētia magna. ¶ Quīto dato opposito cōclusionis seq̄ret q̄ esset dare minimū circulū: ɔñs est falsum: ɔñtia faciliter deduci pōt. ¶ Deīde arguit ad ɔclusionē: quātū est ex parte motus: ꝛ supponitur primo q̄ ɔtinue deꝫ sol moueri. vel aliquod aliud corpus luminosum: tunc vmbra mouetur. sed tardius: que quidē causatur ex opaco obiecto luminoso: tunc sic ex quo ita continue mouetur vmbra licet tardius multo: sicut corp' luminosū: ponat ergo q̄ corp' luminosum moueatur solum per indiuisibile: tunc ex supposito vmbra non mouetur ꝑ minus aut equale: ꝛ si ꝑ minus sequitur q̄ est dare minus indiuisibili quod implicat. ¶ Secundo sequeretur q̄ esset aliquis motus quo non posset dari in duplo tardior: ɔñs falsū: ꝓbat ɔñtia: nam posito q̄ aliquod mobile in aliquo tempore pertranseat precise tria indiuisibilia: tūc si aliquod mobile posset moueri in duplo tardius illo: oporteret q̄ in eodē tēpore pertransiret subduplū p̄cise: mō hoc est impossibile: nā tunc oporteret q̄ ꝑtransiret vnū indiuisibile cū medio: ꝛ sic indiuisibile esset diuisibile: q̄d implicat. ¶ Tertio sequitur q̄ nullum corpus posset rarefieri vel condensari: nisi poneretur vacuum: consequens est falsum: ꝛ ꝓbat ɔñtia: nā sit aliquod corp' cōpositū ex decē idiuisibilib' ꝛ ɔdensetur illud: tūc indiuisibilia adhuc sunt ita magna sicut prius: et ꝑ ɔñs ex q̄ prius occupauerūt spatiū mai' q̄ occupēt mō ɔdēsatione facta: sequit q̄ p' steterat stercipiebat vacuū. Deinde arguit ad ɔclusionē: quātū tāgit sitū indiuisibiliū in ɔtinuo: si ɔtinuū eēt ɔpositū ex ipsis. nā si linea eēt ɔposita ex pūctꝭ idiuisibilib' vel illa haberēt se ī linea ɔtinue vel ɔtigue vel ɔñter: nō pōt dici q̄ ɔtinue: ex eo q̄ ꝑ diffinitionē ɔtinuoꝝ cōtinua dicunt quoꝝ vltima sunt vnū: mō idiuisibilia nō hñt vltima: sic etiā idiuisibilia haberēt prima: ꝛ sic indiuisibile eēt diuisibile in primū ꝛ vltimū q̄d implicat: nec etiā habēt se ɔtigue: nā cōtigua dicunt: quoꝝ vltima sunt simul: mō q̄i indiuisibilia non habent vltima sicut iam ꝓbatū est: sequitur q̄ non possunt esse ɔtigua: nec etiam habēt se ɔsequēter: nā dentur duob' pūctis. s. a b. q̄ sunt de numero punctorū cōponētiū aliquā lineā cōtinuā ꝑ aduersariū: tūc si a. b. pūcta hñt se ɔñter ꝛ cōponūt lineā continuā vna cū alijs: oportet q̄ inter a. b. puncta intercipiatur linea media: ꝛ cū ꝑ aduersariū illa etiā ɔponat ex pūctis: sequit q̄ a. b. pūcta nō se hñt ɔñter: ex eo q̄ ɔñter se habere dicūtur ea: inter que non cadit mediū eiusdē rōnis: ꝛ sm̄ q̄ argutū est de a. b. punctis ita conformiter potest argui de quibuscunq̄ duobus punctis alijs. ¶ Secundo ex indiuisibilibus sibi inuicē appositis nō resultat mai'. ergo ɔtinuū nō est ɔpositum ex indiuisibilibus: ɔñtia est nota de se: ꝛ añs ꝓbatur: nā quū indiuisibile apponitur indiuisibili ad ɔstitutionē cōtinui: vel tangūt se mutuo sm̄ se totā: vel solū sm̄ eorū partes: nō pōt dici secundū: si autē dicatur primum tunc oportet ea esse omnino in eodē situ: ꝛ si sic tūc vnū cū vno nō occupat maiorē locū q̄ vnum solū: nec vnū cum duobus: nec vnum cum tribus: ꝛ sic in infinitum: et per consequens non tot quin plura possunt apponi absq̄ hoc q̄ faciant aliquam extensionem ꝛ magnitudinem: vnde recte esset de punctis si tangerent se secūdū se tota: sicut esset de duobus corporibus tangentibus se secundū se tota: vnde si essent duo corpora tangentia se scđm se tota: non ambo occuparent locum maiorem: q̄ faceret vnum solū: sicut patꝫ de materia ꝛ forma substantiali equi: vel asini. ¶ Deinde arguitur ad conclusionem quantum tangit esse vel non esse idiuisibilium: ꝛ hoc sic: que non sunt in rerum natura ex illis nō componitur aliquid: sed indiuisibilia sicut predicta instantia non sunt in rerum natura: ergo ꝛc. maior est nota: minor probatur de punctis: nam si in cōtinuo esset aliqua talis res indiuisibilis sicut est punct' vel ergo illa res esset substantia vel accidens: nullum istorū potest dici. nō substantia: quia vel materia vel forma vel compositum ex his. non potest dici q̄ sit materia: quia tunc materia esset corruptibilis quod esset contra philosophiam: probatur consequentia in diuisione continui puta linee super alio puncto: nec potest dici q̄ punctus sit forma substantialis inherens materie: nam tunc oportet assignare sibi pro subiecto vnā materiā indiuisibilē: ꝛ tūc etiā de illa argueret q̄ eēt corruptibilis sicut argutū est: nec pōt dici q̄ sit substātia cōposita: ergo ꝛc. Si aūt dicat q̄ sit accidēs: cū accidens sit in subiecto sibi adeq̄to: oportꝫ illi pūcto assignare vnū subiectū indiuisibile q̄d eēt materia prima: vel forma

vel substantia cōposita: sed nullū modū est indiuisibile ¶ Scdo. nā si ponerent talia indiuisibilia in cōtinuo sicut pūcta: tūc in sphera solida ꝛ oīno ɔtinua ī medio ei⁹ poneret̄ tale indiuisibile: qđ solet vocari cētrū: sed ꝓbat̄ ꝙ nō: nā ponam⁹ ꝙ aliqua sphera solida ꝛ oīno ɔtinua moueat̄ circulariter: tūc q̄rit̄ vtrū illud indiuisibile in medio qđ vocas punctū: moueat̄ vel nō. Si dicis ꝙ mouet̄: ɔtra: cōtinue manet in eodē situ: nec mutat aliū sitū ſm se totū: nec ſm eius ptes: ꝗ nō mouetur. Si aūt dicis ꝙ ille pūct⁹ quiescat: tūc si ponit̄ accidēs tūc oporteret subiectū ei⁹ quiescere: ꝛ cū ei⁹ subiectū ponat̄ ps sphere mote sequit̄ spherā motā nō esse continuā: qđ est ɔ casum: ɔña tenet ex eo ꝙ cuiuslibꝫ cōtinui solidi vna ps non mouet̄ nisi alia ps moueat̄ ꝛc. Diceres tu ex quo tu negas talia indiuisibilia: quō ergo intelligēde sunt tales ꝓpositiōes: sphericū tangit planū in puncto: linea est lōgitudo cui⁹ extrema sunt duo pūcta. Circulus est in cui⁹ medio est pūct⁹ a quo oēs linee ꝛc. ¶ Pro q̄ est notandū ꝙ hoc nomē pūct⁹ est nomē priuatiuū significans carētiā diuisibilitatis nō simpliciter: sed cū distributione facta p hoc nomen totū qđ distribuit ptes quātitatiuas: ꝛ ſm hoc: hoc nomē pūctus equiualet huic orationi magnitudo ꝛ non tota magnitudo: prout ly totū distributiue tenetur: ꝛ tō q̄ñq̨ de ista orōne magnitudo: ꝛ non tota magnitudo est v̄ificabile hoc nomē pūctus: et ideo ex quo magnitudo est terminus alicuius magnitudinis: ꝛ tamē nulla tota: hoc est nulla ſm quālibet eius partē: ita dicimus punctū esse terminū magnitudinis: ꝛ sic vnū tēpus esse terminū alterius temporis: ꝛ nullū totū: ita etiā dicimus instans esse terminū temporis: ꝛ similit̄ dicimus de momento respectu motus: et sicut ē dictū de pūcto ita proportionaliter dicatur de linea ꝛ de superficie. Et ſꝫ hoc p̄dicte ꝓpositiones sunt intelligende: prima quū dicit sphericū tangit planū in pūcto. i. secundū aliquā magnitudinē: sed secundū nullā totā: tangit quacunq̨ eīn magnitudine data secundū quā tangit: est dare aliquā partē eius ſm quā non tangit: ꝛ ideo quia tangit ſm aliquā eius partē: ꝛ secūdū aliquā eius non: ꝛ sic in infinitum: et non est dare ita modicā quin minorē: nos dicimus sphericū tangere planū in puncto. ¶ Ad secundā: linea est longitudo cui⁹ extremitates sunt duo puncta. i. due magnitudines: quarū nulla secundū se totā exterminat lineā. ¶ De tertia quā dicitur circulus est ꝛc. i. in cuius medio est aliqua magnitudo a cuius cōuexo omnes linee ducte ꝛc. ꝛ non est dare in circulo ita paruā quin sit dare ad huc minorē a cuius conuexo oēs linee ducte ad circūferentiā sunt equales. ꝓportionaliter exponant̄ oēs alie propositiones consimiles.

Ad rationes principales. Ad primā numerus componitur ex vnitatibus q̄ sunt indiuisibiles: ergo ꝛ linea cōponitur ex punctis: negatur ɔña quia ad cōstitutionē numeri nō oportet fieri extēsionem sicut ad cōstitutionē continui. vel intelligētie simplr indiuisibiles pñt numerari. ¶ Ad secundā de diuisione celi dictū est: licet non sit diuisibile p separationē ptis a parte: tamē est diuisibile per signationē partis a pte nec etiā sibi repugnat diuisio ratione qua ɔtinuū: licꝫ bene sibi repugnet rōne qua tale ɔtinuū. ¶ Ad tertiā dico ꝙ Aristo. ē ibi locut⁹ exēplariter. ¶ Ad quartā vbiq̨ in linea est pūct⁹: exponatur sic. i. non ita modica pars q̄n minor: vel sic: vbiq̨ in linea ꝛc. i. vbiq̨ partes linee protense sunt adinuicem vna vsq̨ ad aliam sine medio intercepta. ¶ Adiquitā pōt dici ꝙ q̄stio intelligit̄ de ptib⁹ integralib⁹ ꝛ nō ēentialib⁹ ꝛc. ita ꝫ ſm

est ꝙ materia sit indiuisibilis. et quā dicebatur nō est quāta: nego: immo est quāta ꝛ extēsa. ꝛ cū dicebat̄ per Aristo. nec est quid: nec quale: nec quantū: hoc intelligitur: quātū est ex parte sui: nō determinat sibi aliquā certam: ꝛ determinatā formā seu quantitatē: sed est indifferens: ꝛ per formam quā recipit ad talem vel ad talem quātitatem determinaretur ꝛc.

Questio. II.



Queritur secūdo vtrū ɔtinuū sit diuisibile ī semꝑ diuisibilia: ꝛ arguit̄ ꝙ nō: nā ɔtinuū est diuisibile ī duas medietates sꝫ due medietates nō sunt semꝑ diuisibiles: nā due medietates sunt corruptibiles: sed quando sunt corrupte non amplius sunt diuisibiles: ergo due medietates non semper sunt diuisibiles. ¶ Secundo si continuum esset diuisibile in semper diuisibilia: ponatur ꝗ ꝙ continuum sit diuisum in omnia in que potest diuidi: tunc vel eius partes sunt diuisibiles vel indiuisibiles: si diuisibiles sequitur ꝙ continuum non diuisum in omnia in que potest diuidi quod est contra casum: si indiuisibiles sequit̄ cōtinuū nō fuisse diuisibile in semꝑ diuisibilia. ¶ Tertio capiatur aliquod vas vitreū vniforme p totū: plenū aqua ꝛ claudatur ꝙ non possit subingredi aer: ꝛ exponatur frigiditati ꝙ aqua in ipso ɔgeletur: et cōdensetur: qua cōgelatione facta: illa aqua occupat minorem locū q̄ prius occupauerat: ꝛ cū nō possit aer subingredi ad replendū: sequitur ꝙ vel ibi sit vacuū vel vitrū frāgeret̄ nō relinquitur ibi vacuū propter hoc ꝙ natura mirabiliter abhorret vacuū: ergo illud vas frangetur ꝛ cū positū sit esse p totū vniforme sequit̄ ꝙ nō magis frāget̄ sup vna pte q̄ sup alia: ꝗ si frāgeret̄: frāgeret̄ sup quālibet partē: qua fractione facta: querit̄ vtrū relinquantur partes diuisibiles vel indiuisibiles. si dicatur ꝙ indiuisibiles: tūc tale ɔtinuū nō erat indiuisibile ī semper diuisibilia. Si autem diuisibiles: tale vitrum non est fractum secundū quālibet eius partē. ¶ Quarto nā capiatur aliqua portio vitrea circulāis: ꝛ supponatur alicui multū graui: sicut turri: ꝛ ponatur sup aliqđ planū. hī curuū: tūc si nō q̄lꝫ illarū partiū diuidet̄ sequit̄ ꝙ aliqua illaꝝ tenebit illā turrim sursum: ꝛ nō tanget planū inferi⁹ qđ videt̄ incōueniēs. ¶ Quinto nā sit aliqua portio ignis vbi est cētrū terre: tūc certū est ꝙ illa non quiescet ibi cū sit extra locū naturalem ergo mouebit̄ sursum: ꝛ cū nō sit maior rō q̄re poti⁹ mouebit̄ v̄sus vnū pūctū q̄ v̄sus aliū: sequit̄ ꝙ ptes ei⁹ diuidunt̄ abinuicē ꝛ vna mouebit̄ v̄sus vnū pūctū celi: ꝛ alia v̄sus aliū: ꝛ cū infinita sūt puncta concaui orbis celi: sequit̄ ꝙ hoc diuidet̄ ī infinitas partes: ꝛ nō ampli⁹ videt̄ posse diuidi: ꝛ sic nō erit diuisibile in semꝑ diuisibilia. ¶ Sexto capiat̄ aliqua terra pura post q̄ partes illi⁹ terre nullā habēt tenacitatē tenentē adinuicē: ꝓpter hoc ꝙ tenacitas ꝛ tenētia partiū adinuicē causat̄ ex humiditate: q̄ caret ēra pura: sequit̄ quālꝫ partē terre cadere ꝛ separari ab alia. qua separatione facta q̄rit̄ vtrū aliqua illarum partiū sit diuisibilis vel indiuisibilis. si indiuisibilis ɔtinuū nō erat diuisibile in semper diuisibilia: si diuisibilis non quelibet pars cecidit ab alia: quod est contra casum.

Oppositum vult Aristoteles in isto sexto. ¶ In ista questione primo videndum est de questis. secundo videndum est an continuum sit compositū ex indiuisibilib⁹ infinitis post q̄ visum est nō ex finitis


Quantum ad primum sciendum est ꝙ in proposito non intelligimus de diuisione que fit per localem separationem partium ab inuicem: sed de diuisione que fit per signationem unius partium extra inuicem. Tunc sit prima conclusio. Quodlibet continuum est diuisibile in partes quarum quelibet est ulterius diuisibilis: probatur: unumquodque est diuisibile in ea ex quibus componitur: sed quodlibet continuum componitur ex partibus diuisibilibus: ergo: maior est nota. minor patet ex eo ꝙ continuum non componitur ex indiuisibilibus saltem finitis in numero: ut ostensum est in alia questione: et ideo oportet quamlibet partem aliquotam continui esse diuisibilem. ¶ Et confirmatur minor: pro quo supponitur ꝙ cuiuslibet totius ad suam partem est proportio finita. Secundo ꝙ diuisibilis ad indiuisibile nulla est proportio finita. Ex his duobus suppositis cum quodlibet continuum sit quoddam totum diuisibile sequitur ꝙ ipsius ad quamlibet sui partem integralem est proportio finita: et per consequens eius quelibet pars integralis ex qua componitur est diuisibilis postquam diuisibilis ad indiuisibile nulla est proportio &c. ¶ Secunda conclusio: posito per imaginationem ꝙ in infinitas partes continuum esset diuisum adhuc infinite remanerent partes indiuise: et adhuc diuisibiles: patet hoc est per imaginationem in prima parte proportionali alicuius hore aliquod continuum diuidatur in duas medietates scilicet a. et b. et in secunda parte proportionali eiusdem hore a. non diuidatur: sed b. in duas medietates scilicet c. et d. et in tertia parte proportionali c. non diuidatur: sed d. et sic in infinitum: in fine hore continuum esset diuisum in infinitas partes: et adhuc essent infinite non diuise: sed diuisibiles: scilicet a. c. e. &c.

¶ Tertia conclusio. non est possibile continuum esse diuisum tantum quantum potest diuidi: probatur: ex quo est compositum ex semper diuisibilibus nunquam per aliquam diuisionem deuenietur ad aliquas partes: quin ulterius sint diuisibiles. ¶ Secundo si esset possibile continuum esse diuisum tantum quantum potest diuidi: tunc sequeretur tali diuisione facta vel remanerent diuisibilia vel indiuisibilia. Si remanerent diuisibilia sequitur non esse continuum tantum diuisum quantum potest diuidi. Si remanerent indiuisibilia sequitur ꝙ ex illis illud continuum diuisum erat compositum: quod est contra dicta in precedenti questione.

Quantum ad secundum sciendum est ꝙ rationes Aristot. et rationes que facte sunt preter illam qua probatur non esse talia indiuisibilia: non sufficienter probant continuum non esse compositum ex indiuisibilibus infinitis: unde si quis vellet ponere continuum esse compositum ex indiuisibilibus infinitis bene concederet ꝙ indiuisibile additum indiuisibili non faceret maius: et similiter quotquot indiuisibilia ponuntur finita non facerent extensionem: similiter qui sic vellet ponere diceret ꝙ indiuisibilia ut puncta in linea: nec se haberent consequenter nec contigue nec continue: sed inter quecumque essent infinita media: et quamuis continuum componeretur ex punctis: tamen non oportet esse proportionem finitam totius ad suam partem scilicet punctum: quia non oportet esse proportionem finitam totius ad suam partem non aliquotam: sed bene ad suam partem aliquotam: modo cum continuum componeretur ex indiuisibilibus infinitis: nullum indiuisibile esset pars aliquota continui. Et posset imaginari in simili: unum tempus infinitum componitur ex diebus infinitis ad quarum tamen nullam habet proportionem finitam sed ad quamlibet earum se haberet recte: sicut diuisibile ad indiuisibile: sed in hoc est differentia in isto: et in nostro proposito ꝙ illi dies habent se continue vel contigue vel consequenter in tempore infinito: sed sic non est de indiuisibilibus in continuo &c.

Ad rationes principales. Ad primam dico ꝙ non intelligendum est ꝙ continuum sit diuisibile in semper diuisibilia id est perpetue diuisibilia sed in semper id est que non tantum possunt diuidi quin partes eorum sint diuisibiles. ¶ Ad secundam si continuum est diuisibile in semper diuisibilia ponatur ꝙ sit diuisum in omnia in que posset diuidi: dico ꝙ positio non debet admitti: ex quo est impossibilis ut dicit commentator. ¶ Ad tertiam dico ꝙ si iam esset aliquod tale vas vitreum uniforme per totum: non esset possibile propter motum celi et actiones diuersas eius in illis inferioribus illud vas manere sic uniforme per tempus: et secundum hoc soluitur ratio: et statim cum illud vas est difforme ratio est quare magis frangitur secundum unam partem quam secundum aliam. Sed si illud vas maneret uniforme tunc potest dici ꝙ aqua interius non congelaret: et nec illud vas frangeretur: quamuis aqua in alio vase et multo fortiori difformi bene congelaretur: et illud vas frangeretur. ¶ Ad quartam dico ꝙ quando aliqua portio vitrea circularis erigeretur super aliquo plano sub turri nostre domine: sic ꝙ illud planum esset chorda illius portionis circularis: tunc illud vitrum frangeretur: sed non secundum quamlibet partem: et ulterius concedo non esse inconueniens ibi manere multas paruas partes circulares non fractas sustinentes illud graue ne fiat immediatum illi plano supposito illis portionibus vitreis circularibus. ¶ Ad quintam dico ꝙ si in centro terre esset aliqua portio ignis: dummodo medium eius esset medium mundi quiesceret in medio mundi naturaliter: quia quare flamma ascendit et mouetur ad spheram suam est: ut fiat pars alicuius: cuius medium est medium mundi: unde debetis scire ꝙ si celum esset graue non propter hoc descenderet postquam medium eius est medium mundi. Similiter si totalis terra non esset solida: sed esset interius concaua: sic tamen ꝙ medium eius esset medium mundi eque naturaliter quiesceret sicut modo: et ideo si esset aliquis ignis in medio mundi: cuius medium esset medium mundi non ascenderet: sed bene ibi quiesceret: sed si esset ex una parte centri tunc moueretur ad partem celi propinquiorem sibi. ¶ Ad ultimam potest dici ꝙ nullum est de facto continuum quod sit omnino sine humiditate et tenacitate partium adinuicem: vel aliter potest dici ꝙ si esset aliquod tale: tunc tale non esset continuum continuitate inquantum continuitas est idem ꝙ tenacitas: nihilominus hoc bene est continuum continuitate que est idem quod immediatio partium: quare &c. Rationes Zenonis solute sunt circa textum.

Quæstio.III.



Quæritur consequenter tertio utrum indiuisibile possit moueri: et arguitur ꝙ sic: intellectus est indiuisibilis: et tamen potest moueri motu alterationis, quia aliquando mouetur de vitiis ad virtutes: de una opinione ad aliam et ab obiecto extra monente ipsum

causante in eo speciem intelligibilem. ¶ Secundo ꝓbatur ꝙ indiuisibile possit moueri localiter: nam motis nobis mouentur oīa que in nobis sunt: ergo motis localiter nobis īellectus qui in nobis est mouetur localiter: similiter si puncta essent in continuo ipso moto localiter illa puncta mouerentur localiter. ¶ Tertio indiuisibile potest quiescere: ergo indiuisibile pōt moueri. ꝯsequentia tenet ex eo ꝙ quies et mot⁹ sunt priuatiue opposita que habent fieri circa idē3 successiue: antecedens patet: quia indiuisibile potest se habere similiter secundum prius et posterius: ergo indiuisibile potest quiescere: ꝯsequentia tenet per descriptionem quietis: antecedens patet de intellectu nostro.

¶ Quarto indiuisibile est in loco: ergo potest moueri localiter consequentia tenet de se: aīūs probatur: quia indiuisibile est in loco saltem diffinitiue: ergo ꝛc.

In oppositū est Aristoteles in isto sexto dicēs omne mobile per se est diuisibile. ¶ In ista questione primo distinguendum est de indiuisibili. Deinde respondendum est ad questionem

Quantum ad primum sciendum ꝙ indiuisibile capitur dupliciter. Uno modo habēs positionem in continuo: et non existens totum in toto: ꝛ totum in qualibet parte cōtinui: sicut solet imaginari de punctis in lineis. Secundo potest imaginari sine corpore indiuisibile non habens positionē in continuo s3 ꝙ sit totu3 in toto: ꝛ totum in qualibet parte: sicut intellectus humanus. Deinde supponendum est hic quid moueri per se: ꝛ quid moueri per accidens: vnde illud dicitur moueri per se: quod non mouetur ad motu3 alterius in quo est: ꝛ tamen mouetur. Moueri per accidens est quando aliquid mouetur ad motum alterius in quo est ꝛc.

Quantum ad secūdum sit ista prima conclusio. secundum Aristotelem indiuisibile nō pōt ꝑ se moueri localiter: ꝓbatur. nam omne quod ꝑ se mouetur localiter partim est in termino a quo: et partim in termino ad quem: sed indiuisibile nō potest esse partim in termino a quo et partim in termino ad quem: ergo indiuisibile non potest moueri per se localiter: minor est nota de se: ex eo ꝙ indiuisibile nō habet partes. Secūdo oīe quod mouetur localiter prius pertrāsit minus spatium ꝙ̄ sibi equale: patet: hoc: nam omne qḋ pertransit spatium sibi equale pertransit illud in tempore: ergo in parte illius temporis pertransit minus: si ergo indiuisibile mouetur localiter prius pertransit spatiū minus ꝙ̄ equale: qḋ implicat. Tertio sic. indiuisibile non potest moueri motu recto scilicet sursum vel deorsum: ꝛ hoc per se. probatur: nam posito ꝙ eēt aliquod indiuisibile sursum quod esset graue illud non caperet sub se medium alicuius latitudinis: et per consequens nihil sibi resisteret: ꝛ sic subito transiret illḋ medium: et per consequens non moueretur ex eo ꝙ nullus motus sit subito. hoc quantum ad motum locale3 ¶ Quantum ad motum alterationis primo sciendu3 est ꝙ duplices sunt qualitates: quedam sunt qualitates spirituales: et inextēse sicut sunt species intelligibiles in īellectu. quedam autem sunt qualitates corporee extense: sicut sunt albedo et nigredo. Tūc sit prima conclusio. indiuisibile non potest moueri motu alterationis quantum ad qualitates corporeas et extensas: patet hoc de indiuisibili non habente positionem in continuo: tale enim non potest albefieri: nec calefieri: similiter probatur de indiuisibili habēte positionē in continuo: scilicet de punctis primo: nā talia nō sunt in rerū natura: nec possunt esse: ꝛ etiam si essent nō possent alterari: ꝓbatur. quia non haberent resistentiam nam ipsis existentibus si haberent resistentiam: sequeretur ꝙ in linea esset resistentia infinita: et in quolibet continuo: probatur consequentia ex eo ꝙ infinita sunt puncta in linea: quoru3 quodlibet haberet resistentia3 ¶ Secunda conclusio. indiuisibile quod dicitur nō habere positionem in ꝯtinuo bene pōt alterari quātū ad qualitates spirituales et inextensas: ꝛ hoc ꝓbauit prima ratio: ꝛ hoc de motu alterationis. Deinde quantū ad motum augmentationis sit ista conclusio. ꝙ indiuisibilia non possunt augmentari nec diminui: semper intelligendo per se: patet: nam omne tale quod est per se augmētabile: vel diminuibile: est diuisibile. Deinde quantum ad motum per accidens sit prima cōclusio: indiuisibile quod imaginatur habere positione3 in cōtinuo non est mobile ꝑ accidens: patet: quia nō est nec potest esse sicut ꝓbabatur: nihilominus si esset bñ moueretur ꝑ accidens. ¶ Secunda conclusio. Indiuisibile quod imaginatur non habere positionem continuo modo quo dictum est bene potest imaginari ꝑ accidēs ꝙ potest moueri ad motum corporis in quo est: quale indiuisibile ponitur intellectus noster. ¶ S3 quantū ad augmentationem sciendum est ꝙ aliquid dicit augeri ꝑ accn̄s: quia aliquod in quo est factū: est maius licet ipm̄ nō sit factum maius: licet bene informet corpus maius: et isto modo intellectus noster dicitur augeri per accidēs secundum augmētationē corporis in quo est. ¶ Alio modo dicitur augeri ꝑ accidens nō solum quia illud in quo est sit auctum: sed ipsummet lic3 concomitatiue ad augmentatione3 illius in quo est sicut albedo in sorte dicit aucta ꝑ accidēs sorte augmētato: quare ꝛc.

Ad rationes principales. Prima est ꝓ vna ꝯclusione. Secūda probat ꝙ indiuisibile pōt moueri ꝑ accidēs. ¶ Ad tertiā nego ꝙ īdiuisibile ꝑ se potest quiescere: dico ꝙ ad hoc ꝙ aliquid per se quiescat non sufficit ꝙ similiter se habeat secundu3 prius ꝛ posterius: sed etiam requiritur ꝙ sit aptum natu3 per se dissimiliter se habere secundum prius ꝛ posterius: modo hoc nō potest verificari de indiuisibili. ¶ Ad quartam dico ꝙ ad hoc ꝙ aliquid moueatur per se localiter non sufficit ꝙ sit in loco diffinitiue: sed requiritur ꝙ sit in loco circumscriptiue: ꝛ ideo sic dicit Aristoteles sicut dictum est: tamen secundum fidem et veritatem tenendum est ꝙ indiuisibile sicut angelus potest per se moueri localiter.

Questio. IIII.

QVeritur quarto, vtrū velocitas in motu locali attendatur penes tantum spatium ꝑtrāsitum. ꝛ videtur primo ꝙ nō nā si sic sequeretur ꝙ si duo mobilia in eade3 hora mouerentur quoꝝ vnu3 pertransiret maius spatiū ꝙ̄ aliud: ꝙ illud quod ꝑtransiret maius spatium: velocius moueretur: ꝯñs est falsu3: consequentia tenet de se: falsitas consequentis declaratur: nā posito ꝙ sor. ꝛ Plato in eodem instāti incipiāt moueri a Parisius versus Romam et mouantur vniformiter in eodem tempore: veniant Roma3 tunc clarum ē ꝙ Sortes et Plato sunt eque veloces

ter moti: et tamē supposito q Sortes sit in duplo spissior Platone ipse maius spatium pertransit: ergo videtur q ex pertransitione maioris spatij in eodem tēpore no debeat argui aliquod velocius moueri. ¶ Secundo arguitur ratione Zenonis: nam posito q a. b. mobilia moueāt sup c. d. magnitudinib⁹ a. sup c. b. sup d. et sit taliter q magnitudo c. sit dupla ad magnitudinē d. Alteri⁹ cū hoc ponat q magnitudo c. ꝯ moueat tāta velocitate quāta mouet a. magnitudo aūt d. quiescat: et sint a. et b. potētie eq̄les et moueāt a. et b. potētie eq̄les et resistentie earū sint equales et moueant secundum totalem conatum eorum cum tali resistentia: tūc a. et b. mouentur eque velociter et ex eisdem proportionibus potentie mouentis ad suam resistentiam: et tamen a. duplum spatium pertransit ad spatiū pertransitum ab b. propter hoc q magnitudo c. dupla ē ad magnitudinem d. et contra mouetur tāta velocitate quāta mouet a. ¶ Itē sit vnū lignum longū inter duos parietes et vnum lignum breue: quorum quodlibet secūdum vnum eius extremum tangit vnum de ipsis parietibus: et incipiāt moueri: et moueantur taliter q eq̄ cito secundum alia extrema eorum tangant alium parietem: tunc ista duo ligna transeunt equalē spatium: quia spatium interceptum inter duos parietes: et tamen clarum est q lignum breue velocius mouetur.

¶ Quarto posito q sint duo grauia in concauo orbis lune: que grauia debeant descendere: et descendāt vnū per arcum et aliud per chordam: et ambo eque cito veniunt ad medium mundi: tunc clarum est q ista pertrāseunt spatia inequalia in eodem tempore: et tamē eque velociter mouentur: quod probatur sic: eque velociter descendunt: ergo eque velociter mouentur: consequentia videtur tenere: et antecedens probatur: eque cito veniunt desursum ad deorsum: quia in principio motus erant eque sursum: et in fine motus sunt eque deorsum etc.

Oppositum vult Aristoteles in isto sexto vbi describit motum velocem: dicit enim velocius moueri quod in minori vel equali tempore plus pertransit de spatio: ergo videtur q velocitas sit capienda penes tantum spatium in tanto vel tanto tempore pertransitum. ¶ In ista questione primo aliqua sunt notanda: secundo ponende sunt conclusiones.

Quantum ad primum notandum ē q velocitatē attendi penes aliquod: non est aliud q̄ velocitatem mensurari et cognosci per illud recte sicut per vlnā mēsuram⁹ pannū et cognoscim⁹ quātitatē eius. ¶ Secūdo sciēdū est q mēsura debet eē inuariabilis: vnde si vlna mō esset lōgior et cras breuior et post cras iterum longior: tunc non possemus bene per eam mensurare: ita oportet esse similiter de illo per quod debet mensurari velocitas. ¶ Tertio notandum est q velocitas potest attēdi vel cognosci penes aliquid tāq̄ penes causam vel tanq̄ penes effectū. Penes causam sicut penes proportionē potētie mouentis ad suam resistentiam: vnde illam velocitatem dicimus esse maiorem que prouenit ex maiori proportione potētie mouentis ad suam resistentiam: et illam dicimus esse duplam ad aliam que prouenit ex dupla proportiōe ad proportionem aliam: ex qua prouenit alia. Nō aūt nolo dicere penes quod attendatur tanq̄ penes causam sed de hoc dicetur in septimo: sed modo volo dicere penes quid attenditur tanq̄ penes effectum: et primo quo ad motum localem: quorum vnus est rectus et alius circularis.

Quantum ad secundum sit ista conclusio generalis motui recto et motui circulari: q velocitas motus localis attenditur penes spatium pertransitū nō absolute: sed in ordine ad tempus. probatur per diffinitionē velocitatis motus: positā ab Aristotele in isto sexto. ¶ Secunda conclusio. velocitas in motu locali recto non attenditur penes spatiū corporale pertransitum in tanto vel in tanto tempore ꝓbat per primam rationem ante oppositum. ¶ Et confirmatur. nam sic sequeretur q in descensu alicuius grauis illud graue moueretur in duplo velocius sua medietate: consequens est falsum: falsitas patet ex eo q in tali motu semper pars mouetur ita velociter sicut totum: consequentia probatur. nam totum pertransit duplū spatiū corporale ad spatium pertransitum a sua medietate: ergo si velocitas attenditur penes spatium corporale pertransitū sequitur quod dictum est. ¶ Tertia conclusio. velocitas in motu recto non attenditur penes spatiū superficiale, pertrāsitū in tanto vel in tanto tēpore. probatur sicut precedens ¶ Quarta conclusio. velocitas in motu recto attēditur penes spatiū lineale in tanto vel in tanto tempore pertransitum. probatur. nam attenditur penes spatiū per primam conclusionem: et non penes spatium corporale per secundā conclusionem: nec penes spatiū superficiale per tertiā: ergo relinquitur q penes spatium lineale: consequentia tenet ex eo q omne spatiū est corporale. vel superficiale: vel lineale. ¶ Quīta cōclusio. velocitas in motu locali recto nō attēditur penes spatiū lineale descriptū a puncto corporis moti velocissime moto: probatur: nam posito q sortes et plato currerent eque cito de vno termino ad alium terminum: et ante finem sor. extenderet brachium tunc non propter hoc sortes moueretur velocius platone licet aliquis punctus sortis sit velocior motus aliquo puncto platonis ¶ Sexta conclusio. velocitas in motu locali recto non attenditur penes spatium lineale totale inter terminum a quo et terminū ad quem interceptū. probatur per rationem ante oppositū de ligno longo et breui. ¶ Septima conclusio. velocitas in motu locali recto attenditur penes spatium lineale maximum descriptum a puncto medio seu centrali vel sibi equiualenti corporis moti. probatur: nam attenditur penes spatium lineale per quartam conclusionē: sed non attenditur penes spatium lineale descriptū a puncto velocissime moto per quintā conclusionē: nec penes lineale interceptū inter terminū a quo et terminū ad quē p sextā conclusionē: ergo attēditur penes spatiū maximū lineale etc. ꝯsequētia tenet a sufficiēti diuisione: igitur. etc.

Ad rationes prīcipales. Prima vadit pro quinta conclusione scilicet q non attenditur penes spatiū corporale. ¶ Ad secundam de spatio contra moto dico q velocitas attenditur penes spatiū lineale descriptum a mobili deducto motu alicuius alterius: ex hoc patet qualiter ratio Zenonis non procedit in oppositum: et si spatium contra mouetur: tūc velocitas mobilis debet capi penes spatium imaginatum: quod mobile describeret: si spatium non ꝯtra moueretur. ¶ Ad tertiam illa vadit pro sexta conclusione. ¶ Ad quartā dico q talia duo grauia ineque velociter mouentur: quorū vnū in eodē tēpore ꝑtrāsit arcū et aliud chordā eius: nihilominus bene eque velociter descēdunt: vnde penes aliud capitur velocitas mot⁹ absolute: penes aliud velocitas descēsus: vnde veloci

tas motus absolute capitur penes spatium absolute: sive sit rectum sive curvum. Velocitas autem descensus capitur solum penes spatium rectum inter terminum a quo et terminum ad quem a puncto medio mobilis descriptum vel sibi equivalenti. et ideo neganda est [illegible] eque velociter [illegible] ergo eque velociter moventur: unde possunt eque velociter descendere: et inequе velociter moveri: sicut aliqua circulariter mota possunt ineque velociter moveri: et tamen eque velociter circuire sicut videbitur.

Questio. V.



Veritur quinto penes qd attēdat velocitas motus circularis: et arguitur primo q nō attenditur penes spatium pertransitum in tanto vel in tanto tēpore: nam mobile motum circulariter nullum spatium pertransit: ex eo q mobile motum circulariter continue manet in eodem loco. ¶ Secundo. nam si attenditur penes aliquod spatium: vel ergo penes spatiū corporale vel superficiale vel lineale: nullum istorum potest dici: ergo non penes spatiuz corporale nec superficiale: potest probari sicut probatuz est de motu locali recto: nec penes spatium lineale: nam tunc motus circularis eēt comparabilis motui recto sed consequens est falsum per Aristotelez septimo huius: et probatur per hoc q motus rectus et motus circularis sunt diversarum specierum: que autem sunt diversarum specierum non sunt comparabilia. consequētia tenet ex eo q omne spatium lineale omni spatio lineali est comparabile. ¶ Tertio. si penes spatiuz: hoc maxime videretur penes spatium lineale descriptum a puncto velocissime moto ipsius mobilis: sed consequens est falsum et cōsequentia tenet: videtur q sicut motus velocissimus est mensura aliorum motuum q ita penes spatium descriptum a pūcto velocissime moto ipsius mobilis totalis velocitas ipsius mobilis debeat attendi: postq̄ motus talis puncti est nobis notior. falsitas consequentis probatur: nam sm hoc sequeretur q si alicui rote in convexo unus radius in lōgū addatur q ex hoc illa rota debeat in duplo vel in quadruplo velocius moveri sm q ille radius essz longior propter hoc q secundum hoc spatium descriptum a puncto illius convexi esset maius et maius. et probatur falsitas ex alio: nam secundum hoc sequeretur: q quum unus homo longus et unus homo brevis pertransiissent aliquale spatium super terraz: q adhuc essent inequaliter moti: probatur cōsequētia: quia homo longus suo capite describit portionem circumferētie maioris circuli in aere q̄ describit caput hominis brevis. et ista ratio describit sphericitatem terre.

Quarto sequitur q ex hoc q aliquod corpus sphericum condensaretur: et fieret minus: cōtinue fieret tardius et tardius secundum q continue fieret minus et minus: propter hoc q punctus eius velocissime motus qui est motus in circumferentia eius convexa cōtinue minus et minus spatium describeret: et sic cōsimiliter ex rarefactione velocius et velocius moveretur.

In oppositum arguitur per descriptionē velocioris: nam velocius dicitur moveri qd in equali vel in minori tempore plus pertransit de spatio: cum ergo unus motus circularis sit velocior alio: hoc videtur esse ex eo q in equali vel minori tpe plus pertransit de spatio: et sic velocitatem motus circularis arguimus ex spatio pertrāsito in tanto vel in tanto tempore. ¶ In ista questione precedenti videbatur de motu locali recto penes quod attenditur eius velocitas tanq̄ penes effectum: nunc videndum est de hoc quantum ad motum circularem: in quo duo sunt considerandа scilicet motus et circuitus: que licet sint eadem res: tamen differunt secundum connotationem et rationem. circuitio enim addit super connotationē motus describere angulum circa centrum vel axem: secūdum quem fit motus: et ideo bene possibile est aliqua duo eque velociter circuire: inequе velociter tamen moveri et econverso. unde signatis duobus punctis scilicet a. in equinoctiali: et b. prope polum: a. et b. eque velociter circuiunt axem mundi: non tamen eque velociter moventur: pūcta enim circa equinoctialē multo velocius moventur q̄ puncta circa polum: et ideo posset concedi aliquem motum esse velociorem alio: et eundem motum non esse velociorem circuitionem alio. ¶ Primo ergo videndum est penes quid attenditur velocitas motus simpliciter in motu circulari. ¶ Secundo penes quid attenditur velocitas circuitionis.

Quantum ad primum sit ista prima cōclusio q velocitas motus in motu circulari attēditur penes spatium pertransitum in tanto vel in tanto tempore sicut patet per descriptionem velocitatis positam ab Aristotele sexto huius. ¶ Secunda conclusio q non attenditur penes spatiuz corporale.


¶ Tertia conclusio. q non attenditur penes spatium superficiale. sic due conclusiones probantur sicut probabantur de motu locali recto. ¶ Quarta conclusio. q attenditur penes spatium lineale: probatur: quia attenditur penes spatium per primam conclusionem et non penes corporale per secundam: nec penes superficiale per tertiam: ergo etc. consequentia tenet a sufficienti divisione. ¶ Sed nunc est dubium ex quo velocitas attenditur penes spatium lineale utrum penes spatium lineale descriptum a puncto existente in convexo scilicet in circūferentia maxima circuli corporis spherici vel orbicularis circulariter moti: vel ī medio vel ubi. ¶ Circa quod sunt opiniones. una opinio imaginat q sicut motus uniformiter difformis correspōdet suo gradui medio taliter q sicut velocitas motus alterationis uniformiter difformis attēditur penes qualitatem uniformem correspondentem medio gradui qualitatis uniformiter difformis: acquisite per alterationē uniformiter difformem: sic etiā in motu locali uniformiter difformi velocitas mensuratur penes lineaz descriptam a puncto medio inter puncta uniformiter difformiter mota: ita q secundum hoc hec opinio vult q si essent duo corpora spherica circulariter mota et quorum punctis mediis semidiametrorum in equali tempore: equalia spatia linealia describerentur: q illa corpora essent eque velociter mota. et ista opinio est satis rationalis: verumtamen secundum eam non posset bene capi velocitas corporis orbicularis propter hoc q punctus medius sui semidiametri est extra illud corpus orbiculare: modo non videtur q velocitas motus alicuius corporis debeat mensurari penes aliquid quod non est in seipso. Et ideo alii dicunt q velocitas corporis orbicularis debeat attendi penes spatiū lineale descriptum a puncto medio inter supficiē concavam et superficiem convexam. Sed cōtra arguitur. nā sic sequeretur q si fieret cōdēsatio corporis orbicularis versus convexū: puncto non recedente ab eius

cētro q ex hoc illud corpus orbiculare moueatur velocius: hoc videt esse inconueniens: probatur consequentia: nam per talem condensationem punctus medius inter conuexum et concauum fieret magis distās a cētro: et per consequens maiorem circumferentiam describeret: si ergo si penes spatiū lineale descriptum a tali pūcto medio attēditur velocitas: sequitur quod dictū ē. ¶ Alia opinio cōmunior et famosior ponit illam conclusionem q velocitas motus corporis circularis vel orbicularis circulariter moti attenditur penes spatium lineale descriptum a pūcto velocissime modo talis corporis: et talis punctus est in circumferentia virtus maxima circuli illius corporis circularis: vel orbicularis verbi gratia in celo est in equinoctiali. probatur ex eo q aliquod totū mouetur ita velociter sicut aliqua eius pars: adeo tanta velocitate mouetur corpus sphericū quanta velocitate mouetur aliqua eius pars: et ideo pūcto idem debet attendi velocitas totius et partis velocissime mote. ¶ Secundo. quia motus puncti velocissime moti est notior: et ideo bene rationale est q penes spatium descriptum a tali puncto motum et velocitatem talis corporis mensuremus. ¶ Et confirmatur. ex quo non intenditur penes spatium descriptum a puncto medio semidiametri: nec a pūcto medio inter concauum et conuexum: videtur q penes spatium a puncto existente in conuexo: quare &c.

Quantum ad secundum dico q velocitas circuitionis attenditur penes angulum descriptum circa centrum vel axem corporis moti: circa quod vel quem fit circuitio: ita q si duo mobilia circuirent aliquod centrum vel axem: et in equalibus partibus temporis equales angulos describerent circa illud cētrum vel axem: tūc illa mobilia eque velociter circuirent: si autem describerēt inequales angulos circa predicta in partibus equalibus temporis: tūc inequeve velociter circuirent. patet conclusio. quia aliter b. punctus signatus prope polum non eque velociter circuiret axem mundi sicut pūctus a. signatus ī equinoctiali b. ¶ Ex his sequitur q circuitio nullo modo est comparabilis motui locali recto: ex eo q angulus nullo modo est comparabilis spatio lineali: modo velocitas circuitionis attenditur penes angulum: velocitas autem motus localis recti attenditur penes spatium lineale: nec velocitas circuitionis est comparabilis motui circulari ex eo q nullo modo angulus est comparabilis linee circulari ergo.

Ad rationes pricipales. Ad primam nam corpus sphericum puta celum non pertransit aliquod spatium: dico q licet punctus eius velocissime motus non describat aliquod spatium verum: tamen bene imaginatum: et hoc sufficit: et ideo patet q velocitas motus circularis attenditur penes spatiū lineale verum vel imaginatū descriptū a pūcto velocissime moto corporis circulariter moti. ¶ Ad secūdam que tangit de comparatione motus videbitur in septimo. ¶ Ad tertiam concedo consequentiam: et cum dicebatur consequens esse falsum: nego. et ad probationem: nam si alicui rote affigatur vnus radius &c. illa que dicta sunt: intelligenda sunt de puncto velocissime moto corporis perfecte spherici: vel orbicularis: vel circularis: et ex hoc patet ad rationem. ¶ Ad quartam cōcedo q caput lōgioris hominis velocius mouetur q caput hominis breuis in casu predicto: immo caput longioris hominis velocius mouetur suis pedibus: et hoc posito q totalis linea composita ex lineis quas describunt pedes non esset longior nec equalis linee circulari descripte in aere a capite. ¶ Ad vltimā cōcedo consequens et consequentiam.

Quæstio.VI.



Væritur sexto penes quid attēdatur velocitas in motu augmētationis tanq̄ penes effectum. Et arguitur primo q penes quantitatem acquisitam sicut est in motu locali: ita videtur esse suo modo in motu augmentationis: sed in motu locali sic est q velocitas attenditur penes spatium pertransitum: ergo videtur q in augmentatione debeat attendi penes quantitatem acquisitam. ¶ Secundo simile videtur esse de qualitate acquisita in motu alterationis: et quantitate in motu augmentationis: sed sic est q velocitas in motu alterationis attēditur penes qualitatem absolute: ergo videtur q etiam sic debeat esse in motu augmentationis: quare &c.

In oppositum arguitur. nam si penes quantitatem acquisitam absolute: sequeretur q illa que equales quantitates in equalibus partibus temporis acquirerent: eque velociter augerentur: cōsequens est falsum: falsitas probatur: nam posito q in eodem tempore vni herbe parue acquiratur precise quantitas bipedalis et vni magne arbori similiter: tunc licet illis duabus augmentationibus equales quantitates sint acquisite: non tamen sunt eque veloces: propter hoc q vna est sensibilis: scilicet augmentatio vnius parue herbe: et alia forte insensibilis: scilicet augmentatio magne arboris: et etiam ex communi modo loquendi in casu predicto illa parua herba dicitur velocius moueri q̄ illa magna arbor. ¶ In ista q̄stiōe videndum est primo de velocitate motus augmentationis penes quid attenditur. ¶ Secundo de velocitate alterationis: de quo tangebatur in argumento secundo.

Quantum ad primum sciēdum q in motu augmentationis: verbi gratia: in rarefactione consyderanda sunt duo: scilicet motus localis et motus alteratio: vnde rarefactio non potest fieri sine motu locali: quia igitur in rarefactione et augmentatione proprie dicta plus consyderatur q̄ motus localis: inde est q non penes idem attenditur velocitas motus localis et motus augmentationis. ¶ Et tunc sit prima cōclusio velocitas motus augmentationis non attenditur penes quantitatem acquisitam absolute. probatur. Primo per rationem factam ante oppositum. ¶ Secundo. si oppositum conclusionis esset verum: sequeretur q quodlibet totum augeretur velocius q̄ aliqua eius pars: probatur consequentia: quia quum aliquid augetur maior quantitas acquiritur toti q̄ alicui eius parti: si ergo velocitas attenditur penes quantitatem acquisitam absolute sequitur quod dictum est. ¶ Tertio sequeretur q non posset esse aliqua augmentatio vniformis quo ad partes subiecti: hoc videtur inconueniens: probatur consequentia: nam ex quo velocitas augmentationis attenderetur penes quantitatem acquisitam absolute: et cum in omni augmentatiōe plus acquiritur toti q̄ alicui eius parti sequitur q in augmentatione velocius mouetur to-

tum quam aliqua eius pars: et sic omnis augmentatio esset difformis quo ad partes subiecti &c. ¶ Secunda conclusio velocitas augmentationis non attenditur penes proportionem quantitatis acquisite ad quantitatem preexistentem: nam sic sequeretur quod essent due augmentationes quarum vna nec esset velocior nec tardior alia: nec equeuelox: probatur consequentia: nam posito quod a corpus pedale augeatur in hora: sic quod fiat in fine hore bipedale ita quod acquisitum sit equale preexistenti: et b. corpus sit similiter pedale et augeatur in eadem hora: sic quod in fine hore sit tripedale: tunc in augmentatione ipsius a. est proportio equalitatis quantitatis acquisite ad quantitatem preexistentem: sed in augmentatione ipsius b. est proportio maioris inequalitatis: scilicet dupla quantitatis acquisite ad preexistentem: modo si velocitates augmentationum sic se haberent adinuicem sicut proportiones acquisitorum ad preexistentia: et cum in augmentatione ipsius a. proportionis acquisiti ad preexistens nulla sit proportio ad proportionem acquisiti ad preexistens in augmentatione ipsius b. cum proportionis equalitatis ad proportionem inequalitatis nulla sit proportio: sequitur velocitatum predictarum augmentationum nullam esse proportionem adinuicem: quod erat probandum. ¶ Tertia conclusio. velocitas in motu augmentationis attenditur penes proportionem compositi ex preexistenti et acquisito ad preexistens solum. Verbi gratia si a. pedale acquireretur pedale in hora: et b. pedali duo pedalia: tunc in augmentatione ipsius a. proportio composita ex preexistenti et acquisito ad preexistens solum esset dupla: sed in augmentatione ipsius b. proportio composita ex preexistenti et acquisito ad preexistens solum esset tripla. modo in qua proportione tripla excedit duplam in eadem proportione augmentatio ipsius b. esset velocior augmentatione ipsius a. Probatur conclusio: nam velocitas augmentationis vel attenditur penes quantitatem acquisitam absolute: vel penes proportionem acquisiti ad preexistens: vel penes proportionem compositi preexistentis et acquisiti ad preexistens solum: non primum per primam conclusionem: nec secundum per secundam: ergo tertium quod est tertiam. ¶ Ex ista conclusione sequitur: quod si aliqua augmentatio debet esse vniformis oportet motum localem punctorum sine quo non potest fieri esse difformem. ita quod si rarefactio alicuius corporis debet esse vniformis oportet quodlibet punctum illius corporis intendere motum suum localem. patet hoc. si a. pedale debeat rarefieri vniformiter in hora: et in prima medietate illius hore acquirat sibi pedale: oportet punctum eius extremum motu locali pertransire spatium pedale: postquam ergo factum est bipedale: si in secunda medietate illius hore debet esse rarefactio ita velox sicut in prima medietate hore: oportet quod in illa medietate tantum acquiratur quod compositi ex acquisito et preexistenti scilicet duobus pedalibus sit talis proportio ad preexistens qualis erat in prima: propter quod oportet quod in secunda medietate hore acquirantur duo pedalia ad duo preexistentia: et hoc non potest fieri nisi punctus extremus rarefactibilis in secunda medietate pertranseat bipedale. Si ergo rarefactio est vniformis regularis oportet motum localem punctorum rarefactibilium esse difformem.

Quantum ad secundum est sciendum

quod in alteratione potest imaginari duplex successio. scilicet secundum extensionem et secundum intensionem: verbi gratia secundum extensionem: sicut si vnum lignum calefieret. Primo secundum vnam partem. Secundo secundum aliam: secundum intensionem: vt si primo calefieret remisse: postea intense et intensius. ¶ Tunc sit prima conclusio quod intensio magis est essentialis alterationi quam extensio: probatur: quia alteratio potest bene esse sine successione aliqua extensionis: vel saltem imaginari non esset sine successione intensionis: patet hoc si aliquod ab intrinseco inciperet alterari scilicet calefieri vel frigefieri equaliter secundum omnes eius partes: ibi esset successio intensionis non autem extensionis. patet ex alio: si assensus in anima que est indiuisibilis intenderetur ibi esset alteratio et successio intensionis non autem extensionis: nulla autem alteratio est successiua sine successione intensionis. ¶ Secunda conclusio. velocitas alterationis non attenditur penes qualitatem in ordine ad subiectum: sic videlicet quod illa alteratio sit velocior qua acquiritur equalis qualitas maiori subiecto. patet hoc: nam secundum precedentem conclusionem hoc est accidentale alterationi: vnde si hoc esset intensiones duorum assensuum in duobus intellectibus indiuisibilibus non essent adinuicem comparabiles in velocitate et tarditate: quod est inconueniens. ¶ Secundo. si equus magnus alteraretur in hora ad gradum summum albedinis et non gradu: et vna faba similiter in eadem: tunc nullus diceret quin ille albefactiones essent eque veloces: licet vna illarum albedinum sit acquisita in subiecto maiori: et alia in minori in eodem tempore. ¶ Tertia conclusio. velocitas alterationis non attenditur penes proportionem qualitatis acquisite ad preexistentem: nec penes proportionem compositi ex qualitate preexistenti et acquisita ad preexistentem: probatur: quia si caliditati sicut vnum acquiritur caliditas sicut duo: et caliditati vt duo: acquiratur caliditas sicut quatuor in eadem hora: tunc licet vtrobique sit eadem proportio acquisiti ad preexistens non tamen ille intensiones sunt eque veloces propter hoc quod per vnam magis acceditur ad summum gradum quam per aliam. ¶ Quarta conclusio. velocitas in motu alterationis attenditur penes qualitatem acquisitam absolute in tanto: vel in tanto tempore: verbi gratia duobus subiectis siue equalibus: siue inequalibus in eadem hora acquirerentur qualitates equales: illa essent eque velociter alterata: si inequales: tunc illa essent inequaliter velociter alterata: probatur conclusio: quia velocitas alterationis vel attenditur penes qualitates in ordine ad subiectum: et hoc non per secundam conclusionem: vel penes proportionem qualitatis acquisite &c. et hoc non per tertiam conclusionem: relinquitur ergo penes qualitatem absolute in tanto vel in tanto tempore: et hoc est intentum.

Ad rationes principales. Ad ambas

dicitur quod non est simile de motu augmentationis ad motum localem et ad motum alterationis eo modo quo assumitur in rationibus.

Questio. VII.

Septimo queritur vtrum motus possit velocitari in infinitum. Et arguitur quod non: quia naturalia determinata sunt ad maximum: sed motus est ens naturale: ergo de eo est consyderatio naturalis: ergo videtur quod sit determinatus ad maximam velocitatem et sic non velocitatur in infinitum. ¶ Secundo motus

celi non potest velocitari in infinitum: ergo nec alius consequentia tenet: ex eo q tunc aliquis motus esset velocior motu celi: ergo nullus mot⁹ nec celi nec alicuius alterius potest velocitari in infinitum. ¶ Tertio si aliquis motus posset velocitari in infinitū: tunc posset esse aliqua virtus infinita: quod est inconveniens: nam tunc talis moveret in instāti: modo implicat motum fieri in instanti: cōsequentia videtur tenere ex eo q ad velociorem motum requiritur maior potentia. ¶ Quarto. nam si motus esset velocitabilis in infinitum: videtur q esset dare magnitudinem infinitam que tali motu transiretur: quod est inconveniens. probat consequentia. nam ex eo q velocitate finita pertransitur magnitudo finita: a velocitate infinita debet pertransiri magnitudo infinita.

Oppositum patet per Aristotelem sexto huius: vbi ad probandum continuum nō esse cōpositū ex indivisibilibus supponit: q omni motu dato contingit dare maiorem vel tardiorem in infinitum. In ista questione primo vidēdum est de velocitate secundo de tarditate.

Quantum ad primum sit prima conclusio. accipiendo ly infinitum cathegorematice impossibile est q aliqua velocitas sit infinita: probatur: nam illa velocitate vel pertransitur spatium finitum vel infinitum: non infinitum: quia tale non est: nec finitum quia vel hoc trāsiret tali velocitate in tpe: vel in nō tpe si in tpe tunc talis velocitas non esset infinita: probatur: nam velocitas qua hoc pertransiretur in minori tempore esset maior: et per consequens prior velocitas nō erat infinita. si autem dicatur q velocitate infinita pertransitur spatium finitum in non tempore tunc sequitur q velocitas infinita non est velocitas propter hoc q in diffinitione velocitatis ponitur tempus: ergo. ¶ Iuxta hoc infert q mutatio subita nec est velox: nec tarda: propter hoc q nō fit in aliquo tēpore toto. ¶ Secunda conclusio accipiendo ly infinitum syncathegorematice impossibile est motum localem augmentari in infinitum: pro quo premitto istas suppositiones. Prima est q motus celi non potest velocitari. ¶ Secūda. q omnis alter motus sit cum resistentia. ¶ Tertia. q motus non potest velocitari nisi per augmentationem potētie: vel diminutionem resistētie: vel vtroque modo simul. ¶ Quarta suppositio q resistētia in motu locali sicut est mediū: vel aliquod huiusmodi non potest diminui: nisi ad certum gradum: nec potentia naturalis augeri nisi ad certum gradum ex his probatur conclusio: si motus localis posset velocitari in infinitum: vel hoc esset motus celi vel aliquis alter: non potest dici primum: per primam suppositionem: nec secundum ex eo q omnis alter motus sit cū resistentia per secundam suppositionem: modo si deberet velocitari in infinitum: tunc per tertiam suppositionem oportet q potentia motiua augeretur in infinitum: vel resistentia diminueretur in infinitum: vel q fierent hoc ambo simul: modo hoc est impossibile per quartam suppositionem: ergo impossibile est aliquem motum velocitari in infinitum ad intellectum predictum .i. q̄ quocūque motu dato vel dabili finito posset dari in duplo velocior. Sed cōtra dicetes. Aristo. quarto huius dicit q p subtiliationē mediū in infinitū motus cresceret in infinitū. Dico q hoc Arist. intellexit syncathegorematice: non cathegorematice: ad istū sensum: q si mediū subtiliaret in infinitū motus cresceret in infinitū. ¶ Tertia conclusio de motu alterationis q accipiēdo ly infinita cathegorematice nulla velocitas alterationis est infinita. probari pōt vt probātur alie cōclusiōes. ¶ Quarta conclusio: accipiendo ly infinitū syncathegorematice velocitas alterationis potest velocitari in infinitum ad istum intellectū: q quacunque velocitate alterationis data vel dabili finita: est dabilis velocitatis dupla: tripla: quadrupla: et sic in infinitum. probatur supposito q in motu alterationis non sit resistentia nisi ab vno contrariorū: verbi gratia: vt si aliquod calidum calefaciat aliquod frigidū qd nō sit resistētia aliunde preter q̄ solū a frigiditate: probatur conclusio: nam stante predicta suppositione in alteratione stante potentia motiua: resistentia est diminuibilis in infinitum: ergo velocitas est increscibilis in infinitū consequentia tenet ex eo q stante potentia et decrescente resistentia in infinitum: velocitas augeretur in infinitum antecedens probatur: nam quā aliquod calidum alterat aliquod subiectum vsque ad gradū summū caliditatis: totalis resistentia decrescit vsque ad non gradum: et per consequens ad subduplum: ad subtriplum: ad subquadruplum: et sic in infinitum: adhuc stāte potentia motiua. ¶ Sed dices: si quocunque motu alterationis dato esset dare motum in duplo velociorē sequitur q motu celi potest dari aliquis velocior. ¶ Respondetur negando consequētiam: et ratio est quia motus alterationis et motus celi nō sunt adinuicem comparabiles. propter hoc quantuncunque motus alterationis velocitatur: non propter hoc est velocior motu celi: nec motus celi est velocior motu alterationis quantumcunque tardetur etc.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio q de facto infinita tarditas: probatur: nam de facto alique partes celi mouentur aliquantum tarde et alique magis propinque polo in duplo tardius: et alique iterum magis propinque in quadruplo tardius et sic in infinitum: ergo. ¶ Secūda conclusio: omne qd mouetur: et aliquando incepit moueri: infinita tarditate mouebatur. probatur: nam quā incepit moueri potentia motiua incepit excedere resistentiam: vel incepit applicari resistentie: si dicatur primum tunc tale infinita tarditate mouebatur: eo q excessus quo motor modo excedit mobile acquirebatur successiue: et quanto erat minor: tarditas erat maior: et cū talis excessus incepit acquiri a non gradu: sequitur q hoc mobile nō tanta tarditate mouebatur: quin maiori: et per consequens infinita tarditate mouebatur. Si vero motor applicaretur mobili de nouo: licet ante excesserit ipsum: et cum talis applicatio fiat successiue et continue fiat melius et melius: et ante erat peius et peius: adhuc tale mobile infinita tarditate mouebatur: propter hoc q quacunque applicatione agentis ad passum data ante illā dabatur applicatio peior: et adhuc ante illā peior et sic in infinitum: et cum propter applicationem meliorem vel peiorem motus sit tardior vel velocior sequitur qd dictū est. ¶ Secundo sicut nullus gradus qualitatis acquiritur subito: sed pars ante partem: ita etiam nullus gradus velocitatis. et per consequens quocunque gradu velocitatis dato ante illum erat remissior: si sic tunc omne illud quod mouetur infinita tarditate mouebatur: et hoc si aliquādo incepit: et hoc dico propter motum celi: qui nunq̄ incepit secundum philosophum. ¶ Sed dices. tamen videtur q motum violenter quādo est in medio motus non est verum dicere q infinita tarditate mouebatur postq̄ motus eius in principio erat velocior. ¶ Secūdo. posito q vna parua faba proiciatur sursum: et in medio obuiet sibi vnus magnus lapis

in

molaris: tunc lapis molaris: qui obuiat illi fabe mouet secum illam fabam secundum tantam velocitatem: quanta ipsemet descendit: et quando ipse descendit certa velocitate: sequitur q illa faba incepit descendere certa velocitate: quare cum descendit non est verum dicere q infinita tarditate prius descendebat. ¶ Ad istud ad primum dico q motus violentus est velocior prope principium: nō tamē simpliciter in principio q̄ sit postea: cum hoc tamen stat q magis prope principium erat tardior: et adhuc magis prope tardior: et sic in infinitum. ¶ Ad secundam: potest dici q conclusio intelligebatur de moto per se: quod non mouebatur ad motum alterius: sed sic nō est in proposito de faba vel aliter potest dici q antequā lapis molaris tangat illam fabam prius aer motus et pulsus ante illum lapidem molarem mouebat illam fabam: et fecit eam descendere: et quocunque instanti intrinseco dato illius descensus verum est dicere q ante illud instans illa faba descendebat tardius et tardius: et sic in infinitum. ¶ Tertia cōclusio. omne quod mouetur: et aliquādo desinet moueri: infinita tarditate mouebatur. probatur ex eo q motus tollitur: eo q potentia motiua diminuitur vsque ad equalitatē resistentie. vel q resistentia augetur vsque ad equalitatem potentie: et quecunque istorum dato: quodcunque desinet moueri non ita tarde quin tardius: et per consequens infinita tarditate: et hoc est quod solet dici motum terminari ad non gradum quo ad istam tertiam conclusionem: et motum incipere a non gradu: quo ad istam tertiam conclusionem: et motum incipere a non gradu: quo ad precedentem conclusionem. Sequitur ex dictis q nullus motus potest esse regularis secundum se totum nisi sit perpetuus: veruntamen potest esse regularis: quantum ad eius partem: scilicet quātum ad eius medium.

Ad rationes principales. Ad primā nego q motus sit ens naturale: sed bene concedo q ē passio entis naturalis: et hoc sufficit ad hoc q de eo sit consyderatio naturalis. ¶ Ad secūdam dico verū est q si aliquis motus localis velocitaretur in infinitum q tunc ibi aliquis motus esset velocior motu celi: sed aliter nō: quia sicut dictum est ad velocitatem motus alterationis in infinitum non sequitur aliquem motum eē velociorē motu celi propter hoc q mot⁹ celi et mot⁹ alterationis nō sunt adinuicē cōparabiles. ¶ Ad tertiam negatur consequentia: nam motus non velocitatur solū ad augmētationē virtutis motiue: sz etiā ad diminutionem resistentie: et igitur stāte virtute finita nō augmentata nec diminuta: adhuc per diminutionem resistentie in infinitum motus posset intendi in velocitate. ¶ Ad quartam negatur consequentia: quia non omni motu pertransitur: nec acquiritur magnitudo seu spatium: sed solum motu locali: nec illa ratio sufficienter probat hoc q motus localis non sit velocitabilis in infinitum: quia licet sit velocitabilis in infinitū: vel de facto esset infinitus: non tamē oporteret q eo gyrā[ret]ur magnitudo infinita: patet hoc: quia si esset circularis potest esse super magnitudine satis parua.

Questio. VIII.



Queritur octauo vtrū omne quod mouetur prius mouebatur. et arguitur q non: nullū motum precessit motus qui esset vel fuisset eius pars: ergo. consequentia tenet. antecedens probatur quia nullum totum precedit a sua parte: propter hoc q equaliter incipiūt: vnde hora prima alicuius diei puta a. diei nō precessit a. diem nec est ante diē cuius est pars ex eo q hora prima a. diei et a dies simul incipiūt esse. hoc idē declaratur aliter: nam si hora prima esset ante diē cuius est pars: tūc si aliquis surgeret in hora prima talis surgeret ante diem: quod est falsum. ¶ Secūdo. nā ponatur q aliquod mobile moueatur precise per horam etiam illud mobile mouetur in illa hora: nec ante illā horā mouebatur. ¶ Tertio nam ponatur in b. instanti presenti q aliquod agēs sit sufficienter approximatum passo: habens dominium super ipsum: tunc in b. instanti a. agens mouet illud passum: et nō ante mouebat: ergo pro illo instanti illud passum mouetur: et nō ante mouebatur q tūc illud agēs mouet illud passum. patet quia si nō: sequeretur q aliquod agens esset sufficienter approximatum passo et non ageret in ipsum: quod ante b. instans nō mouebat patet: ex eo q primo ponitur esse approximatum sufficienter. ¶ Quarto nō omne quod quiescit prius quiescebat: ergo non omnem motum etc. consequentia tenet a simili: antecedens probatur: nam posito q aliquid per vnam horam moueatur: et per horam sequentem immediate quiescat: tunc in instanti medio illud vel mouetur: vel quiescit: si mouetur tunc aliquid mouetur quod nō postea mouebitur: quod est inconueniens si quiescit cum ante non quiescebat sed mouebatur sequitur propositū. ¶ Quinto sequeretur q omnis motus esset eternus: consequens est falsum: et probatur cōsequentia: quia ante quemlibet motum fuit motus: et post quemlibet motū erit motus: et per consequens cū omnis motus nec habeat finem a parte ante nec a parte post: sequitur ipsum esse infinitum. ¶ Sexto non omne quod mouet prius mouebat: ergo etc. cōsequentia tenet ex eo q omne quod mouetur mouetur ab aliquo: antecedens probatur: nam posito q sortes moueat aliquam nauem et pro presenti instanti. Plato ponatur loco sortis: tūc cum pro presenti instanti ille nauis moueatur: et nō a sorte: sequitur q a platone: sed plato ante instans presens non mouebat: et quia tunc mouet sequitur q aliquid mouet quod prius non mouebat. ¶ Septimo ponatur q aliquid mobile moueatur vniformiter per aliquā horam aliquo gradu velocitatis: et per horam immediate sequentem gradu duplo: tunc in instanti medio inter illas horas illud mobile mouetur gradu duplo: vel sub duplo: si sub duplo sequitur q aliquid mouetur aliquo gradu velocitatis quo nō postea mouebitur: si duplo tunc aliquid mouetur aliquo gradu velocitatis: quo non prius mouebatur: et qualitercunque dicatur videtur q non omne quod mouetur prius mouebatur. ¶ Octauo nam ponatur aliquod graue sursum et sit remotum omne prohibens: tunc in illo instanti vel quiescit vel mouetur. si mouetur habetur propositum. si quiescit sequitur q aliquod graue non impeditum quiescit sursum quod est inconueniens. ¶ Nono cadat aliquis canis deorsum de turri nostre domine: et moriatur in medio vie: tunc sit a. primum instans in quo non est canis: sed cadauer: tunc in illo instanti aliquid mouetur et nō canis: ergo cadauer: sed cadauer ante hoc non mouebatur

ex eo q ante hoc nõ erat: ergo aliquid mouetur: quod ante non mouebatur. ¶ Decimo. sic sit q in prima parte proportionali alicuius hore: prima pars proportionalis alicuius virge flexibilis moueat. et in secunda: secunda: et in tertia tertia cũ secunda et cũ prima: et sic in infinitum: tunc in instanti terminãte exclusiue horam: tota illa virga mouetur: et non ante illa tota virga mouebatur: ergo questio falsa: cõsequentia tenet: antecedens patet ex casu: quã in instanti quelibet pars illius virge mouetur: non tamen quelibet pars illius virge mouebatur. ¶ Undecimo ponatur q alicui mobili cõtinue ex vna parte fiat additio et ex alia parte fiat ablatio: et moueatur in hora: tunc in quolibet instãti illius hore aliquid mouetur: quod ante nõ mouebatur: ergo etc. cõsequentia tenet: antecedẽs probatur ex eo q in quodlibet instanti est aliquod et ante illud instans erat aliud propter illam additionẽ et ablationem: quare etc.

In oppositum est Aristoteles in isto sexto. ¶ In illa questione primo ponam vnam distinctionem. Secundo aliquas conclusiones.


Quantum ad primum sciendum est q a. esse ante b. potest intelligi dupliciter. primo modo quantum ad inceptionem. secundo modo quantum ad desitionem. Primo modo dicimus q pater est ante filium: et isto modo hora prima nõ ante diem nec prima pars mot⁹ ante motũ cuius est pars propter hoc q simul incipiunt. ¶ Secundo modo illud quod citius finitur dicimus esse ante aliud: licet simul incipiãt et isto modo dicimus horam primam esse ãte diem cuius est pars: q citius finitur q dies. et similiter sic partem motus dicimus esse ante motũ cuius est pars propter hoc q citius finitur: quare etc.

Quantum ad secundum sit prima cõclusio: non ante quemlibet motum fuit motus qui esset vel fuisset eius pars: loquendo de ante primo modo: probatur: quia quocunq motu dato ipse et prima eius medietas simul incipiunt: et similiter ipse et prima eius quarta: et similiter ipse et prima eius octaua et sic in infinitum. ¶ Secunda cõclusio: non est aliquis motus quin ante ipsum fuerit motus qui sit eius pars loquendo de ante secundo modo: probatur ex eo q motus est in infinitum diuisibilis: secundum diuisionem temporis. Ex hoc sequitur conclusio responsalis ad questionem q omne quod mouetur prius mouebatur: et similiter omne quod quiescit prius quiescebat: nam ex quo quies est priuatio motus: et sicut motus non potest esse nisi in tempore: ita et quies non potest esse nisi in tempore: et propter hoc quãcunq quiete data prima finitur medietas temporis in quo est q illud tempus et per consequens omne quiescens in aliquo tempore prius quiescebat in mediate illius temporis. Etiam conclusio respõsalis .s. q omne quod mouetur prius mouebatur: potest probari non solum ex parte temporis: sed etiam magnitudinis: super quam fit motus: nam omne quod mouetur super aliqua magnitudine prius pertransit medietatem q totum: et prius medietatem medietatis: et sic in infinitum: et hoc non esset nisi tale quum mouetur prius mouebatur. ¶ Quarta conclusio. non est aliquod mutatum esse quin ante ipsum fuerit mutari: patet per quid nominis mutati esse: quia nõ est aliquod mutatum esse: nisi per mutationem quam quidem illud mutatum esse potest terminare. ¶ Quinta conclusio. ante cuiuslibet mutari finitionem est mutatum esse: patet: quia de qualibet mutatione verũ est dicere anteq finiatur q eius medietas finitur: et nõ finitur nisi ad mutatum esse: ergo ante finitionem illius mutationis erat mutatum esse. Correlarium ex his sequitur q non est dare primum mutatum esse in motu et similiter dicit Arist. q nõ est dare in quo primo quo sit aliquid primo permutatũ: sed bene in quo perfecte mutatum est. et hoc intelligendũ est conditionaliter si ponerẽtur instantia indiuisibilia in tempore: et propter hoc non ponendo instãtia pono istã cõclusionẽ: q omnis motus incipit in tempore sed in nullo toto: prout ly toto capitur distributiue. verbi gratia. nam posito q aliquis motus duraret per horam precise: tunc dico q talis motus incipit in a. hora: sed non incipit in a. hora tota quia non incipit in mediate a. hore posterior licet incipiat in prima medietate: et iterum non incipit in prima medietate tota: quia prĩa medietas est diuisibilis in duas partes quarum vna est posterior in qua non incipit ille motus: sed iterum non in tota illa propter hoc q illa iterum est diuisibilis: et sic in infinitum. proportionaliter desinit: et ita intelligitur quum dicitur aliquid incipere in instanti hoc est incipere in aliquo tempore et in nullo toto.

Ad rationes principales. Ad Primã illa soluitur secundum distinctionem positam in primo articulo. ¶ Ad secundam ponatur q aliquod mobile etc. dico q cũ tale mobile mouetur in illa hora bene verum est q non mouebatur ante illam horam nihilominus in quacunq parte illius hore in qua illud mobile mouet verum est dicere q ante mouebatur quia prius mouebat immediate illius tpis q in illa parte cõpletiue. ¶ Ad tertiã quũ ponitur q aliquod agẽs etc. dico q pro illo instãti pro quo est primo applicatũ sufficienter: nõ mouet sed immediate post illud instãs mouebit. et sic ex hoc non concludit quin quandocunq aliquod mouẽs mouet prius mouebat etc. ¶ Ad quartam: negatur antecedens. ad probationem casu admisso ponendo instantia indiuisibilia: dico q in illo instanti medio nec quiescit: nec mouetur: sed desinit moueri: et incipit quiescere: exponendo desinit per remotionem de presenti: et positionẽ de preterito: et exponẽdo incipit per remotionem de presenti et positionem de futuro. sed non ponendo instantia indiuisibilia dicẽdum est q inter illas duas horas non ẽ instans medium: sed vna est protẽsa vsq ad aliã exclusiue et ideo questio nulla est: quum queritur vtrum in instanti medio vel quiescat vel mouetur. ¶ Ad quintam sequeretur q omnis motus esset eternus: nego: quia licet motus non termmetur intrinsece et inclusiue: sic q sit dare aliquam eius partem simpliciter vltimam tamẽ bene terminatur exclusiue: sicut etiam est imaginandum de isto ligno: licet non habeat simpliciter vltimum inclusiue: nec simpliciter primum: tamen terminatur in quodlibet eius extremorum exclusiue ad circumstãs ad aerem vel ad aliquod huiusmodi. ¶ Ad sextam dico q pro illo instanti plato non mouet: sed immediate post hoc mouebit. ex hoc patet ad argumentum. ¶ Ad septimam dicitur q si aliquod mobile mouetur in aliqua hora gradu velocitatis subduplo: et in hora immediate sequenti gradu duplo: nulla est questio quo gradu velocitatis moueatur in instãti medio propter hoc q nullum est ponendum instans medium: sed si ponatur dicendum est q in illo instanti nullo gradu velocitatis mouetur: sed immediate ante illud instans illud mobile mouebat gradu velocitatis subduplo. et immediate post illud instans illud mobile mouebit gra-

du velocitatis duplo. ¶ Ad octauum dico ꝙ si ponatur instantia indiuisibilia in instanti in quo aliquod graue primo est sursum ꝛ non impeditum: tunc illud graue pro illo instanti non mouetur: sed immediate post illud instans mouebitur: ita ꝙ illud instans est vltimum instans non esse illius motus. ¶ Ad nonum de cane descendente dico ꝙ si ponuntur instantia indiuisibilia tunc in instanti in quo primo est cadauer non descendit cadauer: sed immediate post hoc ꝛ immediate ante hoc descendebat canis. Si autem non ponimus talia instantia tunc questio de instanti medio non habet locum ¶ Ad decimam ponatur ꝙ in prima parte ꝛc. dico ꝙ per illud argumentum non conuincitur oppositum istius omne quod mouetur prius mouebatur: quia illud argumentum non probat plus nisi ꝙ aliquando est verum dicere quelibet pars proportionabilis illius virge mouetur ꝛ non quelibet pars proportionabilis istius virge ante mouebatur. ꝛ cum hoc bene stat ꝙ omne quod mouetur prius mouebatur. ¶ Ad vltimam dico ꝙ tale non mouetur per se; sed per accidens: propter hoc ꝙ non manet idem mobile sub vtroque termino: vel aliter potest dici ꝙ licet non maneat ibi idem simpliciter: tamen ibi manet idem: prout identitas attenditur penes continuam ꝛ successiuam additionem partium similium figurarum cum precedentibus quomodo dicimus se quanam esse eundem fluuium modo: qui erat sunt decem anni: ꝛ tunc de tali eodem quando mouetur continue, verum est dicere ꝙ ante mouebatur. sic patet ad argumentum.

Quæstio. IX.




Veritur nono vtrum in tempore finito possit pertransiri magnitudo infinita: ꝛ in tempore infinito pertransiri magnitudo finita. Et arguitur primo ad primam partem questionis: pro quo supponitur ꝙ motui secundum eius rationem communem non repugnat vel velocitari in infinitum: vnde deus posset mouere aliquod mobile aliqua velocitate: et dupla ad illam: ꝛ tripla ad illam: et sic in infinitum. hoc supposito ponatur ꝙ aliquod mobile moueatur tanta velocitate ꝙ in prima parte proportionali alicuius hore pertranseat vnum pedale et in secunda parte tantum: ꝛ in tertia tantum: ꝛ sic in infinitum secundum partes proportionabiles: in fine hore pertransiuit spatium infinitum: ergo in tempore finito esset pertransitum spatium infinitum. ¶ Secundo arguitur pro secunda parte conclusionis: videlicet ꝙ in tempore infinito pertransitur magnitudo finita: pro quo supponitur ꝙ rationi communi motus non repugnat retardari quantumlibet. vnde deus posset mouere aliquod mobile aliqua tarditate: ꝛ in duplo tardius et in quadruplo tardius: ꝛ sic vltra hoc supposito sit aliquod spatium pedale in longitudine super quo incipiat moueri aliquod mobile taliter ꝙ in vna die pertranseat primam partem proportionalem illius spatij: deinde motus illius mobilis tantum retardetur: ꝙ etiam ad pertranseundam secundam partem proportionalem illius spatij apponat vnam diem. deinde ad hoc tantum retardetur ꝙ ad pertranseundam tertiam partem illius spatij etiam apponat vnam diem ꝛ sic vltra: ꝛ cum infinite sint partes proportionales illius spatij: ad quarum quamlibet pertranseundam illud mobile apponat vnam diem: sequitur ꝙ infiniti dies transibunt antequam illud spatium pedale ab illo mobili sit pertransitum: ꝛ cum infiniti dies constituant tempus infinitum sequitur ꝙ illud mobile apponet tempus infinitum ad pertranseundum illud spatium pedale: ex quo sequitur ꝙ in tempore infinito potest pertransiri spatium finitum adhuc sine reiteratione.

Oppositum vult Aristoteles in isto sexto. ¶ In ista questione primo ponenda est vna distinctio. secundo ponende sunt conclusiones.

Quantum ad primum sit ista distinctio: ꝙ motuum quidam dicitur regularis: quidam irregularis. Motus regularis dicitur qui sic se habet ꝙ in equalibus partibus temporis pertranseuntur spatia equalia: seu qui in vna parte temporis non est velocior quam in alia. Motus autem irregularis dicitur quo in partibus temporis equalibus pertranseuntur spatia inequalia: seu qui in vna parte est velocior ꝛ in alia tardior: verbi gratia vt si aliquod mobile moueretur super aliquo spatio diuiso in duo pedalia: ꝛ illud mobile in pertranseundo vnum illorum partium plus apponeret de tempore vel minus quam ad pertranseundam aliam ꝛc.

Quantum ad secundum sit ista prima conclusio non est possibile in tempore finito motu regulari pertransiri magnitudinem infinitam: probatur: nam dato ꝙ sic. diuidatur ergo illud tempus finitum in .c. partes equales in quo quidem tempore per aduersarium pertransitur motu regulari magnitudo infinita: tunc in vna illarum centum partium pertransitur spatium finitum sit ergo vna leuca: ꝛ cum talis motus sit regularis sequitur per diffinitionem motus regularis: ꝙ in qualibet partium temporis de illis .c. non pertransit nisi vnam leucam et per consequens in fine non pertransiuit nisi centum leucas: et cum nulla finita finities sumpta constituant infinitum: sequitur in fine hore motu regulari non esse pertransitum nisi spatium finitum. ¶ Secunda conclusio. non est possibile motu regulari tempore infinito moueri super spatio finito: sine reiteratione: probatur: nam sit aliquod spatium finitum pedale: diuisum in centum partes: et incipiat super ipso moueri aliquod mobile motu regulari: tunc ad pertranseundum vnam de illis partibus non apponitur nisi tempus finitum. Sit ergo vnus annus: verbi gratia: ꝛ cum motus debeat esse regularis: sequitur per diffinitionem motus regularis ꝙ ad quamlibet aliarum partium illius spatij de centum non apponitur nisi vnus annus ad pertranseundum. ergo ad totale spatium non apponuntur nisi centum anni: igitur ad pertranseundum spatium finitum motu regulari non apponitur nisi tempus finitum. ¶ Istas duas conclusiones ponit Arist. in littera et probat eas sicut iam probate sunt. ¶ Rationes in oppositum vadunt vijs suis que arguunt de motu irregulari et non de motu regulari de quo intelligit Arist. quamuis autem in qualibet parte proportionali deus possit intendere aliquem motum ad duplum: ꝛ tamen non est possibile ꝙ hoc faciat: de hoc aliqualiter visum fuit in tertio huius de infinito.

Quæstio. X



Væritur vltimo vtrum mobile continue dum mouetur sit in loco maiori se. et arguitur primo ꝙ non: mobile continue dum mouetur est in loco sibi equali precise. ergo questio falsa. consequentia tenet de se: antecedens probatur primo: nam

posito q aliquod mobile existens in aliquo loco sibi equali moueatur in illo circulariter: tunc illud mobile continue dum mouetur manet in illo loco: ergo tc. ¶ Secundo etiam posito q aliquod mobile moueatur et locus in quo est moueatur vna cum ipso: tunc illud mobile mouetur et tamen continue est in loco sibi equali postquam locus sibi equalis continue manet cum ipso: et continue mouetur cum eo. ¶ Tertio mobile dum mouetur continue habet locum tangentem ipsum vndequaque extrinsecus sed ille est sibi equalis. ergo tc. ¶ Quarto. mobile continue dum mouetur occupat aliquem locum: sed non potest dici q maiorem: nam aliter simul esset in diuersis locis. ¶ Quinto signetur aliquis locus equalis mobili precise in medio: vel in spatio pertranseundo a mobili et sit ille locus a.b. et sit ille locus medius inter principium illius spatij et finem: tunc illud mobile vel aliquando erit in spatio a.b. precise vel nunquam. Si nunquam sequitur q fiet transitus de extremo in extremum sine saltu absque hoc q pertransiretur spatium medium. Si autem dicatur q illud mobile erit aliquando in spatio a.b. precise tunc sequitur q non omne mobile dum mouetur sit in loco maiori se: immo aliquando est in loco sibi equali precise. ¶ Sexto. omne corpus per se mobile est in loco sibi proprio qui non est maior: nec minor: sed equalis sibi per Aristo. quarto huius sed mobile continue dum mouetur est corpus per se mobile: ergo est in loco sibi proprio et per consequens equali: ergo non maiori se.

In oppositum arguitur. nam mobile continue dum mouetur non est in loco minori se nec equali: ergo in loco maiori se: consequentia tenet: antecedens quo ad primam partem patet: sed quo ad secundam probatur: nam si continue dum mouetur esset in loco sibi equali precise: hoc non esset nisi per solum instans indiuisibile: ex quo ponitur continue moueri sine interruptione quietis: modo talia instantia indiuisibilia non sunt ponenda ergo. ¶ Secundo confirmatur auctoritate Arist. in octauo huius dicentis: si aliquod mobile mouetur de a. in c. per b. et non quiescit in b. tunc nunquam fuit in b. in isto motu nisi solum in potentia: ex quo concluditur q quotquot locis signatis alicui mobili inter principium et finem alicuius spatij pertranseundi ab illo mobili: illud mobile interim q mouetur nouerit in aliquo illorum locorum in actu: sed solum in potentia: et per consequens postquam non erit in actu in aliquo loco sibi equali dum mouetur: sequitur q in actu erit in aliquo loco maiori se postquam non potest dici q erit in loco minori se: et est in aliquo loco in actu dum mouetur: licet non in aliquo loco sibi equali. ¶ Ista questio intelligenda est de mobili moto localiter non circulariter: sed motu recto et spatio vel loco super quo vel in quo fit motus quiescente. per hoc soluitur primum et secundum argumentum. ¶ Et de ista questione possent poni alique conclusiones. quarum prima est ista. impossibile est aliquid dum mouetur motu recto super spatio quiescente esse precise in spatio sibi equali: probatur: nam ponatur q Sor. per vnam horam moueatur motu continuo super spatio c. pedum: probo q nunquam per illud tempus per quod mouetur est in spatio sibi equali precise: quia si sic: vel hoc esset in instanti vel in tempore. non in instanti postquam non ponuntur instantia: nec in tempore: postquam mouetur continue non est aliqua pars hore in qua mouetur: quin in illa mouebatur: et per consequens in illa est in spatio sibi equali precise: nec enim in prima: nec in secunda. ¶ Ex ista conclusione sequitur q si in tali spatio signaretur vnus locus a.b. precise equalis Sorti q Sortes pertransiret illud totale spatium absque hoc q aliquando esset in loco a.b. precise: nisi solum in potentia: vlterius sequitur q mobile dum mouetur continue vadit de extremo in extremum absque hoc q aliquando sit in actu in medio sibi equali. ¶ Secunda conclusio: posito q Sor. sit pedalis et augeatur continue per horam: sic q in fine illius hore sit tripedalis: et augeatur sic q in prima medietate illius hore acquiratur sibi vnum pedale: et in alia medietate acquiratur sibi aliud pedale tunc in isto casu Sor. erit tripedalis: qui modo est pedalis absque hoc q aliquando sit bipedalis precise. probatur: nam si aliquando est bipedalis precise: vel hoc est in prima medietate temporis: vel in secunda. non potest dici q in prima propter hoc q continue in prima est minor quam bipedalis: nec potest dici q in secunda: quia in secunda continue est maior quam bipedalis: ergo in isto casu Sor. nunquam est bipedalis precise: et tamen existens pedalis fit tripedalis. ¶ Ex ista conclusione sequitur q Sor. existens non minor platone: potest fieri maior absque hoc q aliquando sit equalis sibi et hoc in actu: nihilominus bene est si equalis in potentia: sicut si prima medietate hore transacta quiesceret ab augmentatione et non vlterius augeretur. ¶ Tertia conclusio mobile localiter motum spatio recto quiescente continue est in loco maiori se dum mouetur: probatur: nam ex quo continue est in aliquo loco: et non in minori: vt notum est de se: nec in loco sibi equali vt dicit prima conclusio: relinquitur q in loco maiori. ¶ Secundo: in prima medietate hore: in qua mouetur est in loco maiori se: et in secunda similiter: ergo: antecedens probatur: nam qualibet parte prime medietatis est in loco maiori se: et similiter in qualibet parte secunde medietatis. ¶ Iuxta hoc dico q si Sor. mouetur de parisius per vnum annum vsque Romam: tunc in prima medietate illius anni occuparet medietatem totius spatij dehinc vsque Romam: et in quarta parte illius anni quartam partem illius spatij: et sic vltra. Dico secundo non esse inconueniens vnum paruum lapidem tantum quantum est vna faba occupare spatium vnius leuce: omni rarefactione et condensatione deducta. patet hoc. si lapis descenderet in hora pertranseundo in illa hora spatium duarum leucarum: et moueretur vniformiter et regulariter: tunc in prima medietate temporis occuparet primam leucam illius spatij: et in secunda secundam: et sic nec esset inconueniens eundem occupare spatium centum leucarum. ¶ Notandum tamen q hoc non est simul: sed per partem post partem. ita q in prima parte illius temporis occuparet vnam partem illius spatij: et in alia aliam: ergo dico non esse inconueniens vnum lapidem paruum occupare spatium vnius luce per partem post partem: vt dictum est: licet hoc esset inconueniens simul. ¶ Iuxta dicta dubitatur: nam posito q aliquod mobile pedale quiescat iam super aliquo spatio sibi equali: puta pedali: et incipiat moueri: et ita cito sicut illud mobile incipit moueri: ita cito illud spatium incipiat rarefieri et recto condensari taliter q continue maneat pedale precise: isto casu posito videtur q illud mobile quod est super ipso: continue mouetur: et tamen continue est in spatio sibi equali. Ista obiectio non procedit contra dicta: nam dictum est questionem debere intelligi spatio quiescente: modo sic non est in proposito: vnde questio debet intelligi ac si spatium et locus essent quodammodo immobilia tc.

Ad rationes principales. Prime due sunt solute. ¶ Ad tertiam dico q licet mobile continue dum mouetur habeat aliquem locum tangentem ipsum maiorem tamen precise: et igitur non continue est in

loco sibi equali. ¶ Ad quartā dico ꝙ immo occupat maiorē locū semꝫ: nec hoc est inconueniens successiue per partē post partē: licet hoc esset inconueniens ꝙ totū simul. nec hoc sequitur ꝙ aliquod corpus simul sit in diuersis locis. ¶ Ad quintā dico ꝙ nō est in illo loco signato sibi equali: non solū in potentia sicut dictū est prius. ¶ Ad sextā. dico ꝙ omne corpus dum quiescit esset in loco sibi proprio ⁊ equali in actu: hoc tamē nō oportet dum mouetur: nam tunc non oportet ipsū esse in loco sibi equali actu: licet bene in potentia.

¶ Expliciunt questiones Sexti Libri Physicorum.

Questiones magistri Alberti de Saxonia in septimum Librum Physicorum.

Quæstio I.



Irca textum septimi libri physicorū queritur talis questio vtrū idē possit agere in seipsum. et arguitur ꝙ sic: nam aīa mouendo corpus mouet seipsaꝫ: ergo questio vera. ¶ Secūdo grauitas vel forma substātialis grauis mouendo graue deorsum mouet seipsam deorsum: ergo. ¶ Tertio intellectus in seipsum agit actuꝫ intelligēdi ⁊ ppositiones ⁊ huiusmodi: ergo questio vera: consequentia tenet: ⁊ antecedens probatur: quia si intellectus nō ageret in seipsum intellectionē obiectū extra esset nobilius intellectu: sed ꝯñs est falsum: ꝯña tenet pro tāto: quia obiectū haberet se tāꝙ agēs: respectu intellectionis: intellectus aūt tāꝙ passiuū. modo nobilius est agēs ꝙ passiuꝫ. ¶ Quarto. intelligere ⁊ velle: dicuntur actiones manētes: modo hoc nō esset plus verū de intellectione ⁊ volitiōe ꝙ essent actiones manētes nisi manerent in suis agentibus: ꝙ de secatione ⁊ edificatione: ⁊ sic vltra: si intelligere ⁊ velle manent in suis agentibus: sequitur ꝙ eorū agētia agūt in seipsa. ¶ Quinto. nā quā aqua est calefacta: seipsam refrigerat: et ꝑ cōsequēs idē agit in seipsum. ¶ Sexto. si vnꝰ āgelus vel anima intellectiua moueret seipsam localiter (quod est possibile sicut credimus) idem moueret se: nec posset ibi dici ꝙ vna pars moueret aliā ⁊ econuerso: quia angelus ⁊ anima intellectiua non habens partes quare illud non valeret: igitur ⁊c.

In oppositū est Aristoteles in principio septimi dicens. Omne qđ mouet ab aliquo mouetur quod exponit ab aliquo. i. ab alio: nā ad illā intentionem videtur ire probatio Aristotelis. quam statim ad hoc subiungit. ¶ Secundo. nam dicit Aristoteles nono ⁊ quinto metaphysice. ꝙ potētia actiua est principium transmutandi alterum in quantum alterū: potentia vero passiua est principium transmutandi ab altero inquantum huiusmodi: ex his videtur ꝙ secundū Aristotelem potentia actiua agat in aliud ⁊ non in se et potētia passiua patiat ab alio ⁊ non a se. ¶ Tertio. nam dicit Cōmentator nono metaphysice: manifestum est ꝙ nihil patitur a se. ¶ Quarto. nā dicit Aristoteles primo de generatione: simile non patitur a sibi simili: quod probat: quia aliter idem posset pati a se quod Arist. reputat inconueniens. ¶ De ista questione sit prima conclusio: possibile est idē moueri a se: vel per se: vel ꝑ accidens: vel mediate vel immediate. patet hec conclusio. primo de nauta qui mouendo nauem mouet se. patet secundo de anima que mouendo corpus mouet se. patet tertio de grauitate que mouendo graue mouet se. patet quarto de intellectu qui agit in seipsum faciēdo ppositiones ⁊ actus intelligendi. patet etiā de voluntate: que seipsā determinat ad talem vel ad talē actū. patet sexto de aqua calefacta que refrigerat se. ¶ Contra istam vltimā rationem incidentaliter dubitatur: que sit causa ꝙ si aqua primo est frigida ⁊ calefiat: quia calefacta refrigidat se: ꝙ postea frigefacta est frigidior ꝙ añ calefactionē. Potest dici ꝙ quia calefactionis est segregare heterogenea: et ideo aqua post calefactionem est purior ꝙ ante erat: ⁊ propter hoc redditur frigidior ꝙ ante erat: quanto enim elementum aque est purius tanto est frigidius cuꝫ frigiditas sit vna qualitas que primo inest aque ꝙ autē post calefactionē reddatur purior patet hoc: nā videmus ꝙ post bullitioneꝫ aque in olle inferius sunt quedam particule terrestres segregate ab aqua ratiōe caliditatis: que quidē particule primo erant ei admixte. ¶ Contra conclusionem dubitatur. si possibile est ideꝫ moueri a se: sequitur ꝙ actus ⁊ potentia que sunt differentie valde opposite simul essent in eodeꝫ respectu eiusdem: sed hoc est falsum: probatur consequentia ex eo ꝙ omne agens est in actu ⁊ patiens in potentia. ¶ Respondetur. ꝙ licet idem posset pati a se: tamen ex hoc non sequitur ꝙ ideꝫ sit in actu ⁊ in potentia secundum idem: ⁊ respectu eiusdem: licet bene sequatur ꝙ idem sit in actu: ⁊ in potentia: hoc tamen non est secundū idem ⁊ eandem dispositionem: propter hoc ꝙ secundum vnam dispositionem est in actu scilicet secūdum quam est agens ⁊ secundum aliam est in potentia. s. secundum quam est patiens: verbi gratia: forma grauis licet sit in actu sursum tamen est in potētia deorsum: ⁊ igitur secundum talem dispositionem potest agere in se. Similiter quum intellectus est in potentia per speciem intelligibilē potest formare in se actuꝫ intelligēdi respectu cuius primo erat in potētia: similiter cum est in actu per conceptus simplices potest agere in se conceptus complexos sicut propositiões ⁊ discursus respectu quorum primo erat in potentia: sic ergo licet idem agat in se ⁊ patiatur a se: hoc tamē non est secundum eandem dispositionem. ¶ Secunda cōclusio: possibile est idē mouere se per se ⁊ immediate sic ꝙ nō mediante alio motore vel moto immediatius. probatur: nam forma grauis mouet se: sed non mediante alio motore magis immediato sicut est notum de se nec mediāte alio moto magis immediato: quod probatur: nam si in descensu grauis esset motum magis immediatuꝫ ꝙ forma grauis: hoc esset materia. sed probatur ꝙ hoc non: ⁊ hoc sic: illi potentie que ꝑ se ⁊ magis determinate appetit deorsuꝫ debet per se attribui operatio: secūdum quam ipsum fit deorsuꝫ: multo magis ꝙ illi que hoc non appetit determinate: sed sic est ꝙ forma grauis appetit determinate esse deorsum: et non materia: ⁊ cum per moueri potius fit deorsum ꝙ per mouere: quod patet: nam quandocunq; forma grauis moueret: si non moueretur: non propter hoc fieret deorsuꝫ: adeo moueri potius ⁊ immediatius attribuendum est forme ꝙ materie. Et confirmatur: nam si per

per imaginationem forma grauis esset sine materia: adhuc descēderet: si autē materia esset sine forma grauis ipsa non descenderet: ergo descendere seu moueri deorsum est potius attribuendum forme ꝙ materie. ¶ Tertia cōclusio. possibile est ꝙ idem agat in se ⁊ patiatur a se tanꝙ principale actiuum: ⁊ principale passiuum: ⁊ hic intelligitur principale preter primū. s. de uoluntate: patet de intellectu: sicut deduci potest ex prioribus. patet etiam de forma grauis que est principale mouens in descendēdo: vt communiter conceditur: ⁊ principale motum: nam sicut iam probatū est principalius sibi attribuit ꝙ materie. ¶ Quarta conclusio est pro concordando dicta Aristotelis et veritatem impossibile est idem agere in seipsum: ⁊ pati a seipso tali modo ꝙ ad talem actionem non concurrat aliud actiuum vel passiuum aut principale aut dispositiuum: patet hoc: nam omne agens vel est primū vel aliquid aliud a primo: si est aliud a primo tunc ad eius actionem concurrit primum. si autem est primum illud est impossibile: est solum agens. est enim mouens immobile. ideo concluditur ꝙ impossibile est idē agere ⁊ pati: quin ad eius actionem cōcurrat aliquid aliud actiuum scilicet primum: ⁊ etiam aliud passiuum. patet de actione que fit circa substantiam materialē: vnde ad cuiuslibet substantie materialis actionem et passionē concurrit materia prima que nullius est actiuitatis. Rationes vadunt vijs suis.

Questio.II.



Væritur secūdo vtrū in omni motu mouēs ⁊ motū debeant esse simul. ⁊ arguit ꝙ non nam si sic sequeretur ꝙ sensibile distans a sensu non ageret in sensum: consequens est falsum: consequentia nota est: sed falsitas consequentis patet: nam experimur ꝙ visibile distans agit in visum. ¶ Secūdo impossibile est mouēs ⁊ motum esse simul cū sunt duo corpora: ergo questio falsa: consequentia tenet: antecedens probatur: quia impossibile est esse penetrationē corporum: modo corpus non potest esse simul cum corpore: nisi mutuo se penetrent. ¶ Tertio. nec mouens cum sit indiuisibile potest esse simul cū moto: ergo ⁊c. consequentia tenet: antecedēs probatur ex eo ꝙ indiuisibile non est in loco. sed si debet esse simul cum diuisibili oportet ꝙ sit secum in eodem loco. ¶ Quarto. ignis distans a pariete calefacit parietem: sed in tali actione mouens non est simul cū moto: quia ignis nō est simul cum pariete in eodem loco: ex eo ꝙ distat ab eo: ergo. similiter magnes attrahit ferrum distans ab eo. ⁊ ibi iterū mouens ⁊ motū nō sunt simul. ¶ Quinto. nam dicit Aristoteles ꝙ trahens mouetur velocius tracto: ergo si in principio motus trahens: ⁊ tractum essent simul: statim postea sunt separata: ergo nō semper mouēs est simul cū moto. ¶ Sexto: nam sol agit in ista inferiora: ⁊ tamen valde distat ab eis: ⁊ nō est simul cum eis: similiter basiliscus valde remote agit a se interficiendo hominem bene multū distātem ab eo similiter ꝑ Algazelē i sua philosophia: sepe multi per incantationes eorum inficiunt homines multū distantes ab eis: quare ⁊c.

In ꝓpositum vult Aristoteles in septimo probans ꝙ in omni motu mouens et motum sunt simul: hoc enim probat: sicut visum fuit circa literam tam in motu qui fit ab intrinseco ꝙ etiam intrinseco. ¶ In ista questione primo ponam aliquas distinctiones. ¶ Secundo conclusiones.


Quatū ad primū sit ista prima distinctio: ꝙ mouētiū quedā sunt corporea: quedā incorporea quedā mediata: quedā immediata. ¶ Alia distinctio. mouens potest dici immediatū moto: vno modo: quia eius actiuitas aut virtus attingit passum: sicut est de proijciente. ⁊ tale non oportet esse simul cū moto: nec loco: nec tpe: vnde si sor. proijceret vnū lapidē: ⁊ statim post separationem illius lapidis in manu sortis esset mortuus: tunc sortes non esset simul: nec loco: nec tempore cū lapide. ¶ Secundo modo mouens potest dici immediatū moto: quia licet inter mouens ⁊ motum sit multa distantia: vel licet mouēs nō sit in eodē loco cū moto: tamen virtus mouentis attingit vsqz ad motum: licet actio mouentis determinetur ꝑ illud agens et in isto modo sol vel intelligētia dicitur agēs immediatū respectu istorū inferiorū. ¶ Alia distictio: ꝙ aliqua possunt imaginari esse simul per penetrationem sicut de albedine ⁊ dulcedine simul in lacte: ⁊ de tali simultate non est sermo ad presens. ¶ De simultate ergo ad presens sit talis distictio: ꝙ aliqua possunt imaginari esse simul: que sunt in eodem loco: licet vnū illorū sit in illo loco ꝑ se: ⁊ aliud per accidens: sicut est de aīa ⁊ corpore quod informat. ¶ Secūdo modo aliqua possunt esse simul: quia vnum eorum est in loco per se: aliud vero in loco ratione alterius ⁊ non per se: licet ꝑ separationem eius ab ipso fieret per se in loco: et isto modo totum ⁊ eius pars integralis dicunt esse simul quia pars integralis non est in loco: nisi ratione totius. ¶ Tertio modo aliqua dicuntur esse simul que sunt ꝓpinqua: non tamen continua sed contigua: sic ꝙ inter ea nullum est medium. isto modo manus mea ⁊ aer dicuntur esse simul: quare. ⁊c.

Quantū ad secundum sit ista prima conclusio: in omni motu qui fit ab intrinseco mouens et motum sunt simul primo modo vel secundo modo: probatur per inductionem in motibus qui fiunt ab intrinseco. primo de motu progressiuo puta hominis. in tali enim motu mouens est ipsa aīa: ⁊ motum est corpus: modo anima est simul cum corpore: quia in eodē loco in quo est corpus per se: anima est per accidens: patet hoc etiam de motu celi: accipiendo celū pro inclusione motoris: si autem aliquod moueretur ab intrinseco puta ꝙ aliqua pars integralis moueret totum integrale: in tali motu mouens ⁊ motum essent simul secūdo modo. similiter est de descensu grauis mouens ⁊ motum sunt simul primo modo. s. grauitas: ⁊ illud quod mouetur. ¶ Secunda conclusio. omne mouens corporeum est simul cum moto tertio modo accipiendo esse simul: ꝓbatur: nam sit a. aliquod mouens vel tunc est simul cū aliquo moto vel nō: si sic habetur propositū: si non. sequitur ꝙ tale mouens: in aliquod distans agit absqz hoc ꝙ agat in intermedium: quod est inconueniens: vnde qua ratione ageret in aliquam distantiam absqz hoc ꝙ ageret in intermedium eadē ratione in quālibet: ⁊ ex quo cuilibet agenti corporeo est aliqd contiguū: non agit in distans a se: nisi agat in illud: ⁊ per consequens cuiuslibet agentis aliquod passum est proximum: quo est simul cum eo: loquendo de simul tertio modo: ⁊ similiter hoc patet ꝑ Linconiensem in tractatu suo de radijs: nam vult ꝙ omne agēs agat prope se orbiculariter ⁊ hoc nō esset si nō ageret

in medium sibi contiguum. ¶ Tertia conclusio. non omne mouens corporeum cum quolibet moto in quod agit est simul loquendo de simul tertio modo: patet per argumenta facta ante oppositum. ¶ Solutio ergo questionis stat in hoc q omne mouens corporeum est simul cum aliquo in quod agit: sed non cum quolibet: semper intelligendo de simul tertio modo. ¶ Iuxta probationem secunde conclusionis dubitatur: videtur q agens agat in aliquod distans absq hoc q agat in intermedium: nā sol agit in ista inferiora calorem: et tamen non agit calorē in orbes celestes intermedios. ¶ Secundo. nam ignis aliquando agit in lignum distās ab eo intensiorem gradum caliditatis q̄ agat in aerem intermedium: similiter magnes agit in ferrum aliquam qualitatem motiuam ferri ad magnetem absq hoc q agat talem in aerem: trahit enim ferrum: et non aerem ¶ Ad ista. ad primū dico: sol agens in ista inferiora agit lumen et influentiam per totum intermedium: etiam in orbes: q̄ in alia: licet agat calorem in ista inferiora nō tamē in totum intermedium agit calorem propter hoc q lumen: et influentia que sole aguntur: producit in istis inferioribus calorem: propter hoc q in ista inferiora sunt apta nata recipere calorem: sed quia orbes celestes non sunt apti nati ad recipiendū calorē inde est q lumen et influentia multiplicata a sole non agūt calorem in orbes celestes. ¶ Ad secundum dico q aer non est tante densitatis: sicut est paries vel lignū. inde est q ignis intensiorem gradum caloris producit in illa q̄ in aerem intermedium: cum hoc tamen stat q nō agat in extremum nisi agat per mediū. licet non omne quod agit in extremum agit in intermediū. ¶ Ad aliud dico q magnes prope se multiplicat vnā virtutem scilicet illa propter specialem dispositionem et cōplexionē ferri est motiua ferri ad magnetem et non aeris: cū hoc tamen stat q virtutem talē nō multiplicet vsq ad ferrum nisi multiplicet eā per totum intermedium. vnde imaginandum est q quelibet res radiat et multiplicat prope se qualitatem quandam specialem insensibilem mediante qua in alio et in alio subiecto secūdum q aliter et aliter est dispositum: agit aliam et aliam qualitatem: et ex hoc potest reddi ratio quare alique vetule multum distantes generant in aliquibus amorē et non in alijs

Ad rationes principales dicit̄ q omnes solute sunt excepta quinta: ad quā dico q trahēs velocius potest moueri tracto: et tamen manere simul cum ipso: quia trahens posset moueri per lineam curuam et tractum per lineam rectam: et tunc trahēs mouetur velocius: quia velocitas eius attenditur penes lineam curuā que est longior q̄ linea recta: penes quā attenditur velocitas ipsius tracti.

Quæstio. III.



Væritur tertio: vtrū solum secundum qualitates de tertia specie fit per se alteratio et arguitur primo q non: quia ad aliquas qualitates de tertia specie non est per se alteratio: ergo questio falsa: antecedēs probatur: nam colores et sapores sunt qualitates de tertia specie: sunt enim qualitates sensibiles: sed ad illas non est per se alteratio: propter hoc q colores et sapores: cum sint qualitates secunde non immediate acquiruntur ab ipso alterante: sed ex consequenti et per modū sequele: videlicet ad acquisitionem qualitatum primarum quas cōsequūtur secundum qualitatem de prima specie: ergo non solum. ¶ Secundo. ad qualitates de prima specie qualitatis est per se alteratio: ergo non solum secundū qualitates de tertia specie. cōsequētia tenet: et antecedēs probatur: nam secundum caliditatē: et frigiditatem est per se alteratio: et tamen illas qualitates Aristoteles enumerat inter qualitates de prima specie. ¶ Confirmatur hoc: nam virtus et vitiū sunt qualitates de secūda specie: et tamē secundum eas est per se alteratio: ex eo q non acquiruntur nisi successiue. ¶ Tertio. quia si secūdum qualitates de prima specie non esset per se alteratio: hoc esset: quia esset ad aliquid: isto enim modo videt̄ Aristoteles in isto septimo arguere: vbi vult q secundum qualitates de prima specie non potest esse per se alteratio: sed consequens probatur falsum auctoritate Aristotelis in antepredicamentis: vbi dicit: diuersorum generum: et nō subalternatim positorum diuerse sunt species: et differentie: ex hoc sequitur q quū alique qualitates sunt de prima specie: nō sunt ad aliquid: eo q idem non videtur posse esse in diuersis predicamentis. ¶ Quarto. nam dicit Aristoteles quinto huius: q in qualitate: quātitate: et vbi est per se motus: propter hoc q in eis inuenitur contrarietas. modo non solum in qualitatibus de tertia specie inuenit̄ contrarietas. verumetiam in qualitatibus aliarū specierum.

Ad oppositū est Aristoteles in isto septimo. ¶ In ista questione primo ponam conclusiōes de prima specie qualitatis. ¶ Secūdo de alijs speciebus qualitatis.

Quātum ad primum sciendum est q prima species qualitatis vocatur habitus: et dispositio qui termini significant bene eandem rem: sed non eodem modo: quia hoc nomen habitus significat illam rem prout est de difficili mobilis a subiecto: et habet esse fixum eo: sed hoc nomen dispositio significat bene eandē: sed hoc est prout illa res de facili est mobilis a subiecto: et non habet esse fixum in eo. verbi gratia: eadem sanitas prout ē radicata in subiecto: dicitur habitus: prout autem nō est radicata in subiecto dicitur dispositio. et non habet esse fixum in eo et est de facili mobilis a subiecto. ¶ Deinde notandum est q qualitatū de prima specie quedam dicuntur qualitates corporis: quedam vero anime: corporis sicut sunt sanitas et egritudo: anime sicut scientia qualitatum corporum. Quedam consistunt in proportione qualitatum primarum sicut sanitas: et egritudo. Quedam autem in proportione qualitatum secundarum sicut colorum vt pulchritudo et turpitudo. Quedam autem in proportione sonorum sicut sunt melodia et consonantia. Qualitatum autem anime: quedam sunt in appetitu sicut sunt virtutes morales et vitia. Quedam autem in intellectu: sicut scientia vel habitus sibi oppositus sicut error. ¶ Tunc sit prima conclusio. ad qualitates corporales de prima specie nō ē per se alteratio nec motus: probatur: nam dictum est quinto huius q motus non est per se in ad aliquid: modo sicut iam dicebatur qualitates corporales de prima specie consistūt in proportione qualitatum primarum: proportio autem est relatio et de ad aliquid. ergo ad qualitates corporales non est per se motus. ¶ Secūdo ad idem: sanitas que est vna de talibus qualitatibus: non est nisi proportio debita qualitatū primarum: modo talis po-

portio non est acquisibilis successiue per partem post partem: ergo ad eam non est per se motus: nec alteratio: consequentia tenet: sed prima pars antecedentis patet ex dictis: secunda pars probatur ex eo: quod sanitas acquiri pot est solum per motum secundum unam qualitatem talis proportionis. Si enim iam qualitates prime essent taliter proportionate quod non esset sanitas propter nimiam remissionem caliditatis: tunc ad solam intentionem caliditatis sequitur talis proportio que est sanitas. ¶ Tertio ad illud non est per se motus: quod dicitur in respectu / et in relatione ad subiectum: et ad tempus: sed sic est de qualitatibus corporalibus prime speciei: ergo et cetera: maior est nota: minor patet de sanitate: quia eadem dispositio vel consimilis que esset sanitas in homine esset infirmitas in pisce. ¶ Sed diceret aliquis si sanitas sic diceretur in relatione ad subiectum et ad tempus sequeretur quod sanitas esset in predicamento relationis: modo hoc est falsum cum sit in predicamento qualitatis. ¶ Respondetur: quod licet hec nomina connotent tales proportiones / et relationes in qualitatibus: tamen quia predicantur in quale secundum eorum concreta de subiectis dicuntur esse in predicamento qualitatis. Et est sciendum quod non omnes termini qui includunt respectus in eorum diffinitionibus sunt in predicamento relationis: sed solum illi qui predicantur de subiecto cum habitudine ad aliquod tertium predicatum: modo sic non est de sanitate et egritudine: nam perfecta est predicatio sortes est sanus: vel sortes est eger: sed non est perfecta predicatio sortes est pater / nisi intelligatur aliquod tertium scilicet filius. ¶ Secunda conclusio ad qualitates anime de prima specie non est per se alteratio nec motus: probatur ex eo quod sunt ad aliquid: modo ad talia ex quinto huius non est per se motus: sicut ibidem declaratum est: et assumptum patet ex eo: quod illa et consimilis qualitas: que est virtus in uno: est vitium in altero: et que esset virtus in uno tempore: esset vitium in alio tempore: et ideo quia virtus et vitium dicuntur in respectu ad tempus et ad personam et alias circumstantias: secundum dictamen rationis sequitur ad huiusmodi non esse per se motum nec alterationem. ¶ Secundo: nam virtus consistit in indiuisibili sicut rectitudo et circulus. ergo ad ipsam non est per se motus: consequentia tenet: et antecedens est Aristotelis in litera. ¶ Tertio eadem qualitas absque hoc quod intendatur: vel remittatur propter alias circumstantias modo est virtus: et postea vitium. ergo ad virtutes et vitium non est per se alteratio: consequentia tenet ex eo: quod ista nomina virtus / vitium: possunt successiue de aliquo verificari absque mutatione facta in illo: licet sit facta mutatio in alio: antecedens patet: nam circumstantie alie et alie bene faciunt actus omnino similes: unum esse vitiosum: alium esse virtuosum ut si ego darem panem propter deum: et tu propter vanam gloriam: tu et ego faceremus actus omnino similes scilicet: dare panem: et tamen meus esset bonus et tuus esset malus: et meus fieret bene et tuus male: ita alie et alie circumstantie possunt: facere quod eadem vel consimilis qualitas: modo esset virtus postea vitium: et in uno virtus: et in alio vitium. ¶ Deinde arguitur de scientia: quod ad eam non est per se alteratio: probatur illud quod potest verificari de aliquo: et incipere falsificari de eodem absque mutatione facta in illo et in isto secundum rationem istius: ad illud non dicitur per se motus: sed sic est de scientia: ergo. maior est nota: minor probatur: nam posito quod in mente mea sit assensus ad illam conclusionem, omnis asinus est animal. tunc de illo assensu iam verum est dicere quod est scientia: et si omnes asini corrumpantur adhuc eodem assensu remanente in anima mea: tunc amplius de illo assensu falsum est dicere quod sit scientia: sic ergo idem assensus modo est scientia postea non est scientia absque hoc quod sit facta aliqua mutatio in ipso: licet bene sit facta mutatio in alio scilicet in re vel in rebus extra. ¶ Ad idem: scientia acquiritur in quiete: et non in motu et hoc non esset si ad eam esset motus per se: assumptum patet ex eo quod motus et perturbatio spirituum impedit acquisitionem scientie: secundum quod patet in senibus et in iuuenibus et propter hoc dicitur quod anima quieta quiescendo sit prudens et sapiens etc.

Quantum ad secundum de qualitatibus

de secunda specie sit ista conclusio: quod ad eas non est per se motus: probatur: nam secunda species qualitatis est naturalis potentia vel impotentia: aliquid de facili vel de difficili faciendi vel patiendi: modo facile dicitur ad aliquid: facile enim uni: alteri bene est difficile: sed ad ista que dicuntur ad aliquid: non est per se motus sicut est ostensum in quinto huius. ¶ De qualitatibus de quarta specie sit ista conclusio: quod ad eas non est per se motus: probatur: quia in talibus deficit contrarietas que requiritur ad motum. ¶ Secundo. quia consistunt in indiuisibili ita quod cito desinit esse talis figura per additionem: et diminutionem et cetera. ¶ Ultima conclusio ad qualitates de tertia specie est per se motus probatur: nam ad aliquam qualitatem est per se motus sicut dictum est quinto huius: sed non ad qualitates de prima specie: nec ad qualitates de secunda: nec ad qualitates de quarta: relinquitur ergo quod ad qualitates de tertia specie cum non sint plures species qualitatis quam quatuor etc.

Ad rationes principales. Ad primam

quando dicitur ad colores et sapores non est per se alteratio dicitur quod immo: et quando dicebatur non immediate acquiruntur: ab ipso alterante: sed per modum sequele: ergo ad ipsa est motus per accidens: dico quod accidentalitas in motu potest attendi vel ex parte terminorum significatiuorum vel ex parte rei: si attenditur ex parte rei: tunc ad huiusmodi qualitates que non sunt qualitates prime: sed secunde bene est motus per accidens: ex quo acquiruntur per modum sequele ad acquisitionem qualitatum primarum: si vero accidentalitas in motu attenditur ex parte terminorum significatiuorum tunc ad qualitates secundas de tertia specie bene est per se motus: propter hoc quod factis aliquibus motibus necesse est fieri mutationem denominationis per nomina de tertia specie qualitatis significantia qualitates secundas. ¶ Ad secundam: secundum qualitates de prima specie bene est per se alteratio. hic dico quod hoc bene verum est. sed hoc non est secundum rationem secundum quam dicuntur esse de prima specie: sed secundum rationem secundum quam dicuntur esse de tertia specie. ¶ Deinde quando dicebatur virtus et vitium acquiruntur successiue concedatur: et sic ex hoc non sequitur: quod ad ipsa sit motus per se: nam licet similitudo acquireretur successiue: non tamen ex hoc sequitur quod ad ipsam sit motus per se: sicut dictum est quinto huius. ¶ Ad tertiam: hoc esset quia essent ad aliquid: ista ratio soluta est in soluendo unam dubitationem in questione. ¶ Ad quartam: de illis in quibus inuenitur contrarietas et cetera. Ista ratio bene probat

q in qualitatibus de prima specie sit per se motus: sed hoc non est secundum rationem: secundum quam sunt de prima specie: sed secundum quam dicuntur de tertia specie &c.

Questio. IIII.



Queritur quarto: utrum ad hoc q aliqua sint comparabilia: requiratur q sint eiusdem speciei specialissime: et arguitur q nõ nam homo et asinus sunt adinvicem comparabiles: et tamen nõ sunt eiusdem speciei specialissime: ergo questio falsa: consequentia tenet de se: antecedens probatur quo ad primam partem nam homo dicitur perfectior asino: similiter homo dicitur albior vel nigrior asino: ecce comparationem hominis ad asinum. ¶ Tertio patet hoc de deo / et diabolo: dicimus enim deum esse meliorem diabolo: et diabolum esse peiorem deo absq hoc q deus et diabolus sint eiusdem speciei: vel q in utroq bonitas vel malitia sit eiusdem speciei. ¶ Tertio substantia et accidens sunt diversarum specierum: et tamen sunt adinvicem comparabilia: dicimus enim q substantia est nobilior accidente: et similiter prior. ¶ Quarto non semper causa et causatum sunt eiusdem speciei: et tamen causa et causatum sunt adinvicem comparabilia: patet hoc: quia dicimus causam esse priorem causato. ¶ Quinto non omnes motus sunt eiusdem speciei: sicut clarum est: et tamen omnes motus sunt adinvicem comparabiles: quod probatur: quia quecunq sunt eadem mensura mensurabilia sunt adinvicem comparabilia: sed omnes motus eadem mensura sunt mensurabiles puta tempore: ergo et cetera. ¶ Sexto clarum est q motus sursum et motus deorsum: sunt diversarum specierum: et tamen hoc non obstante sunt adinvicem comparabiles: dicimus enim unum eorum bene esse velociorem alio. ¶ Septimo clarum est: q triangulus / et quadratum sunt diversarum specierum: tamen sunt adinvicem cõparabilia: patet: nam contingit invenire triangulum equalem quadrato: sicut contingit demõstratione euclidis: dato triangulo equalẽ quadratum describere.

In oppositum est Aristoteles in isto septimo de comparatione motuum. ¶ In ista questione primo aliqua sunt notãda. ¶ Secundo respondendum ad quesitum. ¶ Notandum est primo: quid sit comparatio. Unde comparatio est duarum rerum vel saltem unius ad alteram habitudo in aliquo: secundũ equale vel inequale: capiendo equale vel inequale large: prout extendit se vel ad equale vel inequale in quantitate aut qualitate substantiali vel accidentali. ¶ Secundo: ad hoc q aliqua comparantur adinvicem requiruntur tria: scilicet illud quod comparatur et illud cui comparatur: et illud de quo fit comparatio. ¶ Tertio notandum est: q quandoq fit comparatio in uno immediate: quãdoq vero fit comparatio immediate in duobus: mediate in uno: exemplum primi: Sortes est albior Platone: immediate fit comparatio in albedine. exemplum secundi quum dicimus: Sortes est ita albus sicut Plato niger. hic fit comparatio immediate in duobus scilicet in albedine et nigredine. sed mediate fit hic comparatio in uno: scilicet in intensione qua qñ dicitur. Sortes est ita albus sicut Plato est niger idem est dicere: q albedo Sortis et nigredo Platonis equaliter sunt intense. ¶ Quarto notandum est q illud de quo debet fieri comparatio debet suscipere magis et minus: seu debet esse significabile per terminum suscipientem comparationem: et ideo quia humanitas non suscipit comparationem magis et minus non fit comparatio hominum in humanitate: non enim dicimus unum hominem esse magis vel minus hominem alio. ¶ Quinto notandum: q illud de quo debet fieri comparatio debet reperiri in utroq comparabilium: et ideo quia bonitas non reperitur in diabolo nec malitia in deo: nihil proprie debet comparari deo in malitia: nec diabolo in bonitate. ¶ Sexto notandum q duplex est comparatio: scilicet comparatio cõmuniter dicta: et comparatio proprie dicta: comparatio communiter dicta reperitur in omnibus in quibus solemus dicere hoc esse magis isto: vel hoc esse magis tale. et universaliter ubicunq aliquod unum suscipiens comparationem est verificabile de utroq comparabilium: et huiusmodi comparatione bene comparamus deum et hominem adinvicem: dicentes deum esse meliorem homine: ecce q hoc nomen bonus est verificabile tam de homine: q de deo: sed ad comparationem proprie dictam ultra hoc requiritur q sit secundum determinatam proportionem: aliter non esset cõparatio proprie dicta: et ideo quia deus secundum nullam proportionem est melior homine: non dicimus deum et hominem esse comparabilia adinvicem comparatione proprie dicta: sed bene comparatione communiter dicta: sed tripedale et bipedale bene sunt comparabilia adinvicem comparatione proprie dicta: sed quia sic non est de angulo recto cõstituto ex diametro alicuius circuli et ex linea contingente illum circulum et angulo portionis: illi anguli non sunt adinvicem comparabiles comparatione proprie dicta: unde licet ille angulus sit maior isto angulo portionis tamen secundum nullam proportionem est maior. Et comparatio cõmuniter vel improprie dicta subdividitur: quedam est ubi excedens excedit excessum ultra omnem proportionem sicut est comparatio perfectionis hominis ad perfectionem asini: unde homo est perfectior asino plusq in duplo: et plusq in triplo: et sic ultra. ita dici potest de angulo recto in ordine ad angulum contingentie. Alia est comparatio impropria ubi excedens excedit excessum citra omnem proportionem: sicut est comparatio anguli recti ad angulum portionis circuli: unde licet angulus rectus sit maior angulo portionis: non tamen in duplo: nec in triplo: et sic ultra: postq angulus rectus non excedit angulum portionis nisi per angulum contingentie. Ex isto patet qualiter res diversarum specierum: sicut homo et asinus: possunt comparari adinvicem in perfectione cõparatione improprie: et ita linea superficies et corpus in magnitudine: secundum distinguentes inter illas quantitates.

Quantum ad secundum sit prima cõclusio q ad hoc q aliqua sint adinvicem comparabilia nõ oportet ea esse eiusdem speciei specialissime: patet: nam homo et asinus sunt adinvicem comparabilia in albedine et nigredine: et tñ sunt diversarum specierum. ¶ Secunda conclusio ad hoc q sm aliquas dispositiões fiat cõparatio requirit illas esse eiusdẽ speciei specialissime: et hoc intendebat Aristo. in septimo quñ uoca

comparabilia debere esse vniuoce: hoc est dispositiões secundum quas fit comparatio eẽ eiusdem speciei specialissime: hoc intelligitur de comparatione proprie dicta: patet: nam propter hoc vocem esse acutiorem: vel minus acutã stilo non dicimus. Similiter propter hoc non dicimus mel esse dulcius voce: licet vtrunqꝫ istorũ dicatur dulce: dicimus enim vocem esse dulcem: ⁊ similiter mel dicimus esse dulce: non tamen dulce dicitur vniuoce de voce ⁊ melle. Et propter hoc sequitur tertia cõclusio ꝙ secundum genus non fit ita proprie comparatio sicut secundum speciem specialissimam: patet hoc: quia in genere non est tanta vniuocatio sicut in specie specialissima: vnde Aristo. in isto septio dixit circa gñia latere equiuocationes: ⁊ ꝓpter hoc licet dicam⁹ vnũ corpus esse magis album alio: non tamen dicimus vnum corpus esse magis coloratum alio.

Ad rationes principales ⁊ ad primam

secundam: tertiã: ⁊ quartã: patet ex his que in positiõe dicta sunt. ¶ Ad quintam nõ omnes motus sunt eiusdem speciei concedo: ⁊ quando dicebatur omnes mot⁹ sunt adinuicem comparabiles nego: ⁊ quando dicebatur quecunqꝫ sunt eadem mensura mensurabilia sunt adinuicem comparabilia: dico ꝙ verum est si sunt eadẽ mensura mensurabilia mensuratione que est secundum adequationem mensure ad mensuratũ. Si autem sunt eadem mensura mensurabilia: ⁊ hoc mensuratiõe que est secundum proportionalem diuisionem mensure ⁊ mensurati: hoc non oportet et sic est in proposito: nam tali mensuratione tempus mensurat motum propter hoc: licet omnium motuum sit talis eadem mensura: non tamen propter hoc oportet: ꝙ omnes sint adinuicem comparabiles. ¶ Ad sextam dico ꝙ licet motus sursum: et motus deorsum sint diuersarum specierum: tamẽ quia velocitas dicitur de vtroqꝫ eorum vniuoce: bene sunt comparabiles adinuicẽ comparatione proprie dicta in velocitate. ¶ Ad septimã dico ꝙ quia triangulus ⁊ quadratuꝫ sunt diuersarum specierum in quãtum figure: ⁊ non tamẽ in ꝗ̃tum superficies: ⁊ ideo nõ secundum ꝙ sunt figure: sed secundum ꝙ sunt superficies comparentur adinuicem.

Questio.V.



Veritur quinto. vtrũ quilibet motus: cuilibet motui sit comparabilis. ⁊ arguitur primo ꝙ sic: nam omnis motus est aliqualiter velox: ergo quilibet motus est alteri comparabilis in velocitate: consequentia videtur tenere: ex eo ꝙ velocitas reperitur hic ⁊ ibi: assumptum patet ex eo: ꝙ null⁹ motus est infinite tardus. ¶ Secundo quilibet motus sequitur proportionem potentie mouentis ad resistentiam: cum ergo quelibet proportio cuilibet proportioni sit comparabilis: videtur etiam ꝙ quilibet motus cuilibet motui sit cõparabilis: sic videlicet ꝙ talis est proportio motuũ qualis est proportio proportionuꝫ: quas illi motus sequuntur. ¶ Tertio: nam tertio celi dicitur generans tantum dat de loco quantum de forma. ergo videtur ꝙ ita velociter moueatur localiter: sicut alteratur in dando formam mediante qua fit ille motus localis: ergo videtur ꝙ ille motus localis sit comparabilis motui alterationis. ¶ Quarto. nam sit aliquod ferrum ignitum quod moueatur super aliquo cõbustibili sicut super ligno: tunc ita velociter sicut mouetur illud ferrum localiter illud combustibile comburitur ⁊ alteratur: ex quo videtur ꝙ motus localis: ⁊ talis alteratio puta calefactio: ⁊ combustio: sunt adinuicem cõparabiles. ¶ Quinto omnes motus sunt eadem mensura adinuiceꝫ mensurabiles: ergo omnes motus sunt adinuicem comparabiles: assumptum ꝓ patet: quia omnes sunt mensurabiles tempore: ⁊ consequentia probatur: nam que sunt eadem mensura mensurabilia sunt equalia: vel inequalia: ⁊ per consequens comparabilia: sic ergo videtur esse probatum de motibus diuersorum generum ꝙ sint adinuicem comparabiles. Deinde probatur de motibus eiusdem generis ꝙ sunt adinuicem comparabiles sicut de motu circulari ⁊ de motu recto probatur: illi motus sunt adinuicem comparabiles: quorum transitus penes quos attenduntur eorum velocitates sunt adinuicem comparabiles: sed sic est de motu circulari ⁊ de motu recto: patet hoc: quia motu recto pertransitur corda. motu autem circulari arcus: modo arcus ⁊ corda sunt adinuicem cõparabiles: omnis enim arcus est longior sua corda. ¶ Secundo. nã motus sursum ⁊ motus deorsum sunt eiusdem generis licet sint diuersarum specierum: ⁊ sunt adinuicem comparabiles: patet hoc: quia si aliquod graue in hora descenderet de cõcauo orbis lune ad centrũ terre: ⁊ vnũ aliud ascenderet de centro terre ad concauum orbis lune diceremus ꝙ talis ascensus esset eque velox cum tali descensu. quare ⁊c.

In oppositum est Aristo. qui vult non

omnem motum cuilibet motui esse comparabilem. ¶ In ista questione primo ꝓsupponẽda est diffinitio velocitatis in isto sexto data scilicet ꝙ velocius est: quod in equali vel minori tempore plus pertransit de spatio. ¶ Alterius est sciendum. ꝙ Commẽtator dicit ibi: ista diffinitio velocitatis non dicitur vniuoce: sed equiuoce de omnibus: de quibus dicitur: vnde non omnis velocitas cuilibet velocitati est eiusdem rationis. ¶ Tertio sciendum est: ꝙ motus possunt comparari adinuicem dupliciter scilicet proprie quando vnus est eque velox cum alio: vel velocior: secundum aliquam proportionẽ. Improprie dupliciter: vel correspondenter: vel proportionaliter: tunc per ordinem discernendi sunt isti tres modi.

Quãtum ad primum modum sit pri-

ma conclusio: omnes motus sunt comparabiles adinuicem qui sic se habent ꝙ illa sunt comparabilia adinuicem penes que attenduntur eorum velocitates tam ꝗ̃ penes effectũ: probatur: quia postꝗ̃ velocitatẽs attenduntur penes illa sequitur eandem esse proportionem hic et ibi. ¶ Ex ista conclusione sequitur secunda conclusio: ꝙ omnes motus sunt adinuicem comparabiles: quorum velocitates attenduntur penes lineam seu spatium lineale: probatur ex eo: ꝙ omnis linea: linee est comparabilis: probatur: quia si nõ hoc maxime videretur de linea recta: ⁊ de linea curua: sed ꝙ hoc nõ: probatur de arcu ⁊ corda: que habent se sicut linea recta ⁊ linea curua: ⁊ sunt adinuicẽ comparabiles ex eo ꝙ arcus est longior corda: patet hoc etiam ex alio: nã si vna rota volueretur super aliqua superficie plana quãdo fecisset vnam reuolutionem descripsisset vnam lineam rectam omnino equalem circumferentie istius rote quare linea recta ⁊ linea curua sunt comparabiles: patet hoc ex alio nam sicut dicunt geometre: circumferentia alicuius circuli habet se in proportione tripla sesquiseptima ad diametrum illius circuli: sed hoc nõ esset nisi linea recta ⁊ curua essent adinuicem compara-

biles: patet hoc ex alio: quia aliter non potest demonstrari aliquam superficiem quadratam esse equalē alicui superficiei circulari: cuius oppositum facit Archimenides qui credidit hoc demonstrasse. ¶ Ex ista conclusiōe sequit̄ ꝙ motus rectus et mot⁹ circularis sunt adinuicem comparabiles: patz hoc ex eo ꝙ velocitas illorum motuum attenditur penes lineam scilicz vnu⁹ penes lineam rectā: ⁊ alterius penes lineam curuam. ¶ Tertia conclusio illi motus non sunt adinuicem cōparabiles: quorum velocitas vnius attenditur penes angulum: velocitas autem alterius attenditur penes lineam: probatur ex eo ꝙ angulus ⁊ linea non sunt adinuicem comparabilia. ¶ Ex ista conclusione sequitur ꝙ circuitio non est comparabilis motui circulari: vel motui recto: patet ex eo ꝙ prius dictum est in sexto. S. ꝙ velocitas circuitionis: attenditur penes angulum tantum: vel tantum: in tanto: vel in tanto tempore descriptum. velocitas autem motus circularis ⁊ motus recti attenduntur penes lineam. ¶ Tunc de motu alterationis sit prima conclusio: omnes sunt adinuicem comparabiles: que fiunt in eadem contrarietate: probatur: velocitas attenditur penes spatium pertransitum: seu penes distantiam localem seu formalem: cum ergo sit eadem distantia ab vno contrariorum ad aliud ⁊ ecōuerso: sicut est eadem via ab Athenis ad thebas ⁊ ecōuerso: sequitur ꝙ alteratio que est ab vno ꝯtrariorum in aliud scilicet a caliditate in frigiditatem est cōparabilis alterationi que est de frigiditate in caliditatem. Et cōfirmatur: nam sicut motus sursum ⁊ mot⁹ deorsum qui sunt īter eosdem terminos licet mō opposito sunt adinuicem comparabiles: ita similiter est de alteratione scilicet ꝙ iste alterationes sunt adinuicem cōparabiles: que sunt inter eadem extrema ꝯtraria licet modo opposito. ¶ Secunda conclusio. omnes alie alterationes nō sunt adinuicem cōparabiles: patet hoc quia illa penes que mensurantur earum velocitates: non sunt adinuicē cōparabilia. vnde calefactio non est comparabilis albefactioni: nec nigrefactio est comparabilis frigefactioni. ¶ Deinde de augmentatione sit ista prima conclusio ꝙ quelibet augmentatio cuilibet augmentationi est comparabilis: ⁊ hoc intelligitur de augmentatione: que est secundum corpus ⁊ augmentatio secundum lineam augmentationi secundum lineā ⁊ augmentatio secundum superficiem augmentationi secundum superficiem: verum tamē augmentatio secūdum corpus non est comparabilis augmētationi secūdum lineam ex eo ꝙ corpus ⁊ linea non sunt adinuicē cōparabilia nec corpus ⁊ superficies: nec linea ⁊ superficies: sed ꝙ augmentatio secundum corpus sit cōparabilis augmentationi secundū corpus: hoc patz ex eo ꝙ in talibus illa sunt adinuicem cōpararabilia: penes que attenditur velocitas talium augmentationū: hoc dictum sit de comparatione proprie dicta.

Quantum ad secundum modum cōparationis quo aliqui motus comparantur adinuicē correspondenter ista sit conclusio ꝙ motus adinuicem diuersorum generum tali comparatione sunt adinuicē comparabiles: probatur: nam aliqua est intentio que est significabilis per aliquam lineam: ⁊ non maiorem nec minorem: ergo talis dici potest equalis correspondēter illi linee: per quā est significabilis: ⁊ ꝑ consequēs motus alterationis: quo acquirit̄ talis intentio in hora esset equalis: ⁊ correspondens motui locali quo pertransiretur talis linea in eadē hora assumptum probatur: nam si vna linea super quam describatur semicirculus: ⁊ quilibet punctus in illa linea signatus situs alicuius in comparatione ad alterum: sicut se habet linea protracta ab isto puncto ad circumferentiam: tunc ista difformitas albedinis est consimilis semicirculo: cuius linea illa causat semidiametrum per quam significabilis est itensio albedinis ꝑfecti medij in linea circa quam descriptus est semicirculus.

Quantum ad tertium sit ista cōclusio omnes motus sunt adinuicem comparabiles proportionabiliter: ⁊ hoc nō est aliud dicere nisi ꝙ in qua proportione vnus motus localis est velocior alio: quod in simili proportione contingit reperire vnum motum alterationis esse velociorem alio: ⁊ sic de aliis motibus conclusio clara est.

Ad rationes principales dicendum ꝙ bene probant ꝙ omnes motus sunt adinuicem comparabiles proportionabiliter vel correspondenter: nō tamen probant ꝙ omnes motus sint adinuicem comparabiles comparatione proprie dicta.

Questio. VI.



Queritur nunc sexto. vtrum proportio velocitatum in motibus sequatur proportionem proportionum potentiarum mouentium ad suas resistentias. Et arguitur primo ꝙ non: proportio velocitatum sequitur proportionem potentiarum motiuarum inter se: ergo non proportionem proportionum potentiarum mouentium ad suas resistentias: antecedēs patet per Aristotelem quarto huius: vbi dicit ꝙ proportio velocitatū in descendēdo: est sicut proportio grauitatum. ¶ Secundo proportio velocitatū sequitur proportionem resistentiarū: ergo non proportionem ꝓportionum potentiarum mouentium ad suas resistentias consequētia tenet: sicut precedēs: antecedēs patet per Aristotelē quarto huius: vbi dicit ꝙ ꝓportionalit̄ augetur velocitas: sicut diminuitur resistētia: mō hoc nō esset nisi ꝓportionem resistentiarum sequeretur ꝓportio velocitatum. quare ⁊c.

In oppositum sunt Aristoteles. & ei⁹ Cōmentator in isto septimo. ¶ In ista questiōe primo videndum est de diuisione ꝓportionis in suas species. ¶ Secundo videndum est de quesito.

Quantū ad primū sciendū est ꝙ proportio primo diuiditur in proportionem rationalem ⁊ irrationalem: proportio rationalis dicitur: que immediate denominatur ab aliquo numero: sicut duple vel tripla. Irrationalis autem que non nominatur immediate aliquo numero: sed immediate denominatur ab aliqua proportiōe sicut proportio que vocatur medietas duple proportionis: qualis est proportio diametri alicuius quadrati ad costam eiusdem et cetera. ¶ Et differunt proportio rationalis ⁊ irrationalis: nam proportio rationalis reperitur tam in numeris q̄ in magnitudinibus. proportio autem irrationalis non est in numeris: sed solum in magnitudinibus reperitur propter quod proportio rationalis est de consyderatione tam Arithmetice ꝙ geometrie. proportio autem irrationalis solum est de consyderatione geometrie. Proportio autem rationalis saltē maioris inequalitatis sic diuidit̄. Alia est multiplex. alia supperparticularis. alia


superpartiens: alia multiplex superparticularis. alia multiplex superpartiens. Ita ꝙ proportionis rationalis quinqꝫ sunt species quarum tres prime sunt simplices: alie due composite. ¶ Proportio multiplex dicitur quando maius continet minus pluries precise: ita ꝙ nihil superfluit: si maius continet minus precise bis vocatur proportio dupla: qualis est proportio duorum ad vnum vel sex ad tria. si autem precise ter vocatur proportio tripla: sicut tria ad vnum: vel sex ad duo. Si autem precise quater vocatur proportio quadrupla. ⁊ sic in infinitum. ⁊ sic patet qualiter proportionis multiplicis infinite sunt species. ¶ Proportio autem superparticularis dicitur: quando maius continet minus non pluries sed semel: ⁊ cum hoc aliquam partem aliquotam numeri minoris. verbi gratia: sicut est proportio trium ad duo: tria enim continent duo semel: et cum hoc vnitatem: que est pars aliquota duorum. ⁊ istius etiam proportionis infinite sunt species: nam si maius continet minus semel: ⁊ cum hoc partem aliquotam minoris que est altera pars numeri minoris: puta medietas vocatur proportio sesquialtera: qualis est proportio trium ad duo: ⁊ sex ad quatuor ⁊ nouem ad sex. Si autem maius continet minus semel: ⁊ cum hoc tertiam eius partem vocatur sesquitertia: sicut est proportio quatuor ad tria: ⁊ proportio octo ad sex. ⁊ sic vltra. Si vero magis continet minus semel: ⁊ cum hoc quartam eius partem vocatur sesquiquarta: qualis est proportio quinqꝫ ad quatuor: ⁊ decem ad octo: ⁊ sic in infinitum proportionaliter multiplicentur species proportionis superparticularis. ¶ Sed pro ista specie: ⁊ sequente sciendum est quid sit pars aliquota: ⁊ non aliquota. Unde pars aliquota dicitur que aliquotiens sumpta potest reddere totum precise nihil plus nec minus: ⁊ sic vnitas se habet respectu cuiuslibet numeri. ¶ Pars non aliquota est que quotienscunqꝫ sumpta non reddit suum totum precise: sed aliquid plus vel minus: ⁊ sic se habent duo respectu quinqꝫ. si enim duo sumantur bis reddunt minus q̄ quinqꝫ. ¶ Si vero ter reddunt maius: et propter hoc duo dicuntur pars non aliquota respectu quinqꝫ. ¶ Tertia species proportionis rationalis: que vocatur proportio superpartiens ⁊ dicitur superpartiens quando maius continet minus semel ⁊ non pluries: ⁊ cum hoc partem non aliquotam minoris qualis est proportio quinqꝫ ad tria: ⁊ similiter proportio septem ad quinqꝫ. Deinde si ista pars non aliquota: est composita ex duabus partibus aliquotis minoris: tunc talis proportio vocatur superbipartiens. Si vero est composita ex tribus aliquotis minoris: vocatur supertripartiens: si vero ex quatuor vocatur superquadripartiens: ⁊ sic in infinitum. ¶ Ulterius est notandum pro habenda perfecta denominatione: qualiter se habent iste partes aliquote respectu minoris an sunt tertie: an quarte: an quinte: si tertie: vocatur superpartiens tertias. Si vero sunt quarte: vocatur superpartiens quartas. ⁊ cetera. Unde si maius continet minus semel: ⁊ cum hoc partem non aliquotam minoris: que quidem pars non aliquota est composita ex duabus partibus aliquotis minoris: quarum quelibet est tertia pars minoris: vocatur proportio superbipartiens tertias: qualis est proportio quinqꝫ ad tria: quinqꝫ enim continet tria semel ⁊ cum hoc duo: que est pars non aliquota trium. nihilominus illa dualitas composita est ex duabus vnitatibus minoris numeri: quarum quelibet est tertia pars trium. Si vero maius continet minus semel: ⁊ cum hoc partem non aliquotam: que est composita ex duabus partibus aliquotis minoris numeri quarum quelibet est quinta pars minoris: vocatur proportio superbipartiens quintas sicut septem ad quinqꝫ. Si vero maius continet minus semel: et cum hoc partem non aliquotam minoris continentem in se quatuor aliquotas minoris: quarum quelibet est quinta minoris: vocatur superquadripartiens quintas: qualis est proportio nouem ad quinqꝫ: vel superpartiens quatuor quintas et sic in infinitum vlterius multiplicari possunt species proportionis rationalis simplicis. ¶ Quarta species vocatur multiplex superparticularis: et est quando maius continet minus pluries: et cum hoc aliquam eius partem aliquotam numeri minoris sicut est proportio septem ad tria. septem enim continent tria bis: et cum hoc vnitatem que est pars aliquota trium. Et si maius continet minus bis et non pluries: et cum hoc partem alteram numeri minoris: vocatur proportio dupla sesquialtera: qualis est proportio quinqꝫ ad duo: quinqꝫ enim continent duo bis: et cum hoc vnitatem: que est altera pars duorum. Si vero maius continet minus bis: et cum hoc tertiam partem eius: vocatur proportio dupla sesquitertia: sicut est proportio septem ad tria: ⁊ sic vlterius proportionaliter in infinitum multiplicari possunt species huius proportionis. ¶ Quinta species proportionis: que vocatur multiplex superpartiens dicitur quando maius continet minus pluries: et cum hoc continet partem non aliquotam minoris: qualis est proportio octo ad tria: octo enim continet tria bis: ⁊ cum hoc duo. modo duo non est pars aliquota trium: ⁊ si maius continet minus bis ⁊ cum hoc partem non aliquotam continentem in se duas aliquotas numeri minoris: quarum quelibet est tertia minoris: vocatur proportio dupla superbipartiens tertias: sicut est proportio octo ad tria: ⁊ sic proportionaliter vlterius in infinitum possunt multiplicari species huius proportionis. hec omnia in tractatu proportionum patebunt.

Quantum ad secundum sit prima conclusio: proportio velocitatum non est sicut proportio potentiarum mouentium inter se: probatur: quia si proportio velocitatum est sicut proportio potentiarum mouentium inter se: sequitur ꝙ datis duabus potentijs: puta a. b. quarum vna esset dupla ad aliam que mouerent duo mobilia equalia: potentia dupla moueret suum mobile in duplo velocius: ⁊ potentia subdupla suum mobile in duplo tardius: consequens est falsum: consequentia tenet si oppositum conclusionis esset verum: falsitas consequentis probatur: nam sic sequeretur ꝙ a proportione minoris inequalitatis fieret actio: probatur consequentia: nam signetur potentia dupla: sicut sex: ⁊ potentia subdupla sicut tria: ⁊ duo mobilia vtrunqꝫ sicut quatuor: tunc tria mouerent quatuor in duplo tardius q̄ sex ⁊ ita tria mouerent quatuor: sed proportio trium ad quatuor est proportio minoris inequalitatis: ergo. ¶ Secunda conclusio. proportio velocitatum non est sicut proportio resistentiarum: probatur: nam opposito dato sequeretur ꝙ aliqua potentia data: que moueret aliquod mobile sibi resistens aliqua velocitate: illa potentia moueret mobile duplum subdupla velocitate: sed hoc est falsum: consequentia tenet: postq̄ proportio velocitatum est sicut proportio resistentiarum: et falsitas patet: nam signata aliqua potentia sicut sex ⁊ resistentia sicut quatuor: tunc si illa potentia moueret duplam resistentiam subdupla velocitate: sex mouerent octo: postq̄ octo est duplum ad quatuor velocitate in duplo minori q̄ mouerent quatuor: ⁊ sic iterum a proportione minoris inequalitatis proueniret actio. ¶ Tertia conclusio. proportio velocitatum non est sicut proportio excessuum: nam sic sequeretur ꝙ illa regula non esset vera: que tamen

est vera & est Aristotelis. Si aliquis motor mouet aliquod mobile: verbi gratia: quatuor duo: medietas motoris mouebit medietatem mobilis equali velocitate: probatur consequentia: quia maior est excessus quatuor super duo: q̄ duorum super vnum. ¶ Secundo: nam videmus q̄ si viginti homines trahunt vnam nauem aliqua velocitate: q̄ si vnus aduentat modicum velocitas intenditur: in comparatione ad velocitatem priorem. Si vero vnus homo trahit nauem: & vnus sibi aduenit: velocitas plus intenditur in comparatione ad velocitatem priorem: modo hoc non esset taliter nisi proportio velocitatum esset sicut proportio excessuum. ¶ Quarta conclusio. proportio velocitatum in motibus est sicut proportio proportionum potentiarum mouentium ad suas resistentias ita q̄ ex equalibus proportionibus potentiarum mouentium ad suas resistentias prouenit equalis proportio velocitatis: & ex inequalibus inequalis: ita q̄ ad duplam: dupla velocitas & ad subduplam subdupla velocitas: ita q̄ si proportio a. potentie ad b. resistentiam esset quadrupla: & proportio c. potentie ad d. resistentiam esset dupla: cum ergo proportio quadrupla sit dupla duple: a. potentia moueret b. resistentiam in duplo velocius q̄ c. d. probatur conclusio a sufficienti diuisione: nam proportio velocitatum in motibus: vel est sicut proportio potentiarum mouentium inter se: & hoc non per primam conclusionem: vel sicut proportio resistentiarum inter se & hoc nō per secundam: vel sicut proportio excessuum: & hoc non per tertiam: vel sicut proportio proportionum potentiarum & cetera. & sic habetur intentum. pluribus modis non videtur posse imaginari penes quid proportio velocitatum in motibus debeat attendi tanq̄ penes causam. ¶ Contra illam vltimam conclusionem dubitatur nam si esset vera sequeretur: q̄ si sortes proijceret aliquem lapidem ad aliquam distantiam super quam habet aliquam proportionem maioris inequalitatis q̄ lapidem super quem haberet proportionem in duplo maiorem deberet proijcere in duplo remotius: & lapidem super quem haberet proportionem in quadruplo maiorem deberet proijcere in quadruplo remotius: et sic vltra in infinitum: sicut patet ad experientiam. hoc est falsum. ¶ Respondetur negando consequentiam: quia in proiectione tali non solum lapis resistit: sed etiā aer & ideo licet sortes bene habeat talem vel talem proportionem super lapidem minorem vel maiorem: non tamen super totam resistentiam. modo velocitas non sequitur proportionem potentie mouentis solum super partem: sed super resistentiam totalem. ¶ Secundo dubitatur: nam sit aliquod calidum sicut sex: & aliquod frigidum sicut quatuor tunc illud calidum habet eandem proportionem super illud frigidum quando est remotum: sicut quando est propinquum. et tamen quando est propinquum velocius agit in ipsum. ergo videtur q̄ conclusio sit falsa. ¶ Respondetur q̄ ratio bene probat: q̄ velocitas non sequitur proportionem potentie ad resistentiam absolute: & hoc bene conceditur: sed hoc cum aliquibus attentis: puta tali vel tali applicatione agentis ad passum. modo licet calidum sicut octo habeat eandem proportionem ad frigidum quum est remotum: sicut quum est propinquum: nō tamen est ei equaliter applicatum: & propter hoc velocitas non est equalis: quia ad proportionem oportet attendi applicationem. ¶ Tertio dubitatur. nam agens in agendo repatitur: ergo passum aliqua velocitate reagit in ipsū agens: et cum non habeat nisi proportionem minoris inequalitatis: sequitur q̄ velocitas qua agit: sequitur proportionem minoris inequalitatis: et cum vna alia consimilis velocitas possit prouenire a proportiōe maioris inequalitatis: sequitur q̄ non est similis proportio velocitatum sicut proportio proportionum potentiarum mouentium ad suas resistentias. ¶ Respondetur q̄ velocitas qua passum agit in agens non sequitur proportionem passi ad agens: sed sequitur proportionem posse reagere ipsius passi: ad posse resistere ipsius agentis: sicut dictum est diffusius super libro de generatione. modo proportio posse agere ipsius passi ad posse resistere ipsius agentis: potest esse proportio maioris inequalitatis: licet proportio passi ad agens sit minoris inequalitatis: verbi grā: posito q̄ ignis agat in aquam cum tum igne: & aqua sit magne actiuitatis: et modice resistentie: possibile est q̄ vtriusq̄ actiuitas sit maior q̄ sit alterius resistentia: et sic vtrumq̄ ipsorum potest agere in reliquum: a proportiōe maioris inequalitatis. ¶ Quarto dubitatur: nam sit aliquod graue quod descendat in aliquo medio vniformi: tunc clarum est q̄ hoc non obstante q̄ medium est vniforme illud graue continue velocius et velocius mouetur: & tamen continue manet eadem proportio potentie mouentis ad resistētiam: ergo videtur q̄ conclusio sit falsa. ¶ Respondetur q̄ in descensu talis grauis in tali medio vniformi non manet continue eadem proportio potentie mouentis ad suam resistentiam: quia in descēsu talis grauis: illi graui acquiritur quedam grauitas accidentalis: seu impetus: qui vna cum grauitate preexistente mouet velocius: & velocius.

Ad rationes dico negando istas auctoritates. que alibi sunt auctoritates ad oppositum et potest dici q̄ hoc est ex vitio trāslatoris q̄ tales auctoritates sunt posite quarto huius.

Quæstio. VII.



Væritur vltimo: vtrum regule quas ponit Aristoteles de comparatione mobilium & mouentium in septimo sint vere. ¶ Et arguitur q̄ sic: auctoritate Aristotelis et Commentatoris in loco preallegato.

In oppositum arguitur: nam velocitas motus sequitur proportionem potentie mouentis ad suam resistentiam. modo cum isto veritas aliquarum istarum regularum stare non potest: patet hoc: nam si aliqua potentia habet aliquā proportionem ad aliquod mobile: non oportet q̄ dupla potentia habeat in duplo maiorem proportionem ad illud mobile. & per consequens non oportet q̄ si aliqua potentia mouet aliquod mobile q̄ dupla potentia moueat idem mobile in duplo velocius: si enī quatuor mouent vnum non oportet q̄ octo moueāt vnum in duplo velocius: propter hoc q̄ proportio octo ad vnū non est dupla ad proportionē quatuor ad vnum: nā proportio octo ad vnū est octupla: modo octupla nō est dupla quadruple: qualis est proportio quatuor ad vnum sed proportio sextadecupla: qualis est proportio sexdecim ad vnum: bene est dupla quadruple: propter hoc q̄ componitur ex duabus quadruplis: tanq̄ ex duabus suis

medietatibus.componitur enim ex proportione sexdecim ad quatuor:que est quadrupla.et ex proportione quatuor ad vnū que similiter est quadrupla. ¶ In ista questione primo notande sunt alique suppositiones. ¶ Secundo ponēde sunt alique conclusiones. ¶ Tertio alique regule de comparatione mouentium et mobilium.

Quātū ad primum sit ista prima suppositio:ꝙ velocitas motus sequitur proportionē potētie mouentis ad suam resistentiam:ita ꝙ proportio velocitatū est sicut proportio proportionū potentiarū mouētium ad suas resistentias ista suppositio patꝫ per questionem precedentem. ¶ Secunda suppositio est:datis duobus extremis:quorum vnius ad alterum est aliqua proportio aliquo vel aliquibus interpositis:cuius vel quorum ad vtrunqꝫ extremorum est aliqua proportio:erit proportio primi ad vltimum composita ex proportione primi ad secundum:⁊ secundi ad tertium et si plura intermedia sunt posita: ⁊ ex proportione tertij ad quartum:verbi gratia:porportio trium ad vnuꝫ est composita ex proportione trium ad duo:et ex proportione duorum ad vnum:ita ꝙ proportio tripla est composita ex vna sesquialtera: ⁊ vna dupla.similiter proportio quatuor ad vnum est composita ex proportione quatuor ad tria:⁊ ex proportione trium ad duo ⁊ duorum ad vnum:ita ꝙ proportio quadrupla est composita ex vna sesquitertia:⁊ vna sesquialtera:⁊ vna dupla que tres proportiones valent duas duplas precise:ex eo ꝙ vna sesquialtera:⁊ vna sesquitertia valent vnam duplam ista suppositio patet ex quinto. Euclidis. ¶ Tertia suppositio est proportio composita ex proportione maiori ⁊ minori: ad proportionem minorem est maior q̄ dupla:⁊ ad proportionem maiorem est minor q̄ dupla.patet hoc primo ratione:nam totum compositum ex duabus partibus vna minori:⁊ alia maiori:ad partem minorem est plusq̄ duplum: ad partem vero maiorem minus q̄ duplum:sicut patet de ligno tripedali quod ad pedalem partem eius minorem est plusq̄ duplum:⁊ ad bipedalem partem eius est minus q̄ duplum. ¶ Patet secundo exemplo:nam proportio octo ad vnum componitur ex proportione quatuor ad vnum:⁊ ex proportione octo ad quatuor:quia ergo proportio quatuor ad vnū est maior q̄ proportio octo ad quatuor:sequitur ꝙ proportio octo ad vnum est minor ꝙ dupla ad proportionem quatuor ad vnum: ⁊ est maior q̄ dupla ad proportionem octo ad quatuor. Ista suppositio patet quinto Euclidis.

Quantum ad secūdum sit prima conclusio.si a mouet b.non oportet ꝙ a moueat medietatem b.in duplo velocius precise:patet hoc:nam sit a. sicut octo:⁊ suum mobile sicut duo:⁊ medietas illius mobilis sicut vnum:⁊ sit medietas mobilis c.dico ꝙ a.non mouet c.in duplo velocius q̄ moueat b.sed minus q̄ in duplo:quod probatur:quia proportio a.ad c. non est dupla ad proportionem a.ad b.ergo velocitas qua a.mouet c non est dupla ad velocitatem qua a mouet b.consequentia tenet per primam suppositionem: antecedens probatur:nam proportio a.ad c.componitur ex proportione a.ad b.⁊ ex proportione b.ad c per secundam suppositionem:sed proportio a.ad b.est maior q̄ proportio b. ad c.quia quadrupla proportio. sed b.ad c.est dupla.ergo ⁊ cetera.per tertiam suppositionem proportio a.ad c.est minor q̄ dupla ad proportionem a.ad.b.quod erat probandum. ¶ Secunda cōclusio est:ꝙ bene aliquando aliqua potentia mouens aliquod mobile mouet medietatem illius mobilis in duplo velocius precise:et hoc tenet quando potentia habet se ad suum mobile in proportione dupla.verbi gratia:si quatuor mouerent duo:dico ꝙ quatuor mouerent medietatem duorum scilicet vnum precise in duplo velocius:q̄ mouebant duo:probatur:quia proportio quatuor ad vnum precise est dupla ad proportionē quatuor ad duo.ergo velocitas erit precise dupla:consequentia tenet:per primam suppositionem:⁊ antecedens patet:nam proportio quatuor ad vnum componitur ex proportione quatuor ad duo : ⁊ duorum ad vnum:per secundam suppositionem:que quidem proportiones sunt inter se equales:quia quelibet earum est dupla.ergo proportio quatuor ad vnum est precise dupla ad quamlibet illarum.consequentia tenet per illam communem animi conceptionem:si aliquod totum componitur ex duabus partibus equalibus:tunc illud totum ad quamlibet illarum partium est precise duplum:⁊ forte ad istum intellectum Aristoteles posuit suam regulam scilicet ꝙ si aliqua potentia mouet aliquod mobile:que quidem potētia se habet ad illud mobile in proportione dupla:eadem potentia mouebit medietatem illius mobilis i duplo velocius. ¶ Tertia conclusio.ꝙ aliquando potentia mouente aliquod mobile non habente se in dupla proportione ad illud mobile eadem potentia mouebit medietatem illius plusq̄ in duplo velocius:verbi gratia posito ꝙ a.potentia sit sicut tria ⁊ b.mobile sicut duo:dico ꝙ a.mouet medietatem b.scilicet c.plusq̄ in duplo velocius q̄ mouebat b.probatur:quia proportio a.ad c.est plusq̄ dupla ad proportionem a.ad b.ergo velocitas qua a.mouet c.est plusq̄ dupla ad velocitatem qua a.mouet b.consequentia tenet per primam suppositionem. Antecedens probatur:nam proportio a.ad c.componitur ex proportione a.ad b.⁊ b.ad c.per secundam suppositionem: sed proportio b.ad c.que est dupla:est maior q̄ sit proportio a.ad b.que est sesquialtera: ergo per tertiam suppositionem proportio a.ad c.est plusq̄ dupla ad proportionem a.ad b.quod erat probandum. ¶ Iste tres conclusiones sunt posite circa primam regulam Aristotelis:que erat ꝙ si aliqua potentia mouet aliquod mobile tunc eadem potentia mouebit medietatem istius mobilis precise in duplo velocius:⁊ quomodo ista regula habet veritatem et quomodo non patet per conclusiones positas. ¶ Deinde est vna alia regula Aristotelis:ꝙ si aliqua potentia mouet aliquod mobile : dupla potentia mouebit idem mobile in duplo velocius. ¶ Circa quam sit prima conclusio:ꝙ non oportet si a mouet b.ꝙ duplum ad a.moueat b.in duplo velocius:verbi gratia sit a.sicut quatuor ⁊ b.sicut vnum ⁊ sit duplum ad a.c.sicut octo dico ꝙ c.non mouet b.in duplo velocius q̄ a mouet b.sed minus.probatur:quia proportio c.ad b.non est dupla ad proportionem a.ad b.ergo nec velocitas ad velocitatem:consequentia tenet per primam suppositionem:antecedens probatur:nam proportio c.ad b.componitur ex proportione c.ad a.⁊ a.ad b.per secundam suppositionem.Sed proportio a.ad b.que est quadrupla:est maior q̄ proportio c.ad a.que est dupla ergo.per tertiam suppositionem proportio c.ad b.non est dupla: sed minor : ad proportionem.a.ad .b.quod erat probandum. ¶ Secunda conclusio est ꝙ aliquādo aliqua potentia mouente aliquod mobile dupla potentia mouebit illud mobile plusq̄ in duplo velocius.probatur:nam sit a.potentia sicut tria:⁊ b.mobile sicut duo:⁊ duplum ad a.sicut sex sit c.dico ꝙ c.mouet b.plusq̄ in duplo velocius q̄ a.mouet b.probatur:

quia proportio c.ad b.est plusq̄ dupla ad proportionē a.ad b.ergo velocitas ē plusq̄ dupla ad velocitatē:cōsequentia tenet per primam suppositionē:antecedens probatur:quia proportio c.ad b.componitur ex proportione c.ad a.et a.ad b.que est sesquialtera:et est minor proportio q̄ c.ad a.que est dupla per tertiam suppositionē:ergo proportio c.ad b est plusq̄ dupla ad proportionem a.ad b.quod erat probandum. ¶Tertia conclusio.ꝙ aliquando aliqua potentia mouente aliquod mobile dupla potentia mouebit idem mobile precise in duplo velocius:et hoc est verum:quando illa potentia se habet in dupla proportione ad illud mobile.et ita forte intellexit Arist.probatur:nam sit a.potētia sicut duo:et b.mobile sicut vnum:et c.duplum ad a.sicut quatuor:dico ꝙ c.mouet b.precise in duplo velocius q̄ a.mouet b.probatur ex eo ꝙ proportio c.ad b.est precise dupla ad proportionem a.ad b.sicut prius dicebatur. ¶Deinde est vna alia regula Arist.ꝙ si aliqua potentia mouet aliquod mobile:medietas illius potentie mouebit medietatem illius mobilis equali velocitate:et illa regula est vera:quia sicut est proportio totius ad totum ita est medietatis ad medietatem ergo etiam equalis est velocitas:qua totum mouet totum:et medietas medietatem:consequentia tenet per primam suppositionē:antecedēs probatur:nam sit a.vnū totū et eius medietas b.et aliud totū c.et eius medietas d.tunc arguit sic:qualis est ꝓportio a.ad b.talis est ꝓportio c.ad d.ergo permutatim qualis est ꝓportio a.ad c.talis est proportio b.ad d. ¶Deinde est vna alia regula Aristo.si due potentie diuise mouent duo mobilia diuisa:eedem potentie aggregate mouebunt illa mobilia aggregata equali velocitate. ¶Contra istam regulam sit prima conclusio.si a.potentia mouet b.mobile aliqua velocitate:et c.potentia mouet d.mobile aliqua velocitate aggregatum ex a.et c.potentys non mouebit aggregatum ex b.et d mobilibus equali velocitate qua a.mouebat b.et eq̄li velocitate qua c.mouebat d.sed bene velocitate media. Verbi gratia sit a.sicut quatuor:et b.suum mobile sicut vnum:et ex alia parte sit c.etiam sicut quatuor et d.suum mobile sicut duo:tunc dico ꝙ aggregatum ex a.et c.mouebit aggregatum ex b.et d.predicto modo:probatur:quia proportio aggregati ad aggregatum est sicut octo ad tria que est dupla superpartiens duas tertias:et ista proportio non est equalis proportioni quatuor ad duo:sed est ea maior:nec est equalis proportioni quatuor ad vnum:sed ea minor est:ergo media inter eas:erit ergo similiter de motibus consequentia tenet per primam suppositionem:et antecedens declaratū est. ¶Secunda conclusio:si a.mouebit b.aliqua velocitate:et c.mouet d.equali velocitate:aggregatū ex a.et c.motoribus mouebit aggregatum ex b.d.mobilibus equali velocitate:probatur:equalis est tunc proportio aggregata ex motoribus ad aggregatum ex mobilibus qualis erat motorum diuisim ad mobilia diuisim.quare.etc.

Quantum ad tertium sit prima regula.si potentia motoris ad potentiam sui moti fuerit ꝓportio dupla:potentia motiua duplicata mouet idem mobile in duplo velocius:verbi gratia:sit potentia motiua a.sicut duo ad suum mobile b.sicut vnū:et duplū ad a.sit c.sicut q̄tuor:dico ꝙ c.mouebit b.precise i duplo velocius q̄ a.mouebit b.demonstratio huius patz ex precedentibus. ¶Secūda regula si potentia mouentis ad potentiam sui moti fuit proportio dupla eadem potentia mouebit medietatem illius moti in duplo velocius precise:verbi gratia sit a.potentia motiua sicut quatuor:et b.motum sicut duo:et c.medietas moti sicut vnum:dico ꝙ a.mouet c.precise in duplo velocius q̄ mouebat b.iterum demonstratio illius clara est ex precedentibus. ¶Tertia regula est. Si potentie mouentis ad potentiam sui moti fuerit proportio maior q̄ dupla:potentia duplicata non mouebit idem mobile in duplo velocius:sed minus:verbi gratia:sit a.potentia sicut quatuor:et b.mobile sicut vnum:et duplum ad a.potentiam sit c.et sicut octo dico ꝙ nō mouebit b.in duplo velocius q̄ mouebat a.patet hoc ex eo ꝙ proportio c.ad b.non est dupla ad proportionem a.ad b.sicut prius dicebatur. ¶Quarta regula. Si fuerit potentia mouentis ad potentiam sui moti proportio maior q̄ dupla:eadē potentia non mouebit medietatem sui moti precise in duplo velocius:sed minus. verbi gratia:sit a.potentia sicut octo:et sit b.suum mobile sicut duo:et sit medietas mobilis c.sicut vnum:dico ꝙ a.non mouebit c.in duplo velocius q̄ mouebit b.sed minus patet hoc ex eo ꝙ proportio a.ad c.non est dupla ad proportionem a.ad b.sicut potest apparere ex precedentibus. ¶Quinta regula. Si potentie mouentis ad potentiam sui moti proportio fuerit minor q̄ dupla eadem potentia duplicata mouebit idem mobile plusq̄ in duplo velocius:verbi gratia:sit a.potentia sicut tria:et b.suum mobile sicut duo:et duplum ad a.sit c.sicut sex:dico ꝙ c.nō mouebit b.plusq̄ in duplo velocius q̄ a.mouebit b.patet hoc ex eo ꝙ proportio c.ad b.est plusq̄ dupla ad proportionē a.ad b.sicut patet ex precedentibus.

Ad rationes dico ꝙ forte ex vitio trāslatoris posite sunt false tales regule que credūtur esse posite de mente Aristotelis:licet non ita sit.et ita potest dici pro excusatione Aristotelis.

Et sic est finis septimi libri Physicorum.

Questiones magistri Alberti de Saxonia super Octauum librum Physicorum Aristotelis.

Questio I.



Vaeritur circa textum octaui Libri physicorum:vtrum semper fuerit motus:et semper erit motus. et arguitur ꝙ nō. nam sic sequeretur ꝙ mundus esset eternus:consequens falsum:consequentia tenet ex eo ꝙ q̄diu fuit motus tamdiu et q̄diu erit tā diu fuit mundus et erit:sed falsitas consequentis probatur:nam si mundus esset vel fuisset eternus:sequeretur ꝙ iam esset multitudo infinita aliquorum senatorum par non sufficientium vnum ex his compositum:sed hoc est inconueniens:ꝓbatur consequentia:nam si mundus fuisset

eternus infiniti hoies fuissent mortui:et cum secūdum
Aristo.anima humana sit ppetua:seqret q essent tam
infinite aīe hominū mortuoꝝ:et cū tales non ꝯstituant
vnum ex eis cōpositum sequit qđ dictū est. ¶ Secun-
do.sequeret q vna multitudo infinita eēt maior alia:
consequēs est falsum:pbatur consequētia:nam si mun
dus est eternus:tunc multitudo annoꝝ preteritoꝝ eēt
infinita:et similiter multitudo dierū. Sed ex quo plu-
res pcesserunt dies q̄ anni:sequit multitudinem dierū
esse maiorē multitudine infinita annorū. ¶ Tertio.nā
tunc seqret q tps esset eternū: sed hoc est incōueniēs:
ꝯsequētia tenet ex eo q mot⁹ non est sine tēpore:falsi-
tas ꝯsequētis pbat:nam si tēpus esset eternum seqret
q aliquod esset infinitū:puta tēp⁹ qđ nō cōtineret ni-
si pcise duo infinita:sed hoc est inconueniēs ex eo q si
esset aliqđ infinitum hoc contineret infinities infinita
et probatur cōsequētia:q: non cōtinet nisi totale tēp⁹
a parte ante et a parte post. ¶ Quarto. non repugnat
motu aliqñ incepisse:ergo oppositum q̄stionis nō est
inconueniēs:consequentia nota est de se:aīs patet de
motu aīalis q̄ post eius quietem potest incipere de no
uo etc.hoc idem patet de motu lapidis qui pōt incipe-
re de nouo.ergo etc.etiā sic videtur de motu celi q po-
terat aliquādo incipere moueri post quietē vel postq̄
quieuit.

In oppositū est Aristoteles & eius Cō
mentator in isto octauo. ¶ Ad istam questionem pmo
respondendum est sm q rñderet Aristo.et cōmē. ¶ Se
cundo respōdendum est ad eam sm veritatem.

Quantum ad primum sciēdum est q
quum queritur an semp fuerit motus:et semp erit mo
tus:capitur semp p cōtinue et nō intercise: vnde aliqñ
illum q̄ omni die legibili solet legere dicim⁹ semper le-
gere:licet intercise aliqñ legat:et aliquando nō:sed sic
nō capit semp in pposito. ¶ Secundo sciendum q fi-
naliter nō accipitur semp pro omni tēpore: nam sic se-
cundum fidē nostram bñ eēt concedēdum q semp fuit
motus.s.omni tempore.Sed capit hic semp ppetuali-
ter vel eternalit:ita q sit sensus verū semp fuit motus
et semp erit motus.i.an eternaliter fuerit motus: sic q
ante quēlibet motū fuit motus:et post quēlibet motū
erit motus. ¶ Tertio sciendum est q si non semper fu-
isset motus:sed aliquando incepisset antēq̄ nullus fu-
isset:hoc potest imaginari quadrupliciter. Uno modo
sicut primus motor et primū mobile simul incepissent:
et cum incepissent incepisset motus. ¶ Secūdo modo
sic q pmū mobile eternaliter fuisset:sed q primus mo
tor icepisset de nouo et q tunc incepisset motus:et eti-
am primus motus. ¶ Tertio modo potest imaginari
q primus motor eternaliter fuisset:sed q primum mo
bile de nouo incepisset et q tunc incepisset motus etc.
¶ Quarto modo potest imaginari q tam primus mo
tor q̄ primū mobile eternaliter fuissent: sed q primus
motor nō ab eterno mouisset:sed aliqñ icepisset moue-
re post qetē infinitam primi mobilis.Ex his principa-
liter notatis cōclusio Aristo.et cōmētatoris est ista:q
semp fuit motus et q post quēlibet motum erit mot⁹:
et q nunq̄ de nouo incepit motus:nec vnq̄ desinet mo
tus. Pro ista ꝯclone Arist. pbat vel saltē ex suis prin
cipijs probari possunt quatuor conclusiones:quib⁹ p-
batis infert principalis ꝯclusio Arist. Prima est ista:
nō simul pmus motor et primum mobile iceperūt:pro-
bat:q: primus motor et primum mobile nunq̄ incepe-
runt ergo nō simul.consequētia tenet:antecedēs pba-
tur:nam si aliquod illorum icepisset: vel ex aliquo vel
ex nihilo nō potest dici secundum:nā Aristo.et Cōmē.
supponunt p principio ex nihilo nō posse fieri aliquid
nec potest dici primum:nā si primum mobile icepisset
ex aliquo tunc ante ipsum mobile fuisset aliud mobile
puta illud de quo fiebat:et sic primum mobile non fuisset
primū:quod implicat. ¶ Secundo.si incepisset ex alio
quo hoc fuisset p generationem:et cū ꝯmē generatio-
nem pcedat alteratio sequitur q ante primum motū
fuisset alteratio:et p ꝯsequēs alius motus:et sic primus
motus non fuisset primus:qđ iterum implicat.simili-
ter arguitur de primo motore:si incepisset de nouo hoc
non potuisset fuisse a seipso:cum nihil seipsum efficiat:
ergo hoc oportuisset fuisse ab alio efficiēte seu motore
et p cōsequēs primus motor non fuisset primus qđ im-
plicat. ¶ Secūda conclusio.non est verum primū mo-
bile eternaliter fuisse et primū motorē incepisse.pbat:
quia primus motor eternaliter fuit per oēs:et non ince-
pit sicut iam pbat:ergo cōclusio vera. ¶ Tertia con-
clusio.non est verum primū motorē eternaliter fuisse:et
primū mobile de nouo incepisse: et ad eius inceptiōem
incepisse motum: pbat:quia primū mobile nō incepit:
ergo cōclusio vera.consequētia tenet:antecedēs pro-
batur:quia si incepisset:vel ex aliquo:vel ex nihilo.er-
go. ¶ Quarta cōclusio.nō est verū primum motorē et
primum mobile eternaliter simul fuisse: et primū mobi
le incepisse moueri post quetē infinitam primi mobilis:
pbatur:nam ante inceptionem motus primi mobilis:
vel primū mobile quieuisset naturaliter:vel violenter:
non potest dici q naturaliter: nam tunc oporteret q
nunc moueret violēter:et etiam sic primus fuisset mo-
tum:propter hoc q quies naturalis est terminus mo-
tus:et sic ante inceptionē motus primi mobilis fuisset
motus:et p consequēs quē tu dicis esse primū non fuis-
set primus.nec potest dici q ante quieuit violenter.q:
nullum violētū ita diu durasset: et etiam oēm quietem
violentam pcessit aliquis motus: et p consequens ite-
rum ante primū motū fuisset alius. ¶ Secundo.si pri-
mus motor et primū mobile eternaliter simul fuerunt
licet primus nō eternaliter mouebat : sz aliquando in-
cepit:oportet q dimisisset mouere ppter aliquod im-
pedimentum:quod oportebat prius amouere q̄ mo-
uebat vel indiguit alio ad mouendum:quod oportuit
prius aduenire q̄ mouebat:quodcunq istorum dica-
tur concluditur q ante illum motum:quem tu dicis
esse primū fuit motus:et p consequens primus motus
non erat primus. ¶ Istis quatuor conclusionibus po-
sitis arguit ad cōclusionem principalem. Si non sem-
per fuisset motus vel incepisset aliquādo:vel ergo hoc
fuisset q primus motor et primū mobile simul incepis-
sent:cum quib⁹ incepisset motus:vel hoc fuisset q pri
mum mobile eternaliter fuisset:et primus motor de no
uo icepisset:ad cuius inceptionē incepisset motus:vel
hoc fuisset q primus motor eternaliter fuisset et pmū
mobile de nouo icepisset:ad cuius inceptiōem motus
incepisset:vel hoc fuisset q tam primus motor q̄ pri-
mū mobile eternaliter simul fuissent:et q motor pmū
mobile de nouo incepisset mouere post qetē infinitam:
nullū istorū potest dici.ergo etc.maior est nota ex suffi-
cienti diuisione:minor patet:nā nō potest dici primū p
primā cōclusionē:nec secūdū p secundā:nec tertium p
tertiam:nec quartum p quartā. Sic ergo respōderent
Aristo.et Cōmētator. ¶ Et nunc respōderent ad ratio-
nes in oppositum . Ad primā quā dicebat:sequeret q
mundus eēt eternus:concederēt consequentiam et con
sequens:et quum dicebat actu esset multitudo infinita
animarum:negarēt cōsequētiā:nam dicerēt q non esset
nisi vna anima intellectiua omniū hominū:et dicerent

ꝙ esset verus certus numerus animarum: et ꝙ eadem anima infinities fuisset humanata: seu fuisset in infinitis corporibus humanis. ¶ Ad secundum negarent cõsequentiam: et dicerent ꝙ multitudo dierum: qui precesserunt: non est maior multitudine annorum qui precesserunt: ita ꝙ tot precesserunt dies quot anni: et non plures: licet quotcunqꝫ anni in numero fuerunt finito istis plures precesserunt dies. ¶ Ad tertium responderent ꝙ non esset inconueniens esse aliquod infinitũ quod continet precise duo infinita sibiinuicem continua: nihilominus illud ↄtinet infinities infinita equiualenter: ita ꝙ tempus infinitum continet precise duo infinita sibi continua scilicet totale tempus futurorum: et totale tempus preteritorum: nihilominus continet plura infinita equiualenter: nam prima dies alicuius anni cum vltima eiusdem: et precedens primam cum sequente vltimam: ꝛ sic in infinitum eundo ex vna parte a retro: ex alia parte ad ante constituunt tempus infinitum. ¶ Ad quartũ dico ꝙ nullus est motus qui incipiat de nouo quin ipsum ꝑcesserit alius motus: et illũ alius: ꝛ sic vltra: nec est simile de animali ꝛ celo: nam licet animali non repugnet incipere de nouo moueri: tamen repugnat celo ꝙ incipiat de nouo moueri sicut argutum est.

Quantum ad secũdum: dico ꝙ secundum fidem nostram et rei veritatem: aliquando incepit motus: quem non precessit aliquis motus: et hoc per istum modum ꝙ eternaliter fuit primus motor: licet non eternaliter fuerit primum mobile: sed aliquando inceperit: et tunc incepit motus. ¶ Ad rationes Aristote. contra hoc respondetur: quando arguebatur: si aliquando incepisset vel ex aliquo vel ex nihilo: dico ꝙ ex nihilo: et non incepit per generationem: sed per creationem: et ideo negaretur illud principium ex nihilo nihil fit. Sed adhuc fortius argueret Aristote. contra istam veritatem supponendo quod etiam credit fides nostra ꝙ primus motor est immutabilis: et hoc supposito arguitur sic: vel primus motor semper potuit facere primum mobile: vel non semper potuit facere primum mobile. Si dicatur secundum: hoc est contra fidem nostram: et similiter si non semper potuit: tunc sequitur ꝙ primus motor est mutabilis scilicet de non posse ad posse: quod est contra suppositionem: et sic fuisset mutatus: et mutatio quam dicimus esse primam: non fuisset prima. Si autem dicatur ꝙ semper potuit facere: tunc arguitur sic: vel cum hoc ꝙ semper potuit semper voluit: vel non semper voluit. si dicatur ꝙ semper voluit: sequitur ꝙ primus motor semper fecit primum mobile: quod est contra te. Si autem dicatur ꝙ non semper voluit: cum aliquando produxit et aliquando voluit: sequitur ꝙ tunc mutabatur de non velle producere ad velle producere: et per consequens est mutabilis: quod est contra suppositionem. ¶ Respondetur ꝙ primus motor semper potuit producere primum mobile: et similiter semper voluit producere: put ly semꝑ determinat hoc verbũ voluit: sed non prout determinat hoc verbum ꝓducere: nec ex hoc sequitur ꝙ semꝑ ꝓduxit: recte in simili: sicut tu potes ex nunc velle cras ire ad forum ꝛ si continuetur tibi ista voluntas ꝛ non mutetur: tunc cras de nouo ibis ad forum. ita primus motor semꝑ voluit ꝓducere primum mobile de nouo: que voluntas continuabatur vsqꝫ quo ꝓduxit ipsum de nouo: absqꝫ hoc ꝙ ex hoc fuisset aliqua mutatio facta in primo motore.

Questio .II.

Queritur consequenter secũdo vtrũ aliqs motus sit eternus. ꝛ arguitur primo ꝙ nõ. oĩs motus est inter contraria: ergo nullus mot⁹ est eternus: añs pꝫ ꝑ Aristo. in quinto huius: ↄña ꝓbatur: qr inter ꝗlibet ↄtraria est distantia finita: ergo quocũqꝫ motu dato: ꝯtinget alterũ cõtrariorũ ad qđ finitur ꝛ terminatur. ꝛ ꝑ consequẽs non est eternus. Sed diceret aliquis ad istam rationẽ: licet inter quecũqꝫ contraria sit distantia finita tamẽ quum mobile mouetur de vno ↄtrariorꝫ attingens alterum: ꝑ reflexionẽ: e conuerso põt moueri ad illud a quo incepit: ꝛ iterũ reflecti: ꝛ sic ꝑpetuare: ergo licet inter huiusmodi quecũqꝫ cõtraria sit distantia finita: tamen videtur ꝙ ꝑ reflexionẽ possit inter ea ꝑpetuari. ¶ Breuiter ista responsio non valet ꝓpter hoc ꝙ motus quorũ vnus est ante reflexionem ꝛ alius post sunt cõtrarij similiter necesse est inter eos intercipi quietẽ mediam: sicut postea videbitur: propter quod ex eis non potest cõstitui vn⁹ motus. ꝛ ꝓpter hoc adhuc nullus motus potest esse ꝑpetuus ꝛ cõtinuus qui est inter contraria saltẽ cõtinuus ex motu: qui est ante reflexionẽ: ꝛ motu qui est post. ¶ Secundo. si aliquis motus esset eternus: hic maxime esset motus celi: consequẽs est falsum: falsitas patet: quia nullus motus celi est ꝑpetuus: ergo falsum est ꝙ motus celi sit perpetuus: consequẽtia tenet: antecedens probatur: qr nec reuolutio hodierna est ꝑpetua: nec reuolutio crastina. similiter quibuscũqꝫ reuolutionibus datis: ex eis non cõstituitur motus infinitus nec perpetuus: sed finitus. ¶ Tertio. si aliquis motus esset infinitus in duratione: videtur ꝙ ille esset frustra: sꝫ hoc est falsum: cum deus ꝛ natura nihil agãt frustra: ꝛ ꝓbatur cõsequentia: nã omnis motus tẽdit ad aliquẽ terminum quo habito cessat ille motus: si ergo aliquis motus esset ꝑpetuus hoc videtur esse ꝓ tanto ꝙ nunꝗ attingit ad terminũ ad quẽ tendit: ꝛ sic videtur talẽ motũ esse frustra. ¶ Quarto. si aliqs motus esset eternus: vel ille esset naturalis vel violentus: non põt dici ꝙ sit violẽtus ꝓpter hoc ꝙ nullum violentũ ꝑpetuũ: nec potest dici ꝙ naturalis ꝓpter hoc ꝙ sicut patet primo celi oĩs motus naturalis est in fine velocior ꝙ in principio. sic tunc oĩs motus naturalis haberet finẽ: et ꝑ consequens nullus motus naturalis eẽt perpetuus. ¶ Quinto. nulla q̃es est ꝑpetua: ergo nullus motus. consequentia tenet a simili: nã videtur sic esse de motu sicut de q̃te: ꝛ añs pꝫ: ex eo ꝙ oẽ q̃escẽs est mobile: oẽ autẽ mobile aliquando mouetur: aliter eius p⁹ potẽtia ad motum frustraretur: ꝛ sic tunc aliquãdo desineret q̃escere: ꝛ ꝑ ↄsequens non potest eius quies esse perpetua. ¶ Sexto. impossibile est fieri: qđ impossibile est factũ esse ꝑ Aristo. in sexto huius et primo celi: sꝫ impossibile est factum esse aliquẽ motum ꝑpetuũ: ergo impossibile est fieri aliquẽ motũ ꝑpetuũ. ↄsequẽtia patet: ex eo ꝙ quocũqꝫ motu facto ille est finitus ꝛ terminatus ꝛ ꝑ cõsequẽs nõ etern⁹. ¶ Septimo. nullũ corruptibile est eternum: oĩs motus est corruptibilis: ergo nullus mot⁹ est etern⁹: antecedens est nota / ex eo ꝙ omne corruptibile aliquando corrumpetur: vt patet primo celi: minor patet: ex eo ꝙ oĩs motus fiat in continua generatione ꝛ corruptione.


In oppositum est Aristo. qui videtur cõcedere aliquẽ motũ eẽ eternũ: scilicet motum primi mobilis. ¶ Ad istam q̃stionẽ rñdendum est primo sub

Aristo. ¶ Secūdo respondendū est ad eā fm veritatem.

Quantum ad primum sit prima conclusio q hec est falsa: aliquis mot⁹ est eternus: probata est p secundā: sextā: et septimā rationē. ¶ Secunda cōclusio est. ppetue et eternaliter est aliquis motus ad istum sensum q aliqd ppetue mouebat: et ppetue mouebit: sicut est ipm celum. Et istā conclusionē intendit Aristo. q dicit motum esse eternum: et nitit eam pbare tā ex pte mobilis q ex pte motoris: sicut aliqualiter visum est in pcedēti questione: et vltra hoc qd visum est ibi: adhuc Aristo. nititur pbare eādem conclusionem sic: nō est dare aliquā mutationem pimā: ergo quālibet mutationē pcessit alia mutatio: consequētia tenet: antecedens pbatur: nam dicat aduersarius q aliquādo de nouo pimus motor incepit mouere pmū mobile: et q illa mutatio seu motus fuit pma: quia ptinue ante non mouebatur: sz pbatur q ista mutatio non fuit pma: ex quo tunc pmus motor mouebat: et ante non: sequitur q tunc pmus motor aliter se habuit ad pmū mobile q ante se habebat: sz hoc nō poterat eē sine mutatione: quare videt q ante mutationem quā aduersarius dat fuerit mutatio prior. ¶ Breuiter tenendo veritatem q nō eternaliter fuit mundus: ista ratio solueret: cōcedēdo esse pmam mutationē: et qn arguitur q qn pimus motor mouet illa mutatione: tunc aliter se habet etc. cōceditur. Sed vlterius dicitur q hoc nō est p aliam mutationē a mutatione pma. vnde pma mutatio est illa: et mutatio qua pimus motor aliter se habet ad pmū mobile q pus se habuit. ¶ Secundo adhuc Aristo. nitit probare istā conclusionē: ex parte tēporis: et hoc sic: tēpus est eternū: ergo et mot⁹ antecedēs psupponit eē verū: et cōsequētia pbatur ex eo q tempus est ppua passio motus: mō si ppua passio alicuius est eterna ipsum est eternum. ¶ Breuiter iterum tenēdo veritatem soluit ratio. negando q tempus sit eternū. vnde dicēdum est q tēpus icepit qn pimus motor icepit mouere pmum mobile ex eo q tēpus nō est aliud q motus pmi mobilis. ¶ Adhuc tertio. pdicta pclusio pōt pbari ab effectu: nam in perpetuū erit gnātio et corruptio in istis inferioribus: et fuit: igitur ppetue celum mouebat et mouebitur: consequētia tenet ex eo q mot⁹ celi est causa generatiōis et corruptionis in istis inferioribus sicut videmus: q fm accessum et recessum solis ad nos in obliquo circulo sunt alie et alie generationes: et corruptiones: antecedens patet: et ponit Aristo. in secundo de generatione. Dicēdum est ad istud secūdū veritatē negando assumptū. s. q ppetua sit generatio in istis inferioribus. ¶ Quarto. adhuc pdicta pclusio posset psuaderi: nam deus est ens optimum et nobilissimum: ergo bn possibile est ipm semp fuisse: et semp fore in statu nobilissimo: et excellentissimo: et cū ipsum dominari multis sit in statu perfectiori q ipm dominari paucis vel nullis: videt q semper dominabatur multis sicut iam dominatur: et sic videt q fuit mundus et erit: et p pñs motus. ¶ Ad istam psuasionē rñdet q ita ante dominabatur multis sicut modo: quia omnia erant in sua potestate: fm q modo. ¶ Adhuc quinto potest eadē cōclusio psuaderi: quia cū de⁹ sit optimus: videt q semp debebat nobis pficere cū hoc pōt sine labore et pena eius: sz si semp fuisset mūdus: semp entibus alijs a se pfecisset: et hoc sine labore eius: ergo hoc semp debebat fecisse. ¶ Rñdetur q verum est q semp debeat hoc fecisse si fuisset ad hoc obligat⁹: sz qz nō fuit nō fecit nisi sicut voluit: et sibi placuit: nec ex hoc iniuste egit. ¶ Adhuc sexto posset psuaderi pdicta pclusio: nam illud qd melius est ponēdum est in natura: sz melius est deū simul et deū esse q deum eē solum: ergo videt q semp ita fuit. ¶ Rñdet q licet deū eē et mūdum eē sit melius q deum eē solum: nō tn̄ melius simpliciter: vnde ex hoc q de⁹ est cū mūdo non est mūdus melior: nec hoc est melius deo q si solus sit.

Quantum ad secundum dicēdum est secundū veritatē q aliquando incepit motus: et nunq ante fuit motus: et iste mot⁹ incepit in mundi creatiōe: breuiter illud nō potest ex sensibilibus et naturalibus rationibus deduci: sz solum fide credit et tenet. Aristo. et Commētator tenētes aliam viam soluerēt rationes ante oppositū. ¶ Ad pmā dicerēt concedēdo omnem motū eē inter contraria: q quidē ptrarietas sufficit ad motū: negant tn̄ oēm motum iter cōtraria: q quidē cōtrarietas impediret ptinuationē: et ppetuationem motus: vnde dicerēt motum circularē non esse inter talia contraria: sz omnē alium motū cōcederēt esse huiusmodi. ¶ Scda ratio fuit p pma cōclusione. ¶ Ad tertiā rñderēt: motor mouēs motu ppetuo non mouet ppter aliqd quo caret: sz mouet ppter aliqd qd habet. s. ppter suā pfectionē manutenēdam: et ideo non tendit ad aliquē terminū: q quātū est ex pte tpis vel loci: et p ptsequēs ppetuo durabit absq hoc q fiat frustra. ¶ Ad quartā vel esset naturalis vel violentus: rñdetur q est naturalis: et quum dicit ois naturalis est velocior in fine q in principio hoc intelligit de motu naturali locali recto sicut est motus grauium et leuium: nō aūt intelligit de motu circulari. ¶ Ad quintam dico q nō est simile de motu et quiete: quies enim habz rationē priuationis: et motus rationem habitus. ¶ Sexta et septima valēt pro conclusione pma.

Questio.III.




Queritur tertio: vtrū perpetuo fuerit tempus: et arguitur q non: nam sic sequeretur q infinita essent pertrāsita: sz hoc est falsum: nam hoc est contra rationem infiniti ex eo q infinitum dicit illud quod non habet finem: et aliquid non dicit ptransitum nisi pueniat ad eius finē. cōsequētia tenet: quia si ppetuo fuisset tēpus: infiniti dies et anni fuissent ptrāsiti.

In oppositum est Aristoteles et eius Cōmentator in isto octauo. Breuiter sicut dictū est de motu: ita dicendum est de tempore: nec ista questio mota est ppter aliud nisi ad videndum quasdam rationes Aristo. et Cōmentatoris sumptas ex parte tēporis ad pbādum ppetuitatē motus. Et ideo sicut secūdū veritatem et fidē dicēdum est de motu q aliquādo incepit: ita dicēdum est de tpe: ppter hoc q tpe est idē cū motu pmi mobilis. Sed Aristo. et Cōmētator opināntes contrarium cōtra hoc arguunt sic: nā si nō ppetuo fuisset: sz aliquando incepisset: tunc incepisset in aliquo nunc: sz cum de ratione nunc sit: q sit initium alicuius tēporis et finis alterius: sequeretur q si tempus incepisset in aliquo nunc q ante illud fuisset aliud tēpus: cuius quidem alterius tpis illud nūc fuisset finis. ¶ Breuiter ad istā rationē: tenēdo veritatē: dicēdum est tēpus aliqā incepit ante q nō fuit aliud tēpus: posset tamen rñderi distinguendo de nunc: sicut distinguitur de puncto: quoddā est nunc initians: quoddam vero nūc cōtinuans: et recte sicut aliquis punctus initians lineam: et aliqs pūctus continuans partes linee: et tūc quādo vi

cebatur ꝙ de ratione nunc est ꝙ sit initium ⁊c. hoc est verum de nunc cōtinuante: ⁊ non de alio nunc. ¶ Sed breuiter cōtra hoc instat Commentator dicēs non esse simile de puncto ⁊ de nunc: ꝓpter hoc ꝙ pūctus tenet se ad ꝑmanētia: nunc vero ad successiua: successiua vero dicuntur: q̄ alijs succedunt. Si vero aliquod nunc est initiatiuum alicuius tēporis: nunc illud tempus est successiuū: ⁊ cū de ratiōe successiui sit alteri succedere: sequit̄ ꝙ alteri succedat: ⁊ ꝑ consequēs nunc initians non solum initiat: sz etiam terminat supple illud tēpus cui aliud tēpus succedit. cuius illud nunc est initium. ¶ Aliter pōt rñderi ad ꝑdictam rationē negādo nūc: ⁊ puncta indiuisibilia in tēpore: ⁊ in linea. Sed quum arguebat̄: si tempus incepisset in aliquo nunc incepisset: cōcedo in aliquo nunc. i. in aliqua ꝑte tēporis puta prima. Et si arguitur: sit illa ꝑma pars a. admittatur: tūc a. est eius successiuū: ꝗ alteri succedit: sic ergo āte a. fuit aliud tēpus: ⁊ ꝑ ꝯsequēs a. nō fuit ꝑma pars tēporis. ¶ Respondet̄ quum dicit̄ ꝙ a. est eius successiuum admittit̄ et quum dicebatur: ergo alteri succedit: dico ꝙ non semꝑ ꝓpter hoc dicit̄ successiuū ꝙ alicui succedat: sed ideo: quia eius vna pars succedit alteri: et hoc sufficit ad hoc ꝙ dicat̄ eius successiuū. ¶ Scdo. adhuc aliter argueret̄ ꝙ ꝑpetuo fuerit tp̄s: ⁊ non aliqñ incepit: nā si aliqñ incepisset aliqñ verum eēt dicere tēpus nunc est ⁊ ante hoc non erat. Sed cū ante sit differētia tēporis: sequit̄ ꝙ ante tempus erat: ⁊ sic in infinitum. ¶ Ad illud posset responderi ꝙ non sequitur ante tēpus non erat ergo ante erat tēpus: sicut non sequitur extra mūdum nō est locus: ergo extra est aliquid: licet extra sit differentia loci. Sed si argueretur ante tēpus nō erat tēpus: vel ante mundi ꝑfectionē non erat tp̄s: ergo ante ꝑfectionē mundi erat ante: ⁊ cū ante sit differētia tp̄is sequitur ꝙ ante mūdi ꝑfectionem erat tp̄s. Rūdetur ꝙ nō sequitur tp̄s ante mundi ꝑfectionē nō erat tēpus: ergo ante ꝑfectionē mūdi erat ante: ꝗ est ꝓpō vna negatiua: q̄ ad sui verificationem nō requirit aliqd positiuū in esse: siue in re significatiua. ¶ Quis ista solutio bene satisfaceret predicto argumento in quo assumebat̄ ꝓpositio negatiua: tamen difficilis argueret̄: non arguēdo negatiue: sed affirmatiue: nam si aliquando tēpus incepisset: et similiter mundus: tunc verū esset dicere ꝙ deus erat ante mūdi factionē. cum ante sit differentia tēporis: sequitur ꝙ ante mundi factionē erat tēpus. ¶ Aliqui responderēt ꝙ deus non fuit ante factionē mūdi secundum tēpus. sed fuit ante secundum naturā. Sed ista solutio nō sufficit: nā posito ꝙ ꝑpetuo fuisset mūdus: adhuc de⁹ fuisset ante mūdum secūdum naturam: sz si ponimus ꝙ mundus incepit: aliter oportet ꝙ deus fuerit ante mundū q̄ si mundus sit ꝑpetuus: si ergo tunc fuisset ante secundum naturam: videtur ꝙ nō aliter: ⁊ ꝑ ꝯñs videtur ꝙ ante secundū tēpus. ¶ Secundo. nā deus prius q̄ fecit mundum potuisset fecisse vnā fabam: ⁊ sic si hoc fecisset illa faba fuisset ante mundū: sed non ante secundū naturā: ergo ante secundum tēpus: ergo videt̄ ꝙ ante factionem mundi fuerit tēpus. ꝙ autem ista faba non fuisset ante secundum naturā: patet hoc: quia nihil dicit̄ esse ante aliud secūdum naturā nisi habeat quādā causalitatem supra ipsum: modo talis faba nō habet causalitatē supra mūdum: ergo nō fuit ante mundum secūdū naturā: sz secūdū alium modū anterioritatis: vel prioritatis: qui modus non videtur esse nisi prioritas secūdū tēp⁹: ergo videt̄ ante fuisse tp̄s. ¶ Aliū ergo responderent ꝙ deus fuisset ante mundi factionē: non solum secūdū naturā: nec etiā secundum tēpus: sz secundum eternitatē: sz hoc non valet: ꝓpter hoc ꝙ eternitas est tota simul: ⁊ indiuisibilis: ⁊ ideo in ipsa nō est recipere prius ⁊ posterius. Similit̄ ista solutio non valet ad argumētū factum de faba: nā illa faba de qua dictum est non fuisset ante mundū: secundū eternitatē: q: vel hoc intelligitur ꝙ illa faba fuisset ante ab eterno: vel intelligitur ꝙ illa faba fuisset in priori parte eternitatis q̄ mūdus. nō pōt dici primum ꝓpter hoc: ꝙ non fuit ab eterno. nec pōt dici secundū ꝓpter hoc ꝙ eternitas est tota simul ⁊ indiuisibilis: in qua nō est accipere prius ⁊ posterius. ¶ Dicendū est ergo aliter: ꝙ deus fuit ante mundi factionē: ⁊ similiter illa faba si fuisset creata ad istū intellectum: ꝙ deus fuit mundo non existente: ita ꝙ deus fuit ante factionē mūdi: nō solū secundū naturā: nec secundū eternitatē: nec ꝓprie secundū tēpus nisi improprie ad istum sensum ꝙ deus fuit ante mūdi factionē secundum tēpus. i. in tanto deus fuit ante factionē mundi quantū fuisset tēpus: in quo deus fuisset mūdo nō existēte: sed de facto non fuit ibi tantum nec quātum. ¶ Similiter si deus creasset vnā fabam ante mundi factionē: in tanto fuisset ante mundi factionem quātum fuisset tēpus in quo ista faba fuisset mūdo nō existente: ita ꝙ ꝓprie non fuit ante: sed ad intellectum ꝑdictū. ¶ Itaqꝫ imaginandū est: ꝙ si deus creasset homines eo ordine quo fuerūt absqꝫ hoc ꝙ creasset tempus: hoc enī potuisset fecisse: cum tēpus sit extrinsecū tēporalibus: ꝙ si fecisset adhuc fuisset adā ante filium suū: ⁊ sic vltra ad istum sensum ꝙ adā tanto tp̄e fuisset ante filiū suū: quātū fuisset tēpus in quo adam fuisset filio suo non existente. Breuiter ista excedunt nostram imaginationē: ꝓpter hoc ꝙ imaginatio nostra solum extendit se ad extensa: ⁊ quanta: nihilominus intellectus qui est inextensus debet ⁊ pōt ista intelligere.

Ad rationē factam in oppositū respōderet Aristo. non esse inconueniens infinitum a parte ante: licet nō a parte post esse ptrāsitum: modo totale tempus ꝑteritū: licet sit infinitū a parte ante: tñ nō est infinitū a parte post: quare ⁊c. et sic patet ad q̄stionē.

Questio. IIII.



Vęritur consequenter quarto vtrum omne corpus moueatur: ⁊ arguitur primo ꝙ sic de motu locali: nā si esset aliquod corpus q̄d nō moueretur sed quiesceret: hoc esset propter hoc: ꝙ illud corpus eēt in loco suo naturali: sed hoc non potest dici ꝓpter hoc ꝙ celum continue mouetur: non obstāte ꝙ continue est in loco suo naturali. similiter ignis ⁊ aer: qui est vltra summitates altissimoꝝ montium: ista continue mouēntur: secundum ꝙ patet ꝑ Aristo. primo meteoroꝝ: ⁊ tamen ista sunt in locis suis naturalibus. ¶ Secūdo. postq̄ ignis ⁊ aer: qui quidē est vltra summitates altissimoꝝ montium: continue mouentur: ⁊ similiter aer: qui est infra continue per vētum mouetur: ⁊ silr aqua ꝑ fluxū ⁊ refluxū: videt̄ etiā ꝙ terra ꝯtinue mouear̄ ex quo alia ꝯtra elemēta continue sic mouent̄ ⁊ ꝑ consequēs mixta: q̄ sunt sup eam: ⁊ cum etiam celum continue moueat̄ localiter: ⁊ cum omne corpus sit elementum vel mixtū vel celū: videt̄ ꝙ omne corpus moueat̄ localiter. ¶ Adhuc posset cōfirmari ꝙ terra continue mouet̄: nam ꝓpter motum solis circa terrā continue terra vna vice calefit ⁊ leuefit: ⁊ alia vice frigefit ⁊ grauefit: ⁊ ex alia parte ecōuerso: ⁊ cum cētrū grauitatis debet esse centrū mundi: ⁊ cum continue propter

talē alterationē terre a sole fiat aliud τ aliud centrum grauitatis terre: videt̄ q̄ etiam terra debet moueri ad finem vt semꝑ centrū sue grauitatis sit mediū mundi. ¶ Deinde tertio arguit̄ de alteratione.s.q̄ quodlibet corpus moueri pōt motu alterationis. primo pꝫ de celo:nā cōtinue alterat̄ alio τ alio lumine: secundo ꝓbatur idē de oībus q̄ sunt infra celum:nā cōtinue celum agit in eadē calefaciendo ꝑ accessum solis ad ea.τ frigefaciēdo ꝑ recessum solis ab eis. ¶ Tertio ꝓbat̄ hoc specialiter de mixtis.nā mixta habēt in se cōtrarietatem propter quam continue alterantur.

In oppositum vult Aristoteles in isto

octauo:vult eñ q̄ aliq̄ semꝑ mouentur τ aliqua semꝑ quiescunt. ¶ Secūdo.nā apparet ad sensum aliq̄ semper q̄escere.iam apparet sensui hoc de terra: ergo non est dicēdū oīa moueri: ꝓpt̄ hoc q̄ sensui apparet aliq̄ q̄escere. ¶ Tertio.nā secundo huius natura est principiū motus sicut τ q̄etis:ḡ aliqua q̄escunt sicut aliqua mouent̄. ¶ Quarto.non oē motiuū mouet:ergo nō oē mobile mouet̄:ꝯña tenet ex eo q̄ motiuū τ mobile se habēt sicut potētia actiua τ potētia passiua:q̄ sibi mutuo correspondent:τ añs ꝓbat̄.nā aliquod motiuū est potētia fatigabilis:τ ꝑ ꝯsequens aliq̄ñ cessat a motu. ¶ Quinto.aliquis motus postq̄ nō est infinitus pertingit terminum ad quē mobile tēdit mediāte illo motu:sꝫ ille termino habito ille mot᷒ cessat: τ ꝑ cōsequēs illud mobile nō cōtinue mouet̄:sꝫ aliquando quiescit. ¶ Sexto.aliq̄ mutationes fiunt ꝓpter quietē:modo si nulla q̄escerēt nec possent quiescere ille mutationes eēnt frustra. ¶ Septimo. aliq̄ñ mobile mouet̄ ad aliquē terminum quo acq̄sito ecōuerso motu reflexionis mouet̄ ab illo.sꝫ quia necesse est mobile in termino reflexionis quiescere:videtur q̄ illud mobile aliquando q̄escit:τ ꝑ ꝯsequēs nō continue mouet̄. ¶ Octauo. nō omne mobile mouet̄:ergo non omne corpus mouetur: cōsequētia tenet ex eo q̄ oē corpus est mobile:τ omne mobile est corpus:añs ꝓbat̄:nā antichristus est vnum mobile.τ tñ antichristus non mouetur:q2 non est.sꝫ q̄ sit vnum mobile patet:nā pōt moueri:ergo est vnū mobile:cōsequētia tenet ex eo q̄ ly mobile idē est q̄ illud qđ pōt moueri:sed antichristus est mobilis: q2 pōt moueri:q2 aliq̄ñ mouebit̄. ¶ In ista q̄stione primo ponenꝫ cōclusiones quātū tangit motū localē.scđo quātū tangit motū alterationis:τ sic sequit̄ primus articulus.

Quantum ad primum sit prima con

clusio.possibile est quodlibet corpus moueri localiter. ista cōclusio primo pꝫ de celo:nā celum de facto mouetur:similiter pꝫ de igne.τ similiter de aere. nā aer qui est vltra summitates altissimoꝝ montium mouetur et etiam aer qui est infra:τ etiam de aqua sicut arguebat̄ in vno argumento.Et similiter pꝫ hoc de terra.nā possibile est q̄ continue excessus vnius partis terre puta medietatis sup aliā sit tantus q̄ totalis grauitas vnius medietatis hꝫ ꝓportiōem minoris inequalitatis sup grauitatē alterius medietatis terre vna cū resistentia aeris:qui est sup aliā medietatē:τ quando sic esset terra moueret̄ τ sibi mixta sup eam:τ igit̄ possibile est:q̄ quodlibet corpus mouetur localiter. Secunda conclusio nō est ita de facto:nec est necessariū:q̄ cōtinue terra moueatur:quia forte q̄uis aliquando vna medietas terre sit grauior altera:tñ non ꝓpt̄ hoc statim pellit aliā sursum:τ hoc ꝓpt̄ resistentiā aeris:qui quidē aer circūdās medietatē mīn᷒ grauē vna cū ea resistit medietati grauiori.Ex his duab᷒ cōclusionib᷒ colligit̄ q̄ quodlibet corpus cōtinue moueri localiter sit possibile:tamen hoc non est necessariū:nec forte sic est de facto.Quid ergo quo ad istud sit dicēdum de motu augmētationis τ diminutionis:τ similiter de ḡnatione τ corruptione motum est de se.

Quantum ad secūdum.s.de alteratio

ne:due sunt opiniones:quaꝝ ꝑma est ista: q̄ nō quodlibet corpus continue alteratur:adhuc loquēdo de corporibus:que sunt infra celum:probat̄ hoc:nō cuilibet corpori est cōtinue applicatū suū ꝯ̄riū.ergo nō q̄libet corp᷒ ꝯtinue alterat̄:ꝯña tenet ex eo q̄ alteratio est a cōtrario in cōtrariū:τ añs ꝓbat̄ de partib᷒ terre cētralibus:similit̄ de partib᷒ ignis in sphera sua.Et isti de ista opinione vna cū tenētib᷒ ꝯclusiones positas in primo articulo habēt r̄ndere ad rōnes factas in q̄stionis principio ante oppositū. Et ad primā si non omne corpus mouetur localiter hoc eēt:q2 eēt in loco suo naturali.dico q̄ nō est solum ꝓpt̄ hoc:sꝫ etiam ꝓpt̄ hoc: q̄ aliq̄ñ deficit mouēs. ¶ Ad aliam dico:q̄ non est simile de terra:τ de alijs elemētis:propter hoc:q̄ terra non est ita fluida nec mobilis sicut alia elemēta:sꝫ magis cōstans τ solida:ergo nō obstāte:q̄ ista tria elemēta mouentur localiter:ipsa pōt quiescere. Ad confirmationē q̄ terra continue moueat̄: nā cōtinue ex vna parte leuē fit:quid sit dicēdum ad istam rationē patet ex ꝓbatione secūde cōclusionis. ¶ Deinde quū arguitur de alteratiōe:dico de celo:q̄ sit cōtinue alteratio: hoc nō est de alteratione corruptiua:seu disponēte ad corruptionē modo illud qđ dictū est nō quodlibet corpus cōtinue alterari:intelligāt de alteratiōe a cōtrario:q̄ nō pōt eē nisi cum alicuius corruptione. ¶ Deinde ad aliam:que ꝓbatur vniuersalit̄ quodlibꝫ corpus infra cōcauū cōtinue alterari:nā celū cōtinue agit in ista inferiora:diceret̄ q̄ hoc verum est ipsa alterando vel ipsa conseruando in statu eoꝝ:modo ex hoc non sequitur ipsa alterari:alteratione corruptiua: vnde celum cōseruat ea aliquando in eodē statu:sꝫ tūc aliquādo venit vna cōstellatio alterans ea: τ disponēs ea ad corruptionē. ¶ Ad aliam quū arguebat̄ de mixtis isti bñ concederent de mixtis hetrogeneis: q̄ continue essent in alterari:negarent tamen hoc de homogeneis. ¶ Alia opinio est de alteratione: q̄ ponit primo istam ꝯclusionē q̄ quodlibꝫ corpus infra celū cōtinue alterat̄:probat̄ hoc ex eo q̄ celum continue agit in ista inferiora vno tēpore calefaciendo:τ alio tp̄e frigefaciendo:vno tēpore humectando:alio tēpore desiccando:licet non semꝑ talis alteratio appareat sensui. ¶ Et sit secunda cōclusio:q̄ nō op3:q̄ si talis alteratio nō appareat sensui:q̄ igitur talis alteratio nō sit:patet in simili:nā vna parua vmbra vni᷒ parui stili nō apparet sensui moueri:τ tamē in rei v̄itate mouet̄: τ sic̄ in horologio aliqua rota nō apparet moueri: licet in veritate moueat̄ sic in ꝓposito de alteratione:licet quodlibꝫ corpus infra celum ꝯtinue alteret̄.non tamē de quolibet corpore hoc ꝑcipit̄:τ hoc propter tarditatē ipsius motus alterationis:vnde imaginādum est q̄ materia prima ꝯtinue alterat̄ sicut celum cōtinue mouet̄ localit̄. ¶ Tenēdo istam opinionē:quā credo veriorē r̄ndēdū est ad ratiōes in oppositū factas τ primo ad auctoritatem Aristo.dicētis aliqua aliq̄ñ moueri:τ aliqua aliq̄ñ quiescere.hoc ipse itellexit de motu locali: vnde sicut pꝫ ꝑ scđam conclusionē primi articuli non est necessariū:nec de facto ē ita q̄ quodlibꝫ corpus moueatur localit̄. ¶ Ad secundam.natura est principium τc̄. hoc itērū bñ ꝓbat de motu locali:τ eius quiete cū hoc tñ stat q̄ licet q̄escat a motu locali pōt moueri motu alterationis. ¶ Ad aliā cū dicebat̄ q̄ aliqua apparēt

sensui quiescere verum est de motu locali:et hoc concedo quod apparet quiescere a motu alterationis: sed ex hoc non sequitur quod quiescant sicut dicit secunda conclusio secundum de opinionis secundi articuli. ¶ Ad quartam. non omne motum continue mouetur:ergo non quodlibet mobile continue mouetur: verum est de motu: quo aptum natum est illud motum moueri:nihilominus cum aliquod motum cessat mouere adhuc illud mobile potest moueri alio motu. s. motu vnius alterius motus. ¶ Ad quintam et ad sextam ille bene probant quod non eodem motu semper mouetur: licet aliquando cessat ab vno:postea mouetur alio. et sic continue mouetur. vnde si aliquando cessat calefieri postea frigescit:vel rarescit vel condensatur. ¶ Ad aliam de motu reflexionis dico quod si aliquod est motum ad caliditatem:et econuerso mouebitur ad frigiditatem:licet pro tempore intermedio quiescat a calefactione vel frigefactione interim potest condensari vel rarefieri vel aliquo huiusmodi motu moueri etc. ¶ Ad vltimam. non omne mobile mouetur concedo:ergo non omne corpus mouetur:nego consequentiam quam dicebatur omne mobile est corpus nego tum:sicut nec omne risibile est homo:vnde non omne quod potest moueri est corpus:sicut nec omne quod potest ridere est homo. Antichristus enim potest ridere et potest moueri:quia aliquando mouebitur:et aliquando ridebit:et iam Antichristus nec est homo nec corpus.nihilominus bene conceditur quod omne quod est:et quod est mobile est corpus:et similiter:omne quod est et est risibile est homo.quare etc.

Questio. V.

Queritur quinto vtrum animal moueatur ex se. et arguitur primo quod non secundum ... quod ... animal mouetur a sua anima:modo anima non est animal:ergo animal non mouetur ex se sed ab alio. s. ab anima. ¶ Secundo. nam dictum est in septimo huius quod omne quod mouetur ab alio mouetur:et sic nihil mouetur a se:ergo nec animal. ¶ Tertio. nam per Aristo. in isto octauo. omne motum est diuisibile in partem per se mouentem:et in partem per se motam:modo sic non est de animali: ergo animal non mouetur ex se. antecedens probatur:animal est diuisibile in corpus et animam:modo corpus circumscripta anima non est per se motum:propter hoc quod illud quod debet esse per se motum debet esse ens in actu per aliquam formam:modo circumscripta anima non videtur quod sit corpus in actu per aliquam formam et si dicatur quod licet non sit in actu per aliquam formam substantialem circumscripta anima adhuc tamen est in actu per aliquam formam accidentalem: et hoc sufficit. ¶ Sed contra. si hoc sufficeret:tunc graue inanimatum diceretur vel posset dici moueri ex se:quod Aristo. negat in isto octauo:probatur consequentia ex eo quod graue inanimatum est diuisibile in partem per se mouentem. s. eius formam:et aliam partem motam:que adhuc est in actu per aliquam formam accidentalem circumscripta eius forma per se mouente. ¶ Quarto. graue inanimatum non dicitur moueri ex se propter hoc quod indiget motore extrinseco:vt moueatur: similiter est de animali:ergo nec animal dicitur moueri ex se: quod similiter de animali patet:nam ad hoc quod animal moueatur oportet quod eius sensus et appetitus moueantur a sensibili et appetibili exteriori: et per consequens ad hoc quod moueatur indiget motore extrinseco extra se.quare etc.

In oppositum vult Aristoteles in isto octauo. ista questio non est mota propter aliud nisi vt videatur quomodo debeat intelligi dictum Aristo. s. quod animal mouetur ex se et graue inanimatum non:cum tamen vtrumque eorum moueatur per suam formam sibi inherentem et intrinsecam. ¶ Sit ergo prima conclusio. nec graue inanimatum nec animal mouetur ex se sic quod secundum se totum moueatur:siue quelibet pars moueatur et ita secundum se totum:siue quod quelibet pars moueat:probatur:quia vtriusque materia est pars: sed ista non mouet:cum nullius sit actiuitatis:ergo nullum eorum secundum se totum est mouens. ¶ Secunda conclusio. vtrumque eorum sic mouetur ex se quod mouetur ex aliquo sibi intrinseco:patet hoc:quia vtrumque mouetur per suam formam sibi intrinsecam. ¶ Tertia conclusio. neutrum eorum mouetur sic ex se quin indigeat habere vel habuisse motorem extrinsecum:patet hoc primo de graui. quia graue non mouetur naturaliter de nouo:nisi de nouo factum sit graue:seu nisi de nouo remotum sit prohibens ipsum si ante erat graue. Si autem moueatur de nouo primo modo:adhuc indiget generante ipsum quod sibi est extrinsecum. Si autem mouetur de nouo secundo modo:adhuc indiget remouente prohibens quod iterum est sibi extrinsecum: animal vero non mouet se nisi per sensum vel per intellectum: modo quia ad sentiendum vel intelligendum indiget habere vel habuisse motorem extrinsecum:puta obiectum: sequitur finaliter nec graue inanimatum nec animal moueri sic ex se quin indigeat habere vel habuisse motorem extrinsecum. ¶ Sed circa dicta dubitatur:quare ergo Aristo. dicit animal moueri ex se:et graue inanimatum non. Et respondetur quod hec est ratio quia animal potest de nouo moueri post quietem:absque hoc quod tunc habeat motorem extrinsecum ipsum mouentem:licet bene ante habuit sicut patet dum animal dormit potest expergefieri absque motore extrinseco et ipso expergefacto eius sensus: et eius appetitus potest moueri per species reseruatas in eius memoria ad prosequendum aliquid vel fugiendum:et hoc motum potest fieri de nouo absque hoc quod pro tunc habeat motorem extrinsecum licet ante habuerit:et propter hoc animal dicitur moueri ex se: ad hoc autem quod graue inanimatum de nouo moueatur non sufficit habuisse motorem extrinsecum:sed requiritur de presenti habere motorem extrinsecum:patet hoc:nam graue quando incipit de nouo moueri:vel ergo quando incipit de nouo moueri:incepit de nouo esse:vel ante erat. Si primum clarum est quod tunc indiget motore extrinseco. s. generante. Si dicatur secundum:vel ergo de nouo mouetur naturaliter vel violenter. Si violenter clarum est quod indiget motore extrinseco:si naturaliter:vel ergo ad deorsum:vel ad sursum:vel a sursum ad deorsum:si dicatur primum hoc esse non potest nisi factum sit leue:et hoc non potest esse absque generante aliquo extrinseco. Si autem dicatur secundum:tunc prius erat prohibitum:et illud prohibens est modo amotum: et ad hoc de presenti indiget amouente illud prohibens:quia igitur graue inanimatum non potest de nouo moueri: nisi habeat motorem extrinsecum ipsum non dicitur moueri ex se:sed quia animal potest de nouo moueri absque hoc quod habeat motorem extrinsecum licet ante habuerit ipsum dicitur moueri ex se. et istud sufficit.

Ad rationes principales. Ad primam patet secundum conclusiones positas. nam animal non dicitur moueri ex se propter hoc quod secundum se totum moueat et secundum se totum moueatur:sicut dicit prima conclusio: sed ideo quia mouetur ab aliqua eius parte intrinseca:et cum hoc quod non indiget semper habere motorem extrinsecum licet indigeat habere:vel habuisse. ¶ Ad secundam consimiliter. ¶ Ad tertiam concedo quod animal est diuisibile in partem per se mouentem et in partem per se motam. et sic nego minorem:et quando arguebatur circumscripta anima residuum non est per se motum propter hoc quod non est ens in actu nego:immo sufficit quod sit ens in actu propter quod actum residui mouentem ita est de corpore alio circumscripta alia:quia adhuc corpus est in actu per grauitatem

p quā quidē grauitatē resistit anime mouēti: sȝ sic non est de graui inanimato: sed forma eius substantiali circūscripta adhuc residuū manet in actu p grauitatem: tamen p illā non resistit mouenti .s. forme substantiali grauis: et ideo graue nō dicit mouere ex se: sed aīal bñ. ¶ Ad quartam bñ concedō q ad hoc q aīal moueat indiget habere vel habuisse motorē extrinsecum. sȝ ad hoc q graue inanimatū moueat non sufficit habuisse: sed requirit habere: et ex hoc ad argumentum.

Quæstio.VI.

QVæritur vtrum grauia et leuia inanimata moueātur ex seipsis: et arguit primo q sic: qz mouētur naturaliter quū mouent a principijs eorum intrinsecis et nō ab extrinsecis: cū tūc mouerentur violenter: ergo a seipsis consequentia tenet ex eo q moueri a principio intrinseco est vnus modus mouendi a seipso. Qz autē moueat a principio intrinseco: patet p Cōmentatorē tertio celi dicētē graue nō moueri a motore extrinseco: sed a forma ei⁹: hoc idē pȝ p eūdē quarto celi dicētē: an graui min⁹ distiguitur motor et motū q̄ in animali: ex q elicit q graue hȝ motorē intrinsecū et motum intrinsecum. ¶ Secundo. illud mouetur quod diuiditur in partem p se mouētē: et in partē p se motam: et sic est de graui: et similiter de leui: diuidit enim in formam p se mouentem et in residuum p se motum. ¶ Tertio. si graue et leue nō mouerent ex se hoc esset ex eo q ad inceptionē sui motus indigerent motore extrinseco: sed hoc est falsum: nā aīal ad inceptionē sui mot⁹ indiget motore extrinseco et tamen Aristo. dicit animal moueri ex se. ergo.

In oppositum determinat Aristo. in isto octauo dicēs: grauia et leuia inanimata moueri ex seipsis est īpossibile. ¶ In ista questione primo videndū est de quesito. ¶ Secūdo videndū est a quo mouentur grauia et leuia quando ascendunt et descendunt.

Quantum ad primum sit ista prima distinctio q aliquid moueri ex se potest intelligi quatuor modis. ¶ Primo mō q totū moueat totū: ita q sm se totū moueat et sm se totū moueat. ¶ Scdo aliqd dr moueri ex se qd nūq̄ ad suū motū indiget motore extrinseco nec motu extrinseco: et isto mō celū pōt dici moueri ex se accipiēdo celū p aggregato ex orbe et intelligētia: ad hoc eīm q ipm moueat nō indiget alio motore q̄ suo: et similiter nec alio motu. Tertio aliqd dicit moueri ex se: qd post eius quietem potest incipere aliquē motū: et pficere illū absq̄ hoc q pro tūc exigat aliquē motorē extrinsecū: sicut dictū est in precedenti q̄stione de aīali: quum expergefit post somnū incipit moueri ad aliquid psequendū ppter species reseruatas in eius memoria: et isto mō animal dicitur moueri ex se. Quarto mō aliquid dicitur moueri ex se qd mouetur a principio intrinseco: licet quo ad hoc indigeat motore extrinseco .s. q incipiat illū motū. ¶ Et est sciendū q in pposito: deus siue prima causa pōt reputari p motore extrinseco. Tunc sit prima pclusio: accipiēdo moueri ex se primo mō: nec celum nec graue inanimatum nec aīal mouet ex se: probatur primo de graui animato: et de graui inanimato in quolibet istorum est materia: q̄ non mouet: cum nullius sit actiuitatis: et p pñs in neutro istorū duorum: qlibet pars mouet: quod tamē requirit ad hoc q moueretur ex se primo modo.

Deinde pbat hoc idem de celo: quia in celo est motor et motū .s. orbis. Modo licet motor moueat orbē: tamē orbis non mouet motorē: ppter hoc q motor est imobilis. ¶ Secūda cōclusio. accipiendo moueri secundo modo graue inanimatum non mouet ex se: probatur: nam ad hoc q moueatur īdiget alio a sūo motore intrinseco: et similiter a suo motu intrinseco: ad hoc enim q incipiat moueri indiget extrinseco motore: sicut dicebat in questione pcedenti. ¶ Tertia conclusio. graue inanimatum non mouet ex se tertio modo: pbat: qz non pōt incipe motū suū absq̄ hoc q non oportet concurrere motorē extrinsecum: pbat: nam graue quādo incipit de nouo moueri: vel hoc est violenter: vel naturaliter: si violēter oportet extrinsecū concurrere: si naturaliter: tunc vel incipit esse graue: vel prius fuit graue: licet prius non mouebat: si primū tunc indiget extrinseco .s. generāte ipsum: si secundum: tunc indiget remouente phibēs: et sic iterū ab extrinseco. ¶ Quarta conclusio. accipiendo moueri ex se quarto modo: graue inanimatum mouetur ex se: probatur: quia ab aliquo intrinseco sibi concurrente ad suum motum in genere cause efficientis.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio. graue inanimatū non p totū suū motū quando descēdit mouetur a suo generante: probatur: nam posito q quum illud graue est in medio sui motus: q generās quod generauit ipsum multū distet ab eo: et cū mouens et motum debeant esse simul sequitur q tunc non mouet ab ipso. Et confirmatur: nam possibile est q generans sit corruptū et annihilatum: sed corruptū et annihilatum nihil mouet. ¶ Secunda conclusio. graue inanimatū non p totū suū motū mouet a remouente prohibens quādo mouet naturaliter: pbat: nam sicut iam probabat de generante possibile est de remouente phibēs q multum distet a graui inanimato quum est in medio sui motus: et est possibile q illud remouēs phibēs sit iam corruptū. ¶ Auctoritates autē Aristotelis et Cōmentatoris si alique sint in oppositum: sunt glosande ad istum sensum q bñ generans et remouens prohibens concurrunt ad hoc: et requirunt ad hoc q graue incipiat moueri. licet nō oportet ea esse pmanere ad hoc q ipsuȝ graue motū suū motū cōpleat. ¶ Tertia cōclusio. graue descēdendo non mouet naturaliter a suo loco naturali: probat: nam si locus eius naturalis moueret ipsum deorsum: vel hoc esset trahendo: vel hoc esset aliquam virtutē sibi imprimendo: mediante qua descēderet: non potest dici primum: nam tunc graue non descenderet naturaliter: sed violenter propter hoc: motus tractus est motus violentus: nā tunc oportet q locus naturalis ei⁹ attigeret ipm graue ppter hoc q in motu tractus oportet trahens attingere tractū. Sed clarū est q quū graue sit multū sursum: et descendit non attingitur a suo loco naturali. Nec potest dici secundū: scilicet q locus naturalis imprimat aliquam virtutē et qualitatē ipi graui: mediante qua descendit sicut magnes imprimit quādam virtutē ferro mediante qua mouetur ad ipsum: nam sic tunc sequeretur q quāto graue esset propinquius suo loco naturali: q tāto velocius deberet moueri: ppter hoc q haberet illam virtutem intēsiorem: sed hoc est falsum: qd ostendo. nam si aliquis bene ppe terram in a. instanti permittat cadere vnum lapidē et sit vnus lapis equalis grauitatis: qui diu ante descendit vsq̄ ad a. instans ad illū terminū a quo icipit descēdere ille lapis qui erat prope terrā. tūc clarum est ad sensum: q ille lapis qui ante descendebat velocius descendit non obstante q

est eque ppinquus: vel min⁹ suo loco naturali. ¶ Sed aliqs dubitaret: qm videmus q graue mouetur velocius circa finem sui motus q circa principium: sed circa finem est propinquius loco suo naturali. videtur q locus eius naturalis imprimit sibi aliquam virtutem qua tunc mouetur velocius. ¶ Respondetur q causa huius non est: q locus eius naturalis imprimat sibi aliquam virtutem: sed hoc est propter quendam impetum seu propter quandam qualitatem accidentalem que sibi acquiritur in descendendo que vna cum grauitate essentiali in fine mouet velocius q grauitas essentialis in principio sola mouebat. ¶ Quarta conclusio. graue descendendo non mouetur a medio: probatur ex eo q medium magis impedit et resistit sibi. ¶ Quinta conclusio. secundum q communiter tenetur graue mouetur naturaliter a sua forma substantiali principaliter: et a sua grauitate instrumentaliter: potest probari ex conclusionibus precedentibus a sufficienti diuisione: nam vel mouetur a generante vel a remouente prohibens: vel a suo loco naturali: vel a medio: vel a sua forma substantiali vna cum grauitate: non potest dici primum per primam conclusionem nec secundum per secundam: nec tertium per tertiam: nec quartum per quartā. relinquitur ergo q quintum et hec est conclusio probanda. ¶ Rationes vadant ad vicum vatum ad sanctum Jacobum. consimili modo dicatur de leui suo modo. sicut dictum est de graui.

Questio. VII.



Veritur septio: vtrū graue post remotionē prohibentis mouetur per se: et arguitur primo q non: quia dicit Commētator tertio celi q ipsum mouetur ad motū medij. et ideo videtur moueri per accidēs recte sicut homo existēs in naui q mouetur ad motum nauis: et mouetur per accidens. ¶ Secundo. si per se sic moueri: inesset sibi ratione alicuius sue partis essentialis: sed hoc non: quia non cōuenit sibi ille motus ratione materie: nec ratione forme: nō ratione materie: quia materia non mouet: cum sit ens in pura potentia: et motus non conuenit nisi enti in actu nec cōuenit etiam sibi ratione forme: nam ratione forme mouet: ergo videtur q non moueatur: aliter enim idem esset mouens et motum: et moueret seipsum: et moueret a seipso. ¶ Tertio. quod non habet p se resistentiam non mouet per se: sed non omne graue post remotionem prohibentis habet p se resistentiam: sicut graue motū in vacuo si esset. ¶ Quarto. si per se: vel p se primo modo. vel per se secūdo modo. sed nullum istorum ergo zc. nō enim primo modo: ex eo q primus modus dicendi p se est quādo predicatum est quidditatiuum et essentiale subiecto: modo sic nō est hic dicēdo graue mouetur deorsum. ex eo q moueri deorsum contingenter inest graui nec predicatale est de graui in quid. nec potest dici q in secundo modo dicendi per se: nā secundus modus dicendi per se est quādo subiectum ponit in diffinitione predicati: modo sic non est in proposito. in diffinitione motus nō ponitur iste terminus graue. ¶ Quinto auctoritate Commentatoris quarto celi dicentis q si graue sit superius propter impedimentum detentum forma eius post remotionem impedimenti mouet ipsum per accidens: et per consequens non per se. quare zc.


In oppositū arguitur quia graue post remotionem prohibentis mouetur naturaliter deorsum: ergo per suam naturam et per suam essentiam: et per consequens per se. ¶ Secundo. omne per accidēs reducens reducendum est ad aliquod per se: sicut est homo existens in naui mota mouetur per accidens et reducitur ad aliquod per se: postq mouetur ad motum ipsius nauis: qui est motus per se. modo in motu grauis deorsum esset aliquod per se: ad quod reduceretur si ipsum moueretur per accidens. ¶ Tertio auctoritate Commen. tertio celi dicentis motū grauis deorsum esse primo et essentialiter a forma motā: sed cum primo et essentiale sit p se sequit istū motū esse p se. ¶ Ad istā questionē primo respondendum est naturaliter loquendo. ¶ Secundo respondendum est logice.

Quantum ad primū sciendū est q loquendo naturaliter illud dicit alicui conuenire per se qd cōuenit sibi p suā naturā: que quidē natura est materia vel forma: et illud dicitur magis conuenire per se quod conuenit sibi p formam: q quod conuenit sibi p materiam: propter hoc q forma est pricipalior q materia. sin q visum est primo. ¶ Tunc sit prima conclusio. graue post remotionem prohibentis mouetur per se deorsum: probatur ex eo q talis motus cōuenit sibi per suā naturā. s. formam: ergo zc. ¶ Secunda conclusio. si accipitur per se: id est solitarie: graue post remotionem prohibentis non mouet per se: probatur ex eo q graue nō potest moueri nisi diuidat medium. ergo vna cum hoc graue mouet: medium mouet. ergo nō potest moueri sine hoc q aliquid aliud moueatur: adeo nō dicit moueri p se: id est solitarie.

Quantum ad secūdum sit prima conclusio: hec non est per se graue mouetur deorsum: probatur: quia non est necessaria: sed contingens sicut contingēs est q aliquod graue sit sursum. ¶ Secunda conclusio. hec est per se graue est mobile deorsum: patet q est necessaria. ¶ Tertia conclusio. hec est p se: graue si est sursum non impeditum mouet deorsum: patet p idē medium: quia necessaria.

Ad ratiões ergo principales dico ad primā q nō est simile de graui moto ad motū medij: et de homine moto ad motū nauis: propter hoc q homo cū naui mouet: sed graue non mouet cum medio: sed mouet p medium: et cum graue mouet p medium: medium diuidit et etiam mouet. ¶ Ad secundam potest concedi q forma moueret et moueretur: nec est impossibile: idē moueri et mouere quādo concurrit aliud motiuum vel mobile. ¶ Ad tertiam illa bñ probat q non mouetur p se. i. solitarie: et hoc conceditur. erat enim vna cōclusio. ¶ Ad quartam illa bñ probat illa non esse p se graue mouet deorsum et bene conceditur hoc: erat enim vna conclusio: nihilominus hec est bene p se graue est mobile deorsum: et quum arguebat in primo: vel secundo modo dicendi p se dico q in secūdo modo: et quum dicebat tunc subiectum debet poni in diffinitione predicati: verum est ipsum vel aliquid positum in diffinitione eius: et ideo quia corpus in diffinitione grauis zc. dico q ly graue vel ly corpus ponit in diffinitione ly moueri deorsum. ¶ Ad auctoritatem commentatoris dico q p illam auctoritatem bene habet hanc propositionem esse p accidens: graue mouet deorsum et hoc conceditur vt dictum est.

Questio. VIII.



Veritur octauo vtrū primus motor sit immobilis: et arguitur ꝙ non: nam sicut ē in minori mundo ita videtur esse in maiori: sed in minori mundo puta in homine primus motor nō est omnino immobilis: ꝗ eſt mobilis per accidens qui quidē primus motor in hoīe est anima mouens: ergo etiā sic erit in maiori mundo. ¶ Secūdo. nam primus motor est intrinsecus primo mobili: vel intrīsecus: si dicatur ꝙ intrīsecus tūc nō omnino immobilis: nā tūc est mobilis ad motū eius in quo est: si aūt dicaē ꝙ extrinsecus hoc nō valet ꝓpter hoc ꝙ tūc motus primi mobilis nō esset naturalis: sed violentus: ꝯña tenet ex eo ꝙ motus naturalis est ꝗ est a motore intrinseco: violētus aūt qui est ab extrinsece. ¶ Tertio. prim⁹ motor pōt mouere se: ergo nō ē omnino immobilis: ꝯña tenet añs probatur: nam primus motor est omnipotens: ergo omnia potest ergo et mouere se. ¶ Quarto. primus motor mouet per intellectum et voluntatem: sicut patet per Aristot. in secūdo metaphysice. sed intellect⁹ et voluntas moueē ab intelligibili et appetibili: ergo.

In oppositum vult Aristoteles in isto octauo vbi probat primū mouens esse immobile. Breuiter ad istā q̄stionē pono vnicā cōclusionē: que est ꝙ primus motor est omnino immobilis: ꝓbaē primo: q̄a nō est necesse omne mouēs moueri: ergo primū mouēs nō moueē: ꝯña tenet ex eo ꝙ in quolibet genere debet esse simplicissimū: et maxime absolutū ab omni q̄d non est de necessitate illius generis. si eñ moueri nō est necessariū mouēti ad hoc ꝙ moueat: sequitur ꝙ moueri debet remoueri a primo motore: añs patet. nā nō ē necessariū ad hoc ꝙ aqua frigescat ꝙ ipsa frigescat nec est necessariū ad hoc ꝙ medicus sanet: ꝙ ipse sanetur: et sic de multis alijs motibus. ¶ Secundo. si primus motor moueē vel ergo a se vel ab altero si diceret ꝙ ab altero: tūc nō est primus motor: nec pōt dici ꝙ a se: nam hoc esset isto mō ꝙ sm idē moueret. et secundū idē moueret: vel sm vnā partē moueret: et sm illā moueret. nō pōt dici primū ex eo ꝙ tūc idē esset in actu et in potentia: nec pōt dici secūdū ꝓpter hoc ꝙ primus motor ē indiuisibilis: sicut ꝓbaē in vltimo capitulo hui⁹ octaui. et ex alio etiā: q: tūc ista pars ꝗ moueret aliā magis deberet dici prim⁹ motor ex eo ꝙ ipsa moueret sed moueret. ¶ Tertio ad idem nam reperitur motū non mouens: ergo etiam debet reperiri mouens non motū: sed talis maxime debet esse primus motor: antecedēs patet: de materia prima: que moueē et non mouet cū nullius sit actiuitatis: et ꝯña ꝓbaē p illā regulā: q̄cunq; duo reperiuntur ꝯiuncta si vnū eorū est reperibile sine alio et aliud sine eo: sicut Cōmentator declarat de intellectu et intellecto: sed alicubi simul reperiunē mouēs et motū: nam aliqua sunt que mouentur et mouent: ergo reperitur motum et non mouens: etiam debet reperiri mouens non motum. ¶ Quarto mouens primum debet mouere perpetue et vniformiter: ergo debet esse mouens non motū: añs patet ex eo ꝙ motus diurnus qui prouenit a primo motore apparet ꝑpetuus et vniformis: cōsequentia tenet ex eo ꝙ si primū mouēs moueret cōtinue haberet se aliter et aliē sic nō potest mouere vniformiter sicut videm⁹ de celo ꝓpter hoc ꝙ cōtinue mouetur et cōtinue se habet alter et alter ad ista inferiora quare cōtinue producuntur alij et alij effect⁹ in istis inferiorib⁹. ¶ Sed dubitatur hic de hoc quod dicitur ꝙ motus diurnus sit vniformis: ille motus nō est vniformis cuius alique partes moueētur velocius et alique tardius sed ita est de motu diurno. nam motu diurno mouetur primum mobile: et alij orbes cū eo: sed partes eius que sunt circa polos mouentur tardius: et que sunt circa equinoctialem moueētur velocius. ¶ Respondetur distinguēdo de vniformitate: ꝗ motus potest dici vniformis quantum ad partes subiecti vel quātū ad partes temporis: ille dicitur vniformis quātū ad partes subiecti: qui sic se habz ꝙ omnes partes sui mobilis equali velocitate mouentur. ille aūt. in dicitur vniformis quo ad partes tēporis qui sic se habz ꝙ quacunq; parte data sui mobilis in equalibus partibus temporis equale spatium describit tunc ad propositū dico ꝙ motus diurnus bene est vniformis quo ad partes tēporis: licet sit difformis quo ad partes subiecti. ¶ Quinto: prim⁹ motor est indiuisibilis: ergo primus motor est omnino immutabilis: antecedens patet in isto octauo. cōsequētia patet ex eo ꝙ indiuisibile nō pōt moueri saltē ex secūā oporteret vnā ei⁹ ptē eē mouentē et aliā motum. sed si primus motor esset mobilis oporteret ꝙ moueret a se: aliter enim nō esset prim⁹.

Ad rationes. Ad primam dico ꝙ nō est simile de primo motore in minori mūdo et de primo motore in maiori mundo: nam primus motor in minori mundo nō est simpliciter primus. in maiori autem ē simpliciter primus: et igiē nō est mirū: si primus motor in minori mūdo est aliqualiter mobilis: et primus motor in maiori mūdo nullo modo. ¶ Ad secūdā dico: ꝙ primus motor est intrinsecus suo mobili: et nō p inherentiā: sed p indistātiā et p̄sentiā: et hoc sufficit ad hoc ꝙ eius motus sit naturalis. ¶ Ad tertiā. primus motor pōt mouere se: nego. nam hoc est impossibile: et q̄n dicebatur primus motor est omnipotens ꝯcedo. id est omnia possibilia potēs: cū hoc tamē stat: ꝙ non possit impossibile. ¶ Ad vltimā intelligitur hoc de intellectu et voluntate que intelligit intellectione sibi superaddita: qualiter non est de primo motore.

Quæstio.IX.



Væritur nono vtrum motus localis sit primus motuum: et arguitur ꝙ non: nam ambulatio est motus localis; et tamen non est primus motuū: videmus enim ꝙ oportet animal prius generari et prius nutriri ꝙ ipsum ambulet: ex quo videtur ꝙ alij motus sunt priores sicut augmentatio et nutritio. ¶ Secundo arguitur de motibus ipsius grauis ꝙ motus eius localis non est primus: nam vel hoc esset motus eius localis naturalis vel violentus non violentus: quia oportet graue prius generari ꝙ ipsum moueri violenter: et similiter argueretur de motu eius naturali. ¶ Tertio, sicut se habet terminus vnius motus ad terminum alterius motus: ita se habet talis motus ad talem motum. Sed modo ita est: ꝙ terminus generationis est prior ꝙ terminus motus localis: ergo generatio precedit motum localem: maior est nota: minor probatur: nam terminus generationis est substantia scilicet forma substantialis. Terminus aūt motus localis est accidens: modo substantia est prior accidēte. ¶ Quarto. qualitates actiue sunt priores ꝙ illis tribus motibus: ergo videtur motū alterationis pre

cedere motum localem: antecedens patet: ex quo sūt prime qualitates sunt priores istis: que sūt grauitas et leuitas. ¶ Quinto. illa mutatio est prior: que est pfectior: sed ita ē de gňatione: propter hoc q est ad formā substantialem. ergo. ꝛc.

In oppositum est Aristoteles in isto octauo: vbi dicit ꝛ probat motū localem esse primum. ¶ In ista questione primo ponenda est vna distinctio deinde conclusiones. Distinctio est ista: q aliquid dicitur esse prius alio tripliciter: tempore: natura: ꝛ perfectione. ¶ Tunc sit prima conclusio. motus localis ē prior alijs motibus secundū tempus: hoc patet de motu celi: qui est motus localis ꝛ est ppetuus sicut vult et nititur probare Aristo. in isto octauo: et alij motus inceperunt et per consequens omnes alios motus precessit motus localis celi. Cum ista cōclusione: que est indefinita: stat q motus localis non est prior omnibus alijs motibus: patz de motu locali animalis sicut est pgressio: natatio: ꝛ volatio. ¶ Secunda conclusio q motus localis est prior alijs motibus sm naturam probatur ex eo q mot⁹ localis potest reperiri et reperitur defacto sine alijs motib⁹: sicut patet de motu locali celi qui reperitur in celo: vbi nō reperit augmentatio nec generatio: nec alteratio: alij autem motus nō possunt reperiri sine motu locali. Alteratio enim non potest reperiri sine motu locali: quia non potest fieri nisi alterās applicet alterabili ꝛ ad hoc requirit motus localis: ꝛ similiter de generatione que etiam non potest fieri nisi generans applicetur illi ex quo debet fieri generatio: ꝛ similiter etiam augmentatio non fit sine motu locali. modo illud est prius dicitur alio secundum naturam: qđ potest esse sine eo et non econtrario. ¶ Tertia conclusio. motus localis est prior alijs motibus secundum perfectionem: ꝛ hoc denominatiōe extrinseca: ista cōclusio patet tam ex parte temporis: q̄ ex parte mouentis. ex parte temporis: quia est diuturnior alijs motibus postq̄ est perpetuus et alij nō hoc patet etiam ex parte motoris: quia motus celi prouenit ex parte motoris perfectissimi scilicet ab ipso deo seu a prima causa: patet etiam ex parte mobilis: nam primum mobile in quo reperitur motus localis: alijs mobilibus est perfectius. ¶ Quarta cōclusio. in illis in quibus reperiuntur alij mot⁹ a motu locali: adhuc mot⁹ localis est perfectior: quia posterius generatione est prius perfectiōe: sed in illis mot⁹ localis est posterior generatione: patet hoc in animali quod primo oportet generari: deinde nutriri ꝛ augeri eundo de minus perfecto ad maius perfectum et tandem pōt moueri localiter eundo huc illuc. ¶ Sed dubitat de hoc quod dicebatur: qđ est posterius generatiōe: est prius perfectione. Cōtra. nā diminutio est posterior augmentatione ꝛ similiter senectus q̄ iuuentus: et tamen huiusmodi non sunt priora in perfectione. Dicitur dicitur q predicta maior debet intelligi in eundo ad statum pfectum sed nō in eundo ad statū imperfectum sicut eūdo ab augmētatione ad diminutionē seu a iuuentute ad senectutem. ¶ Adhuc dubitatur. nam anima prior est generatione q̄ scientia ꝛ non propter hoc scientia est prior in perfectione. dicendum non intelligi comparando formam ad formam: sed totum aggregatum ad totum aggregatum: ita q aggregatū ex priori secundum generationem ꝛ posteriori secundum generationem est prius secundum perfectionem q̄ sit solum illud quod est prius secundum generationem. et ideo licet scientia non sit prius secundum perfectionē tamen aggregatum totale ex anima et scientia est prius secundum perfectionem q̄ sit anima solum. ¶ Secundo. ille mot⁹ est perfectior qui reperitur in animalibus pfectioribus: ꝛ non in imperfectis: sed ita est de motu locali: q non reperitur in omnibus animalibus sed solum in perfectis. Animalia enim que non sūt localiter mobilia: sicut sunt animalia petris affixa sunt alijs imperfectiora. ¶ Tertio. ille motus est perfectior alijs: qui nihil abijcit de substantia rei. Alij autem aliquid abijciūt. sed sic est de motu locali respectu aliorum motuum vnde alijs motibus aliquid abijcitur: motu autem locali nihil. sicut patet de celo: quod mouetur localiter continue absq̄ hoc q aliquid remoueatur de substantia eius.

Ad rationes pricipales. Ad primam dico: q ista probat q in animalibus mot⁹ localis non est prior secundum tempus: licet sit bene prior secūdū perfectionem. ¶ Ad secundam dico: q bene probat q motus localis grauium ꝛ leuium non est prius motum. cum quo tamen stat: q motus localis scilicet celi sit prius motum. ¶ Ad tertiam sicut se habet ꝛc. ad ea: q gňatio denominatione intrinseca: quā habz a termino eius: est prior perfectione. cum quo tamē stat: q motus localis denominatione extrinseca: quam habz a motore et tempore: est prior secundum perfectionē. ¶ Et consimili modo ad quintam. ¶ Ad quartā dico q per illam rationē nō cōuincitur quin adhuc motus localis sit bene prior ppter hoc q nō oīs motus localis pueniit ab istis qualitatibus mouentibus localiter: q̄ sunt grauitas leuitas: vnde motus localis celi nō puenit ex illis: quia celum non est graue: nec leue.

Questio. X.



Trū possibile sit motorem finitum mouere per tempus infinitum: arguitur primo q sic: nā corpora celestia sunt virtutis finite: ꝛ tamē secundū aristotelē per tempus infinitum mouent ista inferiora. ¶ Secundo. motor lune est finitus: ꝛ tamen mouet suum orbem per tempus infinitum. ¶ Tertio. virtus motiua for. loca'lter est finita: et tamen posito q perpetuo maneret nec aucta nec diminuta posset mouere per tempus infinitum.

In oppositum vult Aristoteles in isto octauo: quia nititur probare ꝛ demonstrare illam cōclusionem: mouens finitum non potest mouere per tēpus infinitum: ꝛ supponit primo pro sua demonstratiōe q a. sit mouens finitum: ꝛ b. sit mobile: qđ etiam oportet esse finitū postq̄ mouetur ab a. motore finito. aliter enim non excederetur ab eo: et per consequens non moueretur ab eo. ¶ Secundo supponit q medietas a. motoris mouet medietatem b. mobilis per minus tempus licet equali velocitate. q̄ totum a. mouet totuz b. nā medietas ipsius a. excedit medietatem ipsius b. minori excessu q̄ totum a. excedit totum b. et per consequens medietas ipsius a. citius fatigatur in mouēdo q̄ totale a. ergo mouet per minus tempus.

¶ Tertio supponit q tempus per quod a. mouet b. sit c. et tempus per quod medietas a. mouet medietatem b. sit d. Istis suppositis arguitur sic: medietas a. mouet medietatem b. in tempore d. ꝛ totum a. mouet totum b. in tempore c. per tertiam suppositionem: sed tēpus d. per quod medietas mouet medietatē est mi-

mus q̃ tempus c.per quod totum a.mouet totum b.g secundam suppositionem:ergo d.tempus est finitum: propter hoc q̄ siue c.sit finitum siue infinitum. si d.est minus:sequitur q̄ est finitum:tunc vltra tempus d.g quod vna medietas a.mouet vnam medietatem b.est finitum.ergo etiam tempus per quod alia medietas ipsius a.mouet aliam medietatem ipsius b.est finitu3 et sic tunc ex duobus temporibus finitis:non componitur tempus infinitum:sequitur ergo q̄ totu3 tēpus per quod totum a.mouet totū b.sit finitum:postq̃ cōponitur precise ex duobis finitis in quibus due medietates ipsius a.mouēt duas medietates ipsi⁹ b. ¶ Ad intelligendum melius conclusionem Aristotelis pono vnam distinctionem.secundo conclusionem.

Quantum ad primum sit ista distinctio q̄ aliqua dicuntur finita vel infinita tripliciter. vno modo duratione vt gubernabilia et corruptibilia dicuntur finita duratione. Secūdo aliquid dicitur infinitum in virtute et hoc dupliciter.scilicet intensiue et extensiue et per oppositum aliquid dicitur finitu3 in virtute. Tertio modo aliquid dicitur esse infinitū improprie quod habet virtute3 que nec est finita proprie intensiue:nec infinita:nec etiam extensiue nec significabilis per numeros:nec cōparabilis p̄ proportionē.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio:nullo modo mouens finitū in duratione potest mouere per tempus infinitum : probatur : nam quamdiu aliquid debet mouere:tam diu oportet ipsum esse. et per consequens cum non sit per tempus infinitum non potest mouere per tempus infinitum. ¶ Secunda conclusio.nullus motor celi est finitus vel infinit⁹ intēsiue modo predicto:probatur:quia nullus motor celi mouet cum resistentia:ergo nullus eorum indiget conatu aut virtute significabili per numeros et cōparabili resistentie:nec est infinitus intensiue:ppter hoc q̄ mouet velocitate finita:ita q̄ sequitur motores celestes non mouent cum resistentia:ergo non oportet illorum aliquē esse tante:vel tāte virtutis signate:quia adhuc si daretur minor sufficiēter moueret mobile nō resistens:vnde minor virtus:q̃ sit virtus vnius muisce si applicaret mobili non resistenti moueret ipsum ergo. ¶ Secundo.omnis motor celestis est indiuisibilis sicut in isto octauo probatu3 est:ergo nullus eorum est finitus vel infinitus intensiue: consequentia tenet ex eo q̄ indiuisibile proprie:nec est finitum nec infinitu3. ¶ Tertia conclusio: nisi ita esset motor celestis non posset mouere in virtute propria:non excludendo primum motorem tempore infinito:probatur: nam omnis virtus motiua localiter cum resistētia fatigatur in mouendo:sed per talem fatigationem tandem motus retardaretur vsq3 ad non gradum:et sic tunc non moueret. ¶ Quarta conclusio:oportet q̄ motores celestes sint infiniti in duratione:patet hoc: quia mouent per tempus infinitū:sed tales oportet esse infinitos in duratione. Pro intellectu ergo conclusionis quā demōstrat Aristoteles dico q̄ sua conclusio intelligitur q̄ nullum mouens finitum cuius potentia et virtus est significabilis per numeros et comparabilis secundu3 aliquam proportionem resistentie sui mobilis : potest mouere istud mobile per tempus infinitum et hoc totum est propter hoc q̄ tale mouens est fatigabile:nihilominus si est aliquod mouens infinitum in duratione licet non sit infinitum in vigore mouēs aliquod mobile sibi non resistens:potest mouere per tempus infinitum:qualiter se habent motores celestes.et similiter se haberet virt⁹ motiua fortis:si ppetuo maneret nō ducta nec diminuta et sm hoc rationes sunt solute.

Quæstio.XI.



Vnc queritur vtrum virt⁹ infinita possit esse in magnitudine finita:et arguitur primo q̄ sic:quia celu3 est magnitudo finita:et tamen in ipso est virt⁹ infinita.ergo.prima pars antecedentis.patet:sed secunda probatur:nam in illo quod diutius durat est maior virt⁹:ergo in illo quod infinite durat est infinita virtus:sed celu3 infinite durat:quia per tēpus infinitum:ergo videtur q̄ in ipso sit virtus infinita. ¶ Secundo.in aliquo graui puta a.non est minor virtus q̃ si distaret a centro mundi per spatium infinitum:sed tunc in eo esset virtus infinita:probatur:quia tunc in descendendo velocitaret motum suum infinitum. Et per auctorem de ponderibus graue quanto plus distat a centro est grauc secundum situm. ¶ Tertio.tota massa materie prime est magnitudo finita:et tamen in ea est virtus infinita .est enim infinite passiuitatis:sicut dictum est. ¶ Quarto probatur q̄ saltē non implicat contradictionem q̄ in aliqua magnitudine finita sit virtus infinita:nā si in aliqua parte proportionabili alicuius ligni esset aliqua virtus: et in secunda parte proportionabili dupla et in tertio tripla: et sic vltra:in illo ligno esset virt⁹ infinita scilicet virtus aggregata ex omnibus istis virtutibus:ergo tale esset infinitum in virtute ⁊c.

In oppositum vult Aristoteles in isto octauo: qui nititur probare istas duas conclusiones Prima est q̄ in magnitudine finita nō potest esse virtus infinita. Secunda conclusio. q̄ in magnitudine infinita non potest esse virtus finita. ¶ Ad probandū primam presupponit q̄ omnis motus fit in tempore: ¶ Secundo supponit q̄ maior virtus mouet idē mobile ceteris paribus in minori tempore q̃ minor virtus:his suppositis arguitur sic:si in magnitudine finita posset esse virtus infinita sequeretur q̄ virtus finita posset idem mobile equali tēpore mouere et equali velocitate:sicut virtus infinita moueret idem mobile:hoc est contra secundam suppositionē:probatur cōsequentia:nam sit:per aduersarium virtus infinita existens in magnitudine finita a. et sit virtus finita b. et sit suum mobile c.tunc a.mouet c. in minori tempore q̃ b.sit ergo q̄ in duplo minori tempore tunc augeatur b.ad duplum vel ad quadruplum:sic q̄ moueat in duplo minori tempore q̃ primo mouebat:tunc tali augmentatione facta adhuc est finitum:sed tunc mouet idem mobile in equali tpe:in quo mouet virt⁹ infinita ergo ⁊c. ¶ Pro secunda conclusione supponit q̄ data magnitudine in maiori eius pte ē maior virtus. isto supposito arguit sic:si in magnitudie infinita esse3 virtus finita:sequeret q̄ virt⁹ finita posset mouere in nō tempore:sed hoc est falsum:ppter hoc q̄ omnis mot⁹ fit in tēpore pbat cōsequentia:nam illa virtus potest mouere in nō tempore:que potest mouere ide3 mobile plusq̃ alia virtus data vel dabilis:sed sic esset de virtute finita si esset in magnitudine infinita:probat hoc nā quacunq3 virtute data alicuius magnitudinis finite cu3 in maiori parte sit maior virtus in magnitudine infinita:pōt capi aliqua ei⁹ pars in qua est maior vir

tus virtute data: ⁊ cũ virtus totalis magnitudinis infinite sit maior ꝙ sit virtus alicuius sue ptis: sequitur ꝙ totalis virtus magnitudinis infinite est maior virtus ꝙ sit aliqua virtus finita data vel dabilis: ⁊ p consequens posset mouere idem mobile velocius ꝙ aliqua virtus data vel dabilis: ⁊ sic posset mouere in non tempore: ⁊ per consequens esset infinita: quod implicat. ¶ Circa predictas demonstrationes Aristotelis dubitatur contra hoc quod dicebatur: potentia finita potest mouere idem mobile in equali tempore: equali velocitate sicut virtus infinita illud negari potest. diceret enim primum motorem esse potentie infinite: et illum posse mouere primum mobile: q̃d tamen nulla potẽtia finita potest mouere. ¶ Secũdo dubitatur cõtra hoc quod supponebatur ꝙ quacunq; potẽtia finita data potest dari maior: aduersarius hoc negaret: nam diceret primum motorem: vel vnum alium motorem citra primum esse potentie finite ⁊ illum non posse augeri: ergo non est possibilis suppositio ista. ¶ Tertio dubitatur contra hoc quod dicebatur si esset virtus infinita in magnitudiñe finita tũc motus fieret in nõ tẽpore. diceret aduersarius illud quod conuenit alicui per se nõ aufertur ab eo propter aliud: sed motui cõuenit per se ꝙ in tempore fiat: ergo hoc non aufertur ab eo propter positionem potentie infinite in magnitudine finita: ⁊ per consequens propter hanc positionem nõ sequitur motũ fieri in nõ tẽpore. ¶ Ad ista: ad primam dubitationem respondetur: ꝙ q̃uis potentia infinita posset mouere aliquod mobile quod nõ posset mouere determinata potentia finita: tamẽ quodlibet mobile quod posset mouere potentia infinita: posset mouere potentia finita. ¶ Ad secundam dubitationem dicitur licet potentie intelligentiarum non possunt naturaliter augeri: possunt tamen per dei potentiam secundum denominationem ab opere. Uel aliter dicitur non expugnat illis secundum communem rationem potẽtie augeri licet repugnet illis secundum ꝙ sunt tales potentie. ¶ Ad tertiam conceditur ꝙ nunq̃ motu stãte aufertur ab fieri in tempore: tamen ad aliquam propositionem impossibilem sequitur motum esse in instãti licet nunq̃ fiat.

Ad rationes. Ad primam cõceditur celum esse virtutis infinite in duratione sed non est virtutis infinite intensiue: mouet enim sine resistẽtia: ex quo non habet contrarium. ¶ Ad secũdam dicitur licet graue in infinitum distans a centro descẽdẽdo quẽlibet gradum velocitatis acquireret hoc non esset propter eius infinitam potentiam: sed propter impetum qui illi successiue intensior ⁊ intensior acquirit. ¶ Ad tertiam dicõ potentia passiua potius dicẽda est impotentia ꝙ potentia: ideo ex eius infinitate nihil concluditur. ¶ Ad quartam dicitur casus est impossibilis sicut patet ex tertio huius vbi ostendebatur ꝙ actus nõ potest producere infinitum.

Quæstio. XII.



Trum inter quoscũq; motus reflexos oportet esse quietem mediam: ⁊ arguitur primo ꝙ nonnam mouetur vna faba sursum: et obuiet sibi vnus lapis molaris descendens: tunc illa faba attingit lapidem molarem: vel cũ eo descendit absq; hoc ꝙ prius quiescat: vel oportet eam prius quiescere: si dicatur primum sequitur ꝙ non inter quoscunq; motus reflexos est quies media scilicet inter ascensum fabe et descensum eius: si autem dicatur ꝙ oportet eam prius quiescere: sequitur ꝙ ipsa detinebit secum illum lapidẽ molarem sursum interim ꝙ ipsa quiescit. modo hoc videtur inconueniens: ergo. ¶ Secũdo quando vnus lapis proiicitur sursum: tunc vel prius quiescit sursum: ꝙ descẽdat vel econuerso sic descẽdit absq; hoc ꝙ prius sic quieuit. si dicatur secundum tũc inter motus reflexos nõ est quies media: nec potest dici primum vt videtur: ex eo ꝙ non videtur esse aliquod detinens illum lapidem sursum ne descẽdat. ¶ Tertio. nam videmus cum vna pila proiicitur super terram: tunc econuerso mouetur sursum: ergo prius quieuit super terram vel non. si secundum: habetur propositum. si primũ: hoc non valet vt videtur: nam si prius quiesceret apud terram ante ꝙ ascenderet non videtur vnde postea mouetur sursũ cum sit naturaliter grauis.

In oppositum vult Aristoteles in isto octauo vbi hoc probat ꝙ super lineam rectam per reflexionem non potest fieri vnus motus perpetuus post ꝙ inter motus reflexos cadit quies media non potest fieri vnus motus ex motu qui est ante reflexionem et post et probatur hoc ratione. nam si inter motus reflexos non esset quies media: sequeretur ꝙ motus cõtrarij essent adinuicem continui: nam vnus posset sequi alium immediate scilicet motus sursum: ⁊ motus deorsum: eiusdem mobilis: sed verum est ꝙ ista ratio faciliter solueretur nam diceretur ꝙ illi motus non essent continui: sed vnus motus immediate sequitur alium sicut cõtigui. ¶ Secundo. nam proiiciatur vna faba humectata ad parietem tunc reflectitur a pariete: et paries inuenitur humectatus: vnde videtur illam fabam quieuisse per tempus. ¶ Circa istam questionem sit prima conclusio ꝙ non necessario inter quoscunq; motus reflexos est quies temporalis pro ista conclusione facit ratio adducta in principio de faba cui obuiet lapis molaris descendens. ¶ Secundo. nam sit vna musca que ascendat super aliquam lanceam que scenderit: tunc in quocunq; instanti illa potest incipere quiescere. ponamus ergo a. instãs in quo illa musca incipit quiescere in eodem instãti illa lancea incipiat descendere. tũc musca cõtinue ante ascẽdebat ⁊ sine medio post a. descẽdebat: ergo inter ascẽdere ipsius musce in isto casu: ⁊ inter descendere non intercipitur quies media temporalis: sed illi duo motus sunt motus reflexi: ergo inter aliquos tales motus non est quies media. ¶ Tertio ponatur ꝙ aliqua musca ascendat super aliquam lanceam velocius ꝙ illa lancea descẽdat et remittatur velocitas ascensus illius musce donec fiat minor ꝙ velocitas descensus illius lancee: tunc in instanti in quo velocitas musce ⁊ velocitas lancee sunt equales verũ est dicere ꝙ immediate ãte hoc musca ascendebat: ⁊ verum est dicere ꝙ immediate post hoc descendet: quia immediate post hoc descensus lancee erit velocior: ex quo iterum sequitur ꝙ inter ascẽdere et descendere ipsius musce non sit quies media. ¶ Quarto potest argui de motu alterationis: nam ponatur ꝙ aliquis alteretur ab aliquo frigido vsq; ad instans imaginatum: possibile est quod pro illo instanti primo sit illi alterabile applicatum vnũ calefaciens obtinens super resistentiam illius alterabilis: et super illud frigefaciens: et tunc sit ib-

lud alterabile sine medio ꝗ̄ hoc frigescebat: ⁊ sine medio post hoc calescet. ergo iterum inter motos reflexos nõ est quies media. ¶ Quinto posset argui de augmẽtatione: vt si aliquid augeret̃ vsq; ad aliquod instans imaginatum pro quo sibi primo esset applicatum diminuens: obtinens super illud augmentãs et resistentiam diminuibilis: tunc sequitur idem: quod de alterabili. ¶ Secunda conclusio. inter motus reflexos non est quies instantanea: probatur: nam sicut nihil mouetur in instanti: sic nihil quiescit in instanti: quies enim et motus opponuntur priuatiue: ⁊ per cõsequens mẽsura pro qua non est aptus natus fieri motus: nec etiam est quies. ¶ Ex istis duabus questionibus etiã sequitur: ꝙ nec inter motus reflexos super lineaʒ factã ad angulum oportet esse quietem mediã: verbi gratia sic: si aliquid moueretur circa triangulũ: vel quadrangulũ: non oportet illud quiescere: cum esset super illo angulo ad quem esset tractio illarum linearum. Sed aliquis dubitaret: hic: ponatur ergo ꝙ aliquod mobile moueat̃ ab a. ad b. ⁊ ecõuerso moueat̃ ab b ad a. tũc si non necessario illud mobile quiesceret in termino reflexionis: queratur vtrum illud mobile aliquãdo fuerit in b. vel nũꝗ̄: si nunꝗ̄: sequitur illud mobile nõ mouerit ab a. ad b. postꝗ̄ nunꝗ̄ fuit in b. si dicatur ꝙ aliquã fuit in b. vel ergo per tempus vel per solũ instans non potest dici secundum. ex eo ꝙ instans nihil est: nec aliqua mensura vera: sed solum imaginaria. Si dicatur ꝙ fuit in b. per tempus sequitur ꝙ quieuit in b. ⁊ ꝑ cõsequens inter illos motus reflexio scilicet ab a. ad b. et econuerso erat quies media. ¶ Breuiter volens cõcedere instantiam faciliter soluit illa: sed non concedẽdo instantiã: dicendum est ꝙ in casu predicto illud nũꝗ̄ fuit in b. in actu: sed solum fuit in b. in potẽtia: quod sic intelligitur ꝙ motu ab a. ad b. finito ⁊ cõpleto: si illud mobile nõ iterũ fuisset motum. fuisset tunc in b. sed quia hoc est possibile dicimus illud mobile fuisse in b. in potentia. ¶ Tertia conclusio. illi motus quorũ vnus est ante reflexionem ⁊ alius post sunt contrarij. probatur: quia si vnus eorum est sursum: alter eorum est deorsum: ⁊ si vnus est ad dextrum: alter est ad sinistrum: modo tales sunt contrarij. ¶ Secũdo. illi motus sunt cõtrarij: quorum vnus est impeditiuus alterius: sed sic ẽ de motibus: quorum vnus est ante reflexionem: ⁊ alter post. ergo. ¶ Quarta conclusio. ex motibus quorum vnus est ante reflexionem ⁊ alter post non potest cõstitui vnus motus: probatur: nam ad vnitatem motus: requiritur continuitas: modo motus: quorum vnus ẽ ante reflexionem: et alter post: nõ possunt esse cõtinui: quia sunt contrarij: licet possint esse sophei. id est cõtigui. sicut patet ex dictis iuxta primam conclusionem. Qꝫ autem motus contrarij non possunt esse continui adinuicem: probatur: quia motus cõtrarij differũt specie. sed differentia specie non possunt esse adinuicẽ cõtinua: propter hoc ꝙ continuorum vltima debent esse vnum. Sed modo differentium specie vltima sunt duo. ¶ Quinta conclusio. super lineam rectam non potest esse motus perpetuus: probatur. non posset esse aliquis motus super lineam perpetuus per reflexionem: quia talis motus non est continuus. sed si deberet esse perpetuus oporteret ꝙ esset vnus. quare ⁊c. ¶ Sexta cõclusio: ꝙ solus motus super lineam circularem potest esse perpetuus: probatur: nam aliquis motus localis potest esse perpetuus: ⁊ de facto est: ergo vel motus localis rectus: vel circularis: vel̃ mixtus ex recto vel circulari: nõ potest dici ꝙ mixtus ex recto ⁊ circulari ꝓpter hoc ꝙ illud mixtum non est possibile cuius alterꝫ mixtibilium non est possibile: sed sic ẽ de motu mixto ex recto et circulari: nam ex quo non est possibile motum rectum esse perpetuum per precedentem conclusionem: sequitur motum mixtum ex recto ⁊ circulari esse perpetuum nõ esse possibile. relinquitur ergo motum circularem esse perpetuum et hoc est conclusio. ¶ Septima cõclusio. impossibile est motus reflexos naturales eiusdem speciei fieri sine quiete media: probatur: nam motus naturalis alicuius mobilis ad aliquem terminum est cum inclinatione naturali ipsius ad illum: cum ergo illa inclinatio naturalis nõ possit subito deperdi: sequitur ꝙ oportꝫ mobile quiescere in termino sui motus ãteꝗ̄ recedat ab eo. ¶ Octaua cõclusio. inter motum naturalem et motum violentum alicuius non est semper quies media: ⁊ pro probatione istius conclusionis sufficit supponere quod ante dictum est: ⁊ per hoc soluitur ratio prima in oppositum. ¶ Unde lapidis vel sagitte proiecte sursum oportet esse quietem mediam: nisi per obuiationẽ alicuius obstaculi impediatur talis quies. sicut arguebat̃ de obuiatione lapidis molaris descendentis et fabe proiecte sursum. Cum enim non est talis obuiatio est quies media inter ascensum violentum ⁊ descensum naturalem: probatur: nam cum aliquod graue proijcitur violenter sursum: tunc anteꝗ̄ illud graue desinat ascendere: oportet ꝙ virtus qua mouetur sursum: desinat excedere resistẽtiam medij: et grauitatis proiecti ⁊ nõ statim illud proiectum econuerso descendit. ¶ Nam adhuc oportet: ꝙ illa virtus impulsiua tam diu remittatur: ꝙ grauitas ipsius proiecti non solum excedit illã virtutem: sed aggregatum ex illa virtute ⁊ resistentia medij. et ad hoc requiritur tempus pro quo nec ascendit: nec descendit: sed quiescit: ⁊ secundum istas cõclusiones vadunt rationes vijs suis: ⁊ etiã auctoritates adducte.

Quæstio.XIII.



Ltimo quæritur a ꝗ̄ moueat̃ proiectũ sursum post separationem illi⁹ a ꝗ̄ ꝓijcit̃. Istã dubitationẽ tãgit Aristote. circa finẽ hui⁹ octaui. Circa quã sunt diuerse opiniões quarũ prĩa ẽ. ꝙ moueat̃ a ꝓijciente: ⁊ hoc ista opinio vult sic ostendere: nam ab illo mouetur proiectum cui imponitur proiectio: sed sic est ꝙ imponitur proijcienti ista proiectio. ergo. nam si aliquis proijceret aliquem lapidem: et ille cadat in aliquem locũ et occidat aliquod animal: tunc si queritur quis proiecit talem lapidẽ et occidit tale animal. respondetur ꝙ sortes vel plato: qui proiecit. sed ista opinio non valet propter hoc: nam statim post exitum a manu proijcientis ipsum proijciens potest corrumpi: ⁊ tamen adhuc proiectum potest moueri: sed tunc non esset dicendum ꝙ mouetur a proijciente propter hoc ꝙ talis nõ est: ergo oportet dicere ꝙ mouetur ab aliquo alio: cũ omne qđ mouet̃ ab aliquo moueat̃: ⁊ de illo ꝗrit̃ tunc ꝗd sit illud quod mouet hoc. ¶ Ad rationem opinionis respondetur ꝙ proijcienti bene imponitur ꝙ fuit occasio talis proiectionis vel occisionis: non tamen sibi imponit̃ ꝙ ꝑ totũ tp̄s proiectionis fuerit causa immediata talis ꝓiectiõis. ¶ Alia ẽ opinio ⁊ ponit ꝙ ꝓie-

ctum post exitũ eius a manu proijcientis mouetur ab aere sic ꝙ proiectum quum separatur a manu exit velociter a suo loco: ⁊ tunc quia natura abhorret vacuũ: aer existens retro ad implendum vacuum insequitur ipsum proiectũ. ⁊ quũ insequitur, velociter quũ attingit ipsum mouet vltra. Sed breuiter Aristoteles istã opinionem improbat: nam ad istam opinionem sequitur ꝙ ĩ motu proiecti oporteret celũ retro moueri vsqꝫ ad celum: quia oportet ꝙ aerem primo insequentẽ alius aer insequeref: ⁊ illum iterum alius: ⁊ sic in infinitum vsqꝫ ad celum: sed ad istam rationem aliqui respõdent ꝙ non oportet omnia retro proiectũ moueri: naꝫ ex quo aer est condensabilis et rarefactibilis: tũc aer qui est retro proiectum: ⁊ sic insequeretur proiectum: et implet locum in quo erat proiectum ⁊ aer ante condensatur. sed ista responsio non valet: nam cũ talis rarefactio esset violẽta: non sufficeret aer sic rarefact⁹ tãto impetu nec tãlõge mouere aliquod proiectũ graue. Secundo. non secundum istam responsionem oporteret aerẽ ante proiectum condensari: ⁊ tunc talis cõdensatio aeris tantum impediret motũ proiecti: quãtũ iuuaret rarefactio aeris existẽtis retro. Tertio. nã tunc proiectio deberet fieri eque bene per aerem densum sicut per aerem rarum propter hoc: quia non tanta violentia aer densus rarefit: sicut aer rarus cum nõ ad quemcũqꝫ gradum raritatis aer inclinatur. ¶ Similiter ista opinio non habet locũ in motu mole fabri: similiter in motu troci: vidimus enĩ ꝙ trocus post exitum eius a manu proijcientis diu mouetur circulariter absqꝫ hoc q̃ aliquis aer ipsum insequatur. mouet enim super eodem pũcto spatij. similiter est alia experientia: nam aliquis sedens super plaustrum ferri non sentit retro se aerem insequentem: bene autem ante se aerem resistẽtem: tũc illud plaustrum ferri moueretur trahẽtibus illud plaustrum desinẽtib⁹ trahere: ⁊ hoc non esset si tunc moueretur ab aere insequente. similiter est alia experientia si aliquis proijcit aliquem globum ferri vel stupe tunc videmus ꝙ retro alique particule trahunt se versus proijcientem: quod non esset si illud proiectũ moueretur ab aere insequentẽ: immo tunc ille particule deberẽt se trahere ad aliam partẽ. similiter est talis experiẽtia: nam videmus vnam paruam sagittam vnde velociter moueri quãꝫ separatur a proijciente: ⁊ tamen sic nõ deberet esse si moueretur ab aere insequẽte propter hoc ꝙ aer insequẽs est paruus et modicus. ¶ Tertia opinio est ista ꝙ proijciẽs mouet proiectum ⁊ etiam aerem circũstantem: ⁊ quia iste aer est innat⁹ moueri velociter mouet secum illud proiectum: sic diceretur ꝙ proiectum post separationem a manu proijcientis mouetͬ ab aere deferente ipsum. ¶ Sed ista opinio non valet: quia querit de illo aere: sicut de illo proiecto vnde mouetur quũ recessit a proijciente: aliquis diceret ꝙ a sua leuitate. sed contra: naꝫ leuitas solum est innata moueri sursum: proiectio autem non solum est sursum verum etiã ad latus ergo. Similiter si ita esset sequeretur ꝙ possemus remotius proijcere plumã q̃ lapidem: sed hoc est falsuꝫ. sicut patet: ⁊ consequentia tenet ex eo: ꝙ minus resistit pluma aere deferẽti q̃ lapis grauis. ¶ Similiter si predicta opinio esset vera sequeretur ꝙ si ego repellerem contra te aerem ac si proijcerem ꝙ ille aer deberet facere magnum impetum contra te: quod tamen non experimur. ¶ Alia est opinio: quam pro nunc reputo veriorem: ꝙ proijciens imprimit proiecto quandam virtutem motiuam que est quedam qualitas que innata est mouere: nisi fiat impedimentum alius de ad eandem differentiam positionis: ad quam proijciens proijcit. Et secundum istã opinionem posset reddi ratio quarundam experiẽtiarum: prima est: quia lapis habet plus de materia. ⁊ est magis densus q̃ pluma: plus recipit de illa virtute motiua: ⁊ diutius eam retinet q̃ pluma: ⁊ sic diutius mouetur post separationem q̃ pluma: ⁊ et etiaꝫ fortius percutit: propter hoc ꝙ habet plus de illa virtute motiua sibi impressa: ⁊ quia ex natura sua illud proiectum tendit ad motum oppositum: tandem illa virtus impressa corrumpitur: ⁊ tũc illud mobile desinit moueri tali motu. ¶ Alia experientia quare lancea longa proiecta fortius percutit q̃ lancea breuis: iterum causa est: quia plus habet de illa virtute impressa. Et similiter potest reddi ratio quare motus naturalis velocitatur in fine: ad quod est dicendum ꝙ mobile ꝙ mouetur naturaliter: acquirit sibi quandam habitudinem ad talem motum que quidem habilitas sibi acquisita: vna cum grauitate eius mouet ipsum velocius. ¶ Iuxta istã opinionẽ potest dici ꝙ non esset necesse ponere tot intelligẽtias quot sunt orbes: vnde diceretur ꝙ prima causa creauit orbes celestes: ⁊ cuilibet eorum impressit vnaꝫ talẽ qualitatem motiuam: que illum orbem taliter mouet: nec illa virt⁹ ibi corrumpitur propter hoc ꝙ talis orbis non est inclinatus ad motum oppositum ⁊c.

¶ Finis octaui et vltimi
libri Physicorum.

¶ Clarissimi doctoris Alberti de Saxonia q̄stiones super quatuor libros Aristotelis de celo ⁊ mundo feliciter incipiūt.

Questio .I.



Verit̄ primo. Circa primū tractatū primi libri de celo. Utrū cuilibet corpori simplici insit naturaliter tm̄ vnus motus simplex. arguit̄ p̄mo ad p̄tem negatiuā sic. Nō cuiuslibet corporis simplicis ē motus: igit̄ nō tātum vn⁹ mot⁹: ɔña nota est de se ⁊ ꝓbat̄ añs. p̄mo: p̄mo de celo qđ est corp⁹ simplex fm̄ Aristo. in l̄ra: et tñ eius nō videt̄ esse mot⁹ saltē localis de quo hic intēdit̄ cū semꝑ maneat in eodē loco. ¶ Et si dicitur q̄ propter hoc bene ɔ̄cedit̄ celū non moueri secūdū se totū: adhuc tamē celū bene mouet̄ secūdū eius partes. Arguo q̄ non. Nā vtraq̄ medietas celi ita manet in eodē loco sicut celū qđ patet de medietatibus celi quas equinoctialis diuidit abinuicem. Scđo. vltima sphera est corpus simplex ⁊ tamē non mouetur localiter eo q̄ nō est in loco cum extra ipsam non sit locus nec tempus nec vacuū sicut ponit Arist. in litera. Tertio patet hoc de totali terra que ponitur corpus simplex: ⁊ tamē semper manet in medio mundi ⁊ quiescit: igitur nō cuiuslibet corporis simplicis est motus. Quarto idē ɔ̄firmatur auctoritate illoꝝ astrologorū: qui ponūt vltimū celū immobile nō obstante q̄ sit corpus simplex. ¶ Secundo ad principale sic nullus motus est simplex. ergo questio falsa: cū hoc supponat̄ in questione. antecedēs p̄z: q: omnis motus est diuisibilis in partes secūdū diuisionē tēporis in quo fit sicut vult Aristo. in sexto physicorū: ergo nō est simplex. ¶ Confirmatur idē secundo. oīs motus vel est naturalis vel violentus: si est naturalis: sic in fine est velocior q̄ in principio: si violent⁹ sic in fine est tardior: ⁊ sic oīs motus siue naturalis siue violentus componitur ex velociori ⁊ tardiori: quare nō est simplex. ¶ Tertio ad principale sic. quilibet orbis planete est corpus simplex: ⁊ tamen ei naturaliter insunt plures motus simplices: quorū vnus est ab oriente in occidētē ꝑ meridiem secūdū motū primi mobilis sup polos mūdi: alter aūt est ab occidente in orientem etiā ꝑ meridiē sup polos zodiaci: q̄ v̄r esse motus ꝓprius illi⁹ orbis: ⁊ p̄mus mot⁹ raptus. ¶ Nec valet si dicat̄ q̄ solū vn⁹ istoꝝ motuū est orbi naturalis: alter aūt est ei violentus ex eo q̄ tūc nō perpetuo orbes planetarū taliter dictis motibus fuissent moti: cū nullū violentū diu duret ꝑ Arist. in litera: qđ tamē est falsū. ¶ Quarto ad principale sic. ignis in sphera sua mouet̄ circulariter vna cū celo. ⁊ cū hoc est mobilis naturaliter sursum: adeo eiusdē corporis simplicis sūt plures mot⁹ naturales simplices distincti fm̄ speciē: p̄ma pars añtis p̄z ꝑ Arist. p̄mo metheoroꝝ. Et secūda pars p̄z ad experiētiā. ¶ Quinto. si terra q̄ ponit̄ esse corp⁹ simplex poneret̄ sursum ip̄a nō ꝓhibita descēderet vno motu simplici vsq̄ ad spherā aeris: ⁊ et vno alio motu simplici distincto specie a p̄mo vsq̄ ad aquā: ⁊ deīn adhuc alio distincto sp̄e vsq̄ ad mediū mūdi: ergo eiusdē corporis simplicis p̄nt esse plures mot⁹ naturales simplices: ɔña nota est de se: ⁊ añs quātū ad p̄tē ex⁹ dubiā ꝓbat̄ ꝑ Aristo. in litera q̄ videt̄ distinguere motus naturales abinuicē specie fm̄ distinctionē specificā terminoꝝ ad quos: mō patet q̄ dicti motus terre sunt ad terminos distinctos specie postq̄ vn⁹ est ad aerē alter ad aquā. ¶ Sexto. motus sursum et mot⁹ deorsum sunt motus naturales simplices: ⁊ ambobus illis motibus aer q̄ ponit̄ corpus simplex pōt moueri saltē successiue. nā si aer esset in loco aq̄: moueret̄ naturaliter sursum ad locū ꝓpriū: si aūt esset in loco ignis: moueret̄ naturaliter deorsum ad locū eundē. ¶ Septimo ꝓbat̄ q̄ idē corpus sit pōt moueri diuersis motib⁹ simplicib⁹ fm̄ speciē. Nā descēdat vna terra donec tāgat cētrū terre q̄ facto nōdū q̄escit illa terra: sed adhuc mouebit̄ si nō fuerit ꝓhibita donec eius mediū fiat mediū mūdi. Ideo ꝑ illud tp̄s ꝑ qđ mouebitur postq̄ p̄mo tetigit cētrū aliq̄ pars eius recedet a cētro: ⁊ alia accedet ad cētrū. Et cū a centro recedere sit ascēdere: ⁊ ad cētrū accedere sit descendere: sequit̄ q̄ terre sic mote sit vna pars ascēdit q̄ñ alia descendit: ⁊ et cū idē sit motus totius ⁊ ptis ꝑ Aristo. in litera seq̄t̄ q̄ illa terra simul ascēdit ⁊ descēdit. ¶ Octauo etiam ꝓbatur q̄ vnus motus simplex pōt inesse plurib⁹ corporibus simplicibus distinctis fm̄ speciē: hoc p̄mo patet: de motu circulari q̄ inest celo naturaliter et etiam igni que ponunt̄ corpora distincta fm̄ ad speciem. scđo nā motū a medio Aristo. reputat vnū motū simplicē: talē tñ motu sūt mobilia plura corpa simplicia distincta fm̄ speciē. s. ignis ⁊ aer. ¶ Nono idē mot⁹ simplex fm̄ speciē: potest inesse plurib⁹ mixtis differentibus secūdū speciē: igitur magis pluribus simplicib⁹ distinctis fm̄ speciē: añs patet: q: plūbū ⁊ aurū ⁊ multa talia sunt mixta differentia specie: ⁊ tñ oībus eis inest naturaliter vnus motus simplex puta deorsum: ɔ̄sequētia tenet ꝑ hoc q̄ mixta mouent̄ ad motū elementorum dominantiū in ipsis: sicut dicit Aristo. in litera ¶ In dictis autē mixtis diuersa dominantur elementa seu corpora simplicia igitur ⁊c.

Oppositum arguitur per Aristotelē

in litera. ¶ In ista questione quatuor erunt articuli. ¶ Primus erit iuxta materiā primi argumēti. s. vtrū oē corpus naturale sit naturaliter mobile motu locali. ¶ Secūdus erit iuxta materiā secūdi argumēti. s. vtrū aliquis sit motus simplex ⁊ q̄d debeam⁹ intelligere ꝑ motū simplicē ⁊ quot sint fm̄ speciem. ¶ Terti⁹ erit respōsalis ad q̄stionē ꝓpositā: ⁊ cū hoc ad illā dubitationē iuxta materiā octaui argumēti principalis. s. vtrū idē motus simplex possit inesse naturaliter pluribus corporibus simplicibus distinctis fm̄ speciem. ¶ Quartus erit de motu mixti postq̄ dictū ē de motu simplici iuxta materiam noni argumenti.

In primo articulo primo ponam de

scriptiones quorūdā terminoꝝ q̄bus oportet pluries vti in sequētibus cum vna distinctione eius qđ est moueri localiter. Deinde respondebo ad articulū. Termini describēdi sunt isti natura. corpus naturale. motus localis. motus naturalis. motus violētus. ¶ Nā natura sic describit̄ secundo physicoꝝ. Natura est principiū ⁊ causa mouendi ⁊ quiescendi eius in quo est primum per se ⁊ non secundū accidens: ⁊ diuiditur in materiam et formam: ⁊ secundum hoc duplex dicitur esse principium motus scilicet passiuum ⁊ actiuum. passiuum quidem vt materia: actiuū vt forma. ¶ Corpus autē naturale dicitur corpus compositum ex materia et forma. ¶ Iuxta qđ dubitat̄ vtrum celum sit corp⁹ naturale: ad quod dico q̄ sic si celuꝫ capiatur pro aggre

gregato ex orbe ⁊ intelligētia:q̄ licȝ nō faciat vnū ꝑ se ꝑ inherētiā intelligētie ad orbē:tñ bñ facit vnū cū ipso ꝑ quādā appropriationē ⁊ indistātiā ⁊ p̄sentiā ei⁹ ad orbē:⁊ ad quālibet eius partē. Si aūt celū caperet̄ pro orbe solo cū exclusione intelligentie tunc nō diceretur eus naturale:sed natura.⁊ vtrū materia vel forma postea dicet̄. ¶ Alia descriptio motus localis dicitur quo aliq̄d mutat locū formaliter s̄m se vel secundū partē vel mutaret si esset in loco:.qd̄ addo propter nonā spherā:que mouetur motu eiusdē speciei cū motu locali:licet nō mutet locū nec sc̄dm se nec sc̄dm partes suas postq̄ nec s̄m se nec s̄m ptes est in loco. Sufficit ergo ꝙ motu illo formaliter mutaret locū si esset in loco ad hoc ꝙ dicatur moueri motu locali vel motu eiusdē speciei cū ipso. de hoc magis in libro physicorū. ¶ Alia descriptio.motus naturalis dicit̄ qui fit a principio actiuo intrinseco vel actiuo extrinseco:dū tñ principiū passiuū intrinsecū illius mobilis ad illū motū naturalē habeat inclinationē. ¶ Exemplū primi sicut est motus grauis deorsum. Exemplū secundi sicut calefactio aque.vñ licet aqua calefiat ab extrinseco puta igne:tamen que materia aque ad illā calefactionē habet inclinationē propter formā substantialē ignis que iā calefactionē consequit̄: ide est ꝙ aqua dicit̄ naturaliter calefieri. ¶ Alia descriptio motus violētus dicitur qui est a principio extrinseco ad quē motū principiū passiuū mobilis non habet inclinationem sicut est motus grauis sursum. istud patet ꝑ descriptionē violenti.quam ponit Aristo.tertio ethicorū.vbi dicit. violentū esse a principio extrinseco nō cōferente vim passo.i.ad qd̄ passum nō habet inclinationē naturalē. ¶ Dubitat̄ hic quare materia aque h̄ȝ inclinationē naturalē ad calefactionē ⁊ nō ad motū sursum. ¶ Dico ꝙ ideo:qr materia nō appetit accidētia nec inclinat̄ ad ea nisi ꝓꝑ formā substātialē ad quā talia accidētia disponūt.⁊ ideo.qr calefactio quātū ē de se materiā disponit ad formā substātialē nouā in ipsā materiā introducēdam.et hoc nō facit motus localis saltē secūdū se.ideo materia aque bene habet inclinationē naturalē ad calefactionē:licet nō ad motū localē aliū ab illo ad quē inclinat forma substātialis actualiter in ea existens ꝓꝑ qd̄ concedimus bene aquā naturaliter calefieri licet nō ꝯcedamus ipsam naturaliter ascēdere. ¶ Cū istis descriptiōibus addo istā suppositionē.s. ꝙ q̄libet corpus naturale habet aliquē locū sibi naturalē ipsius conseruatiuū:qd̄ pȝ ex eo quod videm⁹ ideȝ corpus in vno loco diutius durare.in alio aūt minus diu.et cū q̄libet eus appetat se ꝑmanere:sequit̄ ꝙ q̄libet corp⁹ naturale cū fuerit extra locū suū naturalē:h̄ȝ inclinationē ad illū:⁊ cū fuerit in ipso habet inclinationē ad manēdū in eo ꝓpter virtuti⁹ cōseruari in suo esse. ¶ Tunc fit distinctio ꝙ aliq̄d potest moueri localiter multipliciter.vno mō s̄m se totū sicut graue deorsuȝ.alio mō s̄m ptes sicut celū. ¶ Similiter vno mō motu recto sicut graue cū mouet̄ deorsum ⁊ leue sursuȝ.alio modo motu circulari sicut mouet̄ celū ⁊ ignis in sphera sua. Alio mō mere naturaliter.vt graue deorsuȝ. Alio mō mere violēter: vt graue sursum. Alio mō mouet̄ naturaliter ⁊ voluntarie vt celū.talis eñ mot⁹ est orbi naturalis: ⁊ fit volūtarie ab intelligētia. Alio modo nec naturaliter nec violenter sed preter naturam:quo modo mouet̄ ignis in sphera sua. Alio mō mixtum ex volūtario ⁊ violēto sicut ē motus aīalis. Alio mō mixtum ex recto ⁊ circulari sicut ē motus lapis trāsuersalis vl̄ motus grauis ad mediū mūdi ꝑ arcū eius semidiameter mūdi ē chorda. Istis suppositis pono vnicā cōclusionē r̄salē ad articulū s. omne corp⁹ naturale est naturaliter mobile motu locali. ꝓbat̄.omne qd̄ habet principiū in se actiuū mouēdi localiter est naturaliter mobile localiter: sed omne corp⁹ naturale est huiusmodi.ergo ⁊c. Maior pȝ ꝑ diffinitionē mot⁹ naturalis prius positā q̄ est cōis omni motui naturali siue sit alteratiōis siue localis siue q̄cūq̄ alius:vna cū suppositiōe posita post descriptiones terminorū dictionū natura corpus naturale ⁊c. Minor pȝ ꝑ diffinitionē corporis naturalis vna cū diffinitione nature. ¶ Iuxta ꝯclusionē istā dubitat̄.q̄re dicitur corpus naturale.nōne sufficeret dicere corpus:cū omne corp⁹ sit naturale ⁊ ecōtra. ¶ Hic pōt r̄nderi duplicit̄.p̄io cōcesso ꝙ omne corp⁹ esset naturale ⁊ omne naturale esset corp⁹: tñ addit̄ ly naturale ꝓꝑ opinionē platonis qui credidit aliq̄ corpora esse mathematicalia ⁊ nō naturalia. ¶ Alit̄ pōt dici negādo ꝙ oē corpus sit naturale. Nā materia est corp⁹ p̄silr forma q̄ ē corp⁹:cū q̄libet istoꝝ sit lōgū latū et ꝓfundū. Et tñ neutrū istoꝝ est ens naturale sȝ natura. Silr albedo ⁊ dulcedo in lacte sunt corpora cū vtrūq̄ illoꝝ sit lōgū latū ⁊ ꝓfundū ⁊ tñ neutrū eoꝝ est ens naturale. qd̄ pȝ ꝑ diffinitionē entis seu corporis naturalis prius positā licet bñ sint entia s̄m naturā. ¶ Scd̄o dubitat̄ conclusionē in se.qr celū est corpus naturale:cū sit vnū de q̄nq̄ corporib⁹ simplicib⁹ naturalib⁹ ꝑ Aristo.in litera.⁊ tñ lȝ moueat̄:nō naturalit̄ sȝ violēter moueri videt̄:ex eo ꝙ mouet̄ ab intelligētia q̄ nō videt̄ intrinseca esse celo sed extrinseca. Scd̄o nā bñ possibile est esse aliqd̄ corp⁹ naturale qd̄ tñ nūq̄ mouet̄ localiter. et ꝑ ꝯñs tale nō videt̄ eē mobile localiter. Nā si esset mobile localiter ⁊ nūq̄ mouetur potētia eius naturalis ad motū esset frustra.qd̄ videt̄ esse falsum:cū deus ⁊ natura nihil agāt frustra. Assumptū pȝ nā possibile est aliquā terrā in aliquo loco gn̄ari:⁊ in eodē corrūpi absq̄ hoc ꝙ vnq̄ moueat̄ localit̄. ¶ Ad ista ad p̄mū dico ꝙ vtiq̄ celū mouet̄ naturaliter.⁊ vlterius dico ꝙ mouetur a p̄ncipio intrinseco ꝑ appropriationē ⁊ p̄ntiā. puta ab intelligētia licet nō ꝑ inherētiā: ⁊ hoc sufficit ad motū naturalē. ¶ Ad secūdā bñ cōcedo ꝙ est possibile aliqd̄ esse corp⁹ naturale qd̄ nūq̄ moueat̄ localiter. Et vlterius dico ꝙ nō est incōueniēs potētiā aliquā frustrari s̄m indiuiduū:lȝ sit īpossibile potētiā naturalē frustrari tā s̄m indiuiduū q̄ s̄m speciē. Vñ lȝ aliquā arbores nūq̄ ꝓducāt fructū ⁊ potētia ꝓducēdi fructū ī illis nō reducat̄ ad actū:tñ potētia ꝓducēdi fructū ī aliis eis simil⁹ in specie ad actū reducit̄. Et ita deus et natura nihil faciūt frustra s̄m speciem.

Quantum ad secundum articulum

p̄mittā primo aliquas ꝓpositiones tanq̄ suppositiones.⁊ deīn ponā aliq̄s cōclusiones responsales ad articulū. Suppositiōes erūt iuxta q̄d nota mot⁹ simplicis. ¶ Et hec ē p̄ma suppositio. mot⁹ localis nō dicit̄ simplex ꝑ priuationē cōpositiōis ex ꝑtibus quātitatiuis.patet:quia cum quilibet motus sit de numero cōtinuorū vel successiuorum nullus motus esset simplex etiam non dicitur simplex ꝑ priuationem compositionis ex partibus. quarum vna sit velocior vel tardior q̄ alia. Nam tunc motus naturalis terre deorsum secundum semidiametrum mundi vel partem eius non esset simplex:cuȝ in fine sit velocior q̄ in principio:nec motus dicitur simplex per priuationem compositionis ex partib⁹ quibus vna pars mobilis mouetur velocius ⁊ alia tardius.naȝ tunc totalis motus celi ipsi celo coextensus non esset motus simplex.nec propter simplicitatem mobilis aut spacij dicitur motus simplex: omnia ista ostendi possunt ex litera philosophi.

¶ Secunda suppositio est ista: motus dicitur simplex ex eo q fit per lineã breuiorem p quam potest fieri ad medium mundi vel a medio mundi .i. secundũ semidiametrum mundi vel partẽ eius absq; hoc q aliquid participet de circuitione: vel circa medium mundi scdm lineã circularez vel partez eius absq; hoc q participet aliquid de descensu ad mediũ vel ascensu a medio ita q simplicitas motus attenditur in ordine ad mediuz mundi. ¶ Ex quo sequitur datis duobus mobilibus equaliter distantibus a medio mũdi vtriq; eque velociter descendẽtibus ad mediuz mundi. vno tamẽ descendente p semidiametruz mundi: altero autẽ per arcũ cuius semidiameter mundi esset chorda. primum moueretur motu simplici. secunduz autem non: quia secundum non descenderet p lineam breuiorem p quam potest: sed p lineam curuam aliquid participans de circuitione in eius descensu. ⁊ incidentaliter addo q in eodem casu illa duo mobilia licz eque velociter descẽderent: nõ tamẽ eque velociter mouerentur: hoc patet ex quarta questione sexti physicoruz. ¶ Iuxta illam propositionem seu suppositionem dubitatur primo q̃tum ad motum rectum: nam sequeretur q aliquod totum moueretur motu simplici: cuius tamen quelibet medietas moueretur motu cõposito. Probatur consequentia: naz sit vna terra pura vniformis in grauitate secunduz partes eius q̃ descendat sic ad centrum mundi q punctus in medio eius imaginat⁹ describat semidiametrum mundi: et in eius descensu illa terra condensetur: in isto casu totalis terra mouetur motu simplici: ⁊ tamen quelibet medietas videtur eẽ mota motu cõposito ex descensu ⁊ aliquali circuitiõe postq̃ nulla eius medietas descendit per semidiametrũ mundi. Aliter potest argui ponendo talem casum q sit aliqua terra pura que in eius descensu rarefiat vsq; .s. ad instans medium temporis mensurantis descensum: semp puncto medio ipsius terre manente in semidiametro mundi: ⁊ post mediuz instans temporis terra illa econuerso condensetur: in isto casu punctus medius totalis terre describit semidiametrum mundi. quelibet autem medietas describit quasi arcum cuius semidiameter mundi est chorda: quare quelibz medietas terre sic mote videtur esse mota motu composito: totali terra mota motu simplici. ¶ Ad illud respondeo concedendo conclusionez. scilicet q aliquod corpus totale mouetur motu simplici cuius quelibet medietas mouetur motu composito: cum quo bñ stat q medietates ille .s. sumpte mouentur motu simplici cum ille medietates sic sumpte sint illud totũ. ¶ Secundo dubitatur iuxta eandez suppositionẽ q̃tum ad motũ circularẽ: nã si ipsa esset vera sequeretur q eccẽtricus solis vel alicuius alterius planete non moueretur motu simplici: quod tamen est falsum: ex eo q orbis eccentricus est corpus simplex: cuilibet autez tali debetur motus simplex: p Arist. in littera. Probatio consequẽtie: quia eccẽtricus licet moueatur circa centruz mundi: tamen aliquid de ascensu ⁊ descensu participare videtur: ex eo q aliqua eius pars efficitur aliquando cẽtro mundi ppinquior aliquando remotior cẽtro aut mundi appropinquare est descẽdere: ⁊ a centro mundi elongare est ascẽdere: ergo ⁊c. ¶ Propter istaz rationẽ ⁊ ppter quasdã alias rationes Cõmẽ. negauit eccẽtricos de q̃bus videbitur plus postea: Sed ad ipsaz p aliquos volẽtes sustinere eccẽtricos respõdetur q eccẽtrici mouẽtur motu simplici ⁊ q̃n̄ dr aliqua pars eccẽtrici aliq̃n efficitur centro propinquior ⁊ aliquando remotior. hũ concedunt. sed negãt q propter hoc eccentrici non moueantur motu simplici: quia dicunt simplicitatẽ motus circularis nõ attẽdi penes motũ circa centrũ mundi: sed circa centrũ proprium corporis modo eccẽtrici nunq̃ efficiuntur q̃tuz ad aliquas suas partes aliquando ppinquiores centro ppijs aliquando remotiores. Sed semp manẽt equaliter distantes ab eis: sed breuiter istud salua gratia sic dicentiũ non videtur mihi valere: quia si simplicitas motus circularis attenderetur respectu centri pprij corporis moti: tunc mola fabri moueretur circulariter motu simplici: quod est falsuz: ⁊ credo q̃ illimet credãt hoc eẽ falsuz. consequentia nota est de se ex eo q semp ptes mole fabri mediante motu circulari manerẽt equaliter distantes a cẽtro pprio illi⁹ mole. falsitas consequẽtis patet primo quia motus mole fabri cõponitur ex pulsu ⁊ tractu. secundo quia in tali motu vna ps mole ascendit reliqua descendẽte. quare motus eius non videtur esse simplex. Aliter igitur dicẽduz est ad illã rationem sustinẽdo eccẽtricos: q vtriq; motus eoruz est simplex. cũ dicis p eorũ motũ aliqua eorũ partes efficiuntur aliquando centro propinquiores aliquando remotiores concedo. Et quando vlterius dicebatur: ideo aliquando descẽdunt ⁊ aliquando ascẽdunt: negatur consequẽtia: propter q non oẽ centro mũdi appropinquare est descẽdere nec oẽ a cẽtro mundi elongari est ascendere sz solũ q̃d fit infra orbẽ lune in sphera actiuorũ ⁊ passiuorũ. ¶ Adhuc dubitatur de motu epicicli circa centrũ propriũ vtrũ sit simplex vel cõpositus. ¶ Ad quod aliqui dicunt q si non ponim⁹ eccẽtricos non est necessariuz ponere epiciclos: et ideo si epicicli non ponuntur non oportet querere de motu eoꝝ an sit simplex vel cõposit⁹: de hoc tamẽ vtrũ sint ponẽdi epicicli vł nõ cuz eccẽtricis videbitur in scdo huius. ¶ Istis suppositis sit hec prima conclusio. aliquis de facto est motus simplex circularis naturalis. patet de motu celi q̃ est circa mediũ mũdi absq; hoc q aliq̃d pticipet de ascensu vel descẽsu. ¶ Scda cõclusio. aliquis potest eẽ motus simplex rectus naturalis. patz hoc. naz terra põt moueri versus mediuz mũdi. ⁊ ignis põt moueri a medio absq; hoc q illa in eorũ motibus aliquid pticipẽt de circuitione. ¶ Tertia conclusio q solum sunt duo motus simplices naturales secunduz genus. s. rectus et circularis patet hoc: quia tot sunt magnitudines simplices penes quas sumitur simplicitas motus. s. linea recta directe tẽdẽs ad mediũ vł a medio: ⁊ linea circularis circa mediũ secunduz oẽz ptẽ equaliter distans a medio. ¶ Quarta conclusio. tres sunt motus simplices naturales secunduz speciẽ subalternam patz hoc: quia rectus subdiuiditur. s. in motuz sursuz et motũ deorsuz. ¶ Quinta cõclusio. plures q̃ tres sunt motus naturales simplices scdz speciẽ specialissimaz patz hoc: quia plura sunt corpora simplicia q̃ tria distincta secunduz speciẽ specialissimaz ⁊ vnũ q̃dq; corpus simplex secunduz speciẽ specialissimaz determinat sibi motum naturalem distinctum fm speciem specialissimaz vt postea probabitur.

Quantum ad tertium articulum pri-

mo premitto aliquas suppositiones. quarum prima est ista q aliquid potest imaginari moueri motib⁹ pluribus simplicib⁹ dupliciter. vno modo simul. alio mõ successiue. secunda suppositio. aliquid potest imaginari moueri simul pluribus motibus simplicibus tripliciter vno modo q eque primo et eq̃ velociter moueatur illis motib⁹ simplicib⁹. secundo mõ q moueatur pluribus motibus simplicibus non eque primo: sed vno ex se ⁊ alio ad motum alterius coniuncti cũ eo. tertio q moueatur motu mixto ex duobus simplicibus sicut ex

motu recto ⁊ circulari. Tunc sit prima conclusio. impossibile est aliquid moueri sil' pluribus simplicibus motibus eque primo ⁊ eque velociter: patet hoc ex eo quia secundũ hoc oporteret q̄ idẽ sil' ⁊ semel eẽt in diuersis locis postq̄ mot⁹ simplices sunt ad diuersa loca ⁊ per istud motus localis differt a motu alterationis: nam istud bene est possibile de motu alterationis q̄ aliquid sil' altereẽ diuersis alterationib⁹: vñ bñ possibile est q̄ aliquid sil' ita velociter albescat sicut calescit. ¶ Secunda conclusio. aliquod simplex potest moueri sil' pluribus motibus secũdo modo: p̄z de sphera solis q̄ mouetur motu proprio ⁊ motu circulari diurno quorum vterq̄ est motus simplex: sed non mouetur illis eq̄ primo cuz nõ vterq̄ eorũ sit ei naturalis: sed vnus eorũ inest sibi preter naturaz. ¶ Tertia conclusio. aliqd simplex potest sil' moueri pluribus motibus scdo et tertio modo: p̄z hoc si aliq̄ terra pura descẽderet supra aliquã tabulã transuersaliter positam ⁊ illa tabula moueretur in tali descensu ad aliaz partẽ. puta ad latus: tunc illa terra sil' moueretur pluribus motib⁹ simplicibus. secundo ⁊ tertio modo: sed talis motus non esset ei mere naturalis. ¶ Quarta conclusio. impossibile est idẽ corpus simplex sil' moueri naturaliter pluribus simplicibus motib⁹. Probatur illa conclusio: ex eo q̄ corpus simplex nõ habet in se nisi vnaz formam simplicẽ q̄ apta nata est illud inclinare ad vnũ locum solũ: ⁊ per consequens est productiua in ipso solũ vni⁹ motus ad illũ locum vel in illo loco: cũ idẽ simplex inquantũ idẽ semp aptũ natũ sit facere idem vel inclinare ad idẽ. Cõfirmatur hoc. quia vni⁹ corporis simplicis secundũ speciẽ nõ est naturaliter nisi vnus lo⁹ secundũ speciẽ. igitur etiã nõ nisi vnus motus localis specificus secundũ naturaz: consequẽtia nota est de se: quia motus localis dicitur esse talis: quia est ad talem locũ vel in tali loco: antecedẽs p̄z quarto physicorum Eodẽ modo probatur impossibile: idẽ corp⁹ simplex naturaliter moueri pluribus motibus simplicibus secũdũ speciẽ successiue. ¶ Sed contra hoc dubitatur: nã aqua mouetur naturaliter deorsum: ⁊ cũ hoc aliquando mouetur sursuz naturaliter insequẽdo aerẽ attractuz sursum in fistula violenter. ¶ Respondetur q̄ simplex naturaliter moueri pluribus motibus simplicib⁹ secũdũ speciẽ distinctis intelligitur dupliciter: vno modo sic: q̄ quilibet illorum motuum sit sibi proprius ⁊ alter nõ alio modo q̄ vnus illorum sit sibi proprius sed cõmunis ei ⁊ cuilibet alteri corpori. ¶ Tũc dico q̄ primo modo impossibile est alicuius corporis simplicis esse plures mot⁹ naturales: sed secũdo modo bene Unde q̄ aqua sic naturaliter ascẽdat insequẽdo aerẽ ne fieret vacuũ: non solũ cõuenit aque. sed cuilibet corpori hoc accideret consimili modo situato ad aerem sic motũ violẽter. ¶ Istã solutionẽ alij dicũt sub alijs verbis q̄ vnius corporis simplicis solũ est vnus motus naturalis secundũ speciẽ conueniens ei secundũ naturã ꝓpriã: nihilominus nihil prohibet alicui⁹ corporis simplicis secundũ speciem esse plures motus distinctos secũdũ speciez quorũ vnus eẽt ei naturalis secundũ naturã ꝓpriaz: alter aũt eẽt ei naturalis ſm naturã seu iclinationẽ cõmunẽ sibi ⁊ alijs. ¶ Quinta conclusio. vnus motus simplex secundũ speciẽ nõ inest naturaliter nisi vni corpori simplici ſm speciẽ patet: quia ex quo forma corporis simplicis nõ inclinat nisi ad vnũ motũ simplicẽ: ⁊ forme distincte secundum speciez inclinant ad distinctos motus secundũ speciem sequitur q̄ vnus motus simplex secũdũ speciẽ nõ inest pluribus corporibus distinctis secundum speciem aliter enim forme distincte secundum speciem inclinarent ad idẽ quod est falsuz. ¶ Ex his sequitur: q̄ motus circularis quo mouetur ignis in sphera sua nõ est naturalis igni: nam igni inest naturaliter motus sursum qui distinguitur specie a motu circulari: si igitur cum hoc idez motus circularis esset naturalis: eidẽ corpori simplici secũdũ speciẽ inessent naturaliter plures motus simplices secundũ speciẽ. Similiter motus circularis inest naturaliter celo quod modo suppono: si igitur etiam inesset igni naturaliter: idẽ motus simplex secunduz speciẽ inesset naturaliter pluribus corporibus simplicibus distinctis secundũ speciẽ quod est cõtra vnã conclusionẽ. ¶ Dico secũdo q̄ motus circularis non inest igni violenter: patet hoc: quia tunc illi motui circulari eẽt motus sursuz q̄ est naturalis igni contrarius: ⁊ cũ eidem motui ignis sursum sit motus ignis deorsum contrarius: vni secundũ speciem plura secũdũ speciẽ eẽnt contraria quod est contra Aristo. in litera. ¶ Tertio dico: q̄ talis motus dicitur inesse igni preter naturaz: cũ sit ei impertinẽs: nec sequitur ad naturã ignis nec repugnat eidẽ. tale aũt est alicui impertinẽs ⁊ p̄ter naturã. ¶ Quarto ꝓ nunc ꝓbabiliter dico: q̄ nõ omnis motus sursuz ab omni motu deorsum differt specie: patet: quia aer existens in loco terre vel aq̄ naturaliter mouetur sursuz ad locũ propriuz: ⁊ existens in loco ignis naturaliter mouetur deorsum ad locum eundẽ: nã si isti duo motus differunt specie tunc eiusdẽ corporis simplicis eẽnt plures motus naturales consequenter diceretur ad hoc q̄ motus sursuz ⁊ motus deorsuz distinguuntur specie oportet q̄ sint ad terminos distinctos specie quales sunt motus deorsum terre ⁊ mot⁹ sursuz ignis. ¶ Quinto dico ad hoc q̄ motus deorsum ab alio motu deorsuz differat specie non sufficit q̄ illi mot⁹ sint ad diuersos terminos in specie Nã tunc terra in descẽdendo de loco ignis ad locuz propriuz moueretur diuersis motibus in specie: quia in tali motu ipsa venit ad diuersos terminos in specie: puta ad locũ aeris: ad locũ aq̄: ⁊ ad locũ terre que sũt loca differẽtia specie: sed consequens est falsum: nã tũc eidẽ corpori simplici inessent naturaliter plures motus distincti secundũ speciem. Sed ad hoc q̄ motus deorsuz ab alio motu deorsuz differat specie oportz q̄ termini ad q̄s vltimate tendũt differãt specie. et ꝓpter hoc: quia terra in descẽdẽdo nõ tendit vltimate nisi in vnũ terminũ secundũ speciẽ: ideo est q̄ totalis ille descẽsus est vnus in specie: sed quia terra et aqua simul descẽdentibus de loco ignis ipsa terre per suuz motũ tẽdit vltimate in terminũ distinctuz specie a termino ad quẽ vltimate tẽdit aqua per suuz motum: inde est q̄ illi descẽsus differũt abinuicẽ specie. cõsimili modo dicatur de motu sursum sicut iã dictũ est de motu deorsum. ¶ Ultimo dico q̄ si ponimus orbes celestes distingui abinuicẽ specie non omnis motus circularis cũ omni motu circulari est eiusdez speciei: nam alter idẽ motus simplex competeret naturaliter pluribus corpib⁹ simplicib⁹ secundũ speciẽ: ⁊ ideo secundũ hoc opz ponere q̄ loca naturalia ipsorũ orbiũ distinguantur secundũ speciẽ: ⁊ secundum hoc motus circularis orbis ipsius solis est alterius speciei a motu circulari orbis lune: licet vterq̄ eorũ sit circa centruz mundi tamen vnus est in vno loco secundũ speciẽ: ⁊ alter in alio: ⁊ secundũ hoc licet solum sint duo motus simplices ſm genus soluz tres secũdũ speciez subalternã: tñ sunt valde plures ſm speciẽ specialissimã ſz q̄ plura sũt corpa simplicia distĩcta ſz speciẽ specialissimã mobilia ad diuersa loca i specie vl' i diuersis locis i specie

Quantum ad quartum articulum re

stat videre de motu mixti.vtrū ipsū moueat̃ ad mo-
tū elemēti p̄dolantis in ipso:⁊ quia in ista dubitatiōe
p̄supponit̃ ꝙ vnū elemētū p̄dominet̃.primo dicam q̄-
modo hoc intelligitur ⁊ deinde respondebo ad articu-
lum.vnde ex libro de generatione suppono ꝙ forme
substantiales elementorū non remanent in mixto.Ex
quo statim concludo ꝙ in mixto non est dominiū ali-
cuius elementi secūdū formā substantialē: nec ꝑ con-
sequēs secundū naturā eius ꝓprie dictā.quia natura
non dicit̃ ꝓprie nisi de materia ⁊ forma substātiali.vt
patet secūdo physicorū.modo de materia nihil est ad
ꝓpositū:quia in ꝓposito intendimus de dominio ele-
menti in mouendo actiue:materia autem nulli⁹ ē acti-
uitatis.¶Secūdo cōcludo ex eodē ꝙ si dicimus ali-
quod elementū dominari in mixto illud dominiū de-
bet attendi secundū qualitates derelictas ex elemen-
tis:vel similes qualitatibus naturalibus elemento-
rū.de talibus qualitatibus est distinguendū.nā que-
dā sunt qualitates elementorū que dicuntur qualita-
tes alteratiue sicut sunt caliditas humiditas ⁊c.de
dominio aūt elementi in mixto secundū tales qualita-
tes non intendimus in ꝓposito quia clarū est ꝙ scd̄m
dominium talis qualitatis non mouet̃ mixtū ex eo ꝙ
in ferro ignito dominatur caliditas ignis vel cōsimi-
lis ei:⁊ tñ nō ꝓpter hoc ferrū ignitum ascendit.Alie
aūt sunt qualitates naturales elementorū localiter
motiue:sicut sunt grauitas ⁊ leuitas.De dominio aūt
elementi in mixto secundū aliquam illarū qualitatū
intendimus in proposito.¶Hoc viso respōdeo ad ar-
ticulum:⁊ suppono primo ꝙ qualitas motiua alicu-
ius grauis vel leuis naturaliter siti:non trahit sursū
nec deorsum:patet hoc ex eo ꝙ si esset aliquis in fun-
do maris ⁊ haberet cētū dolia aq̄ supra se vel mille nō
propter hoc sentiret pondus:⁊ tamen sentire deberet
si oppositū suppositionis esset verū.¶Secundo etiā
suppono graue vel leue tunc esse naturaliter locatum
quando est sub leuiori ipso:⁊ super grauius ipso:vnde
si in sphera ignis esset vas plenū aqua adhuc lignum
natās sup ipsā esset locatū naturaliter.¶Similiter
si aer esset in vna fouea bene profunda in terra dū tñ
nō esset super ipsū aliquod grauius ipso esset natura-
liter situs:vnde naturalis ordo grauiū ⁊ leuiū est gra-
uiora esse sub leuiorib⁹ ⁊ leuiora esse super grauiora:
¶Tertio suppono ꝙ qualitas motiua grauis vel le-
uis tūc trahit sursū vel deorsū quādo est in naturali
ter situ:⁊ quando graue est sup leuiori eo:vel leue sub
grauiori ipso.¶Deinde suppono ignē esse inter oīa
grauia ⁊ leuia leuissimū:⁊ aerē esse minus leuē:⁊ et
deinde aquā esse magis grauē:⁊ deinde terrā grauissi
mā.¶Tunc sit prima ꝯclusio.impossibile est ꝙ in ali
quo mixto sit equaliter de grauitate ⁊ leuitate: proba
tur:nam quando essē equalitas in grauitate ⁊ leuita-
te:que dicuntur qualitates motiue:oporteret ꝙ esset se
qualitas in caliditate et frigiditate que dicūtur qua-
litates actiue vel alteratiue:et tunc per actionem ca
liditatis ⁊ frigiditatis adinuicē statim fieret grauius
vel leuius.Assumptū probat̃. Nā videmus ꝙ cū ma
gna caliditate stat magna grauitas sicut i ferro igni-
to.Ideo si esset in aliquo tantū de leuitate sicut de ḡui
tate oporteret in illo esse maiorem caliditatē q̄ in fer-
ro ignito:⁊ sufficeret in eodē esse modicū vel nihil de
frigiditate:⁊ si sic stati ꝑ actionē caliditatis illud fieret
leuius:et sic non maneret ꝑ tēpus equaliter graue et
leue.quod intendo ꝑ conclusionē. Secūdo si esset ali-
quod tale illi non posset assignari locus naturalis:q̄a
si aliquis locus naturalis posset illi corpori assigna-
ri ille maxime videret̃ esse inter duo elemēta grauia ⁊

leuia:sed probo ꝙ nō:nā sit vnū tale corp⁹ ꝑ aduersa-
riū mixtū equaliter ex grauitate et leuitate figure q̄-
drate:⁊ vna medietas ei⁹ sit grauis ⁊ alia leuis:⁊ sint
distincte ille medietates abinuicē ꝑ lineā rectā:q̄ ex
vna parte derelinquat totam grauitatē illius corpis
⁊ ex alia pte totā leuitatē:tūc si tale corpus naturali-
ter locaretur inter duo elemēta graue.s.⁊ leue oporte-
ret ꝙ medietas eius tota grauis esset in loco elemen
ti grauis.vt in aqua:vel in grauia.⁊ medietas eius to-
ta leuis esset in loco elementi leuis: vt in loco aeris.
sed ꝓbo ꝙ hoc est impossibile ex eo ꝙ linea diuidens
supficiē conuexā aque a supficie concaua aeris ē cir
cularis eo ꝙ elemēta sunt rotunde figure vt postea ꝓ
babitur.modo si dictū corpus dicto modo esset natu
raliter locatum oporteret ꝙ linea recta distinguens
eius medietatem grauem a medietate leui omnino il-
lā lineā circularē diuidentē elemēta ꝓxima abinuicē
puta aerē ⁊ aquam cooperiret:quod est impossibile et
qualitercunq̄ esset aliquid de grauitate esset in loco
leuis vel aliquid de leuitate esset in loco grauis:⁊ et sic
illud corp⁹ nō eēt naturaliter situ.¶Scd̄a cōclusio.
mixtū nō mouetur secundū naturam elemēti prede-
minantis in ipso intelligendo ꝑ naturā qualitatē mo-
tiuā:sicut dictū est:ꝓbatur:nā sit vnū mixtū in sphe
ra aeris in quo sint duo gradus de grauitate terre:⁊ et
duo de grauitate aque:⁊ duo de leuitate aeris: ⁊ tres
de leuitate ignis.Clarū est ꝙ in hoc mixto dominatur
leuitas:quia gradus sil' cōiuncti sunt quinq̄ ⁊ grad⁹
grauitatis non sunt nisi quattuor:⁊ tamen non ꝓpter
hoc dictum mixtū mouetur sursum: licet leuitatis sit
moueri sursum:patet hoc ex eo ꝙ in casu dicto solum
tres gradus leuitatis ignis trahunt sursum ꝑ tertiā
suppositionē:postq̄ ipsi sunt nō naturaliter siti.sꝫ duo
gradus leuitatis aeris:nec trahunt sursum nec deor-
sum ꝑ primā suppositionē:modo tres gradus leuita
tis ignis non possunt super quattuor gradus grauita-
tis duos.s.aque ⁊ duos terre.¶Iuxta istam cōclusio
nē cū adiutorio suppositionis prime infero duo corre-
laria ꝓ melius intelligendo conclusionē sequentem.
Et sit primū istud:possibile est motū naturalem mixti
in fine eē tardiorē q̄ in principio.patet hoc:si eēt vnū
mixtū in quo eēnt tres gradus grauitatis terre ⁊ tres
gradus grauitatis aque ⁊ duo leuitatis aeris et duo
leuitatis ignis:⁊ si illud mixtū in sphera ignis in de-
scensu talis mixti potentia motiua est sicut octo:quia
tā aer q̄ aqua q̄ terra trahit deorsum ꝑ suppositionē
tertiā:⁊ resistentia est sicut vnū:nam pono ꝙ medium
extrinsecū resistat sicut vnū:tunc illud mouebitur vsq̄
ad conuexum aeris exclusiue a proportione octo ad
quinq̄.Sed diceres nonne cū illa resistentia extrinse-
ca resistunt etiam duo gradus leuitatis ignis:dico ꝙ
non:q̄diu illud mixtum est in sphera ignis: nā in pria
suppositione dictum est ꝙ grauitas vel leuitas in lo-
co naturali eius cuius est nec trahit sursū nec trahit
deorsum:deinde autē quando dictum mixtū peruenit
ad aerē tunc resistētia efficitur maior:nā tunc illi duo
gradus leuitatis ignis resistunt:cū non sint naturali-
ter siti:⁊ potētia motiua efficitur minor:quia amplius
duo gradus leuitatis aeris non trahunt deorsū sꝫ so-
lū tres ḡuitatis terre ⁊ tres grauitatis aque.⁊ ꝑ ꝯñs
illud mixtū tardi⁹ mouet̃ in aere q̄ mouebat̃ in igne
⁊ propter consimilē rationē tardius mouebitur in aq̄
q̄ moueat̃ in aere.Sic igit̃ patꝫ quomodo dictum mi
xtū motu naturaliter mouet̃ in fine tardius ꝙ in prīci
pio.¶Secundo infero ꝙ est possibile aliquod graue
velocius descendere in pleno q̄ in vacuo: nam si sit
vnū mixtū ex quattuor gradibus grauitatis terre et q̄

tuor aque et quatuor gradibus leuitatis aeris, et trib⁹ leuitatis ignis: et sit in sphera ignis plena que resistat extra se ecc: et vnū infra aūt spherā ignis sit vacuū vsq ad centrū mundi: isto casu posito illud mixtū descēdet in sphera ignis resistente sicut vnū a proportione duodecim ad vnū: quia tā aer q̄ aqua q̄ terra trahit deorsum p tertiam suppositionē cū sint innaturaliter sita p eandē cū adiutorio quarte: et solū mediū extrinsecum resistit vt vnū: leuitas enī ignis non resistit in sphera sua. Deinde quando illud mixtū pertingit ad vacuum vbi deberet esse aer amplius quatuor gradus qualitatis motiue aeris non trahunt deorsum: sz solū quatuor aque et quatuor terre: et tunc tres gradus qualitatis motiue ignis resistunt: et per consequens tale mixtum in vacuo descenderet a proportione octo ad tria quod prius descendebat in pleno a proportione duodecim ad vnum: modo proportio duodecim ad vnū est maior q̄ proportio octo ad tria: et cū proportio velocitatum i motibus sequatur proportionem proportionum potentiarū mouentiū ad suas resistentias: quēadmodū communiter conceditur: sequitur dictū mixtum velocius moueri in pleno q̄ in vacuo: ergo etc. ¶ Tertia conclusio. mixtum mouetur secundū qualitatem vel qualitates elementi vel elementorum habentem vel habentes dominium in trahēdo sursum vel deorsum: et hoc intēdit Aristoteles qñ dicit mixtum moueri secūdū naturā elemēti p̄dominantis in ipso. Ista conclusio patet ex eo q si est vnum mixtum habens de qualitate motiua ignis duos gradus de qualitate motiua aeris tres de qualitate motiua aque quatuor: de qualitate motiua terre quinq: et sit in sphera ignis: iuxta ea que dicta sunt non solū grauitas terre trahit deorsum cum grauitate aque: sed vna cū eis trahit etiā grauitas aeris: et sic nō mouetur secundū qualitatē motiuam vnius elementi: sed plurium deorsum trahentium: sed cū peruenit ad locum aeris non amplius qualitas motiua aeris trahit sed solum qualitas motiua aque et terre. Cū autē peruenit ad aquā nō vlterius descēdit propter hoc q tot sunt ibi tunc gradus trahentes sursum quot deorsum: et propter hoc est q oleū descendit in aere sed non descendit in aqua: quia quando est in aere qualitas motiua aeris que est in ipso non trahit ad vnā partē nec ad aliā sed grauitas aque et terre in ipso trahunt deorsum. qñ aūt peruenit ad aquā: gradus grauitatis aque non amplius trahunt iuxta prius dicta sed solū grauitas ipsius terre: sed nunc resistit qualitas motiua aeris que prius non resistebat que non permittit q grauitas terre trahat oleū vlterius deorsum et propter consimilē causam lignum descendit in aere sed non descendit in aqua.

Tunc ad rationes principales. ¶ Ad primā. non cuiuslibet etc. negatur antecedens. ad probationem celum est corpus simplex et tamē non mouetur dico q immo: licet secundū se totum cathegorematice acceptū maneat in eodē situ: nō tn̄ oēs eius partes secundū quācunq diuisionē imaginariā accepte. vnde licet medietas celi ex vna parte equinoctialis maneat in eodē situ: tamen si celum imaginetur diuidi taliter qualiter diuidunt ipsum coluri: et circulus meridianus non est aliqua pars celi secundū illā diuisionē quin mutet situ: saltem celi inferius existentis in locos quod notanter addo propter vltimā spherā que non est in loco ipsam circundante. ¶ Ad secundā confirmationē dico q vltima sphera mouetur motu locali vel motu eiusdē speciei cū motu locali: et tale non oportet eē secundū locū: sed sufficit q esset secundū ipsum mutatio secundū locū si mobile tali motu motū esset in loco ipsum circundante. ¶ Ad tertiā confirmationem que erat de terra que semp quiescit in medio mūdi. dico q hoc nō impedit quin ei debeatur motus simplex quo moueretur si esset extra locū sibi naturalē: et hoc sufficit. ¶ Ad quartā confirmationem nego opinionē illorū qui posuūt aliquod celū immobile et hoc iuxta dicta philosophi. ¶ Ad secundū principale quid sit dicendū clarū est ex secundo articulo. ¶ Ad tertium principale dico q licet orbes planete moueatur pluribus motibus: nō tamen quilibet illorum inest ei naturaliter: sed vn⁹ solū et quando dicebatur alter: ergo inerit ei violenter: nego: sed bene inest ei preter naturam: vnde dictum erat in tertio articulo q non omnis motus est naturalis vel violentus: sed bene aliquis inest mobili preter suā naturā sicut mot⁹ circularis igni i sua sphera. ¶ Per hoc idē patet ad quartū principale de motu ignis naturali sursum et motu circulari ignis in sphera sua: nō enim vterq eorum est ei naturalis. vnde dico q motus circularis ignis in sphera sua nō est ei naturalis: nec propter hoc oportet q insit ei violenter: sed bene preter suā naturā. nec est inconueniens tale esse perpetuum et diu durare: cū hoc non repugnet nature alicuius. vnde quia motui circulari nullus alter motus est contrarius: sicut Aristo. dicit in litera: ideo motus circularis nulli inest violenter. ¶ Ad quintum principale patet ex tertio articulo. ¶ Ad sextū patet ex quarto corelario eiusdem tertij articuli. ¶ Ad septimū cōcedo q in dicto casu vna pars ascēdit quando alia descendit nec hoc est inconueniens: et quando dicitur ergo eadem terra simul ascendit et descendit: nego consequentiam et quando dicebatur: idem est motus totius et partis: hoc intelligitur sic: si est aliquod ens homogeneū: sicut est aqua tunc motus q̄ est naturalis toti sm speciē etiam est naturalis parti. ¶ Ad octauū: nego q idem motus secūdū speciē specialissimā insit pluribus corporibus simplicibus distinctis secundum speciem: et quando dicitur motus circularis inest naturaliter celo: concedo: et etiam inest naturaliter igni in sphera sua: hoc nego: sed bene inest ei preter suā naturā: nec propter hoc inest ei violenter sicut dictū est prius. ¶ Ad confirmationē patet ex quinto corelario tertij argumēti. ¶ Ad nonū principale concedo antecedens: sed nego consequentiam et quando dicebatur: in mixtis diuersis secūdum speciem dominantur diuersa elementa secundum speciem: bene concedo sed hoc secundum qualitates elementorum alteratiuas. cum quo bene stat q in diuersis mixtis secundum speciem possit dominari idem elementū sm qualitates motiuas de quib⁹ est sermo phūs. sicut dictum est prius: et hoc de questione.

Questio. II.



Ecundo quærit̄ vtrū in mūdo sint quinq corpora simplicia specie distincta. s. quatuor elemēta et celū seu quīta essentia. Et arguit̄ primo q nō: q: celū nō est alterius nature a quatuor elemētis: ergo nō sunt quinq corpora simplicia etc. consequentia nota est de se: antecedens probatur. et primo q non sit alterius nature ab eis in substantia: nam secundum astrologos alique partes celi sicut aliqua signa zodiaci dicuntur esse ignea: aliqua aerea: aliqua aquatica: aliqua terrea. ¶ Confirmatur hoc etiam auctoritate pythagoricorum qui ponunt celum esse de natura ignis. ¶ Secundo probatur q nec celum est alterius

nature ab elemētis ꝙtū ad qualitates motiuas sicut sunt grauitas ⁊ leuitas: primo: quia celum est corpus leuissimū: ex q̄ oībus alijs supemīc. Tale autē dicit̄ leuissimū per Aristo. in littera. secundo: quia nisi vnꝰ orbis celestis esset leuior alio non videretur ratio quare vnus orbis esset sup aliū ⁊ alius infra aliū. ¶ Tertio: nā sicut sub grauissimo puta sub terra nihil est positū ita sup leuissimū sicut est ignis nihil videt̄ esse ponendū: ⁊ quia sup ignē est celū. Ideo ignis nō videt̄ esse leuissimus: ⁊ ꝑ consequēs aliquid videt̄ esse leuius ipso: quod nō videt̄ esse aliud ꝙ celū. ¶ Quarto si ad imaginationē aliqua pars celi esset in aere ascenderet: et ꝑ consequens esset leuis: ergo videtur ꝙ partes celi sint eiusdē nature cū elementis leuibus. antecedens probatur: quia si illa pars celi non ascenderet tūc maneret quiescens: vel igitur naturaliter: et hoc nō: quia non esset in loco sibi naturali: nec violenter: quia si esset ibi violenter cum nullū esset ꝓhibens vtiq̄ videretur ascendere. ¶ Quinto planete qui sunt partes celi aliquando ascendunt et aliquādo descendūt q̄d nō videt̄ esse nisi essent naturaliter leues: antecedens ꝓbatur ex eo ꝙ ꝑ eoꝝ motū in suis ecētricis ⁊ epicicli aliquando efficiunt̄ centro mundi propinquiores aliquando remotiores: sed hoc non videt̄ esse aliud ꝙ aliquando ascēdere ⁊ aliquando descendere. ¶ Deinde tertio probat̄ ꝙ celū nō sit alterius nature ab elementis ꝙtū ad qualitates primas seu alteratiuas q̄ sunt caliditas frigiditas ⁊c. Nā secūdū astrologos alique partes celi sunt calide alique frigide alique humide. sicut patet de signis zodiaci que sunt aries taurus ⁊c. patet hoc de planetis similiter quorū aliq̄ dicūtur excellenter calidi: aliqui excellēter frigidi: aliqui excellēter humidi: aliqui excellenter sicci: aliqui vero medio mō se habentes. ¶ Deinde quarto probat̄ ꝙ celū sit eiusdem nature cū elemētis ꝙtū ad qualitates consequentes qualitates primas: sicut sunt raritas densitas color ⁊c. patet hoc primo: quia aliqua pars celi dicitur esse rarior ⁊ aliqua densior: vnde secundo huiꝰ dicit Aristo. ꝙ stella est densior pars sui orbis: patet hoc ex alio: quia stelle apparent diuersoꝝ coloꝝ: mars enim apparet rubeus: saturnus autē plumbei coloris modo secundū Aristotelē raritas ⁊ densitas et color sunt qualitates consequentes qualitates primas.

Oppositum vult Aristoteles in literā

Ista questio faciliter soluitur suppositis his que dicta sunt in precedenti questione.

Sit ergo prima conclusio. ꝙ preter celum sunt duo corpora simplicia secundum genus. s. graue ⁊ leue occupantia totum mundū inferiorē vna cū mixtis. Probatur: nam tot sunt motus naturales simplices secundū genus corporū elementariū. s. sursum ⁊ deorsum: cuilibet aūt eorū correspondet vnicum corpus simplex secūdū genus tota ratio patet ex his que dicta sunt in precedenti questione. ¶ Secunda conclusio. preter celum quatuor sunt corpora simplicia sm̄ speciē specialissimā distincta. s. aqua terra aer et ignis vna cū mixtis totalem mundum inferiorē occupātia de terra ꝙ sit ⁊ similiter de aqua patet ad sensum. de aere aūt ꝙ sit probatur: quia nisi esset aer non possē videre faciē tuā nihil obiectū: nā non esset mediū inter me ⁊ te ꝑ quod possent multiplicari species faciei tue ad oculū meū. ¶ De igne aūt ꝙ sit superius in concauo orbis lune: ex hoc patet ꝙ semꝑ ignis hic inferius existens ascendit sursum: si non fuerit ꝓhibitus: quod non esset nisi superius esset ignis naturaliter situatus. confirmatur per hoc ꝙ in suprema regiōe aeris est valde magna caliditas intantū ꝙ ibi inflāmant̄ exalationes grosse ⁊ magne ex quibus generātur comete sicut patet ex primo meteo: scd̄o ꝓbari pōt nūerꝰ corporū simpliciū in istis inferioribꝰ ex ꝯbinationibꝰ vtilibꝰ q̄tuoꝝ q̄litatū primarū: sed q̄a illa ratio nō est propria presenti proposito: sed magis ꝑtinet ad secundum librū de generatione propter hoc: quia in proposito intendimus inuestigare numerū corporū simpliciū ex numero ⁊ distinctione motuū localiū simpliciū: ꝓpter quod arguatur: tertio ad dictam conclusionem sic. solum sunt quatuor motus simplices naturales corporū elementariū distincti secundū speciē specialissimam. s. vnus simpliciter deorsum: sicut motus simpliciter grauis: scd̄us est motꝰ deorsū: sed nō simpliciter: sicut ē motꝰ grauis secūdū quid qualis est motus simplr̄ aque: tertius est motus simpliciter sursum: sicut est motus simpliciter leuis: quartus est motꝰ sursum non simpliciter sicut est motus leuis secundū q̄d cuius modi est motꝰ aeris: sicut potest patere ex p̄cedēti questione: ⁊ cum cuilibet motui simplici naturali debeat correspondere vnum corpus simplex: cui ille insit naturaliter ⁊ nulli alteri distincto ab ipso secūdū speciē. sicut patet ex eadem questione: ideo p̄cise erūt q̄tuor corpa simplicia elemētaria distincta specie specialissima sicut sunt precise quatuor motus simplices recti distincti secūdū speciē specialissimā appropriati corporibus simplicibus istū mūdū inferiorē occupātibus dicto modo. ¶ Tertia conclusio. preter predicta corpora simplicia ponēdū est vnum aliud corpus simplex. s. celum seu quinta essentia: probatur: quia ex p̄cedēte questione preter motus simplices rectos sursum ⁊ deorsum est vnus alter motus simplex. s. circularis. ¶ Et cum omni motui simplici secundum speciē corrn̄deat solū vnū corpus simplex secundum speciem sicut sepe ante dictum est. Ideo cum motibus rectis simplicibus correspondeant quatuor elementa simplicia oportuit vt motui circulari correspondeat vnum corpus simplex distinctum ab alijs cui ille motus circularis insit naturaliter ⁊ illud corpꝰ vocamꝰ celum seu quintam essentiā. ¶ Quarta conclusio. illud quintum corpus simplex nec est graue nec leue: ꝓbatur: nam si sic ipsū esset naturaliter mobile motu recto ⁊ sic vni corpori simplici inessent naturaliter plures motus simplices. s. rectꝰ ⁊ circularis. quod est cōtra dicta in precedenti questione: consequentia tenet ꝑ hoc ꝙ celo inest naturaliter motꝰ circularis. Quinta conclusio. illud quintum corpꝰ simplex nobilius est alijs quatuor corporibus simplicibus: probatur hoc: quia naturaliter inest ei motus nobilior. s. motus circularis qui est nobilior motu recto: ex eo ꝙ ipse est secundū lineā nobiliorē. s. circularē que est nobilior ⁊ ꝑfectior linea recta: ex eo ꝙ linee circulari non potest fieri additio: et hoc arguit perfectionem: linee autem recte potest fieri additio: igitur ⁊c.

Ad rationes: ad primam rationē quādo dicebatur. celum est eiusdem nature in substantia cum elemētis: nego et quando dicebatur alique partes celi sunt ignee ⁊c. dico ꝙ hoc verum est virtualiter sed non formaliter: vnde si formaliter esset igneum tūc haberet contrariū: et sic esset alterabile: et per consequens generabile et corruptibile quod est falsum: vnde ꝙ alique ꝑtes celi sunt ignee et aliquae virtualiter: hoc est ad istum sensū ꝙ tales efficiunt in istis inferioribus qualitates similes qualitatibus ignis. ¶ Alique autem qualitates similes qualitatibus aque: et

sic de aliis. ¶ Deinde ad auctoritatem pythagoricorum dico q pythagorici erant talis opinionis: sed alterius opinionis erat Aristo. & sui sequaces. ¶ Ad secundam nego q celum sit eiusdem nature cum elementis quantum ad qualitates motiuas: Et quando dicebatur q celum est corpus leuissimum nego: & quando dicebatur leuissimum est quod omnibus supereminet aliis & superfertur: bene concedo si aliis superfertur motu recto: sic non est de celo: quod est solum mobile motu circulari sicut patet ex precedentibus. Uel sic leuissimum est quod omnibus aliis supereminet verum est: si omnibus aliis supereminet infra spheram lune existens. s. intra spheram actiuorum & passiuorum. ¶ Ad confirmationem dico q vnus orbis non propter hoc est super alium: quia sit leuior: sed ideo quia nobilior. ¶ Ad aliam confirmationem dico q non oportet q si sub grauissimo nihil est: q ergo supra leuissimum nihil sit: quia licet nihil posset poni sub centro: tamen bene aliquid potest poni supra circumferentiam. ¶ Ad aliam quando dicebatur de massa celi existente in aere aliqui dicunt q hoc est impossibile: & quia ad impossibile sequitur quodlibet: ad hoc sequitur dictam massam ascendere & dictam massam non ascendere. ¶ Aliter potest dici q talis massa celi non ascenderet propter hoc q non haberet in se principium motus sursum vel deorsum: Et quando Aristoteles dicit q corpus naturale si sit extra locum suum mouetur naturaliter ad illum: hoc debet intelligi de corporibus naturalibus mobilibus motu recto: & non de corpore quinto nec celum nec aliqua pars eius potest poni extra locum suum naturaliter licet bene supernaturaliter. Et quando dicebatur si talis massa quiesceret vel naturaliter vel violenter: dico q nullo istorum modorum: sed bene quiescit preter naturam. vnde imaginandum est q sicut motus circularis non inest alicui corpori violenter cum ei non sit alter motus contrarius: sed quibuscumque inest & non naturaliter eis inest preter naturam. Ita dico q corporibus naturaliter mobilibus motu circulari non inest aliqua quies violenta: sed si inest eis aliqua inest preter naturam. ¶ Ad aliam confirmationem dico q partes celi non ascendunt neque descendunt: licet alique efficiantur aliquando centro propinquiores aliquando remotiores: quia sicut dictum est prima in alia questione: non omne centro mundi propinquare est descendere: nec omne a centro elongari est ascendere: sed solum quod fit intra concauum orbis lune in sphera actiuorum & passiuorum. ¶ Ad tertiam rationem principalem soluitur per hoc q alique partes celi bene sunt calide vel frigide virtualiter sed non formaliter. ¶ Ad quartam dico q in celo licet reperiantur alique qualitates similes qualitatibus secundis sicut sunt raritas densitas &c. ille tamen non sunt eiusdem rationis cum qualitatibus secundis repertis in istis inferioribus: quia tales reperte in celo non generantur ex actionibus & passionibus qualitatum primarum adinuicem sicut reperte in istis inferioribus quemadmodum dicit Commentator in suo tractatu de substantia orbis.

Quæstio. III.



Ertio quæritur vtrum preter quatuor elementa & celum sit ponendum sextum corpus simplex. Et arguitur primo q sic. nam sicut ponitur vnum corpus simplex mobile motu simpliciter sursum & vnum aliud mobile motu opposito scilicet simpliciter deorsum ita videtur esse ponendum vnum corpus mobile motu circulari: et hoc est celum et vnum aliud mobile motu opposito motui circulari: et sic erunt sex scilicet quatuor elementa mobilia motibus rectis: et quintum scilicet celum mobile motu circulari et sextum mobile motu opposito. ¶ Secundo nam sicut ponuntur duo corpora simplicia motu recto mobilia: puta graue et leue: ita debent poni duo corpora simplicia motu circulari mobilia. ¶ Tertio nam potest esse sextum corpus simplex septimum octauum et nonum. licet talia corpora non moueantur aliquo motu.

Oppositum vult Aristoteles in litera

¶ In ista questione erunt duo articuli. Primus erit iuxta materiam primi argumenti. s. vtrum motui circulari sit aliquis motus contrarius. secundus erit de quesito.

De primo sciendum est q in proposito non intendimus de contrarietate propositionum nec terminorum. hec enim pertinent ad logicum: sed in proposito intendimus de contrarietate rerum vel modorum seu dispositionum quomodo qualitas & frigiditas sunt contraria. Similiter locus sursum et locus deorsum sunt contraria. & similiter motus ad sursum: & motus ad deorsum. ¶ Item de contrarietate formarum nihil pro nunc ad propositum: sed de contrarietate locorum & motuum. Et antequam respondeatur ad articulum ponende sunt alique suppositiones. Et prima sit ista: ad contrarietatem locorum requiritur maxima distantia non simpliciter sed in illo genere scilicet secundum differentias loci que sunt sursum et deorsum. ¶ Nam magis distant duo extrema totius diametri sphere corruptibilium quam centrum et circumferentia: et tamen ista extrema non sunt loca contraria. Et ideo illa distantia maxima que facit ad contrarietatem locorum accipienda est non secundum totalem diametrum sphere corruptibilium: sed secundum semidiametrum eiusdem. Secunda suppositio: ad hoc q loca sint contraria requiritur q habeant contrarias virtutes s. potentias conseruandi contraria. vnde in loco simpliciter sursum est potentia conseruandi leuissimum. In loco autem simpliciter deorsum est potentia conseruandi grauissimum. Leuissimum autem & grauissimum sunt contraria. Tertia suppositio: q ad contrarietatem motuum localium quatuor requiruntur. Primo q sint de locis contrariis ad loca contraria. Secundo requiritur q fiant per lineam breuissimam. s. rectam. Tertio requiritur q fiant per eandem lineam equiualentem. Quarto requiritur q si vnus illorum est naturalis alicui alter sit violentus eidem. ¶ Iuxta primum sequitur q motus ad latus non sunt proprie contrarii: quia possibile est talia loca non esse proprie contraria. Propter secundum sequitur motum circularem motui recto non esse contrarium: propter hoc quia motus circularis non fit per lineam breuissimam per quam potest fieri. s. rectam: nec etiam aliquem motum factum per lineam curuam esse contrarium motui facto per lineam rectam ex eo quia tunc plura essent vni contraria. quod est contra Aristotelem in litera: & licet motus recti sicut motus sursum & motus deorsum plus conueniant quam motus rectus & circularis tamen motus recti adinuicem contrariantur: et non rectus & circularis quemadmodum diceres de caliditate et frigiditate que plus conueniunt quam caliditas & linea vel caliditas & albedo: comprehenduntur enim sub eodem genere vel membro bone diuisionis: sub quo non continentur alia: nec etiam arguit contrarietatem motuum q non possunt simul eidem conuenire: sed successiue vt patet ex suppositionibus. ¶ Propter tertium

sequitur ꝙ possibile est aliqua duo moveri motib⁹ cõtrariis ꝛ tamen continue distabunt equaliter: sicut si aliqua terra descenderet de sphera ignis deorsum ad centrum ex vna parte centri: ꝛ describeret semidiametrum sphere corruptibiliu3: et pro tunc vna alia terra moueretur sursu3 versus circũferẽtiam: per aliu3 semidiametrum sphere corruptibiliu3 ex alia parte centri tunc iste due terre mouerentur motibus contrariis: ꝛ tamen equaliter distarent in fine et in principio: quia vtrobiq3 per semidiametrũ mundi. ¶ Propter quartum sequitur ꝙ motus terre deorsum non est contrarius motui ignis deorsum ex eo ꝙ vterq3 secundũ speciẽ est naturalis terre. ¶ Tunc sit conclusio responsiua ad articulum. nullus motus est contrarius motui circulari celi. probatur primo ex parte locorum: quia ad contrarietatem motuu3 requirit̃ contrarietas locorũ: modo oriens ꝛ occidens a quibus ꝛ ad que est motus celi non sunt loca contraria: quia sunt eque sursu3 et eque naturalia cuilibet parti celi: ita ꝙ eque naturaliter est sol in oriente sicut in occidente. Secundo, quia motus circularis celi est de eodẽ in idẽ: et ita esset si fieret econuerso. ergo non est ibi contrarietas.

¶ Tertio motus circularis celi sufficit ad acquirendũ omnes differentias positionis: igitur frustra poneretur alius motus alterius speciei sibi contrarius: sed sic non est de motibus rectis. ¶ Deinde probatur eadem conclusio: si motui circulari celi esset aliquis motus contrarius ille posset esse in reru3 natura: sed hoc est falsum: consequentia patet ex hoc: quia si vnum cõtrariorum in natura non repugnat esse reliquum: falsitas consequentis patet: quia si talis motus posset esse oporteret ꝙ fieret ꝑ eandẽ viã omnino vel equiualentem opposito modo: sed talis motus non potest esse ex eo ꝙ perpetuo celum mouebitur ab oriente in occidentẽ ꝑ meridiem: ꝛ ideo nunꝙ̃ erit aliquis motus ab oriente in occidentẽ ꝑ septẽtrionem saltem per eandẽ viam ꝛ sup eisdem polis ꝛ sup eundem axem: prim⁹ enim propter sui ꝑpetuitatem secundum nunꝙ̃ fieri ꝑmittit. ¶ Si aũt dicat̃: si vn⁹ orbis puta superior moueret̃ ab oriẽte i occidẽtem ꝑ meridiẽ: mot⁹ alteri⁹ orbis sub illo ẽ sibi ꝯtrari⁹ si fiat ab oriẽte i occidẽtẽ ꝑ septẽtrionẽ. ꝓbo ꝙ nõ: q2 illes mot⁹ nõ fiũt oino ꝑ eãdẽ viã: nec equiualentem ex eo ꝙ motus orbis superioris fit secundum maiorem circulationẽ et motus orbis inferioris fit secundũ minorem: ꝛ ex alio: quia vnus illorum motuũ non impediret aliu3: quare non essent contrarii. Secunda conclusio. motus circulares sup eosdem polos circa eundẽ axem ꝑ eandem viam non sunt adinuicẽ cõtrarii. Pro quo suppono ꝙ illi motus qui possunt adinuicẽ continuari non sunt contrarii. Illud patet quinto physicorum: tunc arguitur sic: tales motus circulares possunt adinuicem esse continui: ergo non sunt contrarii: consequentia tenet ꝑ suppositionẽ: antecedens ꝓbatur ponendo casum ꝙ aliqđ corpus orbiculariter moueatur ab oriẽte in occidentem ꝑ meridiem sup polos a. ꝛ b. ꝛ interim ꝙ taliter moueat̃ vertat̃: sic ꝙ vbi erat polus a. fiet polus b. ꝛ econuerso: ꝙ eadem pars illius orbis que prius mouebatur ab oriente in occidentem ꝑ meridiem sine interruptione motus ab oriẽte in occidentem mouebit̃ ꝑ septẽtrionem: ꝛ sup eisdem polis omnino: quare tales motus adinuicem continuant̃. illud possumus clare videre si spheram materialẽ volumus fortiter ad sinistrũ: ꝛ interim ipsam vertamus sic ꝙ polus qui prius erat superior fiat inferior ꝛ econtra ipsa sic v̾sa adhuc ex primo impulsu mouebit̃: ꝛ clare videmus ꝙ eadem pars que prius mouetur versus sinistrũ voluitur v̾sus dextrũ. Sed dices ꝑ eandẽ rationẽ possemus probare ꝙ motus sursu3 ꝛ motus deorsum non sunt contrarii: nã posito ꝙ musca ascẽdat sursum ꝑ aliquã lanceã ꝛ musca cõtinue ante se mota lancea v̾tatur: quo facto eadẽ musca que prius ascendebat descendit sine interruptione media: ꝛ per ꝯsequẽs tales motus. s. ascẽsus musce ꝛ descensus non erũt cõtrarii quod tamen omnes negant. ¶ Respondeo ꝙ non est simile: quia in versione sphere non fit interruptio per motum alterius speciei a motu circulari ipsius sphere: sed in vertendo lanceam fit interruptio per motum circularem alterius speciei ab illis motibus rectis: ꝛ hoc impedit ꝙ illi motus recti non continuantur: vnde non possum v̾tere lanceã nisi ipsam mouẽ vna cũ musca motu circulari: ꝛ tñ nõ ẽ sic hic ꝛ ibi: quod clarum ẽ ꝯsyderãti. Sic ꝗ p3 ꝑ rõnes ꝙ null⁹ mot⁹ motui circulari est contrarius. Ex quo concludo ꝙ motus circularis nulli corpori est violentus: nam si sic tunc motus naturalis illius corporis esset illi motui circulari contrarius ꝛ hoc est contra dicta. ¶ Sequit̃ secundo ꝙ si motus circularis inest alicui corpori: ꝛ non inest ei naturaliter: est ei impertinẽs: ꝛ dicitur ei inesse preter naturã: postꝙ̃ non sequit̃ ad illud corpus. cum non sit ei naturalis nec repugnat cũ non insit ei violenter sed tale dicitur alteri impertinẽs quod nec sequitur ad ipsum nec ei repugnat. ¶ Sequitur tertio ꝙ cũ quolibet motu motus circularis põt misceri: postꝙ̃ nulli motui est cõtrarius. Unde vn⁹ motus circularis cum alio motu circulari potest misceri: sicut pate3 de motu circulari solis qui mixtus est: ꝛ ex motu circulari eius ab oriente in occidentẽ ꝑ meridiem super polis mundi ꝛ ex motu circulari ab occidente in orientẽ ꝑ meridiẽ sup polis zodiaci. Similiter motus circularis potest misceri cũ motu deorsum sicut si aliqua terra descẽderet ꝑ arcũ cuius semidiameter sphere corruptibilium esset chorda. ¶ Similiter potest misceri cũ motu sursum sicut si ignis ascenderet ꝑ cõsimilẽ arcum. Sic autem non est de motibus rectis: quia motus sursum cũ motu deorsum misceri non potest.

Quantum ad secũdum pono vnicam conclusionẽ: ꝛ sit ista: preter quinq3 corpora simplicia. s. quatuor elemẽta ꝛ quintã essentiã seu celum non est ponendũ sextũ corpus simplex distinctum ab eis specie. ꝓbatur: nã si poneret̃: ipsum esset naturaliter mobile ꝑ primũ articulũ prime questionis: ꝛ tunc vel esset naturaliter mobile motu recto vel circulari: vt patet ex secundo eiusdẽ prime questionis: si motu recto sic est eiusdẽ speciei cũ corporibus elemẽtorib⁹ ex eo ꝙ illis motus rect⁹ inest naturaliter: ꝛ quia motus rectus est motus simplex non potest naturaliter inesse pluribus corporibus distinctis specie a corporibus elemẽtaribus. totum illud patet ex tertio articulo eiusdem prime questionis. Si aũt est naturaliter mobile motu circulari: tunc erit eiusdẽ speciei cũ corpore celesti: ex eo ꝙ illi attribuitur motus circularis simplex: ꝛ idẽ motus simplex secundũ speciẽ non potest inesse naturaliter pluribus distinctis corporibus secundum speciem sic. s. ꝙ si sit idem sm speciẽ specialissimã nõ potest naturaliter inesse pluribus corporibus simplicib⁹ distinctis secundũ speciẽ specialissimã. Si autẽ sit idẽ secundum speciẽ subalternã non potest inesse naturaliter pluribus corporibus simplicibus distinctis secundum speciẽ subalternã: nec sic est idem secundum genus potest inesse pluribus corporibus distinctis secũdum genus nec potest dici ꝙ tale corpus esset mobile motu opposito motui circulari: cum ostensum sit in primo articulo ꝙ nullus motus est contrarius motui circulari.

¶ Secundo psuadet eadē conclusio sic: in mūdo non sunt nisi quinq; corpora regularia distincta specie: qđ bene videt esse nature miraculū: ideo etiā videtur q̄ nō sunt nisi quinq; corpora simplicia distincta specie antecedens patet decimotertio elementorū euclidis et sunt ista duacedron exacedron icocedron octacedron et tetracedron. primū .s. duacedron est ex duodecim basibus pentagonalibus. Secundū aūt: scilicet exacedron seu figura cubica est ex sex basibus quadratis. ¶ Tertiū vero .s. icocedron est viginti basium triangularium. Quartū autē .s. octacedron est octo basium triangulariū. Quintum vero .s. tetracedron siue pyramis est q̄tuor basiū triangulariū: consequentia tenet testimonio antiquorū platonicorū in quorū tēpore floruit geometria sicut dicit Cōmētator tertio huius qui posuerunt tantū quinq; corpora mundi simplicia: et hec figurauerunt dictis quinq; figuris regularibus: vnde celo dederunt duacedron: quia ipsum est capax alterū figurarum regulariū: sicut patz ex decimo quinto elementorū euclidis: modo celū debz esse talis nature q̄ ipsum cōmodissime possit alia capere cū ipsum contineat omnia: et quia ignis ascendit in figura pyramidali dederunt igni figurā pyramidalē seu tetracedron: et quia aer in leuitate et motu assimilatur igni dederunt ei figurā octacedron inter ceteras magis appropinquantem ad figuram tetracedron: et quia aqua habet varios motus in partibus suis flexuosos dederunt ei figurā icocedron ꝑpter multitudinē linearū et superficierum et angulorū eius: sed quia terra est corpus fixum et stabile centruz aliorū ideo dederunt ei figuram exacedron seu figurā cubicam que fixe iacet vbi ꝓijcitur et inepta est ad motum.

Ad rationes principales ad primam

dico q̄ non est simile de motu recto et circulari: quia sicut dictum est motui recto bene est aliquis motus contrarius motui autē circulari non. Et consimili modo dicatur ad secundū. ¶ Ad tertiam dico q̄ nō possunt esse aliqua talia corpora quin ad minus sint mobilia cū omne corpus naturale sit naturaliter mobile ꝑ primū articulum prime questionis: et ideo si essent talia ipsa essent mobilia quero tunc quo motu: vel recto vel circulari sicut arguebatur primo ad conclusionem responsalem ad quesitū: et quicquid dicatur erūt vel de natura elementari vel celesti.

Questio IIII



Quarto querit̄ vtrum totalis mūdus aggregatus ex quinq; dictis corporibus simplicibus sit vnum ens cōtinuū. videtur q̄ sic. dictorum corporum materie sunt continue: ergo dicta corpora videntur esse continua: et ꝑ consequens totalis mūdus ex eis aggregatus videtur esse vnum ens continuum: antecedens ꝓbatur: quia si ad imaginationem forme substantiales dictorū corporū corrumperentur materijs eorū remanentibus remaneret vna massa cōtinua .s. materia prima totalis que nō minus ante videtur fuisse continua recte sicut paries qui anteq̄ in eo depingantur imagines diuersorum animaliū ex ātecōtinuus non desinit esse continuus ꝑpter talem picturā sup eo factā: sic si materia prima totalis esset vna massa continua ablatis formis non videtur discontinuari propter positionez formarū in ipsa. ¶ Sed forte diceret aliquis: ista ratio nō probat q̄ iste mundus inferior sit continuus mundo superiori ꝑpter hoc q̄ mundus superior scilicet celum non habet materiam: et si habet materiam saltem illa non est eiusdem rationis cum materia istorum inferiorum: licet bene videat probare aliqualiter mundum inferiorem totatem esse vnum continuū. Preterea istud non videtur valere: q̄ celum habet materiam et cum hoc materiam eiusdem rationis cum materia istorum inferiorum. ¶ Primum probatur primo auctoritate Aristotelis dicentis primo huius q̄ differt dicere celum et hoc celum: nam qui dicit celum dicit formam materie mixtam .i. cōpositū ex materia et forma. ¶ Cōfirmatur idem auctoritate Cōmentatoris in tractatu suo de substantia orbis in principio: vbi dicit celum esse ex duabus naturis: q̄z nature dicunt̄ secūdo physicorum materia et forma. ¶ Cōfirmat̄ idē tertio: nā celū est vnū numero: ergo celū habet materiā: antecedēs notū est de se: ꝯñtia ꝓbat̄ per Arist. quinto metaphysice dicētē: q̄ vnū numero sunt quorū materia est vna. Cōfirmat̄ idē quarto. nā Arist. primo huius volens probare mundū tantū esse vnū dicit hoc esse ideo quia continet totalē materiā ptinentē ad formā mundi: et ita nō restat alia materia ex qua posset fieri alter mundus. Ecce quomodo contingit mundū habere materiā: sed nō accipit mundū solū ꝓ isto mundo inferiori: sed ꝓ mundo totali cuius celum est principalior pars: ideo videt̄ q̄ concedat celū habere materiā. ¶ Confirmatur idē quinto sic. nā .vij. metaphysice dicit̄: in nō habētibus materiā non est possibile eē plura indiuidua sub vna specie: et tñ in corporibus celestibus inueniūt̄ plura īdiuidua sub vna specie: q̄re videt̄ q̄ celū nō careat materia. ¶ Cōfirmatur idē sexto in celo repit̄ rarū et densum: ergo in celo est materia: antecedēs patet: per hoc quod dicitur in secundo huius q̄ stella est densior pte sui orbis: consequētia tenet per Aristotelē in tertio huius diffinientē rarū et dēsum per habere materiā: vnde dicit hoc esse densius quod sub eq̄li vel minore extēsiōe habz plus de materia: hoc aūt rarius qđ sub eq̄li vel maiori extēsiōe hz minus de materia. ¶ Deinde ꝓbat̄ secūdū .s. q̄ hēat materiā eiusdem rationis cū materia istorū inferiorū: quia omnis materia secundū se est potentia pura: ideo nulla materia secundū se differt ab alia ratione: consequentia tenet ꝑ hoc q̄ differentia rationis est ꝑ formā et actū: et antecedens patet primo physicorum. ¶ Secūdo ad pñcipale: terra est continua aq̄: et aqua aeri: et aer igni: et ignis orbi lune: et orbis lune orbi mercurij: et sic de alijs orbibus: ergo totalis mundus ex his aggregatus videtur esse vnum ens continuum: consequentia tenet: desed antecedens probatur. primo: quia superficies cōuexa terre et concaua aque videnť esse vna superficies: propter hoc q̄ equaliter distant a centro mundi omnino ex eadē pte centri: quod patet ꝑ hoc q̄ nullum est medium inter dictas superficies. ¶ Et confirmat̄ hoc secundo. dicte supficies sunt equales: quia se habēt sicut locus et locatū: locus aūt est equalis locato: ideo si dicte superficies essent due: et nō vna: sequitur q̄ circa idem cētrū possent esse duo circuli equales: quod est impossibile ex tertio geometrie: consequētia patet: si in dictis superficiebus imaginemur periferias circulorum. Tertio ad principale auctoritate et testimonio Parmenidis et melissi quorum opinionē recitat Arist. primo physicorū: et dicit ipsos dixisse omnia eē vnū: et credo ipsos non fuisse ita fatuos q̄ hoc intellexissent sic q̄ sor. et plato eēnt vnū: et q̄ celū et terra essent vnū: nā hoc nullā videt̄ habere ꝓbabilitatē: ideo videt̄ q̄ ipsi intellexerunt hoc sic: quia omnia eēnt vnū continuum modo

que exprimitur in titulo questionis: nam hoc videtur quandam habere probabilitatē.

Oppositum arguitur. partes mundi diuersis mouent̄ motib⁹: ergo nō sunt adinuicē cōtinue: ɔ̄sequentia tenet nam in quinto metaphysice dicit̄: continuum est cuius motus est vnus: ideo si partes mundi essent cōtinue: nō possent moueri diuersis motibus. antecedēs patet: nam aqua mota ad vnam partē aer bene mouetur ad aliam. similiter hoc idem patet de orbibus celestibus qui diuersis mouent̄ motibus. ¶ In ista questione erunt duo articuli. Primus erit iuxta materiā primi argumēti: vtrū. s. celū habeat materiā et si sic vtrū illa sit eiusdē rationis cū materia istorū inferiorū. Secūdus articulus erit de quesito principali.

Quātum ad primum sciēdum est primo q̄ hoc nomē materia pluribus modis accipit̄. aliquādo enim accipit̄ pro partibus quātitatiuis alicuius totius sicut accipitur septimo metaphysice: et sic non est dubiū quin celū habeat materiā. Secundo mō accipitur materia pro substātia subiecta motui modo quo accipit̄ octauo metaphysice: vbi dicitur q̄ in omni eo quod mouet̄ necesse est imaginari materiā: ⁊ iterum sic accipiendo materiam non est dubiū quin celū habeat materiā vel sit ipsummet materia. tertio modo accipitur materia pro substantia potētiali ex qua cū forma sibi inherēte cōponitur substātia per se subsistens: ⁊ sic accipiendo materiā dubiū est vtrū celum talē habeat materiā: de qua dubitatiōe. Egidius ⁊ sanctus Thomas in suis diuersificantur opinionibus. vnde Egidius pro ista dubitatione ponit tres conclusiones. quarum prima est q̄ celū habet materiam. secunda conclusio q̄ illa est eiusdē rationis cū materia istorum inferiorum. tertia conclusio. hoc non obstante celum non est generabile nec corruptibile. Primam suā conclusionē probat rationibus illis que posite sunt ɔ̄tra primū argumētū principale. Secūdā aūt probat sic. nā si materia celi ⁊ materia istorū inferiorū nō essent eiusdē rationis. tūc differrent specie: quod est falsum: ex eo q̄ materia secūdū se cū sit pura potētia nullam determinat sibi formā p̄ quā posset differre specie ab alia materia vel a quocūq̄ alio. Tertiā cōclusionē probat sic: tali materie celi nō est annexa priuatio: ergo licet sit in celo non ꝓpter hoc ipsum est corruptibile: cōsequentia patet. antecedens probat per hoc q̄ forma celi omnes alias formas cōtinet virtualiter: qđ p̄z per Aristo. secundo de generatione dicentem: forme rerum sunt in terminis: hoc intelligitur in corporibus celestibus terminantibus mundum: et per consequens materia habens formā celi non dicitur habere aliquā priuationē alicuius forme sibi annexam cū includat eas virtualiter. ¶ Secūdo arguit sic: corruptio non est nisi propter generationē alterius forme ad quā materia habet appetitū: modo non est aliqua forma alia a forma celi ad quā materia celi habeat appetitum: ⁊ hoc propter excellentiam forme celestis existentis in tali materia. ¶ Tertio arguit sic: habens materiā non est corruptibile nisi q: forma eius habet contrariū sm̄ se vel secundum suas dispositiones naturales: modo forma celi nō habet contrarium aliquo istorum modorum: ideo non obstāte q̄ celū habeat materiā eiusdē rationis cū materia istorū inferiorū adhuc est incorruptibile ⁊ ingenerabile: et cetera opinionē Egidij. ¶ De ista eadē dubitatione sanctus Thomas h̄z aliā opinionē concedens bene cum Egidio in prima sua conclusione. s. q̄ celum habet materiam sed discordat ab eo in secūda. Nā dicit licet celū habeat materiā: tñ illa nō est eiusdē rationis cū materia istorū inferiorū: ⁊ hoc probat: nā aliter celū esset generabile ⁊ corruptibile sicut ista inferiora. ¶ Cōtra istos ambos pono cōclusiōes. Prima: in celo nō est materia tertio mō accipiendo materiā. ¶ Secunda conclusio specialiter contra sanctum Thomam in celo nō est materia differens ratione a materia istorum inferiorum. ¶ Tertia cōclusio. celū circumscripta intelligētia ē vna simplex substātia corporea. ¶ Quarta conclusio. ista substātia magis debet dici forma q̄ materia. ¶ Prima conclusio probatur: quia si in celo esset talis materia: etiam in celo esset vna forma informans illā materiā preter intelligētiā: data q̄ celum circumscripta intelligentia adhuc esset compositum ex materia ⁊ vna forma alia ab intelligētia sicut dicit doctor reuerendus: sed hoc est falsum: q: tunc celum esset ex se mobile naturaliter circūscripta intelligētia: qđ negaret Aristo. cōsequētia tenet per hoc qđ haberet in se principium actiuū ⁊ passiuum motus. s. materiam et formam adhuc circumscripta intelligentia. ¶ Secundo motus localis circularis est simplicior motib⁹ rectis: ergo etiam corpus mobile naturaliter motu circulari debet esse simplici⁹ corporibus mobilibus motibus rectis: sed hoc non esset si celum ita esset compositum ex materia ⁊ forma sicut corpora elemētaria naturaliter mobilia motibus rectis. ¶ Tertio. motor et mobile debent esse proportionabilia: sed motor celi est multo simplicior motoribus elementorum: ergo mobile. s. celum debet etiam esse simplicius ipsis elemētis: sed hoc non esset si esset compositum ex materia ⁊ forma: intelligentia circumscripta. ¶ Quarto: si celum esset compositum ex materia ⁊ forma. sequeretur q̄ ipsum esset naturaliter generabile ⁊ corruptibile: cuius oppositum probat Aristoteles primo huius: ɔ̄sequentia patet ex eo omne cōpositum ex materia ⁊ forma: est corruptibile: vt patet primo physicorū. ¶ Secūda cōclusio probatur per primam: quia si in celo non est materia: nec est ibi materia alterius rationis a materia istorum inferiorū. ¶ Secūdo. quia si in celo esset materia eiusdem rationis cum materia istorū inferiorum tūc sicut materia celi maxime appetit formā celi: ita etiam materia istorū inferiorum maxime appeteret eandem sed ipsam nūq̄ habere posset: ⁊ sic aliquis esset appetitus frustra in materia eterno tempore qđ est falsum. ¶ Tertia cōclusio patet: quia si celū circūscripta intelligentia non est substantia composita ex materia ⁊ forma: sicut dicit prima conclusio: ⁊ tamen est substantia corporea sicut notum est de se: oportet q̄ sit substātia simplex saltem per priuationem compositionis ex materia ⁊ forma: licet non per priuationem cōpositionis ex partibus quātitatiuis. ¶ Quarta cōclusio patet. ex eo q̄ materia nullius est actiuitatis. celū autē alicui⁹ est actiuitatis: quia agit in ista inferiora lumine ⁊ influentia: ergo celū magis debet dici q̄ materia: nec propter hoc oportet q̄ sit nature intellectualis ⁊ indiuisibilis sicut arguit sanctus Thomas. nā dico q̄ nō oportet omnem actū per se subsistentē esse naturam intellectualē ⁊ indiuisibilē: nec valuit illud qđ dicit Egidius. s. q̄ quamuis celū sit cōpositum ex materia ⁊ forma: tñ q: materia illa est satiata forma celi quā habet ꝓpter eius nobilitatē ꝓpter hoc celū est incorruptibile: nā tunc multo plus materia hominis debet esse satiata forma hominis: ⁊ per cōsequens homo esset incorruptibilis: nā forma hominis nobilior est q̄ illa forma celi quam ponit Egidius esse in celo preter intelligentiā. Nec etiā valet illud quod ipse dixit q̄ ideo celum non est incorruptibile: quia eius forma non habet contrarium nec

secundum se nec sm suas dispositiones naturales mū di. sic tunc subito talis forma reciperet materia istorū inferiorum: quia hec materia istorū inferiorū appeteret illā formā: cum secundū Egidiū sit eiusdem rationis cum materia celi: que quidem materia celi appetit illam formam: nec hec materia istorum inferiorum habet cōtrarium illi forme. ideo statim illam formam reciperet sicut recipit lumen quod quidem lumen etiam non habet contrarium in materia.

Quantum ad secundum articulum suppono primo ꝙ illa sunt continua quorū vltima sūt vnum per se. et ꝙ illa non sunt continua quorum vltima non sunt vnum per se. ¶ Suppono secundo ꝙ illa que sunt diuersarum specierum nec vnum est in potentia ad reliquum non faciunt vnum saltem per se licet bene per aggregationem eo modo quo exercitus dicitur vnus. ¶ Suppono tertio ꝙ contigua sunt quorū vltima sunt simul. ¶ Sed diceres si hoc esset verū sequitur ꝙ si esset aliqua virga cuius vna medietas esset arida & alia viua non esset eis vnum cōtinuum ex eo ꝙ vltima suarū medietatum non facerent vnū per se: postꝙ essent diuersarum specierum. ¶ Respondeo concedendo consequens & cōsequentiā. ¶ Tūc sit prima conclusio quatuor elementa non sunt adinuicem continua: probatur: quia eorum vltima non sunt vnū ergo non sunt continua: consequentia tenet per primam suppositionem: antecedens probatur: quia quatuor elementa distinguunt specie sicut dictum est in secunda questione: ergo vltima eorū non faciunt vnum: consequentia tenet per primam suppositionē. ¶ Secunda cōclusio: quatuor elementa bene sunt contigua: cōsequentia tenet per tertiā suppositionē: antecedens patet: quia inter aquam & terrā nulla est distantia: nec inter aerē & aquā & terrā nulla est distātia: nec inter aerem & aquam nec inter aerē & ignē. ¶ Tertia cōclusio. mūdus inferior est contiguus mūdo superiori & non continuus. prima pars patet: quia eorum vltima sunt simul. secūda pars patet: quia vltima eorū non sunt vnū cum distinguant specie vt dicebatur in secunda questione. ¶ Quarta conclusio. orbes celestes non sunt sibi inuicem cōtinui sed contigui. prima pars patet. quia diuersis mouentur motibus: patet hoc clare de octaua sphera & de sphera saturni & de alijs spheris: similiter et hoc concedunt omnes astronomi: si aūt essent continui vnus moueret ad motū alterius ex eo ꝙ cōtinuorū vnus est motus. secūda pars patet ex eo ꝙ vltima orbiū supcelestiū sunt simul: ergo sunt contigui: cōsequentia tenet per tertiam suppositionem: aīs patet ex eo ꝙ nulla est distantia inter vltima orbiū celestium & hoc inter vltima sm que sunt immediati.

Ad rationes: ad primam omniū corporum mundi materie sunt cōtinue &c. nego antecedēs ad probationem dico ꝙ licet totalis massa prime materie esset vnum eis continuū omnibus formis substantialibus ablatis: ipsa tamen desinit esse continua propter positionē formarū substātialiū in ipsa: nam propter illas non omnium in mūdo immediatorū vltima sunt vnū: nec est simile de pariete respectu imaginum depictarum in ipso & materia prime respectu formarū substantialiū existentiū in ipsa: q2 portio materie prime cū forma substantiali facit vnū eis qd est per se vnum sic aūt non facit portio parietis cū imagine sup eā depicta sed vnū per accidens. Et quantū est de obiectione posita iuxta primū argumētū dico ꝙ licet res mūdi inferioris essent continue sicut tamē nō sunt: adhuc mundus inferior non esset continuus mūdo superiori quia in mundo superiori non est materia: sed quando pbatur primo auctoritate Aristotelis primo huius qui dicit celum dicit formam &c. dico ꝙ hic non loquebatur ex intentione sed disputatiue arguendo ad partem falsā. Et ad secundum dico ꝙ Cōmentator in loco preallegato accipit celū pro aggregato ex orbe et intelligentia mouente appropriata orbi: et sic celum ē cōpositum ex duabus naturis. s. ex motore et mobili cū quo tamen stat quelibet dictarū naturarū est substantia simplex. ¶ Ad tertiū vnū numero sunt. &c. dico ꝙ Aristoteles accipit materiam improprie scilicet p re pro qua termini supponūt: ita ꝙ de illis terminis verificatur vnum in numero. quorum materia est vna. i. qui supponunt pro eade re: sic enim bene concedimus ꝙ sortes & homo scribens sunt vnum & idem numero. ¶ Ad quartū dico ꝙ Aristoteles ibi p materiā mundi intelligit corpora simplicia. s. quatuor elementa et celū: et non tā materiam ex qua cū forma substantiali sibi inherente fit vnū per se & per formam mundi intēdebat ordinem istorum corporū simpliciū vel ipsam primā causam. ¶ Ad quintū dico ꝙ Aristoteles hoc intellexit sic: ꝙ in substantijs non habentibus materiam id est partes quantitatiuas nō sunt plura indiuidua sub vna specie: ita ꝙ capit ibi materiam pro partibus quantitatiuis: & non capit materiam pro materia tertio modo dicta. ¶ Sed notandū ꝙ dicta auctoritas sic intellecta non est cōcedenda secundum fidem nostram & veritatem: quia deus posset facere tot angelos quot vellet omnino eiusdē speciei licet non haberent partes quantitatiuas. ¶ Ad sextū dico ꝙ in celo est bene raritas & densitas. non tamē eiusdem rationis cum raritate & dēsitate istorum inferiorum: quia corpora ista inferiora dicuntur rara vel densa ex eo ꝙ habent minus vel plus de materia prima sub equali extensione: sed partes celi dicuntur rare vel dense qꝛ habent plus vel minus de substantia celesti sub equali extensione. vnde stella habet plus de substantia celesti ꝙ vna alia massa celi ꝓpinqua & equalis que nō ē stella. et propter hoc dicitur densior. pars autem propinquior dicitur rarior. ¶ Deinde quādo probatur ꝙ celum habet materiam eiusdē rationis: dico ꝙ hoc esset bene verū si celū haberet materiā ꝓpter hoc ꝙ nulla materia sm se ab alia differt ratiōe modo celum nō habet materiam sicut dictum est. ¶ Ad secūdū principale dico. ꝙ superficies cōuexa terre & cōcaua aque non sunt quid vnum per se: quia sunt diuersarum specierum. Ad probationem equaliter distant a centro mūdi: nego: quia superficies cōcaua aque plus distat vnde imaginor ꝙ quelibet dictarum superficierū est diuisibilis secundum profunditatem et non indiuisibilis sicut alij imaginantur. Et quando dicebatur nullū est medium inter dictas superficies: ergo equaliter distant a medio mundi: consequentia non valet. Ad confirmationē dicte supficies sunt equales: nego et quādo dicebat: locus est equalis locato. dico ꝙ si illa auctoritas est vera oportet ipsam bene glossare vt dictū est quarto physicorum. Et ideo quādo Aristoteles dicit locum esse equalē locato intelligit ꝙtum ad cōtinentiam. i. ꝙtum est locatum tantum precise eius locus capit & cōtinet. ¶ Ad tertium principale dico ꝙ parmenides & mellissus fuerūt illius opinionis ideo negentur.

Quæstio. V.



Vinto queritur vtrū mundus sit perfectus. et arguit̄ primo q̄ non: quia illud non est perfectum cui potest fieri additio: sed mundo potest fieri additio: ergo ⁊c. maior est nota: nam Aristoteles in litera propter hoc concedit lineam circularem esse perfectam: quia sibi non potest fieri additio: et lineam rectam esse imperfectam: quia sibi potest fieri additio. minor patet: quia per potentiam supernaturalem vltra istum mundum posset fieri de nouo vnus orbis vlterior: et per potentiam naturalem potest fieri mundus perfectior: quia potest de nouo generari naturaliter aliquis homo ex cuius additione mundus videtur fieri perfectior q̄ erat ante. ¶ Secūdo. mūdus multas includit imperfectiones ⁊ defectuositates: ergo mundus non est perfectus. consequentia tenet: nam in mundo sunt multa monstra ⁊ multa sunt mala que sunt quidā defectus: sed hoc videtur mundo imperfectionem arguere. ¶ Tertio mundus est perfectior vna vice q̄ alia. ergo aliquando est imperfectus: patet consequentia: nā tunc deficit sibi aliqua perfectio quam alias habuit: antecedens patet: quia aliquando sunt plura indiuidua de vna perfecta specie q̄ consueuerunt esse: sicut plures homines vel plures equi: et etiam aliquando est perfectior constellatio: et aliquando imperfectior: propter quod mundus videtur esse aliquando perfectior: aliquando minus perfectus. ¶ Quarto mundus non est ens: ergo non est quid perfectum: cōsequētia tenet: antecedens probatur. quia vel esset substantia vel accidens: non substantia: quia mundus est quoddam aggregatum ex omnibus substātijs et omnibus accidentibus: tale autem non est substantia solum: et ideo tale non est accidens solum.

Oppositum vult Aristoteles in ista questione primo ponam quasdā distinctiones. secūdo conclusiones. tertio aliqua dubia.

Prima distinctio mundus accipitur quatuor modis. vno modo pro aggregato ex deo ⁊ intelligentijs ⁊ omnibus alijs rebus: ⁊ sic mundus dicitur esse vniuersitas entium. Secūdo modo accipitur mūdus pro aggregato ex omnibus rebus excepto deo. Tertio modo accipitur mūdus pro aggregato ex omnibus exceptis intelligentijs ⁊ deo: ⁊ sic accipitur in tractatu de sphera vbi mundus diuiditur in mundum superiorem ⁊ inferiorem. Quarto modo. accipitur mūdus pro aggregato ex omnibus infra concauum orbis lune: ⁊ sic accipitur primo metheororum: vbi dicitur necesse est mundum inferiorem esse continuum id est contiguum lationibus superioribus vt cuius tota virtus gubernetur inde. Accipiendo mundum primo modo est perfectior mundo accepto secundo modo: et mundus acceptus secundo modo est perfectior mundo accepto tertio modo: ⁊ sic consequenter. ¶ Secunda distinctio est: perfectum dicitur dupliciter scilicet simpliciter ⁊ secundū quid. perfectū simpliciter dicitur de quo hoc nomē perfectū est affirmatiue verificabile sine additamento vt dicendo hoc est perfectum. Perfectum vero scd̄m quid dicitur de quo est verificabile hoc nomē perfectū cū additione sicut dicendo hic est perfectus homo: brunellus est perfectus asinus. Ista distinctio patet quasi metaphysice: vbi dicit̄ q̄ quoddam ē perfectū in genere: ⁊ quoddam est perfectum extra genus: ⁊ per perfectū in genere intelligit perfectū scd̄m quid: ⁊ per perfectū extra genus intelligit perfectū simpliciter. ¶ Et est sciendū q̄ ad hoc aliquid dicatur perfectū simpliciter requirit̄ q̄ nihil sibi deficiat nec ei possit fieri additio nec aliquid sit perfectius eo: nec possit esse. Ecce quatuor cōditiōes requisitas ad perfectionē simpliciter. ¶ Tertia distinctio: perfectū secundū quid seu in genere dicitur dupliciter: scilicet quoddam substantiale ⁊ quoddam accidentale: substantiale est de quo est verificabile hoc nomē perfectū cū additamento de predicamento substantie: sicut dicendo sor. est perfectus homo. Sed perfectum accidentale dicitur de quo est verificabile hoc nomen perfectum cū additamento de predicamento accidentis vt dicendo sor. est perfectus lector: mundus est perfecta magnitudo. Et illud posset subdiuidi secūdū genera predicamentorum accidentium. ¶ Quarta distinctio q̄ corpus potest dici vnum: vel simpliciter: vel aggregatione.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio. ¶ Accipiendo mundum primo modo mundus est perfectus simpliciter: probat̄. ex q̄d nominis perfecti simpliciter. ¶ Cōfirmat̄. q̄ sic accipiēdo mūdū includit deū q̄ est ens perfectū simpliciter: mō totū nō est minoris perfectionis q̄ sua pars. ¶ Scd̄a cōclusio. accipiendo mūdū in alijs tribus acceptiōibus vltimis ipse nō est perfectus simpliciter: probat̄: q̄ sic accipiēdo: aliquid est eo perfectius: puta deus: sed si esset perfectus simpliciter sic accipiēdo mūdū: nihil deberet esse eo perfectius sicut patet ex q̄d nominis perfecti simpliciter. ¶ Tertia cōclusio: sic accipiēdo mūdū. s. scd̄o tertio ⁊ q̄rto modis: mūdus ē perfect⁹ scd̄m q̄d. i. mūdus est perfectus mundus: probat̄: q̄ nihil deficit de pertinētibus ad perfectionē mūdi: hoc probat̄ q̄ est ex parte corporū simpliciū distinctorū spe: q̄ non sūt nisi quinq̄ corpora simplicia specie distincta sicut probat̄ in tertia questione: modo nullum istorum deficit mundo. Istam conclusionē Aristote. principaliter intendit in p̄ńo tractatu huius. ¶ Quarta conclusio. mūdus est perfecta magnitudo: probat̄. q̄ ē diuisibilis secūdū omnē dimētionē. s. tā scd̄m longitudinē q̄ latitudinem q̄ profunditatem et non sunt plures dimensiones secundū speciem sicut patet per Aristo. in litera. ¶ Quinta cōclusio. mundus est corpus vnū loquēdo de vnitate aggregatiōis: ⁊ nō de vnitate dicta simpliciter. vnde mundus non est corpus vnū simpliciter sicut est sortes vel plato: sicut probauit quarta ratio: sed bene est corpus vnum aggregatione multarū rerum adinuicem.

Quātum ad tertium dubitatur vtrū accipiendo mundum primo modo. sit perfectior deo. probatur q̄ sic: q̄ mundus primo modo acceptus cōtinet perfectionē dei ⁊ cū hoc perfectionem multarum aliarū rerū. ¶ Secūdo dubitat̄. videtur q̄ mūdus nō sit diuisibilis secūdū omnem dimensionē: quia nō ē diuisibilis secūdum dimensionē illius ligni vel illius lapidis. Tertio dubitat̄ ex quo mūdus ē diuisibilis scd̄m omnē dimēsionē: penes quā ergo diametrū mundi cum sit sphericū debet capi eius lōgitudo: ⁊ penes quam latitudo: ⁊ penes quā profunditas: ⁊ illud non solum dubium est de mundo verū etiā de quocunq̄ alio corpore spherico. ¶ Ad primū dico: q̄ accipiendo mundū primo modo non est perfectior deo: ⁊ vlterius dico: q̄ mūdus primo modo acceptus non includit ampliorem perfectionem q̄ deus ex eo q̄ cuiuslibet entis perfectionem includit deus. ¶ Ad secundum concedo q̄ mundus non est diuisibilis secundum omnem dimen

siones: secundum numerositatem autem est bene divisibilis secundum omnem dimensionem: sed secundum speciem que non sunt nisi tres. s. longitudo latitudo et profunditas: ex eo q non possunt esse plures linee intersecantes se in aliquo corpore ad angulos rectos: et penes unam illarum linearum sic se intersecantium capitur longitudo: et penes aliam latitudo: et penes aliam profunditas. ¶ Ad tertium dico q diameter in corpore spherico mensurans longitudinem potest accipi ad placitum mensurantis ex quo omnes diametri corporis spherici sunt equales: sed sic non est in corpore non spherico: et ideo ibi diameter mensurans longitudinem non accipitur ad placitum mensurantis.

Ad rationes. ad primam: mundo posset fieri additio. dico q non pertinens ad perfectionem mundi diceretur aliena: et quando dicebatur: deus posset apponere unum orbem: concedendum est q sic. et hoc propter immutabilitatem voluntatis divine ita diceret Aristoteles: sed tamen secundum fidem et rei veritatem concedendum est q deus valde bene posset facere mundum perfectiorem: immo posset facere unum alium mundum vel duos vel tres vel quot vellet: et quando dicebatur videtur q per positiam naturalem posset fieri perfectior sicut si aliquis homo de novo generetur. dico q non propter hoc fieret perfectior perfectione essentiali licet bene accidentali. ¶ Ad secundum dico q ex hoc q in mundo sunt monstra et defectuositates per talia non arguitur mundi imperfectio: sed magis perfectio. unde si omnia in mundo essent eque perfecta non esset tanta pulchritudo mundi sicut modo est ... perfectis aliquibus defectuosis. unde maior pulchritudo et decor domus est parietes diversis coloribus et imaginibus esse depictos ut q hic sit depicta figura: et ibi capra q si omnes partes eius consimili colore essent colorate et consimilibus imaginibus depicte. ¶ Ad tertiam dico q est bene perfectior una vice q alia perfectione accidentali et non essentiali. Quarta ratio soluta est ex quinta conclusione.

Questio VI.

Loquendum est modo de finitate et infinitate mundi. sed postq locutum est de perfectione mundi gratia cuius volo tractare aliquas conclusiones. primo verum possit esse aliquod corpus infinitum immobile. arguitur q sic. et unum oppositorum est in natura et reliquum. sed corpus immobile finitum est in natura et ei opponitur corpus infinitum immobile: ergo etc. ¶ Secundo. quia extra celum de facto est spatium infinitum immobile: quia aliter non posset imaginari quid sit extra mundum et illud spatium videtur esse corpus cum sit longum latum et profundum. ¶ Tertio infinitum dicitur quod totum occupat: sed tale corpus de facto est. s. mundus: et cum hoc ipse est impossibilis quia non videtur ad quam differentiam positionis posset moveri ex quo totum occupat.

Oppositum arguitur. omne corpus est naturaliter mobile sicut prius probatur: ideo non est aliquod corpus immobile: et per consequens nec infinitum immobile. Secundo non tale corpus esset frustra cum nullam haberet operationem neque motum.

¶ Pro solutione huius questionis et sequentium presupponitur dicta circa istam materiam de infinito in tertio physicorum.

Tunc sit prima conclusio: nullum corpus infinitum simplex est immobile. probatur quia illa non haberet ... Capiatur: elementa mobilia sunt motu recto et celum motu circulari ... aliquod corpus naturale simplex esset infinitum et locus eius naturalis esset infinitus: et locus debet esse equalis locato: sed hoc est impossibile: primo quia perveniret sursum et deorsum in infinito: non est medium nec extremum: et tunc sursum et deorsum sunt extrema et medium: et sic non essent amplius diversi motus naturales diversorum simplicium: ex eo q motus simplicium saltem elementorum sunt naturaliter sursum et deorsum modo tales motus non essent si non essent sursum et deorsum. ¶ Confirmatur: quia sequitur q lapis vel gleba terre si esset in illo loco infinito vel ubique moveretur vel ubique quiesceret quod non apparet verum: consequentia patet: quia totus locus corporis naturalis debet esse consimilis. ut dicitur quarto physicorum: q idem est locus totius et partis. Si enim locus infinitus esset totus consimilis nature non esset ratio quare aliquod corpus positum in eo moveretur magis vel quiesceret magis in una parte q in alia. ideo vel ubique moveretur vel ubique quiesceret quod erat probandum. ¶ Tertio arguitur de conclusione sic. nam sequeretur q tale corpus infinitum simplex immobile nec haberet locum naturalem nec violentum: consequens est falsum: ex eo q omne corpus simplex postq est mobile naturaliter sicut prius probatum est. habet aliquem locum naturalem ad quem vel in quo est naturaliter mobile. consequentia patet quia locus est extrinsecus continens locatum: modo impossibile est q unum infinitum contineatur ab alio. ergo per impossibile esset tale corpus simplex infinitum contineri ab aliquo loco naturali vel violento. ¶ Quarto illud corpus simplex infinitum immobile vel nec esset grave nec leve vel esset grave vel leve: si dicatur primum tunc vel esset celum et per consequens non immobile. unde videmus celum moveri ab oriente in occidentem. etiam ex alio: nam tunc illud corpus totum occuparet: et sic nullum esset grave nec leve quod est falsum. Si autem dicatur q illud corpus esset grave: et sic nullum esset leve: si autem esset leve tunc nullum esset grave: consequentie patent per hoc q illud corpus totum spatium occuparet: et sic non permitteret secum aliquod aliud corpus. Si autem diceretur q una eius pars esset gravis. et alia levis: hoc non valet: nam tunc illud corpus esset compositum et non simplex: nec etiam posset dici quam proportionem haberet pars gravis ad partem levem vel ad partem que nec est gravis nec levis. ¶ Secunda conclusio. nullum est corpus infinitum compositum ex simplicibus immobile: probatur: nam omne corpus compositum seu mixtum ex simplicibus est mobile motu elementi vel elementorum cuius vel quorum qualitates motive predominantur in ipso: sicut ostensum est in primo parte huius: ergo nullum tale est immobile: nec etiam aliquod tale infinitum: quia vel esset compositum ex corporibus simplicibus infinitis secundum multitudinem vel finitis: si infinitis tunc alicuius rei naturalis essent principia infinita quod improbatum est primo physicorum per Aristotelem contra Anaxagoram. nec potest dici q illud corpus infinitum sit compositum ex corporibus simplicibus finitis secundum multitudinem: quia hoc non posset esse nisi unum illorum corporum simplicium esset infinitum: modo hoc est falsum: secundum q in tertia parte ...

¶ Tertia conclusio. nullum est corpus infinitum immobile: probatur: omne corpus vel est simplex vel compositum ex simplicibus: si est simplex sic est mobile per primam conclusionem. si est compositum ex simplicibus adhuc est mobile per secundam: secundo sicut nullum est incorporeum quin in ipsum sit motiuum ita videtur proportionaliter corporeum quin ipsum sit mobile. ¶ Quarta conclusio responsalis ad questionem. nullum potest esse corpus infinitum immobile: probatur: quia tale si produceretur in esse oporteret q esset simplex vel compositum: quodcunque diceres ipsum esset mobile. Diceres tu: ratione diuina deus potest facere vnum tale corpus. dico q non: posito q faceret vnum corpus quantumlibet magnum adhuc ipso facto non esset impossibile: quia deus sicut ipsum fecit sic potest ipsum mouere.

Ad rationes: ad primam si vnum oppositorum etc. dico q non oportet de oppositis adinuicem priuatiue qualiter opponuntur adinuicem finitum mobile et infinitum immobile. ¶ Ad secundam extra celum de facto est spatium infinitum. nego: sed de hoc videtur postea diffusius. ¶ Ad tertium infinitum dicitur quod totum occupat: concedo: sic occupat totum et verum et imaginatum. modo hoc nego de mundo: nam licet occupet totum spatium verum: non tamen totum imaginatum vel imaginabile: nam licet extra mundum non sit aliquod spatium verum: tamen bene possumus imaginari ibi aliquod esse. et hec de questione.

Quæstio.VII.

Secundo circa finitatem et infinitatem mundi queritur vtrum possit esse aliquod corpus infinitum mobile circulariter et videtur q sic mouens infinitum debet habere mobile infinitum sed primum mouens est infinitum: patet octauo physicorum: ideo primum mobile sibi correspondens debet esse infinitum: sed primum mobile est mobile motu circulari in eodem octauo physico. quia ibidem dicit primum motum esse circularem et illum esse primi mobilis: adeo non solum videtur esse possibile: immo de facto videtur esse corpus infinitum mobile circulariter a motore: probatur. quia si motor esset infinitus et mobile finitum virtus mouentis excederet sine proportione virtutem mobilis: et per consequens moueret ipsum in non tempore siue in instanti: quod est impossibile. ¶ Secundo. in infinitum paruum corpus est mobile circulariter. ideo videtur q etiam in infinitum magnum corpus sit mobile circulariter: et per oppositum infinitum consequentia videtur tenere a simili: antecedens probatur: quia medietas celi est mobilis circulariter: et medietas medietatis eiusdem: et sic in infinitum descendendo. ¶ Tertio. si impossibile esset esse corpus infinitum mobile circulariter: hoc videretur esse ideo q infinita velocitas non potest esse in tempore finito vt arguit Arist. sed hoc est falsum: probatur sicut infinita tarditas potest esse in tempore finito: immo de facto est: ergo similiter infinita velocitas potest esse in tempore finito: consequentia videtur tenere a simili: nam simile videtur esse quantum ad hoc de tarditate et velocitate: antecedens probatur: nam partes circumferentiales mole fabri mouentur aliqua tarditate: et aliqua versus centrum in duplo tardius: et alie adhuc versus centrum in quadruplo tardius et sic in infinitum: adeo de facto in infinitum tarde mouetur aliqua pars: hoc in tempore finito.

Oppositum dicit Aristoteles. In ista questione. primo premittenda sunt duo. ¶ Secundo ponende sunt conclusiones.


De primo sciendum est q dupliciter dicitur impossibile: scilicet simpliciter et secundum quid. impossibile simpliciter dicitur quod necesse nec potest esse per aliquam potentiam siue naturalem siue supernaturalem: impossibile autem secundum quid dicitur quod non potest esse per aliquam potentiam naturalem licet bene supernaturalem. ¶ Secundo sciendum q infinitum corpus esse mobile circulariter potest imaginari vno modo q sit vnus orbis qui moueatur aliqua velocitate: et supra illum sit vnus alius duplus ad primum qui moueatur in duplo tardius primo: et deinde sit vnus alius puta tertius duplus ad secundum qui moueatur in duplo tardius secundo: et sic in infinitum ascendendo continue secundum proportionem duplam in quantitate orbium et tarditate motus eorundem: secundo modo q sit vnus orbis qui moueatur velocitate finita: et super illum sit duplus ad primum dupla velocitate motus: et super illum sit duplus ad secundum dupla velocitate motus ad velocitatem secundi et sic ascendendo secundum proportionem duplam in quantitate orbium et in velocitate motuum eorundem: tertio q sit vnum corpus circulare et infinitum protensum vndique mobile motu circulari: vt si imaginaremur vltimum celum esse in infinitum protensum et ipsum hoc moueri circulariter.

Quantum ad secundum sit prima conclusio. infinitum corpus mobile circulariter primo vel secundo modo esse naturaliter est impossibile. probatur: quia non est aliqua potentia naturalis que sic posset facere infinitos orbes vnum super alium: nec etiam infinitates sunt: cum probatum sit in secundo metaphysice q in essentialiter ordinatis non proceditur in infinitum. quales essent tales orbes sic ordinati. ¶ Secunda conclusio. infinitum corpus mobile circulariter primo et secundo modo potest esse supernaturaliter: probatur: nam aliquantum corpus mobile motu circulari potest esse immo de facto est: duplum ad illud mobile circulariter potest esse per potentiam diuinam: et sic vlterius sine statu. ideo infinitum corpus circulariter mobile per potentiam diuinam potest esse. antecedens quilibet catholicus habet concedere. consequentia patet per expositionem huius termini infinitum sumpti syncathegorematice in quantitatibus continuis. ¶ Tertia conclusio. est q infinitum corpus circulariter mobile primo vel secundo modo esse est impossibile qualitercunque accipiatur impossibile: nam si esset possibile q infiniti tales orbes de facto essent: ipsi possent adinuicem continuari: et sic fieret ex eis vnum infinitum circulariter mobile tertio modo: sed esse tale est impossibile simpliciter sicut statim probabitur. ¶ Quarta conclusio. si esset corpus infinitum circulariter motum tertio modo: ipsum haberet centrum: ista conclusio probatur per diffinitionem motus circularis positam in prima parte huius: dicebatur enim q circulariter moueri est moueri circa centrum: et hoc absque participatione ascensus vel descensus: et talis motus circularis est simplex. ¶ Quinta conclusio. si esset corpus infinitum circulariter motum. tertio modo ipsum non haberet centrum: probatur: quia centrum corporis dicitur medium illius corporis secundum equidistantiam ad extremitates: modo in tali infinito non essent extremitates: ideo non esset tale medium vn-

de si esset spatium infinitum vndequaqз que ratiõe hic partis suis esset cētrū vel mediū illius eadē ratiõe in roma vel vbicūqз placeret signare esset centrū eiusdem. ¶ Sed iuxta hoc dubitaē: quia dicit Aristo. in scđo metaphysice q infiniti si esset qlibet pars esset media: ꝛ hic in p̄sẽ huius dicit q nõ. Ista duo dicta possunt cōcordari distinguendo de medio: q mediū in aliquo cōtinuo dicit vno modo negatiue: q nõ est extremū immo aliqd ē vltra ꝛ aliqd citra: ꝛ sic qlibet pars infiniti si esset esset mediū: alio modo dicit mediū positiue p equidistantiā ab extremis: ꝛ sic nõ esset mediū corporis infiniti. ¶ Ex dictis bene cõcludiē q impossibile est esse corpus infinitū circulariter motū Et ista sit sexta cõclusio: quā Aristo. multipliciter probat in litera. primo sic: q si esset possibile esse corpus īfinitū circulariter motū tūc esset possibile in tpe finito ptrāsiri spatiū infinitū: cuius oppositū ostēdit Arist. vi. phy. 2ña pbatur: nā imagineē due linee exeūtes a centro illius corporis circa quod mouentur vsqз circūferentiā eiusdē corporis causantes angulū in centro a quo egrediūtur: ãnter illas duas lineas sic imaginatas cadit spatiū infinitū: tūc illud spatiū infinitū sic imaginatū pertransiē ab vna illarū linearū in tpe finito: postq̄ totale corpus facit vnā circuitionē in tempore finito. ¶ Iuxta istam rationē dubitaē: nā videtur primo q spatium interceptū inter illas duas lineas esset finitū qđ probatur. quia esset terminatū illis duabus lineis. ¶ Et cõfirmaē hoc: nā posito q qñ ille linee incipiūt egredi a centro cõstituant triangulū cū linea tertia q̄ vna cū illis recedat a centro: que tertia in recedendo sic crescat q continue maneat super illis duabus lineis cū quibus constituit triāgulū tūc quando ille linee per infinitū recesserint a centro inter eas cadit spatium finitū: quia figuratum figura triangulari. ¶ Secūdo videē q dicta ratio sic posset impediri q: diceret aduersarius q illud corpus infinitū circulariter mobile nõ faceret aliquā circuitionē pfectā in tempore finito: sed bene in tpe infinito: ꝛ sic nõ oporteret vnā de dictis lineis imaginatā in tpe finito pertrāsire spatium infinitū. ¶ Ad ista ad primū bene cõcedo q si eēt tale corpus infinitū circulariter motum ꝛ in eo essent imaginate tales due linee infinite egredientes a centro q inter eas īterciperet spatiū finitum: sed etiā cū hoc inter eas īterciperet spatiū infinitū: ex quo ille linee cõtinue vadūt elongādo: et sūt infinite: et q inter illas lineas spatiū totale interceptū esse finitū et idē ē īfinitū repugnāt adinuicē ꝛ sequūtur ābo ad eē corpus infinitū circulariter motū: cõcludo q esse tale corpus infinitū ē impossibile postq̄ ad ipsum sequūtur cõtradictoria. Et cõsimiliter respõdeē ad cõfirmationē. ¶ Ad secūdū respõdeo illa obiectio nõ valet: q: talis linea infinita imaginata vel in tēpore finito describit aliquē angulū circa cētrū vel nõ: si nõ: tūc nõ mouetur: ꝛ sic nec illud corp9 infinitum moueē: si aūt describit aliquē angulū tūc sicut deductū est: sequitur dictā lineam in tempore finito ptransire spatium infinitum imaginatū. ꝛ sic tale incõueniens sequitur ad dictam conclusionē siue illud corpus infinitū circulariter mobile ponatur complere vnam circuitionem in tpe finito siue in tempore infinito. ¶ Scđo si esset possibile esse tale corpus infinitū circulariter motū: sequereē q spatiū pedale pertransiretur in nõ tēpore siue in instāti: quod est falsum: probatio cõsequentie: nā ponatur q a cētro talis corporis protrahatur in infinitū linea a.b. que cū illo corpore moto circumuoluitur: ꝛ extra centrum imaginetur vna linea infinita quiescēs: que sit c.d. ꝛ sit equidistans siue paralella linee a.b. ꝛ spatium inter eas pedale in latitudine: ꝛ moueatur linea a.b. versus lineā c.d. tūc sequiē impossibile: scilicet q spatiū pedale pertransitur in nõ in tpe siue in instanti probatur: quia in pncipio motus verū est dicere q linea a.b. secundū se totam ꝛ secūdum quālibet sui partē distat pedaliter a linea c.d. ꝛ immediate post hoc non distabit: sed cõcurret cū ea: ꝛ intersecabit eā: cum nūc sit equidistans ei ꝛ immediate post hoc non erit equidistans ei: et cum necesse sit lineas non equidistantes siue non paralellas cõcurrere si in infinitū ptrahātur et sic cum nunc dicte linee distant pedaliter ꝛ immediate post concurrant: ideo sine tempore medio pertransitū est spatiū pedale ꝛ per motū continuum quod est impossibile. ¶ Iuxta dictā imaginationem sequitur q ita cito linea a.b. concurret cum linea e.f. multū ab ea distante sicut cum linea c.d. solum distante ab ea pedaliter: ꝛ sic ita cito ptransiret spatiū magnū vel sicut paruā partē eius. Probatio consequentie: quia cum dictis duabus lineis a.b. ꝛ c.d. imaginetur tertia linea scilicet e.f. etiam equidistās linee a.b. multo plus tamen distans ab ea q̄ c.d. tunc in instanti in quo a.b. incipit moueri versus c.d. ꝛ versus e.f. verum est dicere quod a.b. est equidistans linee c.d. Et etiam linee e.f. ꝛ immediate post non erit alicui earum equidistans: et cum omnes tres dicte linee sint infinite sequitur per diffinitionem linearum inequidistantium q immediate post instans datū linea a.b. concurret cum linea c.d. et etiam concurret cum linea e.f. cū immediate post instans datum erit inequidistās vtriqз. et sic dicta linea a.b. ita cito pertransibit spatium magnum interceptum inter ipsam et lineam e.f. sicut spatium paruum interceptum inter ipsāmet lineā c.d. ¶ Iuxta idem sequitur q linea a.b. ita cito intersecaret lineā c.d. sicut eam tangeret: quod est inconueniens. Probatio consequentie patet ex dictis: et hoc tunc vlterius sequitur quod linea a.b. immediate post instās in quo incipit moueri pertransibit spatium infinitum quod iterū est inconueniens ꝛ imaginatiõi repugnās. probatio consequentie. quia immediate post illud instans intersecabit lineam c.d. sicut iam ostendebatur: sed non potest ipsam intersecare nisi ptransiuerit spatium infinitum imaginatum versus circumferentiam dicti corporis. Ex eodem fundamēto deduci potest: q a. linea breuior b. linea possit fieri longior ea per solum motum localem: quod videtur inconueniens: probatur consequentia: sint a. ꝛ b. linee protracte in infinitum versus oriens sic tamen terminate versus occidens q b. terminetur ad centrum circuli ꝛ a. ad circūferentiam eiusdem versus oriens tunc vlterius imaginemur q ille due linee circumuoluantur fixe tamen manentes secundum extrema finita earundem: tali circumuolutione facta a. protenditur vltra b. sicut b. prius protendebatur vltra a. sicut potest considerari casum igitur per solum motum localem et cetera. ¶ Tertio arguitur ad dictam cõclusionem sic omnis linea circa centrum circumuoluta describit circulum scilicet maiorem maior: et minorem minor. Ideo infinita linea circa centrum mota describeret circulum infinitum: et hoc est impossibile: cum de ratione circuli et cuiuslibet figure sit esse terminatum: quod patet p diffinitionem figure positā in principio geometrie figura est que termino vel terminis clauditur: vnde nõ posset dici cuius figure esset infinitum: pportionabiliter ponenda esset conclusio de corpore infinito mobili motu recto: cuius probatio sufficienter haberi põt ex litera philosophi ꝛ ex dictis. De possibilitate infiniti per dei potentiam dictum est in tertio Physicorum.

Tunc ad rationes.ad primam potest dici q virtus infinita libera potest bene mouere mobile finitũ finita velocitate:quia non mouet q̃tũcũq̧ pōt:sed q̃tũ vult:ꝛ ideo nō oportet si sit potētia motiua infinita q ergo sit mobile sibi correspōdēs infinitũ. ¶ Ad scđaʒ ꝯcedo añs:sed nego cōsequētiā.ratio negationis cōsequētie est:quia diminutio continui bene vadit in infinitũ:sed nō augmētatio. ¶ Consimili modo respōdeatur ad tertiã:quia tarditas est diminutio mot⁹:velocitas aũt augmētatio:ꝛ ideo licet tarditas possit ire in infinitum:non tamen velocitas.

Quæstio.VIII.



Væritur tertio circa dictam materiã de finitate mũdi vtrũ infinitũ possit esse mai⁹ vel minus alio si essent plura infinita.seu vtrũ sit vnũ cōparabile alteri. arguit primo.q sic quia si essent plura quodlibꝫ eorum esset quantũ:ꝓpriũ aũt est quãtitati secundũ eam equale vel inequale dici:sicut dicit Arist.ĩ predicamētis:ergo infinitũ potest esse infinito equale vel inequale:ꝛ per cōsequēs cōparabile sm maius ꝛ minus. ¶ Secundo.omne cōparatũ alteri aut excedit ipsuʒ:aut exceditur ab eo aut est equale ei ergo sic videt̃ esse de infinito respectu infiniti si essent plura. ¶ Tertio si esset infinitũ ipsum esset cōparabile finito:q2 mai⁹ est infinito:ergo a fortiori est cōparabile infinito:quia cōparatio fit inter res eiusdē rationis modo magis cōueniũt duo infinita q̃ finitũ ꝛ infinitũ ¶ Quarto a.ꝛ b.infinita si essent vel essent equalia vel inequalia:si equalia sic sunt comparabilia:si inequalia tũc vnum est maius ꝛ alterum minus.quia quinto metaphysice dicitur q inequale idest q maius aut min⁹. ¶ Quinto duo infinita sibiinuicē supposita sic se possunt habere q̄ neutrũ excederet aliud nec excederetur ab eo:ergo essent equalia:consequentia tenet per vnũ principiũ geometrie:aiis patet:si essent due ligna v̓sus oriēs infinita:ꝛ versus occidēs vnũ eorum nō esset protensum vltra aliud:ꝛ vtrũq̧ eorũ esset pedaliter latũ. ¶ Sexto omne totũ est maius sua parte in aliqua ꝓportione modo vnũ infinitũ potest signari tanq̃ portio alterius sicut colũna infinita esset portio infiniti vndiq̧ ꝛ multitudo partiũ medietatis ē portio multitudinis ptiũ totius. ¶ Septimo.illud q̄ totũ occupat est maius illo quod nō totũ occupat:quia si nō:tũc pari ratione vnũ occuparet totũ sicut alterũ modo sic est de duobus infinitis quorũ vnũ ē infinitũ vndiq̧ ꝛ aliud nō. ¶ Octauo sit a.finitum duplũ ad b.ꝛ sic cōtinue per partes proportionales hore dupletur vtrũq̧:tunc statim patet q nihil deperdit̃ continue ꝑ horam de ista inequalitate aut proportione:quia continue est duplũ ad b.ergo in fine adhuc est duplum:quia nō deperditur subito in vltimo instanti cũ additio sit successiua:ꝛ tñ in fine sunt duo infinita vt statim sequitur ex casu:ꝛ ꝑ idē potest argui q vnũ infinitũ ad aliud sit duplũ triplũ quadruplum ꝛc. ¶ Nono sit a mobile quod inequalibꝫ parte proportionali hore pertrãseat vnũ pedale ꝛ b.similiter:tunc in fine a.ꝛ b.fuerunt equaliter mota:ergo ptransiuerũt spatia equalia:sed ex casu sequitur q illa spatia sunt infinita:ergo per imaginationē sequit̃ q duo infinita sunt equalia:ꝛ per consequēs cōparabilia. ¶ Decimo argui sic. moueat̃ a.per pedale ꝛ b.ꝑ pedale sicut prius in qualibet parte proportionabili hore:tunc a.mouetur in duplo velocius cōtinue:ergo ex diffinitiōe velocioris posita sexto phy.a.in duplo velocius mouetur ergo in fine pertrãsiuit in duplo maius spatiũ:sed quodlibet eorũ pertrãsiuit infinitũ:ergo vnũ ĩfinitũ alteri est duplũ:ꝛ ita potest argui q infinitũ potest quadruplari:ꝛ sic vlteri⁹. ¶ Deinde arguitur de infinito sm virtutem vel intēsionem:nã sit a.vna colũna infinita.ꝛ b.vna alia super posita:ꝛ sit a calidũ vniformiter in quodlibet puncto duobus gradibus extensiue:ꝛ b infinituʒ vniformiter frigidũ in quolibet suo puncto vno gradu frigiditatis tũc patet q quodlibet pedale ipsius a.aget in parteʒ b.cui supponit̃:ergo totũ a.aget in totũ b.sed tã caliditas q̃ frigiditas est infinita:ergo vnũ infinitũ aget in aliud:ꝛ q2 agens excedit passum ꝛ est maius eo statim sequitur q vnum infinitum est maius alio. ¶ Eodem modo esset si imaginaretur a.esse vnuʒ graue ita q̄ quodlibet pedale eius esset sicut vna libra in grauitate:quo posito a.moueret b.ꝛ faceret b.descēdere tali velocitate sicut bipedale moueret pedale:ꝛ hoc esset a proportione dupla:ergo vnum infinitũ est alteri duplum:ꝛ per consequens maius. ¶ Secũdo sic:sit a.infinitũ calidum infinite extensiue ꝛ intensiue:ꝛ b.infinitum habens caliditatem infinitam extensiue solũ tunc cum a.sit calidius b.in infinitũ.sequitur q caliditas eius sit maior in infinituʒ q̃ sit caliditas b.que etiam est infinita:quia in vno pedali ipsi⁹ a.est caliditas infinita:ꝛ tamen est maior in toto.a. ¶ Deinde arguitur de proportione infinita.quia dicitur quinto euclidis.si aliqua fuerunt continue proportionalia proportio primi ad tertium est dupla ad proportionem primi ad secundum:modo qualis est proportio corporis ad superficiem talis est superficiei ad lineaʒ:ergo proportio infinite corporis ad lineam est in duplo maior q̃ sit proportio corporis ad superficiem. ¶ Secundo in eodem quinto euclidis dicitur:q si due quãtitates cōparantur ad tertiam illa tertia habebit ad minorem maiorem proportionem sicut quatuor maiorem habēt proportionem ad vnum q̃ ad duo ergo angelus rect⁹ habebit maiorem proportionem ad angelum contingentie minorem q̃ ad maiorem:ꝛ ad vtrũq̧ habet infinitam:vt patet tertio euclidis:ergo vna proportio infinita est altera maior. ¶ Deinde arguitur de tempore.quia si mundus fuit ab eterno sicut fuit secundum Aristotelem:tunc luna fuit infinities eclipsata ergo totuʒ tempus quo luna fuit eclipsata fuit infinitum:ꝛ ideo videtur q totum tempus eternũ non sit maius illo tempore in quo luna fuit eclipsata nisi tunc ponatur vnum infinitum esse maius alio:secundo non esset fugibilius habere malum perpetuum aliquantũ intensum q̃ in duplo vel in quadruplo magis intensum:quod videtur esse falsum:consequentia tenet:q2 vtrobiq̧ esset malum infinitum:ꝛ si alterum nō esset maius tunc non esset fugibilius. ¶ Deinde arguitur de deo.sequeretur q deus non potest mouere infinitũ posito q fecisset vnum infinitum.consequentia tenet:quia deus non esset potētior ex quo vnum infinitũ nō esset maius alio. ¶ Secundo si faceret qualitatem infinitam que esset virtus infinita tunc deus nō esset maioris virtutis:quod est inconueniens.

Oppositum arguitur.nam infinitum si esset occuparet locum sibi equalem vel spatiuʒ imaginatum quod esset infinitum:ꝛ sic esset infinitũ infinito equale quod Arist.ꝛ Cōmentator reputãt impossibile tertio physicorũ:modo si impossibile est infinituʒ

infinito esse equale pari ratione videtur q impossibile sit infinitum infinito esse maius vel minus: et per consequens videtur q impossibile sit infinita infinito esse comparabilia. ¶ In ista questione primo ponam duas breves distinctiones deinde conclusiones.

Prima distinctio est q equale dicitur dupliciter. uno modo quando aliqua dicuntur equalia sine additione et totum toti est equale in summa: et isto modo nihil simul est idem equale et inequale. Alio modo aliquid dicitur equale alteri secundum quid. s. secundum latum vel secundum longum aut a dextris aut a sinistris etc. et sic aliqua sunt equalia et inequalia secundum quid: quia aliqua equalia secundum profundum sunt equalia secundum longum et etiam latum. ¶ Secunda distinctio. q aliquid dicitur maius alio dupliciter. uno modo proprie quia ad aliquod certum habet maiorem proportionem sicut tripedale ad pedale habet maiorem proportionem quam bipedale: ergo est maius eo proprie sicut patet ex quinto euclidis. secundo modo aliquid dicitur maius alio improprie: quia continet aliquod totum et adhuc plus licet non habeat ad illud maiorem proportionem: sicut si a. esset aggregatum per imaginationem ex uno corpore et una superficie. et b. esset corpus equale a. accepto sine illa superficie: tunc a. esset maius b. improprie. quia indivisibile additum divisibili non reddit ipsum maius.

Quantum ad secundum pro prima conclusione ponende sunt tres suppositiones. ¶ Prima est q nihil potest fieri maius quam sit solum ex alia ordinatione et situatione partium. nec potest fieri minus sine subtractione vel condensatione. similiter nulla multitudo potest fieri maior multitudo sine additione unitatis nec minor sine subtractione. ¶ Secunda suppositio. q quecumque similiter supposita vel per imaginationem applicata sunt si unum non excedit aliud nec exceditur: unum eorum nec est maius nec est minus alio et similiter est de multitudinibus que sic se habent q cuilibet unitati in una correspondet unitas in alia earum una non est maior altera neque minor: et hoc videtur per se manifestum postquam unum non excedit alterum. ¶ Tertia suppositio q infiniti ad infinitum nulla est proportio finita sicut dupla vel tripla et cetera: quia tunc sequeretur q finitum esset medietas infiniti vel pars aliquota ita q finities sumpta faceret infinitum: quod implicat et intelligo hoc de infinitis que essent in eiusdem rationis. ¶ Tunc sit prima conclusio. nullum infinitum altero infinito est maius aut minus: scilicet corpus corpore: superficies superficie: multitudo multitudine: tempus tempore: virtus virtute: probatur. nam impossibile est infinitum esse: sicut dictum est prius. ergo et cetera. ¶ Aliter arguitur sic. nam per imaginationem si est possibile sit a. unum corpus infinitum undique et b. sit unum aliud infinitum pedaliter latum et pedaliter profundum et in infinitum longum solum versus occidentem tunc per imaginationem dimisso a. sumatur primum pedale de b. et fiat sphericum. deinde secundum addatur primo et fiat totum sphericum: deinde tertium: deinde quartum: et sic ultra: et non fiat rarefactio nec aliunde additio et continuetur hoc secundum partes proportionales hore quod adversarius non reputaret impossibile. tunc in fine hore totum hoc erit infinitum undique: quia infinite sunt facte additiones equales. ponatur ergo per imaginationem q applicetur ipsi a. si duo corpora essent simul tunc non excedit a. nec exceditur. quia quodlibet undique est extensum: ergo per secundam suppositionem non erit maius neque minus: sed ipsi b. nihil est additum nec ipsum est rarefactum: ergo per primam suppositionem non est augmentatum: ergo in principio quando erat infinitum solum secundum longum et ab una parte non erat maius quam a. neque minus: sed tamen si aliquod infinitum est vel potest esse maius alio. a. deberet esse maius b. ¶ Et si dicatur q non immo forte sunt vel possunt esse duo alia infinita quorum unum esset maius alio. hoc non valet: quia de quibuscumque aliis infinitis potest eodem modo argui et sic ratio in generali arguendo sic: omne infinitum potest taliter aptari sine diminutione vel augmentatione q alterum infinitum non excedet ipsum nec excedetur ab eo. ergo nullum altero est maius vel minus. antecedens patet ex casu posito consequentia tenet ex suppositionibus. ¶ Iuxta eandem imaginationem sequitur q ex b. potest fieri infinitum undequaque: et tamen b. adhuc non esset diminutum: ut si capiatur secundum pedale et deinde quartum et deinde sextum et deinde octavum et sic ulterius secundum partes alternatas et ponantur in globo sicut prius et alia pedalia remanentia coniungantur: tunc patet propositum. Nec solum hoc sequitur sed etiam q ex ipso b. non diminuto potest fieri adhuc unum aliud infinitum per eandem viam immo infinities infinita. Ex hac imaginatione sequitur q impossibile est infinitum esse sicut dicebatur in precedenti questione. ¶ Secundo arguitur ad conclusionem sic. aut infinitum excederet infinitum excessu finito aut infinito: non finito quia tunc esset proportio in infinitum parva: quod patet: quia si est certa proportio sicut dupla: tunc finitum esset medietas infiniti vel pars aliquota. quod est contra tertiam suppositionem. et si est in infinitum modica tunc unum non est maius alio proprie: sicut patet ex secunda distinctione. Nec potest dici q unum infinitum excedat aliud excessu infinito: quia aut hoc esset finite. s. in certa proportione sicut dupla vel tripla etc. aut infinite ultra omnem proportionem finitam: non potest dici primum: quia tunc unum infinitum esset medietas alterius infiniti cuius oppositum ostenditur tertio physicorum: nec secundum sicut prius dicebatur non posset assignari ubi esset medium: sicut patet de tempore eterno. nec potest dici secundum: quia tunc non esset proprie maius sicut dicebatur in secunda distinctione sicut nec corpus est proprie maius superficie nec superficies linea. ¶ Tertio arguitur de multitudine: nam sit unum pedale per imaginationem divisum per partes proportionales tunc super primam partem sit aliquod album: super secundam sit aliquod nigrum: et super tertiam iterum aliquod album: et super quartam iterum aliquod nigrum et sic alternatim de aliis partibus proportionalibus. tunc auferatur primum nigrum et transferatur secundum album super secundam partem: deinde auferatur tertium nigrum transferendo sicut prius: et consequenter amoveantur omnia nigra: istum casum concederent adversarii tunc clarum est q super quamlibet partem erit aliquod album. ergo per primam suppositionem multitudo alborum non est maior nec minor multitudine partium proportionalium: et per idem patet ex principio casus q tota multitudo alborum et nigrorum non est maior nec minor multitudine partium proportionalium: ergo sequitur q alba et nigra simul sumpta non sunt plura nec pauciora quam alba solum. ¶ Pro secunda conclusione sit prima suppositio. q portio alicuius non est equalis illi cuius est portio: et cum quo est eiusdem rationis: hoc videtur per se notum. quia si negaretur eodem modo posset dici q pars et totum continuo est pars esset idem vel equalia. ¶ Secunda suppositio. si unum superexcedit et transcendit aliud et non ab aliqua parte exceditur ab illo: illa non sunt equalia. quod videtur esse per se manifestum ex quid nominis

equalia. ¶ Tertia suppositio. si ab equalibus equalia
demas q̃ remanẽt erũt equalia: siue dempta hẽant ꝓ-
portionẽ ad residua siue nõ. sicut si a duobus angulis
rectis remoueantur duo anguli contingentie equales
restant equalia. Et iterum si equalibus iungantur ine
qualia tota sunt inequalia: siue habeant proportio-
nem siue non sicut prius nõ est ratio quare ista sint ma
gis vera de finitis q̃ infinitis si essent. ¶ Tunc sit secũda
ↄclusio. aliqua duo infinita nõ sunt equalia: probatur: et
nã sit a corpus infinitũ vndequaq̃ ꝑ aduersariũ: tunc
in eo põt signari pars b que est pedalis lata et profun
da et in infinitũ lõga versus occidẽtẽ q̃ sit b. tũc arguitur
sic a. et b. non sunt equalia: ergo aliqua duo infinita nõ
sunt equalia: añs patet: quia b. est portio a. ergo per ꝑ
mam suppositionẽ b. et a. non sunt equalia. ¶ Secun-
do sit a. pedaliter latũ et ꝓfundũ et in infinitum longũ
versus occidentẽ solum: et b. simili modo et supponantur
ita q̃ vnum non transcendat alterũ: tunc a. et b. videntur
esse equalia si aliqua infinita sunt equalia. deinde iun-
gatur ipsi a. corpus quatuor pedũ: et sit c. et ipsi b. iũga
tur d. corp⁹ vnius pedis: tunc arguitur: si a. et b. nõ sũt
equalia habetur intentũ: si sunt equalia: ergo ꝑ tertiã
suppositionem adiunctis c. et d. inequalibus tota sũt
inequalia: ergo duo infinita. scilꝫ a. c. ex vna parte: et b.
d. ex altera: sunt non equalia q̃d est ꝓpositum. ¶ Confir
matur. sint a. et b. corpora vt pri⁹: et trahatur a. ad ori-
tem vsq̃ quo a. transeat extremitatẽ b. et tũc a. superpo
sitũ b. transcendit ipsum: et nõ econuerso: ergo a. et b. nõ
sunt equalia. ¶ Tertio sint a. et b. duo infinita qualiter
cunq̃ a non tamen vndequaq̃: tunc adiungatur c. qua-
drupedale ipsi a. et d. vnius pedis ipsi b. tũc vel duo in
finita a. c. et b. d. nõ sunt equalia et habetur ꝓpositũ. vel
sunt equalia: et tũc demptis eq̃libus scilꝫ a. et b. rema-
nent per tertiã suppositionẽ c. et d. equalia q̃d est con-
tra positum. Si dicatur q̃ a. et b. nõ sunt equalia. hoc
est q̃d peto: et sic semꝑ sequitur ꝓpositum. consimiles
rationes adduci possunt de multitudinibus infinitis.
Consimili modo põt argui de virtutibus: q: nõ dñr in-
finite nisi que põt producere infinitũ effectũ: et ideo ex
nõ equalitate effectuũ arguẽ non equalitas causarũ
vel virtutũ. Concludatur ergo q̃ in quolibet genere i
quo põt imaginari infinita aliquid alteri est nõ equale
et hoc concludaẽ iuxta dicta et concessa aduersariorũ.
¶ Tertia conclusio: nulla infinita sunt adinuicẽ cõpa
rabilia: ꝓbatur: nullum infinitũ est maius alio nec mi-
nus ꝑ primã cõclusionẽ: ergo vel oĩa sunt equalia vel
non sunt adinuicem cõparabilia: sed nõ oĩa sunt equa
lia per secundam conclusionem: ergo oĩa non sunt ad-
inuicẽ comparabilia: et hoc dicit conclusio. ¶ Quarta
cõclusio. infinita si essent ne essent adinuicẽ cõparabi
lia: ꝓꝫ ꝑ cõclusionẽ ꝓcedentẽ: et etiã essent ad inuicẽ com
parabilia: ꝓbaẽ: q: ad impossibile sequitur quodlibet
modo impossibile est esse infinitũ: sicut dictũ est. ergo
ec. ¶ Iuxta aliquas conclusiones infero corolaria
¶ Primum infinitũ non põt augeri nec addendo fini
tũ nec addẽdo infinitũ: patet: q: quo augeri est fieri ma
ius aliquid esset maius infinito: q̃d est ↄtra primã cõ-
clusionẽ nec põt minui nisi tollẽdo infinitum et cũ hoc
q̃ remaneat solũ finitũ: vnde existente infinito nõ po
test minorari et sic non põt duplari nec triplari: q: hoc
est augeri nec etiã subduplari vel subtriplari: q: tunc
diminueret ipso remanẽte infinito: modo nunq̃ finitũ
est subduplũ ad infinitũ. alter cũ ex duob⁹ finitis pos
set cõstitui infinitũ: q̃d est falsum. ¶ Secũdo sequitur
q̃ infiniti non est pars ꝓprie dicta: nec aliquota: sicut
duo sũt pars ipsorũ sex: nec etiã nõ aliquota sicut tria
sunt pars ipsorũ quinq̃: ꝓbatũ talis pars infiniti nõ est

aliquid finiti: quia finiti ad infinitum non est aliqua ꝓ
portio nisi sicut linee ad punctum. Nec est aliquid infi-
nitum: quia tunc infinitum ad infinitum haberet ali-
quam certam proportionem que est inter maius et mi
nus: et iam omnis pars est minor suo toto et sibi com
parabilis: sed infinitum infinito non est comparabile
nec minus nec maius nec infinitum est totum nisi vel
de improprie: patet: quia totuꝫ dicitur relatiue ad par
tem: et iam ostensum est q̃ non habet partem. ergo ec.
¶ Tertio sequitur q̃ per continuam augmentationẽ
finitum fieret subito infinitum: si possibile esset fieri in
finitũ: ita q̃ in instanti sit finitũ et immediate post infi-
nitũ: vel econuerso. s. in instanti est infinitum: et imedia
te ante erat infinitum: sicut est dare primũ instans in q̃
q̃libet pars ꝓportionalis alicui⁹ ↄtinui est ꝑtransita et
imediate ante illud instans non: et ita ꝑ subtractionẽ
finiti ab infinito infinitũ fieret subito finitũ: ita q̃ i ta
li subtractione deueniretur ad aliquod instans in quo
primo erit verũ dicere nunc illud ꝑ subtractionẽ factũ
est finitũ et immediate ãte hoc nõ. ¶ Ultimo sequitur
q̃ infinitũ non põt mouere infinitũ nec successiue nec
subito: et hoc dicit Arist. primo huius: nõ successiue q:
talis velocitas sequitur proportionem mouentis ad
motum: modo infiniti ad infinitum non est proportio:
nec subito: quia tunc infinitum esset maius infinito in
infinitum quod est falsum.

Ad rationes. Ad primam quãdo dice
baẽ infinitũ si eẽt / eẽt q̃tuꝫ: verũ est etiã si esset: et ꝓꝫ nõ
esset q̃tũ cũ ad impossibile sequantur contradictoria
et sic infinitũ si esset vel si essent plura vnũ eẽt mai⁹ alio
et esset sibi cõpabile: et nõ esset maius alio nec esset sibi
cõpabile: et iõ quicquid tibi placet sequiẽ ad infinitũ eẽ
¶ Ad secũdã oĩe ↄpabile ec. ↄcedo totũ: sed nego q̃
sit sic de infinito: q: infinitum non est alicui ↄparabile
¶ Ad tertiã. si esset infinitũ: et ec. ↄcedo: et etiã dico q̃ nõ
esset cõparabile finito: et cũ sicut iam dicebatur ad infinit
tum esse sequuntur contradictoria post quã infinitum
esse est impossibile sicut probatũ est: et conformiter etiã
potest responderi ad omnes alias rationes iuxta ideꝫ
fundamentum.

Quæstio.IX


Varto circa dictã ma
teriã queritur: vtrũ mundus sit
magnitudo finita vel infinita: vi
detur q̃ sit magnitudo infinita.
q: totũ occupat. tale autẽ est in
finitũ. ¶ Secũdo. nisi mũdus es
set magnitudo infinita extra mũ-
dũ videretur esse spatium infini
tũ: et sic adhuc sequitur q̃ eẽt dare actu infinituꝫ: cui⁹
oppositũ prius dictũ est. Et confirmatur: quia si mũd⁹
esset magnitudo finita aliquis existẽs in extremo mũ-
di vtiq̃ posset extendere brachiũ suũ: et cũ nullum videa
tur esse impediens ipsum: et per consequens ibi videẽ
esse spatiũ et nõ finitũ: q: non videẽ ratio vsq̃ ad q̃tum
illud spatiũ esset extensuꝫ precise. Tertio q: nisi extra
mundũ esset spatiũ vel locus sequereẽ q̃ vltimũ celuꝫ
nõ moueret localiter: hoc est falsum: falsitas ↄñtis pꝫ:
q: mouetur et non alio motu specie a motu locali: ergo
cõsequẽtia probatur: nã tunc vltimũ celũ nõ esset in lo
co: et ꝑ cõsequẽs nõ mutaret locũ: et cũ latio seu motus
localis sit loci mutatio: sequitur illud quod dictuꝫ est
scilicet q̃ vltimum celum non mouetur localiter.

Oppositum vult Aristot. in litera qui

probat hoc tamq̃ vnã ꝯclusionẽ principalẽ q mund⁹ sit magnitudo finita. ¶ Hic erũt duo articuli. Primus erit de principali q̃sito. Secũdus erit posito q mundus est magnitudo finita verũ extra ipsum sit aliquid: puta spatium infinitum vel aliquid aliud de quo iam tangebatur in arguendo.

De primo sit ista conclusio. q mundus est magnitudo finita: probatur: mũdus est magnitudo iuxta prius dicta: vel ergo est magnitudo finita vel infinita si finita habet ꝓpositũ: si infinita tũc sequitur q aliquid esset actu infinitũ: cuius oppositũ ostẽsum est in precedentibus.

De secundo videtur q extra mundũ vtiq; sit spatium: quia extra mundũ deus posset adhuc creare vnũ lapidẽ: sed talis nõ esset in indiuisibili: immo aliquod spatium diuisibile videret occupare. ¶ Scdo quia de⁹ talẽ lapidẽ extra mundũ creatũ põt mouere motu recto: i facere eũ distare plus ab vltimo celo q̃ prius sed non potest talia facere nisi p spatiũ. ¶ Tertio de⁹ extra mundũ posset creare duos lapides quorũ vnus eẽt extra alterũ: ergo videt q de facto extra mundũ sit extra: sed extra est differẽtia loci vel spatij: ergo videt q extra mũdũ sit spatiũ. ¶ Cõfirmatur: quia si tales lapides nõ essent sibimuicẽ immediati: sicut deus posset eos creare: tunc vnus videretur distare ab alio: r p ꝯñs extra celũ videretur esse distantia p quã tales lapides creati distarent. ¶ Quarto nã ponatur q de⁹ extra hunc mũdũ faciet duos alios mũdos r illi tres mundi ꝯtingerent se sicut sphere imaginantur se cõtingere: videt q inter illos tres mũdos r pũcta in quib⁹ contingerẽt se esset spatiũ mediũ r distãtia mediata: alioquin tangerent se fm superficies r nõ fm pũcta: qd est falsum. ¶ De isto articulo sit prima cõclusio. extra mundũ nõ est corpus: pbat sic. oẽ corpus vel mundus est pars mundi: immo oẽ ens: r nõ solũ corpus: cũ mundus sit vniuersitas entiũ: sed nec mũdus nec pars mũdi est extra mundũ: ergo rc. Secundo. si extra mũdum esset corpus vel esset ibi naturalr hoc non põt dici: quia oẽ corp⁹ siue simplex siue mixtũ habet aliud q̃ extra mundũ locũ suũ naturalẽ: r cũ vnius corporis fm speciẽ nõ sint plura loca naturalia secundũ speciẽ sequit q tale corp⁹ nõ eẽt ibi naturaliter. nec põt dici q violenter: quia tũc ille locus esset alicui alteri corpori naturalis quod est impossibile: quia neq; est naturalis simplici neq; mixto. ¶ Secũda cõclusio. extra mũdũ non potest esse naturaliter aliquod corpus: probatur quia nec potest ibi esse naturaliter corp⁹: simplex nec corpus mixtum: quia tale nec potest ibi esse naturaliter nec sicut iam probatur. consimiliter q extra mundum nec est nec potest esse naturaliter aliquis locus: probatur: nam si sit talis locus esset alicui corpori naturalis: et alicui alteri violentus: quod est falsũ: sicut patet ex iam probatis: et ita probaretur q extra mundũ nec est nec põt esse vacuũ: nã vacuũ dicitur vbi non est corpus: sed põt esse: modo licet extra celũ nõ sit corpus cũ hoc etiã nõ põt ibi esse corpus r p ꝯñs non est ibi vacuũ nec põt esse. vnde hic terminus vacuũ cũ sit terminus priuatiuus nõ significat solum carentiã corporis alicubi: sed cũ hoc connotat aptitudinẽ essendi corpus ibidẽ. ¶ Tertia conclusio. nec extra mundum potest naturaliter esse motus: probatur: vbi nõ potest naturaliter esse corpus nec potest esse locus: ibi nõ potest esse motus: sed extra celum non possunt esse hec: ergo rc. maior est nota ex hoc q ad oẽ motũ requiritur corpus mobile p3 ex quinto physicoꝝ. ¶ Quarta cõclusio. extra mundum nõ potest esse tempus: probatur: vbi non potest esse tempus ibi nõ potest esse tempus: sz extra mũdũ nõ põt esse motus p p̃cedentẽ conclusionem: igitur nec tẽpus: maior p3 ex hoc q tempus est idẽ cũ motu quarto physicoꝝ. ¶ Quinta cõclusio. deus r intelligentie nec sunt extra mundũ nec sunt in mundo circũscriptiue: p3 ex eo quia huiusmodi carent situ r magnitudine sed sunt extra mundũ priuatiue id est non habent situ in mundo. cũ quo bene stat q deus r intelligentie sunt pars mundi licet nõ habeant situ in mũdo. ¶ Ex quibus his cõcluditur hoc q Aristo. dicit in primo huius: q extra mundũ nec est corpus nec est locus nec est vacuũ: nec est motus: nec est tẽpus: sed extra mundum sunt entia alterabilia optimã vitam ducentia: exponendo ly extra priuatiue fm intellectũ p̃cedentis conclusionis. Vlterius dico ad saluandũ q deus supernaturaliter extra mundũ posset creare vnũ lapidẽ vel vnũ as: vel vnũ aliũ mundũ vel plures non oportet ponere q de facto extra mundũ sit spatiũ vel vacuũ vel distantia vel aliquod tale: pbatur: nam si extra mũdũ de facto esset aliquod tale deus posset illud anihilare r nõ minus illo annihilato posset creare extra mundum illa que vellet sicut mõ r gitur. Consequenter ꝯcedo q deus potest talẽ lapidẽ creatũ extra celũ mouere: nõ motu locali: sed motu eiusdẽ rationis cũ motu locali: absq; hoc q fieret propinquior vel remotior lateribus celi. ¶ Iuxta dictam imaginationem vlterius possumus imaginari q sicut deus posset omnia infra latera celi annihilare absq; hoc q latera celi se tãgerẽt sic in aliquo paruo loco vt i grano milij ipse potest ponere vnũ corpus ita magnum vt totalis mundus absq; aliqua condensatione vel rarefactione vel corporum penetratione. vnde ita imaginandum est de corpore Christi in hostie quando in illa parua hostia corp⁹ Christi ẽ ita magnum sine condensatione et penetratione quãtum q sicut erat pro nobis peccatoribus suspensum in cruce. ¶ Iuxta idem possumus imaginari q in tali paruo grano milij posset creari vnum spatium centum vel mille leucarum: vel quotquot volumus. Et consequenter imaginandum est q aliquis homo in vno grano milij posset ambulare per mille leucas de vno extremo ad tertium perueniret ad aliud: et plura alia similia iuxta hoc essent concedenda.

Ad rationes. Ad primam. mũdus occupat totũ. potest hic dici q mũdus nõ occupat aliud spatiũ a se: r iõ sicut nõ occupat seipsum ita nõ occupat aliud spatiũ. Vel aliter dicatur sicut prius dicebatur qñ dicit infinitũ est qd totũ occupat verũ est q totũ occupat spatiũ verũ r imaginabile: sed hoc nego de mundo. ¶ Ad secundã. nisi mundus esset magnitudo infinita extra mundũ esset spatiũ infinitũ: nego consequentiã: quia nec propter hoc esset extra mundum spatium finitũ nec infinitum. Vlterius gratia materie argumenti dico q extra mundũ deus posset creare bene spatiũ finitũ tantũ quantũ sibi placeret absq; hoc q illud spatiũ esset infinitũ. ¶ Ad confirmationẽ. si mundus est magnitudo finita: tunc aliquis existens in superficie vltima celi posset extendere brachium suum: nego r cũ dicebatur nullum esset impedimentum resistens vltra mundũ placet mihi: sed vlterius dico q hoc non obstãte non posset propter defectũ receptaculi sicut loci vel spatij in quo brachiũ reciperetur brachium suum extẽdere. ¶ Ad tertiam si extra celum non esset locus vel spatium vltima sphera non moueretur localiter: concedo: cũ quo tamen bene stat q mouetur motu eiusdẽ speciei cũ motu locali: r de hoc dicebatur sufficienter

in libris physicorū. ¶ Deinde erāt ibi facte alie rationes iuxta secūdū articulum questionis quibus etiam probabatur q extra mundū esset spatium que etiā restant soluende. ¶ Ad primū. extra mundū deus posset creare vnū lapidē: placet mihi: sed vlterius dico q talis lapis non esset in aliquo spatio neq diuisibili neq indiuisibili: q nō eēt in loco aliquo sicut nec totalis mūdus: bñ tñ ɔcedo q qñ crearet lapis extra mūdū etiā crearet spatiū extra mūdū et illud spatiū nō esset aliud ꝙ ille lapis creat⁹. ¶ Ad secūdū. deus potest illū lapidem creatū extra mundū mouere elongando ipsum a celo: dico q verum est: sed hoc non potest esse nisi etiā crearet spatiū in quo moueretur: et per quod haberet certū situm ad centrū vel celū: et ad ptes celi: sed post quā deus absolueret illū lapidē a determinato situ ad celū ipse nec esset ꝓpe celū nec longe a celo: et de hoc dicebatur in corpore questionis. ¶ Ad tertiū. deus pōt extra mundum duos lapides creare. quorū vnus esset extra aliū: concedo accipiendo ly extra negatiue ad istum sensum q vnus esset in alio: sicut nec vna intelligentia est in alia: sed vlterius dico q nō pōt facere vnū eorum extra alium positiue: nisi concrearet eis spatiū vel distantiam per quod vel quā vnus eorū esset extra alium: et vlterius dico q extra negatiue acceptū nō ē differētia loci vel spatij: sed bene extra positiue et affirmatiue acceptum. ¶ Ad quartum ex eodem fundamēto dicatur.

Questio.X.

Bonum est iuxta ordinē Aristotelis ꝓcedere et querere mō circa tertiā materiā principalē quā pertractat Aristo. in primo hui⁹. s. iuxta finitatē mūdi in multitudie. circa quā primo ꝙrit vtrū supposito q essent plures mūdi terra vni⁹ mūdi moueret ad mediū alteri⁹ mūdi. arguit q nō: quia si deus ad istū mūdū faceret vnū aliū: nō ꝓpter hoc terra vni⁹ mundi haberet aliā inclinationē quā habet. sed tam non moueret vel non inclinatur moueri alicubi nisi ad medium hui⁹ mundi ꝙ neq tūc: assumptū patet ex eo q ex quo terra ē vnū corpus simplex habet vnicā inclinationem: scilicet ad vnicū locum et non ad diuersa. s. secundū speciē. ¶ Secundo si sic vel hoc esset naturaliter vel violenter: non naturaliter: quia terra istius mūdi nō posset moueri ad mediū alterius mundi nisi ascenderet in isto mundo: sicut patet intuenti: modo ascēdere non cōpetit naturaliter ipsi terre secundū naturā eius ꝓpriā: sed violēter. Si autē dicatur q terra huius mundi moueret violēter ad mediū alterius mundi: tunc non oporteret: nec eēt necessariū si plures essent mundi q terra hui⁹ mūdi moueretur ad medium alterius mundi postꝙ esset violentū. Et etiā hoc est contra Aristotelem in littera ꝙ dicit q naturaliter terra vnius mūdi moueretur ad terrā alterius mundi. ¶ Tertio. si esset alius mundus ignis vnius mundi non moueretur ad ignem alterius mundi: igitur nec terra ad terrā: cōsequentia tenet a simili: añs ꝓbatur: hoc non posset esse nisi ignis vnius mundi fieret centro alterius mūdi ꝓpinquior: et sic ille ignis descenderet: quod non conuenit naturaliter igni: consequentia tenet ex hoc q centro fieri propinquius est descendere: sed q ignis nō naturaliter descēdet patet: q ex quo naturaliter ascendit eidē simplici conuenirent plures motus secundū speciem: et hoc naturaliter: cuius oppositū est prius probatū. ¶ Quarto. si essent plures mundi illi essent eiusdem rationis: igitur sicut terra in isto mundo quiescit in medio hui⁹ mundi naturaliter: ita terra alterius mūdi quiesceret in medio alterius mundi naturaliter: et sic vna non tenderet ad aliā: sed ad medium sui mūdi si eēt extra ipm quia tenderet ad medium ibi propinquius: sed si contingeret q equaliter ab vtroq distaret quiesceret inter ambo sicut ferrū inter duos adamantes equaliter trahētes. ¶ Quinto. nā terra vnius mundi nō posset moueri ad terram alterius mundi nisi diuideretur celum huius mundi et etiam celū alterius mundi: modo hoc est impossibile postꝙ celum est indissolubile. ¶ Sexto adhuc supposito q diuideretur celum non posset moueri vsq ibi nisi transiret vacuum interceptum inter illos duos mundos ꝙ postꝙ non possent se tangere secundū superficiem postꝙ essent spherici inter eos interciperetur vacuū: modo corpus simplex quale est terra non posset moueri in vacuo sicut patet quarto physicorum igitur &c.

Oppositum determinat Aristoteles.

In ista questione primo ponende sunt quattuor conclusiones preambule. secūdo rñdendum est ad quesitum.

Prima est: omnia grauia naturaliter mouentur ad suum locū naturalē. s. deorsū. et leuia ad suum. s. sursum si non fuerit impedimentum: probatur. ex hoc q quanto aliquid est grauius tanto ceteris paribus descendit velocius. igitur non violenter sed naturaliter: añs pz ad experientiā: consequentia tenet quia si hoc non esset naturaliter sed violenter tūc grauitas resisteret et maior grauitas magis resisteret: et per consequens tardius moueretur. Ex ista cōclusione pz falsitas duarū opinionum de motu terre ad medium Una dicit q terra in principio mundi fuit prope celū et quando celum incepit moueri: violēter pulsa erat ad medium: et sic adhuc fieret quando aliquod graue eēt positum sursum sicut terra vel aliquod tale: violenter motu celi pelleret ad medium recte: sicut quādo ponitur aliq̄ faba vel aliquod tale in aliquā scutellā et velociter circūuoluit illa scutella: faba ꝓpter motū scutelle pellit ad medium. ¶ Erat secunda opinio q terra moueret ad medium quando esset extra ipsum motu tractus: imaginabat eī q cētrū mundi traheret sibi terrā et sibi alia grauia: et sic ambe iste opiniones imaginant grauia moueri ad mediū motibus violentis. vna quidem dixit q hoc fieret motu pulsus: alia motu tractus: isti autē motus sunt violēti. ¶ Contra istas opiniones est ɔclusio nr̄a. Cōtra tamē eius probationē dubitat: nam si valeret argueret consimili forma: grauiora mouent velocius sursum ꝙ leuiora: igit motus grauium sursū est naturalis. antecedēs patet de plūbo qd̄ velocius proijcitur sursum ꝙ pluma. vnde si consequentia ad conclusionem facta valeret: et ista valere videt. ¶ Respōdet q illa instantia non valet. nā dicebat in ratione facta ad ɔclusionem vniuersaliter ꝙto aliquid est grauius: tanto velocius descendit: modo quāuis grauius velocius ꝓijciat sursum: tñ falsum est q ꝙto aliquid est grauī⁹ tanto velocius moueat sursum immo aliquod posset esse ita graue q nō posset ꝓijci sursū sz nihil pōt esse ita graue quin ipsū naturā sic descēderet immo quanto grauius, tanto veloci⁹. Hoc incidēter possumus notare causam quare plumbū remotius ꝓijcit ꝙ pluma: et hoc a proijciente sibi commētur: cuius causa est: nam illud quod est grauius est receptiuū pluris virtutis a proijciente: et est diutius retentiuū il

ſius ꝟtutis propter pluritatē materie:ꝙ virū leue ſi
cut pluma vł aliquod tale:⁊ ita mediante illa virtute
recepta ⁊ retēta velocius ⁊ remotius ꝓijcit. ¶ Secū
do arguit ad cōclusionē sic. grauia in deſcendēdo mo
uentur velocius in fine ꝙ in principio:⁊ ſimiliter leuia
in aſcendendo: ideo tales motus talibus corporibus
ſunt naturales et non violenti:aña patet ad experien
tiā:cōſequentia probatur:quia proprium eſt motibus
naturalibus ſaltem in medijs vniformibus in fine intē
di: ⁊ et motibus violentis in fine remitti:nam in moti
bus violentis virtus motiua fatigatur et debilitatur
continue:⁊ ſic in fine mouet tardius:qualiter nō eſt in
motibus naturalibus. ¶ Tertio arguit ad concluſio
nem.ſi grauia nō mouerent naturaliter deorſū:ſꝫ vio
lenter:ſequeret ꝙ mouerent naturaliter ſurſum: mo
do hoc eſt falſum:cōſequentia patet ex hoc ꝙ cui ali
quis motus eſt violentus: eſt ei oppoſit⁹ naturalis:⁊
hoc ſi ſunt mot⁹ ſimplices. ¶ [illegible]
ſequitur ꝙ ſi terra moueretur violēter ad ſiniſtrū:mo
ueretur naturaliter ad dextrū:poſtꝙ mot⁹ ad ſiniſtrū
et motus ad dextrū ſunt motus contrarij. ¶ Reſpon
detur ꝙ non eſt ſic:ꝗꝛ mot⁹ ſurſum ⁊ motus deorſum
ſunt motus ꝯrij ſimplices:mot⁹ aūt ad dextrū ⁊ mo
tus ad ſiniſtrū ſunt mot⁹ ꝯtrarij mixti:modo illud qđ
dicebat intelligit de motibus contrarijs ſimplicibus
⁊ non mixtis. ¶ Secūda ꝯcluſio.ſi eſſet alter mūdus
terra illius mūdi eſſet eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime cum
terra alterius mundi:⁊ ſic de alijs corporib⁹ ſimplici
bus ex quibus vterqꝫ cōponeret. patet hoc:primo:ꝗꝛ
aliter hoc nomē mundus diceret equiuoce de iſto mū
do et de illo:modo hoc videtur eſſe falſum. ¶ Secūdo
quia operationes talium corporum eſſent cōſimiles ſicut
calefacere exſiccare:⁊ huiuſmodi. ¶ Tertio..quia eis
deberentur iidē motus in ſpecie. ¶ Quarto.vel iſti
duo mundi dependerent ab vno primo principio: vel
diuerſis:ſi ſimilibus tamen ⁊ eiuſdem ſpeciei:vel a di
uerſis diuerſarū ſpecierū:iſtud pꝫ ꝑ ſufficientē diuiſio
nem. Si dicatur primū:tunc iſti mundi deberent eſſe
omnino cōſimiles:pꝫ hoc:quia cauſa eadē ⁊ nullo mo
do diuerſificata non debet cauſare diſſimiles effectus
cōſimili modo eſt dicendū ſi illi duo mundi ſint a duo
bus principijs eiuſdē ſpeciei:quia cauſe ꝯſimiles nāt
cauſare conſimiles effectus:ſi ꝟo iſti mundi ſint a ꝑn
cipijs diuerſaꝝ rationū ſeu ſpecierū:tūc vnū iſtorum
ꝑncipioꝝ eſt altero melius ⁊ ꝑfectius: ⁊ ſic naturaliter
prius:ergo alteꝝ principiū ab ipſo depēderet ⁊ etiam
mundus ſuus:quia oēs eſſent adinuicē ordinata ⁊ ad
vnū principiū. ¶ Tertia concluſio.corpus quod natu
raliter inclinat ad aliquē locum:inclinat ad illum a
quācumqꝫ diſtantiā:pꝫ hoc:ꝗꝛ in quacūqꝫ diſtantia ip
ſo manente obtinet ſuam formam que eſt cauſa talis in
clinationis naturalis:⁊ nō poſita cā ponit effect⁹. Idē
patet ex alio:ꝗꝛ terra poſita magis ſurſū ita bene incli
natur ad locū ſuū naturalē ſicut terra poſita min⁹ ſur
ſum. ¶ Sed ꝯtra diceret aliquis:terra ī loco ſuo nō ē
grauis:ergo in loco ſuo nō videt habere talē inclina
tionē.dico ꝙ immo:quia in loco ſuo habet inclinatio
nem ad manendū ibi:⁊ extra locū ſuum habet inclina
tionem ad mouendū ſe ad locū ſuū naturalem:⁊ ita ꝓ
portionaliter dicat de alijs elementis:⁊ etiā falſum eſt
ꝙ terra in loco ſuo non ſit grauis:vnde ſi extra locū
ſuū eſt grauis:⁊ cū venit ad locū ſuum nō perdit illam
grauitatē ſequit ꝙ in loco ſuo eſt ſic grauis ſicut extra.
verū eſt tñ ꝙ illa grauitas extra locum naturalem ha
bet vnū officium:⁊ ī loco naturali aliud:cū enī terra ex
tra locum ſuū fuerit poſita:ſua grauitas inclinat ipſam
ad mouendum ad locum ſuum:⁊ cum eſt in loco ſuo ea

dem grauitas inclinat ipſam ad quietem:⁊ et ideo in loco
ſuo naturali non ponderat:⁊ ad iſtū intellectū aucto
res de ponderibus concedunt corpora ī ſuis locis natu
ralibus non eſſe grauia. ¶ Secundo dubitaret:quia ad
hoc videtur ꝙ diſtantia aliquid faciat:⁊ vt ſi vn⁹ ignis
eſſet in medio mundi vna ps moueret verſus vnam ptē
puta verſus ſeptētrionem:⁊ alia verſus meridiem verſus
celū ad locū ignis:⁊ tamē ſi ille idē ignis eēt ex vna
pte centri mundi tūc totalis ille ignis moueretur vel
verſus vnā ptē ſolū vel verſus aliā. ¶ Reſpondetur ꝙ
diſtātia bene facit ꝙ aliquid inclinatur moueri ſm di
uerſas eius ptes ꝑ diuerſas vias ad ſuum locū natu
ralē:ſed nunꝙ diſtantia faceret quī aliquid inclinare
tur ad ſuum locum naturalem. ¶ Quarta concluſio.
quecumqꝫ grauia eiuſdem ſpeciei:⁊ quecūqꝫ leuia eiuſ
dem ſpeciei tendunt vel inclinātur ad eundem locum
numero ſi ſint ſimplicia:probatur: quia ſi due terre di
mittantur cadere ad deorſum videmus ꝙ inclinantur
ad eundem locum puta deorſum:⁊ et eodem modo:⁊
ꝑ eandem viam ſi ponant cadere de eodem loco ſucceſ
ſiue. ¶ Sed cōtra diceret aliquis:diuerſa in ſpecie tē
dunt ad diuerſa loca in ſpecie:ꝗ diuerſa in numero ten
dunt ad diuerſa loca in numero. ¶ Secundo.nulla in
clinatio naturalis eſt ad impoſſibile:ſed impoſſibile ē
plura in numero eſſe in eodem loco in numero natura
liter:ꝗ naturalit non inclināt corpora diſtincta in nu
mero ad eundū locū in numero. ¶ Tertio.nā videmus
ꝙ vnus ignis aſcendit ad locum ſuū verſus ſeptentrio
nem:alius verſus meridiē:modo ipſa ſunt diuerſa loca
in numero. ¶ Ad iſta. Ad primū negatur ſimilitudo.
et ratio eſt:quia quecumqꝫ ſimplicia vel ſimilis eiuſdē
ſpeciei nata ſunt facere vnū ꝑ cōtinuationē:quod qui
dem vnū habet vnū locū in numero naturalē ſui:⁊ et
ſuilibet ſue ptis:ꝗ ⁊ quelibet ps inclinat ad eundē lo
cum in numero. ¶ Per hoc ad ſecundū dico ꝙ non ē
impoſſibile plura ꝑtialia eſſe in eodē loco ſui totius:⁊
hoc in eodem loco totali. ¶ Per hoc idem ad tertiū
dico ꝙ ambo illi ignes mouent ad eundē locum in nu
mero totalem:qui eſt concauitas orbis lune:cum quo
bene ſtat ꝙ partes totius habent diſtincta loca in nu
mero partialia.

Quantum ad ſecundum pono vnicā
concluſionem reſponſalem ad queſtionē.ſ.ꝙ ſi eſſet al
ter mundus nō concentricus huic mundo terra illius
mundi haberet inclinationē mouēdi ad mediū alteri⁹
mundi ⁊ econuerſo:licet forte haberet impedimentū
veniendi ibi ꝓpter hoc ꝙ celum nō eſt diſſolubile ſecū
dū quod arguebat in principio queſtionis:probatur.
[illegible] naturaliter inclinant ad
eundē locū in numero ꝑ quartā ꝯcluſionē:⁊ ita ꝙ nulla
diſtantia talē inclinationē poſſet impedire:ꝑ tertiam
ꝯcluſionē:ſꝫ terra hui⁹ mūdi ⁊ terra illi⁹ eēnt eiuſdē
ſpeciei ꝑ ꝯcluſionē ſcḋam:⁊ terra hui⁹ mūdi naturalit
mouet ad mediū huius mūdi:ꝑ primā concluſionem
igitur terra illius mūdi moueretur naturaliter ad me
diū huius. Sed quia hoc eſt impoſſibile:quia pari ra
tione fieret econuerſo ſꝫ Ariſto.ꝯcludit ꝙ īpoſſibile eſt
eē plures mūdos nō ꝯcētricos naturaliter:cū quo be
ne ſtat ꝙ deus poſſet facere plures ꝑ ſuā oīpotētiā:ſꝫ
de hoc in ſequenti queſtione latius tractabitur.

Ad ratiões. Ad primam dico:ꝙ ſi mi
raculoſe fierent plures mundi vnus extra alium ecē
tricus:nō inꝯuenit ꝙ tunc terra huius mundi inciperet ha
bere aliā inclinationē ꝙ ante habuit:⁊ etiā dico ꝙ de⁹
bene poſſet facere ꝙ obtineret vnicam inclinationem

videlicet mouendi solum ad mediū sui mundi: sed Aristo. breuiter diceret ꝙ hoc nō pōt fieri. ¶ Ad secundā ꝙ ad ꝗ. s. quecunq₃ dico cōcedēdo oēs ꝯsequētias illatas ex concessione ſi miraculose fierēt plures mundi eccentrici: sed fm Aristo. ꝯcedēdo essent cōsequētie: q₃ ꝯsequētia fm ipsum essent impossibilia. ꝗa sm ipsū reputatur impossibile. s. esse plures mundos: ad quod secundum ipsum concederetur sequi quodlibet.

Quæstio.XI.



Ecundo circa idē quæritur vtrū sint vel possint eē plures mundi: ꝓbatur ꝙ sic: q₃ hic terminus mūdus est terminus cōis: igitur vel actu vel potētia habet plura supposita: et ꝑ ꝯñs vel actu sunt vel possunt eē plures mundi: añs patet ꝑ se: ꝯsequentia ꝓbatur ꝑ hoc ꝙ terminus cōis dicitur qui prædicabilis est de pluribus. ¶ Secūdo: melius est bonū ⁊ ꝑfectū multiplicari ꝙ non multiplicari: sed mundus est quoddā bonū ⁊ ꝑfectū sicut prius dicebatur: ergo melius est esse plures mundos ꝙ vnum: et q₃ hoc ē possibile apud deū: cū deus faciat de possibilibus qd melius est: sequitur ꝙ sunt plures mundi. ¶ Tertio mundus potest generare aliū mundū sibi similē: ergo possunt esse plures mundi: cōsequentia tenet: anteceděs ꝓbaṫ: q₃ mūdꝰ est quoddā ꝑfectū: ⁊ nō orbatū: tale aūt secūdo de anima: pōt generare sibi simile: cū generare arguat ꝑfectionē. ¶ Quarto videṫ ꝙ saltem possunt esse plures successiue: q₃ iam sunt alia mixta ī numero. Et similiter alia elementa: ꝙ erant sunt corrupta omni: ⁊ illa sunt partes mundi: quibus nō manentibus eisdem videtur etiam ꝙ mundus nō maneat idē. igiṫ.

Oppositum vult Aristo. in ista quæstione primo ponā distinctiones. ſcđo conclusiones.

Prima distictio est. ꝙ esse plures mūdos possumus imaginari dupliciter. s. simul vel successiue: sicut dicimus ꝙ possunt eē plures phenices quarū vna succedit ad aliā. ¶ Secūda distinctio. plures esse mundos simul possumꝰ imaginari: vel ꝙ essent cōcentrici: vel ꝙ essent eccentrici: cōcentrici quidē sicut si sup vltimū celū nostri mundi imaginamur vnū orbem terreū: ⁊ vltra illū vnū orbē aqueū: et vltra illū vnū orbē aereū: ⁊ vltra illū vnū orbē igneū: ⁊ vltra illū orbes celestes cōsimiles orbibus celestibus nostri mundi: vel si imaginaremur nostrā terrā vnū orbē: infra quē esset aggregatū ex orbibus celestibus contiguū concauitati orbis terre nostre: infra quod aggregatū ex orbibꝰ supercelestibus imaginemur quatuor elementa sicut in nostro mundo: ⁊ sic possumus imaginari infinitos mūdos cōcentricos ascendendo ⁊ descēdendo. ¶ Similiter possumus imaginari plures mundos eccentricos: vel ꝙ vnus totaliter sit extra aliū: ⁊ hoc ꝙ contingāt se quēadmodū plures globi positi in vno sacco: vel ꝙ nō ꝯtingant se: sed sint separati abinuicē: vel sic ꝙ vnꝰ nō sit extra aliū: sed ꝙ in aliqua parte nostri mundi sit alter mundus: sicut si in luna imaginaremur vnum alium mūdum vel in sole: et sic de aliis stellis.

Tunc sit prima cōclusio. si essent plures mundi concentrici non oporteret ꝙ terra vnius mundi moueretur ad terram alterius mundi: ꝓbaṫ: quia cuiuslibet mundi terra quiesceret naturaliter: ꝓpter hoc ꝙ omniū illarū terrarum vnum esset centrū seu medium. Unde imaginamur ꝙ si terra esset concaua et in medio concauitatis esset mediū mundi: terra quiesceret naturaliter sicut modo. Ex quo concludiṫ ꝙ contra pluralitatem mundorum concentricorū nō valet ratio Aristo. qua arguit ꝙ nec sunt nec possunt esse plures mundi: propter hoc ꝙ terra vnius moueretur naturaliter ad medium alterius. licet illa ratio bene probet istam conclusionem que potest esse secunda cōclusio huius questionis: ꝙ impossibile est esse plures mundos eccentricos. s. hoc naturaliter. ¶ Tertia conclusio. impossibile est naturaliter ꝙ sint plures mūdi successiue vnus post aliū: ꝓbaṫ: nā si sic tunc iste mūdꝰ esset corruptibilis secundū se totum: et tunc etiā celum esset corruptibile: cuius oppositū postea ostendeṫ. verūtamen antiqui bñ dixerūt mundū non corrumpi totaliter: sed aliquando fieri deordinationē entium ⁊ reuerti oīa in quoddā chaos ꝯfusum: ⁊ qñ iterū ēēnt ordinatiū debite dicebant iterū esse alium mundū: ⁊ istam deordinationē et ordinationē dicebant fieri per litem ⁊ amicitiā: sed illud nō valet: quia ꝑ talē deordinationē mūdꝰ nō corrumpiṫ: ex eo ꝙ deordinatio est vnū ꝑdicatū accidentale: ⁊ ideo pōt verificari affirmatiue ⁊ negatiue successiue de aliquibus sine hoc ꝙ illa entia corrūpātur. ¶ Et si dicaṫ qñ ēēnt īāt deordinata tūc nō diceretur mūdꝰ: sꝫ qñ sūt ordinata tūc diceṫ mūdꝰ: dicendū hoc nō valꝫ: nā tūc hoc nomē mūdꝰ ēēt nomē ꝯnotatiuum. ¶ Quarta ꝯclo. īpossibile ē aliq̄ mō eē plures mūdos ꝓbatur: īpossibile est eē plures primos motores: ergo impossibile est eē plures mundos naturaliter siue eccētricos siue cōcētricos: ꝯsequentiā tenet: quia si essent plures mundi in quolibet esset vnū primū celum: ⁊ ēēt vnus primus motor: antecedēs ꝯcludit Aristo. xij. metaphysice in fine vbi dicit: nolla aūt est pluralitas principum: vnus ergo princeps. ¶ Sed aliquis diceret ꝙ nō oporteret ꝓpter hoc esse plures principes aliorū illorū mundorū: q₃ in quolibet esset vnus motor mouēs ꝓpter illū primū tanq̄ ꝓpter finē: hoc remouet Cōmentator: ⁊ dicit ꝙ hoc non valet: eo ꝙ primus motor mouet ꝓpter se: ⁊ hoc ꝓbatur sufficienṫ in. xij. metaphysice: ⁊ iō non valeret dicere tales primos motores mouere ꝑ vnū aliū motorē. ¶ Secūdo arguiṫ ad idē ratione Aristo. q₃ iste mundꝰ cōstat ex omni materia pertinente ad formam mundi: ergo nō esset materia ex qua posset esse vel fieri alter mundus: cōsequētia tenet: antecedens probaṫ: q₃ iste mundus continet oīa corpora simplicia: que nō sunt nisi quinq₃ secundū speciem sicut prius dicebaṫ: que quidem corpora simplicia cū aliis corporibus hic in isto mundo existētibꝰ dicūtur materia mundi. ¶ Ultima conclusio, que stat cum precedentibus ꝙ est possibile supernaturaliter esse plures mundos tam simul ꝙ successiue. tam eccentricos ꝙ cōcentricos sicut deo placeret.

Ad rationes Ad primam dico ꝙ non solum iste terminus mundus. sine etiam iste terminus ... iste terminꝰ sol sunt termini cōmunes ... ꝙ de facto supponunt pro pluribus: nec ꝙ possunt esse plures res pro quibus supponant: sed quia non repugnat talibꝰ terminis ex forma ⁊ modo impositionis supponere ꝑ pluribꝰ: licet ex parte rerū significatarū repugnet. ¶ Ad secundā: quādo dicebaṫ melius est esse plures mundos. dico ꝙ non. sed dicere semper maior multitudo bonorū est melior. illud est falsum: quia tunc meliꝰ esset esse plures deos ꝙ vnum quod tñ est falsum: quia hoc est impossibile: ergo non est melius: vnde quando ꝑ multitudinē bonorū tolleret ordo vniuersi non esset

melius esse plura bona quam vnū: qualiter fieret in proposito. ¶ Ad tertiā nego antecedēs: et qñ dicit generare, ibi similē arguit pfectionē: verū est inter illa q̄ nō possunt permanere sm̄ indiuiduū: sed inter incorruptibilia hoc argueret ipfectionē. ¶ Ad q̄rtā dico q̄ illa bene probat q̄ plures possunt esse mūdi successiue diuersi abinuicē partialiter: et hoc bene cōceditur: cum hoc tamen stat q̄ non possunt esse plures mūdi successiue diuersi abinuicem totaliter.

Quæstio XII.

Vnc expedit iuxta ordinē Aristo. tractare vtrū mundus sit generabilis et corruptibilis vel ingenerabilis et incorruptibilis. Sed q̄ generabile et corruptibile includit potētiā ideo iuxta istā materiaz primo querenda sunt aliqua circa terminos [illegible] potentiarū: vnde primo querendū est vtrū quelibet potētia actiua terminet p maximum in quod potest agere. Videt primo q̄ sic p Aristotelē in litera. Secundo. si potentia actiua non terminaretur maximo in quod posset: tunc non esset dare pondus maximum qd̄ fortis posset portare: sed hoc est falsum: nam si non tunc quocunq̄ pondere dato quod posset portare adhuc maius potest portare: et sic in infinitū pondus pōt portare qd̄ est falsum. ¶ Tertio ponatur vnus lapis sicut octo i grauitate sup caput fortis potētie sicut octo: possit quiescere in tali potentia p tempus et lapis similiter dāc vel fortis sustinebit lapidē: vel lapis deprimet fortē: si dicat primum: sequit q̄ potentia fortis est terminata ad maximū quod potest sustinere: quia istū lapidē et nō grauiorē. Unde quantūcūq̄ ille lapis esset grauior excederet potentiā fortis: et cū quilibet excessus sufficit ad motū: statim ille lapis deprimeret fortem. si autē dicat q̄ fortis nō pōt sustinere illū lapidē sequitur q̄ ille lapis deprimet fortē. et sic a proportione equalitatis fieret actio: et etiā sequeret q̄ potentia depressiua lapidis terminat ad maximū quod pōtest deprimere: quia ad potentiā fortis vt octo: quia si esset maior sustineret lapidē: cum quilibet excessus sufficiat ad actionē. ¶ Quarto. sit vnū mediū vniformiter difforme supino determinatū ad nō gradū resistētie: et infinitū aūt ad gradū resistentie equalē potētie motiue alicuius grauis descēdentis p ipsum: et sit illud medium b. et mobile qd̄ debet descendere p ipsum a. tunc b. est maximū spatiū qd̄ a potentia motiua potest pertransire: ergo potentia actiua terminata est maximo in quod pt̄. ɔsequētia tenet: aūs probat: nam tm̄ potest: et non plus ex quo extremū ipsius b. est equale in resistendo cū potentia ipsius a in mouendo. ¶ Quinto elongetur vnū [illegible] videā nec possum videre ppē elōgationē: tūc distātia inter oculū meū et illud visibile: variata ad ipsū exclusiue est maxima distantia p quam illud visibile potuit agere in visū meū visionē. Ex quo sequitur q̄ est dare maximā distantiā p quā aliqua potentia actiua: puta obiectum: potest agere in suam potentiam passiuam: puta oculum. ¶ Sexto. nō est dare minimā distantiaz per quā mouet: ergo est dare maximā distantiā p quā visibile potest agere in visum: ɔsequentia ɔmuniter cōceditur ab oībus de hac materia loquentibus: aūs probatur: q̄ si esset dare minimā distantiā p quā mouet: tūc p illā mouet p quālibet minorē: visibile pōt agere in visum: sed hoc non. nā sit illa vt grane pedalis. tūc ergo sic. visibile si poneretur bene ppe oculū ɔtingeret q̄ ppter paruitatē distantie non posset videri: ergo distantia pedalis non erat minima p quaz illud visibile nō potuit agere in visum: aūs patet iuxta illud: sensibile positū supra sensuz nō facit sensationē. ¶ Septio est dare maximam velocitatē qua potentia actiua pt̄ mouere: ergo terminata est p maximū: ɔsequētia tenet antecedēs patet: primo de potētia supnaturali: q̄ est maxima velocitas qua mouet vltimā spheram: vnde ppter immutabilitatē suā et sue volūtatis et ppter indiuisibilitatē vltime sphere non pōt spherā vltimaz neq̄ tardius neq̄ velocius mouere: hoc idē patet de potentia naturali: q̄ ē dare maximā velocitatē qua a. mobile descendit p b. mediū ex eo q̄ potentia naturalis in sua actione agit sm̄ vltimum sui conatus et potentie.

Oppositum arguitur: quia si potētia actiua terminaretur maximo in quod posset agere vel excederet illud vel non excederet. si non excederet nō potest agere in ipsum ex eo q̄ a proportione equalitatis non prouenit actio: nec a proportione minoris inequalitatis: si autem excederet: vel excessu diuisibili vel indiuisibili: non indiuisibili sicut communiter cōceditur cū nō sit dare excessum indiuisibilem. si diuisibili: ergo p medietatē illius excessus in maius posset: cū quilibet excessus sufficiat ad motū: et p ɔsequēs illud nō erat maximū in quod illa potētia actiua potuit: et hoc est intētū. ¶ Notandū est hic q̄ potentia actiua potest comparari vel ad resistentiā: vel ad distātiā vel ad effectū vel ad tēpus vel ad velocitatē: vel ad spatiū in motu locali. ¶ In ista q̄stione erunt sex articuli. in primo eū ponā quasdā distinctiones et terminorū expositiones. secundo dicā de comparatione potentie actiue ad resistentiam. tertio de ɔparatione potētie actiue ad distātiā. quarto de cōparatione potentie actiue ad effectū. quinto de cōparatione potentie actiue ad velocitatē sexto de comparatione actiue ad spatium. ¶ De comparatione autem potentie actiue ad tempus vide sufficientem in tertia questione proposita.

Quantum ad primum sit prima distinctio q̄ potentiarū quedā dicitur actiua et quedam passiua. ¶ Secūda distinctio. potentiarū passiuarum quedā dicit receptiua solū et de illa nihil ad ppositum quedā est receptiua et cum hoc resistitiua et de illa ad propositum. ¶ Tertia distinctio. potentiarum actiuarum quedam finita: sicut potentia naturalis: quedam infinita sicut potentia dei. ¶ Quarta distinctio potentiarum actiuarū quedā est motiua: quedam potentiarum quedā leuatiua: quedā productiua. ¶ Quinta distinctio: potentiarū productiuarū q̄dā est productiua substantie: quedam pductiua qualitatis. ¶ Sexta distinctio. potentiarū pductiuarū qualitatum quedā est pductiua qualitatis sibi similis: sicut caliditas pductiua caliditatis: quedā autē est pductiua qualitatis non similis sicut lux est productiua luminis: et color est productiuus speciei visibilis. ¶ Septima distinctio. adhuc potentiarū quedā est pductiua alicuius effectus qui postq̄ pductus est iuuat potentiam ad vlterius producendū [illegible] postq̄ produxit ignē prope se iuuat ipsum ad producendo [illegible] lumen: et est postq̄ productus est a luce nō iuuat ad vlterius pducēdū lumē: et sic filius postq̄ pductus est a patre nō iuuat patrē ad vnū aliū filiū pducēdū. ¶ Octaua distinctio. potētiā finitā terminari ɔtigit q̄druplicit imaginari vel maximo: vel minimo: vel maximo in qd̄

non: vel a quo non: vel ꝑ quod nō: ⁊ cetera: vel minimũ in quod non: vel minimũ ꝑ quod non ⁊c. Maximũ vocatur in quod potest vel a quo potest aliqua potentia agere vel pati: ⁊ in nullũ maius, sed in quolibet minꝰ: vel a nullo maiori: sed a quolibet minori: sed minimuꝫ vocatur in quod vel a quo aliqua potentia pōt agere vl̄ pati ⁊ in nullũ minꝰ vel a nullo minori: sed in quodlibꝫ maius vel a quolibet maiori. Sed maximũ quod nō: vocat̄ qđ nō: vel a quo non: vel ꝑ qđ non: sed quolibet maiori illo dat̄ minus qđ sic. Sed minimũ qđ nō: vocat̄ illud quod non vel ꝑ quod non vel in quod non sed quolibet minori illo dat̄ maius in quod vl̄ ꝑ quod sic. Ecce quatuor descriptiones quatuor terminorum. In istis descriptionibus quatuor quantũ ad primas duas descriptiones istorum duorum terminorum maximum ⁊ minimum concordo cum communiter loquētibus in ista materia: sed quantum ad duas alias descriptiōes discordo ab eisdē: ⁊ apparet mihi ꝙ quātuꝫ ad hoc melius sit describere alio modo illos duos terminos maximum quod non ⁊ minimum quod non q̄ ipsi describant. vnde ipsi vocant maximum a quo non illud a quo non nec ab aliquo minori: sed a quolibet maiori: et minimum in quod non: illud in quod nō nec in aliquod maius: sed in quolibet minꝰ: in hoc apparet mihi ꝙ non bene dicant nisi plus addant: non secundum hoc non posset saluari ꝙ esset dare minimā distantiam vltra quam aliquod visibile posset videri: quod tamen est falsum: immo oppositum ipsi dicunt nam secundũ eorū expositionē esset minima distantia vltra quam non aliquod visibile potest videri: sit ergo illa pedalis: tunc vltra illam distantiam illud visibile nō pōt videri: sed vltra quālibet minoreꝫ: ⁊ tamen hoc est falsum: qꝛ aliqua posset esse distātia ita parua ꝓpe oculũ ꝙ visibile si esset vltra illam et nō remotius ab oculo non videretur: sicut arguebatur etiam ante oppositum. ¶ Tunc sit prima conclusio. ꝙ potentia infinita non terminatur maxima resistentia nec minima nec maxima in quā non: nec minima in quā nō potest agere: probat̄: quia talis potentia non est terminata: ergo nec sic nec sic postquā est infinita. ¶ Secūdo ad hoc ꝙ aliqua potentia aliquo dictorũ modoꝝ terminetur requiritur ꝙ in aliquā resistētiā possit ⁊ in aliquā non: mō sic non est de potentia infinita ex eo ꝙ ī quālibet potest. ¶ Deinde anteq̄ ponā cōclusiones de potentia finita et naturali pono primo vnā cōclusionem preambulam quā oportet supponere in ꝓbationibus seq̄ntibꝫ: ⁊ sit ista: si quilibet excessus sufficit ad ꝯtinuādū motū inceptũ tunc quilꝫ excessus sufficit ad motuꝫ incipiendū ⁊ inchoandū: istius conditionalis antecedens cōmuniter oēs concedunt: licet non cōiter oēs concedant consequens: sed probo dictā conditionaleꝫ esse veram: ⁊ ideo si conceditur antecedēs oportet concedere consequens: vnde arguo sic: si nō quilibet excessus sufficeret ad inchoandū motuꝫ: ⁊ tamen sufficeret ad cōtinuandū motū: hoc videtur esse ex eo ꝙ inchoare motuꝫ esset difficilius q̄ continuare motum: tūc sic vel ergo inchoare motū est finite difficilius vl̄ infinite q̄ cōtinuare motum: non potest dici ꝙ infinite: qꝛ tunc oporteret esse excessum infinitum: nec aliquis excessꝰ finitus sufficeret ad inchoandū motum: cuius oppositum patet ad experientiam: si autē dicatur ꝙ inchoare motum est difficilius q̄ continuare motum: sit ergo verbi gratia ꝙ solũ in duplo ⁊ sit excessus a. qui ꝑ aduersariū nō sufficit ad inchoandū: sed bene ad continuandū. Tunc sic: quilibꝫ excessus per aduersariū sufficit ad continuanduꝫ: ergo medietas a. sufficit ad continuandū: ⁊ cuꝫ inchoare sit solum in duplo difficilius sequitur ꝙ a. duplũ ad suā medietatē sufficit ad inchoandū quod est intentuꝫ. Cōsimili modo argueretur si diceretur ꝙ inchoare motū esset in decuplo difficilius q̄ continuare: et sic de quacunqꝫ alia proportione finita: ⁊ sic si quilibet excessus sufficit ad continuādū motum: ⁊ cū solũ finite difficiliꝰ sit inchoare q̄ continuare: sequitur ꝙ quilibet excessus sufficit ad inchoandū.

¶ Secundo ad idem: ⁊ suppono primo sicut cōmuniter cōceditur ꝙ ꝓportio velocitatum in motibꝰ sequatur ꝓportionem ꝓportionū potentiarū mouentiū ad suas resistentias: hoc supposito sit a. vnus motor qui excedit b. mobile excessu non sufficiente ad motuꝫ inchoandū sm̄ aduersarium: tunc sit vnus alius motor c. qui excedat d. mobile excessu sufficiente ad motū inchoandū: ⁊ ad mouēdum certa velocitate: ⁊ sit ille motus e. tunc clarū est ꝙ proportio c. ad d. habet certam ꝓportionē ad ꝓportionē a. ad b. cū nulla earū sit in infinitū magna nec in infinitū parua: sit ergo verbi gratia: ꝙ sit dupla ad eam: tunc cū ad motū e. sit dare motū subduple velocitatis sicut patꝫ quarto ⁊ sexto physicoꝝ sequit̄ ꝑ suppositionē ꝙ ille ꝓducetur ⁊ inchoabitur secūdū ꝓportionē alicuius motoris ad mobile subduplam ad ꝓportionē c. ad d. sit ergo illa proportio ipsiꝰ f. motoris ad g. mobile. ex quo sequitur ꝓportionē f. ad g. esse equalem proportioni ipsius a. ad b. cū vtraqꝫ earū sit subdupla ad eandeꝫ ꝓportionem. puta ad ꝓportioneꝫ ipsius c. ad d. tūc vltra. ꝓportio f. ad g. est equalis ꝓportioni a. ad b. sed a ꝓportiōe f. ad g. ꝓuenit motus: quia subduplus ad motū e. ideo etiam a ꝓportiōe a. ad b. ꝓuenit motꝰ: quare excessus a. ad b. sufficit ad motū non solū continuando sed inchoando: quod erat ꝓbandum. ¶ Ista cōclusione p̄ambula supposita ponam conclusiones de potentijs naturalibus.

Quantū ad secūdum articulū sit prima cōclusio ista. non est dare maximum resistentiā in quā aliqua potentia actiua potest: ꝓbat̄: qꝛ si sic sit a. potentia actiua ⁊ resistētiua b. tūc arguitur sic. a. vl̄ excedit b. vel non excedit b. si dicatur q̄ non excedit sequitur ꝙ non potest in b. cuꝫ oīs potētia actiua debeat excedere quantū ad posse agere ipsam potentiaꝫ resistitiuā quantū ad posse resistere: qđ supponit̄ tāq̄ vnū principiū in naturali scientia. si autem dicatur ꝙ a. excedit b. vel ergo excessu diuisibili vel excessu indiuisibili: si dicatur ꝙ excessu indiuisibili hoc non valet: quia nullus talis est: si autem dicatur ꝙ excessu diuisibili: sint ergo partes illius excessus c. d. tunc si ipsum b. augeretur intantū ꝙ adhuc ipsum a. moueret ipsum excedens solū in d. medietate excessus prioris adhuc a. ageret in b. cū quilibet excessus sufficiat: ⁊ ad inchoandū ⁊ ad cōtinuandū motum sicut dixit conclusio p̄ambula: ⁊ cum b. tunc esset maius q̄ ante erat: sequit̄ ꝙ b. non erat maximū in quod potuit a. ⁊ ita argueretur de q̄libet alio quod aduersariꝰ diceret eē maximū in quod potentia actiua posset. ¶ Secunda conclusio. non est dare minimā resistētiā in quā potētia actiua potest: probatur: nam sit illa b. tunc arguitur sic. a. potentia actiua potest in b. resistētiā: ergo potest in suam medietatē: qꝛ qđ potest in maius pōt in minus: sꝫ si a. pōt in medietatē b. ⁊ cū illa sit minor b. sequitur ꝙ b. non erat minimū in quod a. potentia actiua potuit. ¶ Tertia conclusio. non est dare maximam resistētiaꝫ in quā potentia actiua non potest: nam sit illa b. tunc sic a. non potest in b. ergo a. non potest in maius b. saltē maiꝰ in resistēdo: quia quod non potest in minus nō potest in maius: sed si a. nō potest in maius b. sequitur ꝙ b. non erat maximū in qđ a. non potuit. ¶ Quarta

conclusio.est dare minimā resistentiā in quā potentia activa finite non potest:probat:omnis potētia finita in aliquā resistentiā potest:& in aliquā nō potest:ergo p sufficientem divisionem vel datur maxima resistētia in quā potest:vel minima in quā potest: vel maxima i quā nō pōt:vel minima in quā non potest:non potest dici primū:neq secundū:neq tertiū: secundū primam & secundā & tertiā cōclusiones:ergo relinquitur quartū:& hec est conclusio. ¶ Secunda.data aliqua potētia activa puta a.est dare aliquā resistentiā sibi equalē sit illa b.sed talis est minima in quā a.non potest:ex eo q i illā nō potest ex quo non excedit ipsā:nā quālibet minori illa datur maior in quam potest ex eo q qualibet minori illa dat maior quā a.potētia excedit & cū quolibz excessus sufficiat ad motū:sequit q qualibz minori illa scilicet b.datur maior in quam a. potentia activa potest:& cū in b.non possit sequitur p expositionē minimi qd non pōtus positam q b.sit minimum in quod a.non potest. ¶ Circa istā cōclusionē dubitatē nam secundū ipsam esset concedendū q esset dare minimū pondus qd sortes nō potest portare vl levare vl movere vel aliquid huiusmodi:sed hoc est falsum:cōsequentia nota est de se:falsitas consequentis probatur qr sit illud pondus b.tunc arguitur sic:virtus & potentia sortis potest augeri: ergo pōt portare maius pondus q̄ sit b.& per consequens b.non est minimū qd sortes nō pōt portare ex quo ipse potest & maius ipo potest p augmentationē virtutis. ¶ Secūdo.nā sit illud pondus b.pedale & unius libre:& sit c.unū pondus duplum in quantitate:& subduplū in gravitate ad ipsuz b.tunc arguitur sic:sortes potest portare pondus i duplo maius b.ergo b.nō est minimū quod sor. nō potest portare:consequentia tenet: antecedens probatur:qr potest portare c.cū potentia sortis sit maior q̄ resistētia c.& c.est in duplo maius b.per casum:ergo potētia sortis pōt in duplū ab b.& hoc erat pbandum. ¶ Tertio si lapis in infinitū distaret a centro adhuc descēderet non obstante q infinitus aer resisteret sibi:ergo videtur q nulla sit resistentia minima in quaz ille lapis nō possz. ex quo in resistentiā vel distantiaz infinitam posset. ¶ Ad ista.ad primum illa bene pbat q non est dare minimū pondus quod sor.nō potest portare secūdū potentiā eius remotā secundū qualem potentiam diceremus puerū habere potentiā pugillandi vel currendi:nihilominus cū hoc bene stat q est dare minimū resistentiā in quā potentia activa non potest secundū potētiā eius ppinquā. ¶ Ad secūdū illa bene pbat q nō est dare minimā resistentiā:& hoc sm quantitatē in quā potentia activa non potest:cū quo bene stat q est dare minimā resistentiā secundum gravitatem secundū aliquā aliā qualitatē in qua data potentia activa non potest. ¶ Ad tertium dico q in tali casu nō eēt infinita resistentia intēsive:de qua solū intendimus in pposito:sed bene infinita extensive. ¶ Quinta conclusio.cum dictis cōclusionibus bene stat q est dare maximā resistentiā in quā aliqua potentia activa potest cū aliquibus certis circumstantijs:sicut cū tanta velocitate vel cum tanta tarditate in tali vel i tali medio:patet hoc:q3 licet non sit dare maximū pondus quod sor.potest portare & hoc simpliciter:tamen bene est dare maximū pondus qd sor.potest portare tanta velocitate in tali medio:q si pondus esset maius et mediuz grossius & minus dispositū sor.non posset portare illd pondus tanta velocitate:ita pportionaliter dicatur de minimo. ¶ Diceres tu sicut arguebat in principio questionis Arist.dicit in litera q potētia activa terminatur p maximū.dico q verum est:sed non p maximū in quod pōt nec p maximū in qd nō pōt:sed p maximū infra qd pōt:& illud idem est minimū in quod nō potest:& sic cū dictis stat sententia Aristo.

Quantum ad tertium articulum videndū est de cōparatione potentie active ad distantiam ubi pmittendū est q iuxta terminationē potētie active motive localiter distantia non pprie habet locū:qr semper in tali actione potētia activa motiva est simul cū moto:sicut patet ex septimo physicoruz & maxime hoc est verū de movente immediato:& hoc semp est sic nisi motus talis localis fieret p alterationē modo q magnes alterando ferrū movet ipsum trahendo p aliquā distantiā:licet hoc nō faceret p omnē:& ideo quātum ad ppositū videnduz est de cōparatione potentie active alterative ad distantiam quomodo talis sit terminata distantia & quo nō. ¶ Secūdo est pmittenduz q differētia est inter distantiā p quā fit vel nō fit actio seu in qua fit vel nō fit actio ex una pte:& distantiaz ultra quā fit vel non fit actio ex alia pte.unū p illā distantiā vel in illa distantia dicitur fieri actio:que sic se habet q q̄diu passum est in aliquo puncto intrinseco illius distantie tam diu agens agit in ipsum:sed illa distantia dicitur esse distātia ultra quā fit actio:que sic se habet q passo existente non in aliquo puncto intrinseco eius:sed extrinseco agens agit in ipsum:proportionaliter dicatur de distantia per quā non fit actio:& de distantia ultra quā non fit actio. ¶ Tunc sit pria cōclusio.non est dare maximam distantiā ultra quaz aliqua potentia activa potest agere:nec simpliciter:neq cū certa resistentia:pbatur quantum ad primum: naz sit illa distantia a.& sit resistentia b.tunc ex quo potentia activa ultra a.agit in b.sequitur q eadem potentia in subduplo ad b.ageret ad maiorem distantiam:et sic a.distantia non erat maxima ultra quam dicta potentia poterat agere. ¶ Et confirmatur:nam sit b.p instanti psenti ultra maximam distantiam ultra quaz potētia activa pōt agere:& in hoc instāti incipiat elongari ab a.sequitur q in psenti instanti agit in b.& immediate post hoc instans a.non agit in b.& sic psens instans eēt ultimū instans esse actionis:& sic daretur ultimum instans esse motus qd est impossibile. Deinde probatur eadem conclusio quantum ad secundum: quia si agēs agit in b.passum cū certa resistentia c.gradu velocitatis idem agens potest agere in idem passum remotius remissiori gradu velocitatis: & ideo dicta distantia nō erat maxima simpliciter nec maxima cum certa resistentia ultra quam dictum agens poterat agere in b.passum:cū quo bene stat q dicta distantia erat maxima ultra quā dictum agens poterat agere in b.passuz cū certa resistentia et certo gradu velocitatis. ¶ Secunda conclusio.nec est dare minimaz distantiā ultra quam agens potest agere in passum : probatur : quia tunc ultra illam posset & nō ultra minorem:& sic si passum inciperet approximari agenti esset dare ultimum instans esse actionis.quod est inconveniens. ¶ Tertia cōclusio.nec est dare maximam distantiam ultra quaz non agens potest agere in passum:quia tunc ultra illā nō:& qualibet maiori illa daretur maior ultra quaz sic que tamen minor esset maior illa ultra quam non modo hoc est falsum iuxta illud:quod nō potest ultra minus non potest ultra maius:saltem ppter remotionē quod notanter addo ppter visibile quod ad aliquam pquam distantiam non potest agere in visum:sed hoc ē ppter propinquitatē sed ultra maiorez pōt. ¶ Quarta conclusio.est dare minimam distantiā ultra quā nō agens potest agere in passū:pbat a sufficienti divisione

vltra aliquā distantiā agens pōt agere in passum: ⁊ vltra aliquā non: vel ergo est dare maximam vltra quā pōt: vel minimā vltra quā potest: vel maximam vltra quā non potest: vel minimam vltra quā nō pōt: non potest dici primū per primam conclusionem: nec secundū per secundam: nec tertium per tertiā: ergo relinquitur quartum et hec est quarta conclusio. ¶ Quinta conclusio. est dare maximā distātiā p quā agēs pōt agere in passum: probatur: eadem est distantia maxima per quā potest agere: ⁊ minima vltra quam non: sed est dare minimam distantiā vltra quā non per p̄cedentē conclusionē: ergo ⁊c. antecedēs probatur: nam data minima distantia vltra quam ignis non potest agere in passum: tunc q̄diu passum est in aliquo puncto intrinseco illius distantie vel equiualentis ignis potest agere in ipsum: ⁊ q̄ cito est in aliquo puncto extrinseco illius distantie vel equiualentis ignis non potest agere in ipsum: ⁊ illud patet si aliquod passum elongaret ab igne tādiu q primo esset verū dicere: nūc p̄pter distātiā ignis nō pōt agere in illud passum: ⁊ immediate ante hoc potuit: tunc tota distantia ab igne vsq ad passum eēt minima distantia vltra quā ignis non potest agere in passum: ⁊ esset maxima in qua vel p quā ignis potest agere in passum. ¶ Pro istis conclusionibus est sciendū q duplex est agēs: quoddā quod sic se habet q si pōt agere vltra aliquam distantiā tunc potest agere vltra quācunq minorē: sicut est ignis vel calor vel aliquod tale. alia est potentia que si potest agere vltra aliquam distantiam non tamen vltra quācunq minorem: sicut est visibile: nam licet visibile vltra aliquā distātiā possit agere non tamen vltra quācunq minorē: quia potest esse ita prope oculum q non posset agere in ipsum similiter si esset aliquod luminosum et essent duo foramina recta: ⁊ luminosum esset minus q̄ spatium inter illa duo foramina: non potest vltra quancunq distantiam paruā lucere per illa duo foramīa. vnde potest esse ita p̄pe q non posset: ⁊ etiā posset esse ita remote q nō posset: ⁊ ideo pōt impediri in sua actione vel p̄pter nimis paruā distātiā vel p̄pter nimis magnā: sed sic nō est de agentibus primo modo dictis: quia licet possent impediri in suis actionibus in passa p̄pter nimis magnā distantiā: non tamen p̄pter nimis paruā. Modo vos debetis scire quod quinq conclusiones iam posite principalr̄ posite sunt de agētib⁹ primo mō dictis. Sed propter maiorem explanationem ponende sunt conclusiones de agentibus secūdo modo dictis. ¶ Et sit primo ista. recedendo ab oculo pro inceptione visionis non est dare minimā distantiam vltra quam a. visibile non potest agere visionem in visum propter distātie paruitatem: nec minimam vltra quam potest: primum patet ex eo q quacunq distātia data vltra quā non pōt propter paruitatē est dare minorē vltra quā non potest p̄pter paruitatem: quod enim nō potest vltra maius propter eius paruitatē non pōt etiā vltra minus. secūda pars patet: quia sit a. distantia minima vltra quā pōt: q̄ si esset minor vltra ipsā nō posset: sequeretur q in approximatione visibilis ad visum esset dare vltimum instans esse visionis: quod est falsum: consequētia nota est intuenti. ¶ Secunda conclusio. recedēdo ab oculo pro inceptione visionis est dare maximā distantiā vltra quā a. non potest videri propter distantie paruitatem: probatur: quia inter omnes distantias vltra quas non potest propter paruitatē est dare vnā maximā vltra quā non potest: sed qualibet maiori illa datur minor vltra quā potest ex eo q si visibile esset precise vltra illam distantiam ⁊ in presenti instanti inciperet elongari a visu: illud visibile nunc nō: sed immediate post hoc instans ageret visionē in visum. ¶ Tertia conclusio. visibili accedente ad oculū pro corruptione visionis propter nimis paruam distantiā visibilis ab oculo est dare primū instans non esse visionis: ad istud intellectū q aliquando primo erit verum dicere nunc nō est visio a. visibilis: ⁊ immediate ante hoc fuit: ⁊ huius ratio est: quia ex quo visio desinit esse per talē appropinquationem visibilis ad visum: ⁊ non datur vltimum instans esse visionis oportet q detur primum instans non esse. ¶ Quod autem non detur vltimum instās esse visionis sicut sepe sumptū est potest sic probari: nam quero vtrū visio pro illo instanti sit alicuius intensionis vel non: non potest dari secundum: ⁊ si dicatur q sic: oportet q successiue ⁊ gradualiter deperdatur: et sic instans datum non erat vltimū instans esse visionis. ¶ Quarta conclusio. distantia que est inter visibile quando desinit videri propter nimiam propinquitatem eius ad oculum: ⁊ inter visibile quādo desinit videri propter nimiam remotionem eius ab oculo est maxima distantia in qua seu per quam illud visibile potest agere visionem in visū illū: probatur: quia q̄diu illud visibile est in aliquo puncto illius distantie ipsum agit in visum visionē: sic q nec est defectus propter paruitatem distantie: nec propter magnitudinem eiusdem. ¶ Quinta conclusio. eadem distantia est minima vltra quam illud visibile non potest agere visionem in illum visum ⁊ hoc propter illius distātie magnitudinē: probatur: quia inter omnes illas distātias vltra quas non potest propter distantiarum magnitudinem hec est minima.

Quantum ad quartum articulum sit prima conclusio. loquendo de potentia productiua effectus que iuuatur a suo effectu producto ad vlterius producendum sicut est ignis vel calor: non terminatur per maximum neq p minimum effectū: ⁊ hoc nec affirmatiue nec negatiue quantū est ex se: patet: quia dato aliquo tali agente sicut est ignis ipse potest producere vnū aliū ignē ⁊ cū illo tertiū vnū aliū: et sic quātū libet quātū est de se: si nō esset impedimētū ex defectu materie q̄ nō est infinita: ⁊ hoc est quod dicit Arist. ij. de aīa q ignis esset augmentabilis in infinitum si combustibile apponeretur in infinitum: nihilominus cum hoc stat q determinatur maximo effectu: puta maximo igne quem potest producere in istam materiam et in isto tēpore. ¶ Secunda conclusio. loquendo de potentia p̄ductiua alicuius effectus que non iuuatur ab illo effectu producto ad vlterius consimilem producendum vel priorem intendendum sicut est corpus lucidum: talis potentia terminatur minimo effectu quem non potest producere: probatur: quia lumen ita intēsum sicut est lux corporis lucidi illud corpus lucidū nō pōt producere: sed quolibet remissiori illo dato: datur lumē intensius q̄ pōt p̄ducere vel in p̄posito possumus dicere et quodlibet remissius illo illud corpus lucidū pōt p̄ducere. verū est tamē q idē corpus lucidū nō semper in quodlibet mediū in quod agit producit equalē gradū luminis: sed secūdū q medium est melius vel peius dispositum ad recipiēdū lumē secundū hoc corpus lucidū intensius vel remissius lumen producit in ipsum cū fuerit ei applicatū. ¶ Hic sunt aliqua dubia iuxta istam materiam. ¶ Primo enim dubitatur vtrū possibile sit aliquod lucidum producere in aliquod mediū quēlibet gradum circa gradum summum lucis existētis in lucido. ¶ Ad hoc apparet mihi pro nunc esse dicendum q non: ⁊ ad hoc adduco talem rationē. nam si hoc esset possibile: ponatur ergo q a. corpus lucidū p̄-

ducat in aliquod mediū quelibet gradū luminis citra
summū gradū lucis existentis in a. lucido: ⁊ sit illud lu
men b. ⁊ lux ipsius a. sit c. tunc queritur vtrū c. excedat
b. vel non: si dicatur ꝙ non tunc non tātū est product⁹
quilibet citra summū: sed cum hoc summ⁹: quod est cō
tra hypothesim. si dicatur ꝙ c. excedat b. vel ergo ex-
cessu diuisibili vel indiuisibili. si dicatur excessu diuisi-
bili sequitur ꝙ potuisset fuisse productum citra gra-
dum summum lumen intensius ꝙ̄ sit productū: ⁊ sic nō
quilibet gradus citra summum esset productus: quod
est contra hypothesim. Si dicatur ꝙ excedat excessu
indiuisibili. hoc est falsum: q2 nullus talis est. etiā hoc
esset nō excedere. ⁊ sic excederet ⁊ non excederet. quod
implicat cōtradictionem. Sed diceret aliquis expro
logice a. lucidū quelibet gradū citra summum pōt pro
ducere in aliquod medium ergo possibile est a. lucidū
quēlibet gradū citra summū producere in aliquod me
dium. ¶ Respondetur negando consequentiam ex eo
ꝙ ibi arguitur a sensu diuiso vero ad sensum cōpositū
falsum: qui sensus sunt sibimuicē impertinētes. ¶ Se
cundo dubitatur. vtrum corpus lucidū illuminet medi
um cum resistentia medij vel sine resistentia: videtur ꝙ
cum resistentia: quia licet in medio diaphano illumina
bili a lucido diaphaneitas non resistat: tamen opaci-
tas resistere videtur: in tm̄ ꝙ magis opacū non ita in-
tense illuminatur ab eodē lucido. nec ad tantā distātiā
sicut minus opacū ⁊ magis diaphanū. ¶ Ad opposi-
tū arguit: q2 si opacitas resisteret lucido tunc ꝑ longio
rem morā lucidi fieret illuminatio intensior recte sicut
est de calefactione: ⁊ tamē hoc est falsū: q2 statim luci-
do applicato medio illuminat mediū ad tantā distan-
tiā ⁊ ita intēse sicut facit postea cū fuerit ꝑsens medio
ꝑ horā vel ꝑ diē. ¶ Ad illud respōdetur ꝙ nulla est resi
stentia medij illuminabilis ad lucidū illuminans: pro
pter hoc quia resistentia est ꝑ cōtrariū vel ꝑ inclinatio
nē ad cōtrariū: sed in medio illuminabili nec est cōtra
riū lumini: nec inclinatio ad ꝯtrariū ipsius luminis: cū
lumē nō habeat cōtrariū: vnde licet isti termini lumen
⁊ tenebra opponant̄ priuatiue: nō tñ ꝓpt̄ hoc lumini
est aliquid cōtrariū. ¶ Tunc ad rationē factā ante op
positū dico ꝙ causa quare minus diaphanū ⁊ magis
opacū minus intēse ⁊ ad minorē distantiā illuminatur
est maior passibilitas respectu luminis: ex eo enī corp⁹
est passibile ⁊ receptiuū luminis q2 est diaphanū: ita ꝙ
quanto est diaphanius tanto est passibilius ⁊ recepti-
uū intensioris luminis ab eodē lucido. ¶ Tertio dubi
tatur. si calidū in summo agat quātū potest: ⁊ ꝓducat
calorē in summo in aliquod passum. ⁊ superueniat aliqd
calidū simile: tunc illud calidū non potest in illud pas-
sum agere calorē in ipso intendendo: ⁊ tamē si aliquod
luminosum ꝓducat lumen in aliquod medium tantū
quantū potest ꝓducere in illud mediū cū talibus cir-
cunstantijs: ⁊ superueniat luminosum simile intēderet il
lud lumē: que sit causa huius diuersitatis. Pro cuius
respōsione supponitur ꝙ nihil agat vltra gradū suum
ꝓpriū. Ex hoc ad dubitationē dico ꝙ q2 calidū in sum
mo pōt sibi assimilare passum: si aliud calidū sibi simi-
le superueniret non intēderet illū effectū: aliter enī opor
teret ꝙ ageret vltra gradū suū ꝓpriū: postꝙ̄ illud pas-
sum iam est sibi assimilatum per actionē prioris calidi
in summo. Sed quia luminosum seu corpus lucidū nō
assimilet sibi passum. ideo aliō luminoso superueniente
potest lumen illud intendere absq3 hoc ꝙ propter hoc
agat vltra gradum suū proprium. an talis debeat es-
se proportio effectuū sicut causarum agentiū quo ad
intensionem vel extensionem dictum est questione. xi.
secundi physicorum.

Quantū ad quintū articulū de cōpa-

ratiōe potentie ad velocitatē sit prima cōclusio. quan
tum est de se nulla potētia naturalis terminat̄ ꝑ maxi
mā velocitatē quā pōt facere nec affirmatiue nec ne-
gatiue: nec etiā ꝑ minimā: ꝓbat̄: q2 velocitas cōsequi-
tur ꝓportionē potētie ad resistētiam ꝑ Commentato
rē secundo huius: sed huiusmodi ꝓportio in infinitum
pōt diminui: ergo in infinitum tarditas potest augeri.
Similiter huiusmodi ꝓportio in infinitū pōt augeri ꝑ
diminutionem resistentie sm̄ Aristo. quarto physicoꝝ:
ergo in infinitum velocitas potest augeri. ¶ Secūda
conclusio. respectu certe resistentie date: potentia na-
turalis naturaliter agēs terminatur ꝑ maximam ⁊ ꝑ
minimam velocitatem quam potest producere rebus
sic stantibus: p3 ex eo q2 lapide in aere dato sm̄ totum
suū conatū descēdet nec pōt moueri maiori velocitate
nec minori ꝙ̄ mouet̄. ¶ Hic dubitat̄ vtrum de facto sit
aliqua maxima velocitas: videtur ꝙ sic: nam de facto
vltima sphera velocissime mouet̄: ꝓbatur ꝙ non: quia
quacunq3 parte data in vltima sphera vna alia mouet̄
ea velocius. ¶ Respōdetur ꝙ nō est dare de facto ma-
ximam velocitatē: ꝓbat̄: nā si sic hoc maxime videre-
tur de velocitate vltimi celi: sed probatur ꝙ non: q2 si
vltima sphera mouetur velocissime vtiq3 aliqua eius
pars mouet̄ velocissime: sed ꝓbo ꝙ nō: q2 hoc maxime
esset pars celi circa equinoctialē: sed ꝓbo ꝙ nō: q2 illa
vel est diuisibilis in latitudine: vel nō: si dicatur ꝙ nō
hoc est falsum: q2 nec i celo nec in aliquo ꝯtinuo est ali
qua pars quantitatiua sine latitudine: si autem dicat̄
ꝙ illa pars habeat latitudinē tunc aliquid eius est ꝓ
pinquius polo: ⁊ reliquū remotius ab illo: sed illud qđ
est ꝓpinquius polis mouetur tardius: ⁊ qđ remotius
mouet̄ velocius: ⁊ sic illius partis aliq̄ pars mouetur
velocius ⁊ aliqua tardius: ⁊ sic illa pars non est pars
velocissime mota i vltimo celo: ⁊ ita pōt argui de qua-
cūq3 pte in celo. Consimili modo ꝓbat̄ ꝙ nō est aliqua
pars in celo tardissime mota: ex eo ꝙ illa eēt ꝯsus al-
terū polorū: ⁊ cū nulla pars sit īmediata polo scḋm se
⁊ quodlibet sui ꝓpt̄ diuisibilitatē illius partis: sequit̄
ꝙ etiā illius ptis vna pars mouet̄ tardius: puta q̄ est
versus polum: et alia velocius que magis distat a po-
lo concluditur ergo ꝙ nec vltima sphera mouetur ve-
locissime: nec tardissime: veruntamen secundum ima-
ginationem mathematicam imaginando lineas indi-
uisibiles ⁊ puncta indiuisibilia: est bene dare in vltimo
celo aliquid velocissime motum: et hoc est pūctus exi-
stens in linea circūferentiali maxime distāte ab vtro-
q3 polorum mundi que quidē linea imaginatur in con
uexo vltimi celi: et non in concauo nec in medio inter
cōcauum et conuexum: ⁊ tunc si dicamus velocitatem
alicuius mobilis attendi penes spatium lineale verū
vel imaginatum descriptum ab eius puncto velocissi-
me moto: esset concedendum ꝙ vltimum celum moue
tur velocissime. si autem velocitatem mobilis cuius
alique partes mouētur velocius: alique tardius dica-
mus attendi penes spatium lineale descriptum a pun
cto medio inter punctum velocissime motum et pun-
ctum tardissime motum vel non motum: dicendum est
vltimam spheram seu vltimum celum moueri ita velo
citer sicut mouetur punctus medius inter lineā equi-
noctialem et alterum polorum. de. hoc vtrum debeat
dici sic vel sic videndum ad sextum physicorum.

Quantum ad sextum articulum. s. de

comparatiōe potentie actiue ad spatium sit prima cō
clusio. potentia actiua naturalis sicut est potētia acti

ea grauis deorsum vel sicut leuis sursum non terminaε maximo spatio neq minimo simpliciter nec affirmatiue nec negatiue:probatur: quocunq spatio dato per diminutionem resistentie talis potentia pōt ptrāsire & per augmentationē resistentie ad equalē gradū potentie motiue non pōt ptrāsire.vn̄ a quacunq distātia graue descēderet ad cētrū si nō esset impedimentū. ¶Secūda cōclusio.q ex certis circūstātijs terminaε ad maximū spatiū qd pōt ptrāsire:q circūstātie sunt velocitas tēpus duratio.vn̄ est dare maximū spatiū per quod talis lapis potest moueri in tanto tempore cum tali resistentia vel tali velocitate.& sic de alijs.

Ad rationes pricipales. Ad primam auctoritatē Aristo.cū dicit potentiā actiuā terminari maximo.dico q hoc non est contra dicta:determinatur enim maximo.i.cognoscitur quanta est potentia secundum fortitudinem per maximū infra quod potest: & hoc idē est minimū in quod non potest. Aliter etiam potest dici quod Aristo.intellexit sic:q potentia actiua terminatur maximo numerato.sine fractione.vnde centū pōt esse maximus numerus librarū quas sor.pōt portare:q̄ cuius possit modicū plus non tamē potest plus in vna libra. ¶Ad secundā concedo q nō est dare maximū pondus quod sor.pōt portare:& quando dicebatur:ergo quocunq pondere dato qd pōt portare adhuc maius pōt portare:concedo:& quādo dicebatur:ergo infinitum pondus potest portare:negatur consequentia:q sit status ad minimū pondus qd nō pōt portare. ¶Ad tertiā de lapide posito sup caput fortis dico q tam sor.q̄ grauitate lapidis conseruatis in suis potentijs sor sustineret lapidem:nec propter hoc actio fieret a proportione equalitatis:q nec propter hoc sor.ageret in lapidē:sed resisteret sibi:nec lapis caderet deorsum.et similiter lapis resisteret forti ne aliquo modo moueret se sursum:consimile esset si duo corpora sibi obuiarent in aliquo medio:quorum vnum esset in ascendendo:et reliquum in descendendo:& vnum haberet precise tot gradus grauitatis:quot reliquum.gradus leuitatis. ¶Ad quartam dico q si in perpetuū tale mobile moueretur nunquā ptransiret illud medium vniformiter difforme infinitus terminatum ad gradum resistentie equalem potentie motiue illius mobilis:sic q aliquādo illud totale medium ab illo mobili esset pertransitum:& hoc satis potest cōuinci ex illa ratiōe.et ideo illō medium non est maximum quod a tali potētia potest esse pertransitum.ex eo q nullo modo a tali potentia potest esse ptransitum tali resistentia manente. ¶Ad quintam elongetur vnum visibile &c.admitto:& vlterius dico q quando visibile primo non videtur distātia inter ipsum & oculum est bene maxima in qua illud visibile poterat videri:& hoc non est contra dicta.cū hoc hoc tamen stat q non est maxima vltra quā:sed est bene minima vltra quā non. ¶Sed contra hic fuit sexta rationum si illa esset minima distantia vltra quam nō tunc vltra illam non:et vltra quālibet minorem:negaretur consequentia:nam non sic exponendum est minimum vltra quod non:sicut dicebatur in primo articulo huius questionis.sed bene sequitur talis distantia est minima vltra quā non:ergo vltra illam non:& quālibet minore illa datur maior vltra quā sic:& hoc est verum:cum quo adhuc stat q visibile potest esse ita prope oculum q pp paruitatem distantie non potest videri. ¶Aliter potest dici q dicta distātia est minima vltra quam non:propter magnitudinem:& ideo non est aliqua minor infra ipsam que impediat propter magnitudinem licet bene sit aliqua infra ipsam que impediat propter paruitatem. ¶Ad septimum nego q sit dare maximum velocitatem qua potentia actiua supernaturalis potest mouere:immo nec de facto est maxime velocitas qua mouet:q hec maxime esset velocitas vltime sphere:modo sicut dicebatur in quinto articulo vltima sphera nec mouetur velocissime nec tardissime nisi loquendo secundum imaginationem mathematicam: & vlterius dico q quacunq velocitate data potentia supernaturalis posset mouere velocitate maiori licet forte. Aristo.hoc negasset. ¶Et si dicretur contra:tūc voluntas potentie supernaturalis esset mutabilis.respondetur negando consequentiam:vnde si post hoc moueretur velocius q̄ modo mouet non propter hoc esset mutatio facta in ipsa licet bene in re extra.hoc pfecte discutere magis pertinet ad octauum physicorū. ¶Ad vltimam qua arguitur de potentia naturali:illa bene probat q est dare maximam velocitatem qua aliqua potentia motiua mouet in tali medio & cū tali resistētia & cum alijs circunstantijs:sed non est dare maximā velocitatem simpliciter qua potentia motiua pōt mouere:& hoc totū dictū est in corpore questionis.

Questio.XIII.



in celo:cum celum nõ sit generabile nec corruptibile. ¶ Tertia conclusio:celum bene est alterabile alteratione secundo modo dicta que fit sine abiectione contrarij et sine resistentia:patet:quia bene aliquã pars celi illuminatur que ante non illuminabatur:patet de luna. Similiter patet de spheris inferioribus q̃ recipiunt influentias solis et astrorum superiorum: aliter enim non possent ille influentie multiplicari ad ista inferiora. ¶ Quarta conclusio:celum non est augmẽtabile per rarefactionem nec diminuibile per condensationẽ patet hoc:quia talem augmentationem oporteret fieri cum alteratione precedente que quidem alteratio fieret per qualitates primas contrarias: puta per caliditatem et frigiditatem:sed talis alteratio non invenitur in celo p̄ sc̄dam cõclusionem. ¶ Quinta cõclusio: nec celum est augmentabile per appositionem aliquarum partium que essent de natura celesti:nec etiam diminuibilẽ per ablationem talium:quia non apparet vbi iste essent:nec vnde venirent nec quomodo venirẽt ad ipsum celum:quia si essent distantes a celo nõ possent pervenire ad celum nec a celo recedere nisi p̄ motus aliqualiter rectos:modo dictum est primo q̄ celũ et partes que sunt de natura celesti non sic nate sunt moveri. ¶ Sexta conclusio:etiam celũ non est augmẽtabile per nutritionem: quia nutritio requirit quandam generationem substantialem.s.conversionem nutrimenti in substantiam nutriti: sed celo non convenit generatio substantialis: nec alteratio requisita ad talem generationem sicut patet ex p̄cedẽtibus cõclusionibus.s.prima et secũda:ergo &c. ¶ Proportionaliter p̄batur q̄ celum non est diminuibile diminutione opposita tali augmentationi:nam tunc in celo esset aliqua corruptio substantialis. Ex his conclusionibus infertur q̄ celum est perpetuum. ¶ Septima conclusio:mundus nõ est perpetuus primo modo:patet quia multe eius partes sunt corruptibiles sꝫ bene mundus est p̄petuus secundo modo:quia p̄ncipalior eius pars est p̄petua.s.celum sicut patet p̄ precedentes conclusiones. Ex dictis patent falsitates triũ opinionum antiquorum de productione et corruptione mũdi que patent sufficiẽter cum impugnationibus earũdẽ in textu philosophi.

Ad ratiões:ad primam.dico q̄ bene p̄bat mundũ non esse p̄petuum primo modo accipiendo p̄petuũ:cum quo bñ stat mundum esse p̄petuũ sc̄do modo. ¶ Ad secundam negatur antecedẽs:et quando dicebatur celum est corruptibile:nego:vlterius quando dicebatur ipsum est alterabile concedo:alteratione non corruptiva:nec oportet si est sic alterabile q̄ sit corruptibile:et quando p̄bat Aristoteles primo de generatione:si generatio est ĩpossibilis alteratio est impossibilis:intelligitur de alteratione corruptiva que fit cũ abiectione contrarij et resistentia disponente ad generationem vel ad corruptionem: et non de alteratione ĩpropie dicta. ¶ Ad tertiã deus potest velle non conservare celum:concedatur:et ideo bene conceditur q̄ supnaturaliter celũ est annihilabile:sꝫ Aristo.hoc negavisset p̄pter hoc q̄ deus est immutabilis voluntatis:nec illud est est contra libertatem sue voluntatis: q̄r Aristo.reputat liberũ simplr̄: non q̄r potest opposita:sed quia est sui ipsius g̃ra tanq̄ finis aliorũ. ¶ Ad quartã negatur antecedens: et q̄ stelle apparent maiores in ortu et occasu q̄ in medio celi causa est:quia tũc videntur p̄ fumos grossos elevatos a terra:qui sunt cã rarefactionis radiorum:que quidem refractio vlterius est causa eius q̄ visibile apparet maius:qd̄ patet de denario in fundo aque:qui apparet maior q̄ quando est extra aquam.cum aũt sol et luna vel alie stelle sunt in medio celi non videntur p̄ fumos grossos:et adhuc posito q̄ sic:non tamen viderentur p̄ tantam rarefactionem vel refractionem radiorum sicut quando sunt in ortu vel occasu:et eo q̄ in medio celi sunt p̄pinquiores zenith nostro sicut apparet ex p̄spectiva:si visibile esset in zenith videretur p̄ radiũ p̄pẽdicularem qui transiret p̄ media diversarum rationum in diafaneitate et raritate sine fractiõe:ideo q̄to visibile est propinquius zenith tãto ceteris parib᷑ iudicium visus q̃tũ ad verã quantitatẽ et locũ visibilis est magis verum. Et sic cũ gratia dei q̃stionib᷑ sup̄ primum celi finem imponamus.

Explicite sunt questiones supra librũ primum de celo et mundo.

Questio.I.



Irca tres materias principales q̃s pertractat Arist.in secundo libro de celo intẽdo formare questiones:et p̄mo circa illa que concernunt celum secũdum se totum vel partes eius maiores q̄ sunt astra sicut sunt orbes. Et quantum ad hoc.primo illa q̄ p̄tinent ad differentias positionis in celo. Secundo illã que pertinẽt ad figuram celi. Tertio illa que pertinent ad partes maiores totalis celi sicut sunt orbes. Quarto illa que pertinẽt ad motum celi.

Quantum ad primum queritur primo vtrum in celo sint sursum et deorsum:ante et retro. dextrũ et sinistrum.arguitur primo q̄ non:nam ignis in sphera sua dicitur simpliciter sursum:ideo in celo sup̄ ipsum nõ debꝫ esse deorsum aliter deorsum eẽt sup̄ sursum quod est falsum. ¶ Secũdo celũ est sphericum:et similium partium:sed in quib᷑ inveniũtur huiusmodi differẽtie sunt dissimiliũ partiũ:sicut sunt hoĩes et boves et alia pecora cãpi &c. ¶ Tertio sursum et deorsum habẽt assignari secũdum lõgitudinem: q̄r distãtia alicuius rei inter sursum et deorsum illius rei dicitur longitudo illius rei:et dextrũ et sinistrum habẽt assignari sc̄dm latitudinẽ rei:modo in celo nõ est lõgitudo alia a latitudine:ex quo celũ ponitur esse sphericũ. ¶ Quarto.a dextra parte debet incipi motus:sed in celo nulla est pars a qua incipiat motus ip̄ius celi: postq̄ celum p̄petuo movebatur. ¶ Quinto sursum est p̄ĩcipiũ motus secundũ augmentũ:ante est principium motus secũdũ sensum:ad ante enĩ sunt sensatiões:et maxime visiones que fiunt p̄ lineas rectas non reflexas: sed augmẽtatio et sensatio non inveniuntur in celo secũdum q̄ dicebatur in vltima q̃stione primi: ergo in celo non inveniuntur sursum et ante:et p̄ consequẽs nec differentie positionis his opposite. ¶ Sexto sm̄ diversos motus dicte differẽtie assignantur corporibus:sed in celo non sunt diversi motus cũ celũ sit corpus simplex:corporis autem simplicis est solum vnus motus ex primo huius:ergo &c.

Oppositū vult Aristoteles. & ad hoc ipse arguit sic in litera: in corporib' imperfectis sicut in inanimatis non inueniuntur dicte differentie positionis ppter eoꝝ imperfectionem: vnde in lapide non dicimus vnā partē esse dextrā ⁊ aliā sinistram ⁊ aliam ante ⁊ aliā retro: nisi in ordine ad nos. In plātis autē que sunt pfectiores ipsis inanimatis iam inueniūtur sursum ⁊ deorsum: sed non alie. Sed in animalib' perfectis inueniuntur omnes dicte differentie: cum ergo celum sit corpus maxime perfectum sicut pbatū est primo huius. videtur ꝙ in eo debeant reperiri omnes dicte differentie. ¶ Secundo arguit Aristo. ad idem quia aliter non posset assignari ratio quare celum magis moueret ad vnam partem q̄ ad aliam nisi ibi assignaret dextrum ⁊ ante: ⁊ cum de hoc debeat assignari ratio cum hoc ... sit a casu ... In ista questione pmo aliqua sunt supponenda. deinde. ponēde sunt alique conclusiones.

Quantum ad primum supponēdum est pmo ꝙ iste due differētie sursum ⁊ deorsum aliquibus corporibus attribuuntur simpliciter: sm diuersas partes diuersarū potētiarum existētes in illis corporibus sicut hominibus ⁊ animalibus pfectis: sursum enim est principiū augmentationis ⁊ nutritionis: ⁊ sic est caput sursum ⁊ os p qđ capit nutrimētū: ⁊ sm hoc radices p quas plante sumunt suum alimētum debēt dici sursum: hoc vult Aristo. secundo de anima: cū hoc tamen bene stat ꝙ in respectu ad loca elemētorum radices sunt deorsum: ⁊ ita non est inconueniēs ꝙ secundum aliam ⁊ aliam acceptionem eius quod est sursum ⁊ eius qđ est deorsum idem dicatur sursum ⁊ deorsum. Aliquibus autem corporibus dicte due differētie non attribuuntur simpliciter sed solum respectiue: sicut in corporibus inanimatis. vnde in talibus sursum ⁊ deorsum dicuntur solum respectiue ad loca elementorum. vnde in lapide illa pars dicit̄ sursum que versa est versus locum leuium: et illa deorsum que versa est versus locum grauium: et si ille lapis vertitur: tunc pars que ante dicebatur sursum postea dicitur deorsum ⁊ econuerso. ex quo patet ꝙ dicte due differētie solum reperiuntur ibi respectiue: sed sic non est de homine: qualitercūq; enim homo vertatur semper caput ⁊ os dicit̄ sursum in homine: ⁊ pedes deorsum in eodē ⁊ sic patet ꝙ iste due differentie sursum et deorsum in aliquibus corporibus reperiuntur simpliciter: in aliquibus aūt nō nisi respectiue. ⁊ hoc vult suppositio. Secunda suppositio similiter dextrum ⁊ sinistrum in aliqbus reperiuntur simpliciter. In aliquibus autem respectiue solum: patet hoc: nam in homine illa pars dicitur dextra a qua incipit motus: et pars ei opposita dicit̄ sinistra in lapidibus autem ⁊ in plantis que non sunt mobilia nisi tali motu quo mouentur grauia et leuia: dicte differentie positionis scilicet dextrum ⁊ sinistrum non reperiuntur simpliciter sicut in homine: sed respectiue ad nos. vnde per motum lapidis eadem pars efficit̄ sinistra que prius erat dextra: sed sic non est de homine. vnde qualitercunq; homo moueat̄ illa pars que fuit dextra manet dextra: ⁊ que fuit sinistra manet sinistra ¶ Tertia suppositio. ꝙ similiter iste due differentie ante ⁊ retro in aliquibus corporibus reperiuntur simpliciter: in aliquibus autem respectiue solum: patet quia in animali illa pars dicitur ante in qua magis vigent virtutes sensitiue: ⁊ pars ei opposita dicit̄ retro: sed in corpore minus pfecto dicte differentie dicuntur respectiue: qđ patet quia p taliū corporū motū potest fieri ꝙ eadē pars que prius dicebat̄ ante postea dicit̄ retro: sed qualitercunq; moueatur animal: semper illa pars dicitur ante in qua magis vigēt virtutes sensitiue: nec eadem pars fit retro que prius fuit ante p motum localē: ⁊ hoc in ipsis animalibus. ¶ Quarta suppositio ꝙ corpora in qbus dicte differentie positionis reperiunt̄ simpliciter habent partes diuersarum virtutum et potentiarum: quarū vna dicitur ante ⁊ alia retro: vna sursum et alia deorsum: vna dextra et alia sinistra. Sed corpora in qbus dicte differentie reperiūtur respectiue solum nō oportet habere ptes diuersarum virtutū ⁊ potentiarū distinctas secundum distinctiōem dictarum differentiarum positionis: ⁊ quia in plantis sursum ⁊ deorsum reperiuntur simpliciter: ideo plante habent illas partes diuersarum opationū ⁊ virtutum sed quia in eisdem ante ⁊ retro dextrum ⁊ sinistrum nō reperiuntur nisi respectiue: ideo non habēt illas partes diuersarum operationum. ¶ Ex istis suppositionibus potest trahi quinta. scilicet ꝙ sursum et deorsum deseruiunt ad motum augmentationis ⁊ nutritionis: dextrum autem ⁊ sinistrum quantum ad motum localem: sed ante et retro solum quantum ad sensationem: et hoc in corporibus in qbus dicte differentie positionis reperiuntur simpliciter ⁊ non respectiue solum.

Quantum ad secundū sit prima conclusio. Iste due differentie positionis: scilicet sursum et deorsum sunt naturaliter omnib' alijs priores: patet quia communiores: vbicūq; enī reperiunt̄ alie ibi reperiunt̄ iste sed nō econuerso: patet hoc de plantis: quia in plantis reperiunt̄ naturalr̄ sursuꝫ ⁊ deorsum: sꝫ alie differētie nō nisi respectiue. ¶ Secūdo pbat̄ hoc idē ex ordine dimensionū quia inter dimensiones longitudo est prior: quia simplicior: sed sursum ⁊ deorsum capiuntur sm longitudinem. s. de capite ad pedes: dextrum autem ⁊ sinistrum secundum latitudinem: sed ante ⁊ retro sm pfunditatē: ⁊ et ideo etiam sursum ⁊ deorsum sunt differentie simpliciores ⁊ priores alijs differentijs. ¶ Tertio pbat̄ hoc idem ex parte motuum quib' dicte differentie deseruiunt vnde sicut dicebat quinta suppositio sursum ⁊ deorsum deseruiūt motui nutritiōis ⁊ motui augmētatiōis: ⁊ dextrū ⁊ sinistrū motui locali: ante et retro motui sensatiōis: sꝫ modo nutritio ⁊ augmentatio in animalibus p̄cedit alios motus: prius enī oportet ꝙ animalia nutriantur et augmentent̄ anteq̄ moueant se progressiue: ⁊ anteq̄ pfecte sentiant: et adhuc si comparemus omnes dictas differentias ad motum augmētatiōis: adhuc corpora prius augent̄ secundum lōgitudinē secūdū quā accipit̄ sursum: deinde sm latitudinem secūdum quā accipitur dextrum ⁊ sinistrum deinde secundum pfunditatem secundum quam accipit̄ ante ⁊ retro. ¶ Quarto. natura magis fuit sollicita circa partes quarū vnā dicimus sursum ⁊ aliā deorsum ipsas distinguendo abinuicem q̄ circa alias partes: ⁊ hoc videt̄ arguere prioritatem ⁊ principalitatē illaꝝ partiū sup alias. Assumptū patet: q: in homie et similiter in alijs animalibus et plantis natura distinxit sursum ⁊ deorsum secundum figuras: quod nō fecit de dextro ⁊ sinistro: quod patet de capite ⁊ pedibus et brachijs: quorum vnum est dextrum aliud sinistrum: ⁊ similiter de lateribus. ¶ Secunda conclusio. si in celo sunt alique dictarū differentiarū positionis: tunc in ipso sunt iste sursum ⁊ deorsum pbat̄: quia iste due differentie sunt ceteris differentijs communiores: vt p̄cedētē pclusionē: ergo vbicūq; reperiunt̄ aliq̄ differentie positiōis vtiq; ibi reperiunt̄ iste due cū alie sint eis posteriores. ¶ Tertia conclusio. ꝙ in celo sunt iste due dif-

ferentie dextrum et sinistrum: probatur quia vbi determinate inuenitur principium motus ab vna parte ad aliam ibi debet poni dextrum et sinistrum: cum de ratione dextri sit quod ab eo incipit motus naturaliter: sed celum determinate mouetur ab vna parte versus aliam. scilicet ab oriente versus occidentem per meridiem et non econuerso: ergo in eo debet assignari dextrum scilicet in oriente et sinistrum in opposito scilicet in occidente. ¶ Quarta conclusio. in celo sunt omnes dicte differentie: probatur in celo reperiuntur dextrum et sinistrum per precedentem conclusionem que sunt alijs differentijs posteriores: si autem in celo reperiuntur posteriores differentie rationabile est quod in ipso etiam reperiantur priores scilicet ante retro sursum et deorsum. ¶ Secundo potest persuaderi ex hoc quod dicte differentie quodammodo inueniuntur in magnete: qui quidem magnes multum habet de influentia celesti intantum quod dicitur in quodam tractatu de magnete: quod qui faceret vnam spheram de magnete et eam disponeret secundum suos polos ad polos mundi moueretur motu diurno sicut celum: et ex hoc bene posset fieri certissimum horologium.

Ad rationes: ad primam. dico quod illa bene probat quod secundum respectum ad loca elementorum in celo non est sursum neque deorsum: cum quo bene stat quod secundum proprietates motus localis celi bene sunt ibi dicte differentie: secundum quod postea magis declarabitur. ¶ Ad secundam illa bene probat quod celum non habet distinctas partes secundum figuras cum quo bene stat quod habet distinctas partes secundum potentias et proprietates pertinentes ad motum localem celi. vnde poli habent aliam proprietatem in motu celi: cum sint immobiles quam partes in equinoctiali circulo: que velocissime mouentur. ¶ Ad tertiam dico quod vbi esset diuersa figura longitudinis ad latitudinem: tunc secundum illas figuras differt sinistrum vel sursum a dextro: et sic de alijs differentijs: sed in corpore spherico sufficit quod differant secundum proprietates pertinentes ad motum localem illius spherici: et ideo nego quod semper sursum et deorsum debeant capi secundum longitudinem et dextrum et sinistrum secundum latitudinem. ¶ Ad quartam. dico quod licet in oriente non incipiat motus celi: tamen ibi inciperet vel incepisset si aliquando incepisset et non perpetuo durauisset: et hoc sufficit. ¶ Ad quintam. dico quod vbi est augmentatio et sensatio ibi dicte differentie bene deseruiunt ad augmentationem et sensationem: sed vbi reperitur solum motus localis dicte differentie possunt deseruire solum ad illud: ita quod illa pars dicatur dextra a qua incepit vel incepisset motus: et illa ante per quam: et illa sinistra ad quam: et pars opposita ante dicatur retro: et tunc puncta terminantia lineam circa quam fit ille motus dicantur vnum sursum et alterum deorsum. Per hoc idem respondeatur ad sextam.

Questio.II.



Ecundo queritur vtrum in celo debeant sumi sursum et deorsum secundum polos: ita quod vnus polorum sit sursum et alter deorsum. Arguitur primo quod non: quia sursum et deorsum debent sumi in corpore secundum terminos longitudinis [illegible] [illegible] polos [illegible] oriente et occidentem [illegible] equales. ergo non magis debent assignari sursum et deorsum secundum polos quam secundum orientem et occidentem. ¶ Secundo. distantia de polo ad polum est latitudo: et quantum ad polos non debet accipi sursum et deorsum: sed magis dextrum et sinistrum postquam dextrum et sinistrum sunt termini latitudinis: antecedens probatur: quia astrologi et Aristo. in secundo metheororum vocant longitudines climatum secundum processum de oriente in occidentem. sed vocant latitudines climatum secundum processum de polo ad polum. ¶ Tertio secundum Commentatorem sursum est ibi vbi est magis principium motus: sed hoc non est in aliquo polorum: sed magis circa equinoctialem circulum. ¶ Quarto in nobis sursum est nobilior pars: quod patet de capite: ideo proportionaliter sursum in celo debet poni pars nobilior: sed illa non est polus: immo pars nobilior celi est per quam mouentur planete: et in qua ponuntur imagines signorum sicut est zodiacus: quem Aristo. ij. de generatione vocat obliquum circulum: cum secundum illa signa et planetas maxime fiant astrologie iudicia.

Oppositum vult Aristoteles in litera.

¶ In ista questione primo premittende sunt suppositiones. deinde ponende sunt conclusiones.

Prima suppositio sit ista: quod in celo debent imaginari tres dimensiones: vna de polo ad alium. secunda ab oriente in occidentem. tertia a puncto meridiei ad punctum sibi oppositum: istorum sex punctorum tales tres dimensiones terminantium vnus vocatur punctus orientis: alter punctus occidentis: et alius punctus medij celi: et alius punctus seu angulus terre: et aliorum duorum punctorum vnus vocatur arcticus et alter antarcticus seu terminus motus vel axis circa quem celum reuoluitur. ¶ Secunda suppositio quod partes celi circa dicta puncta existentes aliam et aliam habent virtutem et potentiam. vnde sol et ceteri planete aliam: et aliam habent potentiam in oriente: et aliam in occidente: et aliam in medio celi: et aliam in angulo terre: sic similiter aliam habent virtutem stelle existentes circa vnum polum: et aliam existentes circa alium: quod patet primo de sole qui aliam habet virtutem in oriente quam in medio celi: ex eo igitur quod racemi siti versus orientem sunt dulciores quam racemi siti versus meridiem: patet hoc etiam de luna: que habet suam fortitudinem maiorem super motum et tumescentiam aquarum ipsa existente in puncto medij celi: vel in puncto quem vocamus angulum terre.

Quantum ad secundum sit prima conclusio: sursum deorsum ante retro dextrum et sinistrum in celo debent sumi secundum dicta sex puncta imaginata in celo tanquam termini dictarum trium dimensionum imaginatarum ibidem. Probatur differentie positionis sumuntur in corpore secundum diuersas potentias et virtutes et proprietates diuersarum partium in illo corpore: quod patet de differentijs positionis in homine et in alijs animalibus: sed dicta sex puncta imaginata in celo diuersas habent potentias et virtutes secundum quod dixit suppositio immediate precedens: ergo etc. ¶ Secunda conclusio. oriens debet poni dextrum in celo. probatur: quia a dextro debet incipere motus sicut dictum est in libro de motibus animalium: modo ab oriente incipiunt astra et partes celi moueri super nostrum hemisperium: ergo etc. ¶ Tertia conclusio. occidens seu punctus siue angulus occidentis quod totum idem est in celo debet dici sinistrum. probatur: quia punctus occidentis opponitur puncto orientis: et quia semper dextrum opponitur sinistro: et cum dextrum in celo dicatur oriens per precedentem conclusionem: sequitur quod sinistrum in celo dicatur occidens. ¶ Quarta conclusio. punctus siue angulus meridiei debet poni ante in celo: probatur: quia motus incipiens a dextro tendit per ante

ideo quia astra mouentur ab oriente ad occidentalem per meridiem sequitur q punctus meridiei debet dici ante. ¶ Quinta conclusio: punctus oppositus puncto meridiei: sicut est angulus noctis debet dici retro in celo: patet ex eo q opponuntur: ante: modo ante et retro debent adinuicem opponi. ¶ Sexta conclusio. responsalis ad questionem q polorum vnus est sursum et alter deorsum: probatur: quia secundum dicta sex puncta de quorum numero sunt duo poli debent accipi differentie positionis in celo per primam conclusionem: et quia iste quatuor differentie positionis dextrum et sinistrum: ante et retro accipiuntur secundum quatuor puncta de illis sex punctis per precedentes conclusiones: sequitur q sursum et deorsum debent sumi secundum alia duo puncta: et hec sunt poli: igitur etc.

Ad rationes. ad primam: bene concedo q ex nulla distantia in celo debet poni longitudo celi propter lineam esse longiorem: sed secundum proportionem ad animal distantia de polo ad polum pot dici longitudo: quia proportionatur distantie que est in animali de sursum ad deorsum que est longitudo animalis et est illa proportio: in motu circulari hominis imaginatur axis de sursum ad deorsum: et ideo quia in celo vnus polorum dicitur sursum et alter deorsum: ideo distantia inter eos pot vocari longitudo. ¶ Ad secundam dico q quedam est longitudo motus celi quedam est longitudo quantitatis celi: et sic simili modo dico de latitudine. Tunc ad propositum dico: q secundum processum de polo ad polum bene attenditur longitudo quantitatis celi: cum quo stat q penes eundem processum attenditur latitudo motus celi: sed secundum processum ab oriente in occidentem attenditur latitudo quantitatis celi: cum quo stat q penes eundem processum attenditur longitudo motus celi. Ex quo patet quomodo possunt concordari modi loquendi scilicet Aristo. et astrologorum. ¶ Ad tertiam dico q licet secundum apparentiam in animali sursum magis sit principium motus sensationis: quia in capite quod dicitur sursum apparent maxime organa sensuum exteriorum requisitorum ad motum: tamen secundum veritatem principale principium motus et sensus in animali non est sursum neque deorsum: sed in intermedio sicut in corde sicut dicit Aristo. in libro de morte et vita: tamen illud nihil facit ad propositum de celo: ex hoc q celum non mouetur per sensum. ¶ Ad vltimam pot negari antecedens immo cor quod est principium motus in homine videtur esse pars nobilior: et ideo etiam in celo dextrum vel ante videtur esse pars nobilior: dextrum quidem quia ab ipso incipit motus. Aliter potest dici negando consequentiam: dicendo q non est simile quantum ad hoc de homine et de celo: quia differentie positionis in homine capiuntur secundum q deseruiunt motui nutritionis augmentationis et sensationis: secundum quos non accipiuntur dicte differentie in celo: ex eo q tales motus non reperiuntur in eo.

Questio. III.



Ertio queritur vtrum polus arcticus scilicet polus nobis apparens sit deorsum et alter scilicet antarcticus sursum. Et arguitur primo q neuter eorum debeat magis dici sursum vel deorsum q alter: quia si sic hoc videretur esse propter quasdam virtutes et proprietates celi repertas in vno et non in alio. sed hoc est falsum: consequentia videtur tenere per hoc: quia sic accipiuntur sursum et deorsum in nobis: falsitas consequentis tenet ex hoc q nulla videtur esse differentia quantum ad polos: nisi q vnus terminat axem ex vna parte: et alter ab alia: circa quem voluitur celum: igitur etc. ¶ Secundo polus noster scilicet arcticus est nobilior q alter polus: ergo polus noster debet dici sursum. et alter deorsum: consequentia videtur tenere ex hoc q semper sursum est nobilius q deorsum: antecedens probatur: primo quia terra habitabilis est magis sita versus polum arcticum: quod non videtur esse nisi propter maiorem nobilitatem et virtutem ipsius. ¶ Secundo confirmatur hoc: quia si non esset differentia nisi in ordine ad nos: cuius oppositum nondum est probatum per precedentia: nos deberemus dicere polum arcticum esse sursum: quia est eleuatus super nostrum hemispherium: et alterum deorsum: quia est depressus sub nostro hemispherio.


Oppositum vult Aristoteles in litera & ad hoc determinandum et concedendum Commentator ponit talem imaginationem de homine vocato atlas vnde imaginatur de eo q sit ita magnus homo q est mirabile: habens caput in polo antarctico: et pedes in polo nostro scilicet arctico: habens faciem suam versum versus partem celi nobis meridionalem: et culum versus partem oppositam parti meridionali: habens dextram manum in oriente et sinistram in occidente: ac si continue cum manu dextra volueret celum circa se per ante versus sinistrum: modo sicut in illo homine caput dicitur sursum et pedes deorsum: ita in celo alter polus. scilicet polus antarcticus dicitur sursum et polus noster dicitur deorsum: et ita proportionaliter dicatur de aliis differentiis positionis in celo.

De ista questione sit prima conclusio non apparet ex parte motus celi quare magis vnus polorum debeat dici sursum et alter deorsum: probatur primo quia non apparet quomodo illi poli differenter faciant vel deseruiant ad motum celi: nam sicut vnus est terminus axis circa quem fit motus: ita alter. Secundo nam non magis motus celi est ad vnum eorum q ad alium. Tertio nec intelligentia mouens simplex et indiuisibilis existens est magis in vno polo q in alio. ¶ Secunda conclusio. propter motum sensus vel nutritionis non debet dici vnus polus magis sursum q alter: patet ex eo q tales motus non reperiuntur in celo. vnde celum nec nutritur nec sentit: verum est tamen si consyderemus ad motum nutritionis bene differunt sursum et deorsum in animalibus et plantis: quia illa pars in illis dicitur sursum per quam sumitur alimentum: et pars illi opposita dicitur deorsum per quam eiicitur alimentum sicut dicit Aristo. in de morte et vita: sed celum sicut clarum est non indiget talibus partibus. Si etiam consyderamus quantum ad motum sensationis: bene sursum et deorsum distinguuntur in animalibus in ordine ad illum motum: sed non in celo: vnde in animali dicimus illam partem esse sursum vbi est maior congregatio organorum requisitorum ad sensationem: sed illam dicimus deorsum vbi minor: tales autem partes non sunt in celo: nec celum talibus indiget: ex eo q sicut dictum est prius ipsum non sentit. ¶ Tertia conclusio est ista: propter nobilitatem partium celi vnus polus debet dici sursum et alter deorsum: et hoc si dicte sex differentie positionis distinguantur in celo naturaliter: probatur: quia in quocunque corpore dicte sex differentie distinguuntur naturaliter: et non solum respectiue sursum dicitur nobilior pars et deorsum minus nobi

bilis ꝑ3:sicut ꝑ3 i hoīe. ¶ Quarta ꝯclusio:pol⁹ nobis occult⁹ sicut ē pol⁹ antartic⁹ ẽ3 dici sursum ⁊ pol⁹ arctic⁹ deorsum ꝓbaſ:nã inter ꝑtes quarũ vna dicit sursum ⁊ alia deorsum ⁊ hoc naturaliter ⁊ non respectiue solum nobilior pars debet dici sursum ꝑ ꝑcedentẽ conclusionē:sed circa polum nobis occultum est nobilior pars celi ꝙ̃ circa polum nobis manifestum:dicit enim ab aliquibus astrologis ꝙ ibi sunt nobiliores stelle ꝙ̃ hic circa polum nobis apparentem: ⁊ maiores in magnitudine ⁊ influentia:⁊ illud intelligendum est de polis primi argumenti.

Ad rationes. Ad primam nego ꝙ nõ sit alia differẽtia iter polos ꝙ̃ ꝙ vnus terminat axem mũdi ab vna parte ⁊ alter ab alia immo est alia scdm̃ q̃ iam dicebaſ. ¶ Ad secundã terra habitabilis magis declinat ad polum arcticũ:admitto:⁊ quãdo dicebaſ:s3 terra habitabilis deb3 eẽ v̓sa v̓sus nobiliorem ꝑtẽ celi:breuiter dico ꝙ in celo totali duo sunt consyderãda:scilicet orbes planetarum: et primum mobile. Ulterius dico ꝙ aliter est sursum ⁊ deorsum assignandum quantum ad orbes planetarum:⁊ aliter quãtum ad primum mobile:secũdum ꝙ diffusius declarabo in sequenti questione.modo dico ꝙ nõ oportet terram habitabilem esse v̓sam v̓sus nobiliorẽ partem primi mobilis:s3 sufficit ipsam esse v̓sam versus nobiliorem partẽ orbium planetarum. ¶ Ad tertium dico ꝙ bene verum est secundum vulgares loquẽdo ⁊ ad nos cõsyderãdo ꝙ polus arcticus diceret sursum:et antarcticus deorsum:nihilominus consyderando dictas differentias quantũ ad nobilitatẽ partium dicendum est ↄ̃trario. Et sic est finis.

Questio.IIII.



Varto.queritẽ:vtrũ dicte differentie positionis reperiãtur in celo ex natura rei: vel solũ in habitudine ad nos. et arguitur primo ꝙ nõ:quia celum est sphericum: ideo ex natura celi vna pars non debet dici magis sursum ꝙ̃ alia: nec.magis dextra ꝙ̃ alia.

¶ Secũdo.nam si sic cum oriens dicaſ dextrum:⁊ occidens sinistrũ:vbiq3 in celo esset dextrũ et similiter sinistrum:q2 vbiq3 est oriẽs respectu aliquor3: ⁊ similiter vbiq3 est occidens respectu aliquorũ: vbi eñi nobis est oriẽs ibi alijs est occidens:quando enim sol nobis oriſ aliq̃bus alijs sol occidit. ¶ Tertio.quia celum continue moueſ:ꝙ̃ si illa ps que est i oriẽte nũc est dextra: q2 ipsa post erit in occidente ipsa erit sinistra:⁊ ita potest argui de ante et retro. ¶ Quarto.primum oriens terre habitabilis ⁊ vltimum occidens eiusdem nõ opponunſ diametraliter:immo sunt loca valde ꝓpinqua vt dicit Cõmentator in fine huius secundi:ergo non sunt extrema latitudinis celi:qđ tñ deberet esse si vna esset dextra ⁊ alia sinistra:ex eo ꝙ in corpore puta in homie vbi ex natura illius corporis inueniunſ dextrum ⁊ sinistrũ ipsa sunt extrema latitudinis illius corporis.

Oppositum arguitur:quia nisi in cœlo dicte differentie distinguerentur ex natura rei: non esset ratio quare celum magis moueret ad vnam partem ꝙ̃ ad aliã:de hoc enim nõ debet dari ratio ex parte terre vel ex parte nostra: q2 celũ non ordinaſ nec regitur per ista inferiora:sed magis econuerso. nec apparet ꝙ aliunde de hoc possit reddi ratio: nisi per distinctionem dextri ⁊ sinistri. vnde per hoc ⁊ non per aliud reddit Aristoteles de hoc ratiõem. ¶ Secundo in inanimatis non sunt distincte huiusmodi differentie ex natura rei ꝓpter hoc ꝙ ex se non mouenſ plus ex vna parte ꝙ̃ ex alia. vnde ꝙ lapis moueaſ vertendo vnam partẽ sursum ⁊ aliam deorsum: non inest sibi ex natura sua:s3 accidẽtaliter:ergo ꝑ oppositũ dicte differẽtie videnſ esse in celo distincte ex natura celi: q2 celũ mouetur:⁊ nõ ex omni parte similiter:immo ad vnã partem et nõ ad aliam. ¶ Tertio in magnete sunt realiter vel naturaliter dicte differentie positionis : et apparet in ea dictarum differẽtiarũ distinctio in ordine ad celum: ita ꝙ vna pars correspõdet vni polo:et altera alteri:⁊ tamen cõstat ꝙ magnes non habet talem distinctionem nisi a celo:ergo ꝑncipalius sunt distincte dicte differentie in celo:ꝙ̃ in magnete: et ꝑ consequens naturaliter. ¶ In ista q̃stione ꝑmo volo recitare tres opiniões de q̃sito. ¶ Secundo volo tertiã illarũ opinionum declarare.quia ipsam ceteris credo esse veriorem.


Quantum ad primum est vna opinio que dicit dictas differentias positionis in celo non distingui nisi in ordine ad nos:et non ex natura celi: et illa habet pro se aliquas rationes de rationibus positis ante oppositũ. Huius opinionis iprobatio ⁊ rõnũ suarũ solutio patebit i declaratiõe tertie opiniõis.⁊ in soluendo rationes principales. ¶ Secunda opinio dicit ꝙ dicte differentie distinguuntur in celo ex natura celi:non tamen ex natura celi moti:sed ex natura vnius celi:seu orbis celestis quiescentis.⁊ imaginaſ ista opinio ꝙ vltra omnes celos sit vnum celum quiescens:et ꝙ in illo celo sint ꝑtes diuersarum naturarum ⁊ diuersarum influentiarum quarum partiũ vna dicit sursum ⁊ alia deorsum:sursum quidem dicit illa sub qua est polus nobis occultus:deorsum autem illa sub qua est polus noster dextra autẽ dicit esse illa pars sub qua sunt partes celi moti quando oriunſ habitantibus directe sub equinoctiali:vbi dicitur secũdum aliquos astrologos esse sita vna ciuitas que vocaſ Arym:pars autē illi opposita diceret occidens:pars aũt illa dicit ante que directe est super orizõtem habitantium in dicta ciuitate arym:pars autem illi opposita dicit retro. De hoc autem postea loco suo faciam vnam questionẽ scilicet vtrum sit ponendum aliquod celum quiescens. ¶ Tertia opinio distinguit dictas differentias in celo ex diuersa influentia intelligentie mouentis in vnã partem et in aliam.

Quantum ad secundum pro declaratione huius tertie opinionis:sciẽdũ est ꝙ differẽtia est inter verum oriẽs ⁊ non verum. vnde oriens nõ verum diuersificaſ secundum diuersitatẽ orizontium: ⁊ ita occidẽs similiter. sed oriẽs verum dicit oriens quantum ad orizontem habitantium sub equinoctiali in ciuitate arym:⁊ occidens pars ei opposita: et in illo oriente Atlas imaginatur habere manum dextram ⁊ in occidente manum sinistram:cum imaginaſ habere caput v̓sus polum antarcticũ ⁊ pedes v̓sus polum arcticū et faciẽ v̓sus hemisperiũ quod est sup orizontem dicte ciuitatis arym. ¶ Et sciendum est ꝙ posito ꝙ non esset ibi illa ciuitas nec aliqua habitatio nec talis hõ atlas imaginareſ sic se habere sicut dictum est:adhuc non minus illa pars celi dicta diceret oriens verum ⁊ dextra pars celi: et pars ei opposita diceret occidens ⁊ sinistra ps celi:ꝓpter hoc ꝙ ex illa parte intelligentia maiorem causat influentiam. Unde imaginandum est quantum ad hoc de intelligentia ad celum sicut de

anima intellectiua ad corpus. vnde licet anima intellectiua sit tota in toto et tota in qualibet parte corporis: tamen maiorem causat influentiam in vna parte corporis quam in alia: sic proportionaliter imaginandum est de intelligentia ad celum: ita quod pars celi in quam intelligentia causat maiorem influentiam dicitur pars dextra: et ideo quia maiorem causat influentiã in partem illam a qua celum incipit moueri vel incepisset sicut est pars orientalis talis pars dicitur dextera et ei opposita sinistra. ¶ Secundo sciendũ est quod orbes planetarum mouentur contra motum primi mobilis sicut dicunt astrologi: et verum est et ideo in orbibus planetarum aliter oportet assignare dextrum et sinistrum: similiter et alias differentias positionis quam in primo mobili. Unde in orbibus planetarum debet assignari dextrũ versus occidens et sinistrũ primi mobilis. Et occidens orbium planetarum seu sinistra pars eorum debet assignari versus dextram partem et orientalẽ primi mobilis. Et proportionaliter dicatur de alijs differentijs positionis in ipsis: recte ac si essent duo tales Atlantes seu homines: quorum vnus haberet caput versus vnum polum mundi: et alter versus partem bene propexputa versus polum zodiaci haberet pedes: et versus quam partem vnus haberet manum dextram: alter haberet manum sinistram: ita quod sicut motor primi mobilis influit aliter in partem dextram sui orbis et aliter in sinistram: ita etiã motor orbis planete influit aliter in partem dextram sui orbis et aliter in sinistram. ¶ Ex his respondeatur ad questionem iuxta tertiam opinionem: quod in celo distinguuntur ex natura rei dicte differentie positionis et non solum in habitudine ad nos: et pro hoc adducantur rationes quibus arguebatur post oppositum.

Et respondeatur ad alias rationes probãtes oppositum. ¶ Ad primam: celum est sphericum etc. negatur consequentia: nam posito quod homo fieret spherice figure adhuc vna pars hominis diceretur dextra et alia sinistra: alia sursum alia deorsum: alia ante alia retro: propter diuersas virtutes et potentias adhuc existentes in diuersis partibus hominis: licet non propter diuersas figuras. ¶ Ad secundam negatur consequentia: ad probationem dico quod non quodcunque oriens dicitur dextra pars celi: nec quodcunque occidens dicitur sinistra pars celi: sed oriens verum duntaxat dextra pars celi dicitur: quod accipiendum est ad ciuitatem arym: et pars ei opposita dicitur occidens. ¶ Ad tertiam illa bene probat quod pars celi que modo est dextra aliquando erit sinistra: et ideo non eadem pars celi secundum numerum manet dextra vel sinistra: sed bene secundum equiualentiam. ¶ Ad quartam: illa bene probat quod oriens et occidens non verum non sunt dextra pars et sinistra pars celi: cum hoc tamen stat quod bene oriens et occidens verum accepta ad ciuitatem arym sunt dextra et sinistra pars celi: et hoc quantum est ex parte diuerse influentie primi motoris in illas partes.

Quæstio. V.



Vnc sequitur tractare de figura celi: de qua formetur vnica questio. Utrum celum sit spherice figure. Arguitur primo quod non: quia celum est orbiculare: ergo non est sphericum. consequentia tenet: nam differunt orbiculare et sphericum: orbiculare enim dicitur corpus cõcauum sphericum autem dicitur corpus solidum antecedens patet de se. ¶ Secundo figura spherica est omnium figurarum isoperimetrarum minima: ergo celum non est spherice figure: consequentia patet pro tanto quia celũ cum sit maxime capacitatis sibi non competit figura minima: quod autẽ sit maxime capacitatis patet: quia omnia corpora totius vniuersi preter ipsum includit: antecedens patet per archimedem in libro de isoperimetris.

Oppositum vult Aristoteles in litera: quod probat pluribus rationibus: que videbuntur ponendo conclusiones.

Pro questione primo notãdum est quod questio potest intelligi de figura celi vltimi quoad superficiẽ eius cõuexam: vel de figura totalis celi quantum ad superficiem eius cõcauam: vel de figuris orbium intermediorũ inter orbẽ supremum et infimũ quãtum ad eorum superficies concauas et conuexas.

Tunc sit prima conclusio, non est demonstrabile celum vltimum quãtum ad eius superficiẽ conuexã esse spherice figure: patet: nã posito quod quantum ad dictam superficiẽ esset figure oualis et colũnaris non propter hoc sequeretur aliquid contra principia naturalia. ¶ Secunda conclusio. bene est demonstrabile celũ vltimum nõ esse figure angularis posito quod moueatur. patet: nam si sic tunc tali aliquo angulo moto extra spatium imaginatum quod occurreret relinqueretur vacuum: quod est contra principia naturalia. ¶ Tertia conclusio nec est demonstrabile celum quantum ad eius superficiem concauã infimã non esse angularis figure: patet hoc: quia ad motũ talis anguli aliud corpus sicut ignis succederet et repleret locũ quem prius repleuit ille angulus: et sic non oporteret ponere vacuum. ¶ Quarta cõclusio: necessarium est secundum principia naturalia orbes intermedios inter supremum et infimum esse sphericos tam quãtum ad superficies cõcauas quam quãtũ ad superficies cõuexas: hoc probatur supponendo primo quod orbes intermedij mouentur super alijs polis motu proprio quam primum mobile sicut super polis zodiaci. ¶ Secũdo supponitur quod celum nõ est frangibile: nec cõdensabile: nec rarefactibile. Tertio supponitur quod dimensionum penetratio non est possibilis. ¶ Istis suppositis patet conclusio: nam si orbes intermedij essent alterius figure quo ad eorum superficies concauas vel conuexas: tunc ex quo mouentur super alijs polis quam primum mobile sicut dixit prima suppositio: oporteret vel quod celum esset frangibile: vel condensabile: vel rarefactibile: cuius oppositum dicit secunda suppositio: vel oportet fieri penetrationem dimensionum: cuius oppositum dicit tertia suppositio: vel oporteret esse vacuum inter orbes intermedios: quod etiam suppono esse falsum. ¶ Quinta conclusio. rationabilius est ponere celum quoad omnem eius superficiẽ tam concauam quã conuexam esse spherice figure quam alicuius alterius: probatur. Primo celum est corpus simplicissimum sicut patet ex prius dictis: ergo sibi debetur figura spherica que est figura simplicissima: quod patet ex eo quod ipsa est vna linea vel superficie contenta: alie autem pluribus continentur: sicut sunt figure triangulares et quadrangulares etc. ¶ Secundo celum cum sit corpus perfectissimum rationabile est quod sibi tribuatur figura perfectissima: sed talis est figura spherica: quod patet ex eo quod linee circumferentiali vel superficiali continenti circulum non potest fieri additio: nec superficiei circumferentiali continenti spheram vel orbem: immo

tibi vel superficiebus alijs bene pôt fieri additio: perfectũ autem dicitur cui non potest fieri additio. ergo. &c.
❡ Tertio. celo debetur talis figura que est aptissima ad motum: cum motus celi sit velocissimus: talis autẽ est figura spherica: vnde aptior est vnus globus sphericus ad hoc ꝙ voluatur sup terram: ꝙ sit vnum corpus cubicum. ❡ Quarto. celum continet omnia: ergo rõnabile est ꝙ habeat figurã capacissimã: talis autẽ est figura spherica: vt demonstratũ est ab archimenide l libro de isoperimetris figurã sphericam oim figurarũ sibi isoperimetrarũ esse capacissimã. Unde figure isoperimetre superficiales dicũtur quarũ linee vnius quibus continentur simul iuncte lineis alterius continentis quibus alia cõtinet sũt equales: vbi gratia: sicut si eẽnt tres figure. s. circulus: triangulus: quadrat⁹: sic se hñtes ꝙ circũferentia circuli in rectã ꝓtensa esset equalis lineis trianguli sil' iũctis & positis vna añ aliã: & sil' lineis quadrati: tũc dicte tres superficies dicerentur isoperimetre. Proportionabiliter dicatur de figuris isoperimetris in solidis. ❡ Quinto corpori elongatissimo a corruptione et lesione debetur figura que est magis saluatiua figurati: sꝫ hec est figura spherica: qꝛ in tali figura partes adinuicem magis vicinãtur: vicinitas aũt ptiũ in toto est ꝓpter mutuas ĩfluentias earũ. ❡ Deinde ꝓbat specialiter ꝙ celũ est sphericũ quãtum ad superficiẽ eius cõcauã: nã oia instrumẽta quib⁹ certificãtur celestia sunt spherica: vel ad naturã sphere reducta: qđ videt esse signũ celum eẽ spherice figure quantũ ad dictam superficiem. ❡ Scđo. ꝓbatur ꝙ celum quãtum ad eius concauum non est figure ad modũ quadrati seu quadranguli vel trianguli: nã si sic tunc stelle quando essent in oriẽte et in occidente magis lõge distarent a nobis ꝙ quãdo essent in meridie: qꝛ tũc essent supra capita nostra: sed hoc videtur falsum: quia tunc apperent minores in oriente vel in occidẽte ꝙ in medio celi: hoc tamen est falsum: quia sol apparet maior in oriente ꝙ in medio celi. ❡ Sed tunc aliquis diceret: ergo videtur ꝙ quãdo sol est in meridie sit a nobis remotior ꝙ quando est in oriente vel in occidente et tñ hoc est falsum: supposito ꝙ terra sit in medio celi et vlterius supposito ꝙ celum sit sphericũ. ❡ Respõdetur ꝙ causa eius ꝙ sol apparet nobis maior in oriẽte vel in occidente non est maior ꝓpinquitas solis ad nos: sed hoc est ꝓpter illã causam. s. qꝛ quãdo sol est in oriente tunc inter nos & solẽ sunt positi quidam vapores ꝑ quos videt sol ꝑ rarefractionem radiorũ: ꝓpter quam tunc appet maior: sicut denarius in aqua posit⁹ appet maior ꝙ extra: ꝓpter defectum aũt talis refractionis radiorum sole existente iã meridie non apparet nobis ipse sol tante quantitatis.

Ad rationes. Ad primam. cælum est

orbicularis figure &c. negatur ꝯña: quia solemus vti istis terminis: sphera orbis: pro eodem: sed hoc est large accipiendo dictos terminos: nichilominus accipiendo ipsos secundum significationes proprias ipsorũ habent diuersas descriptiones exprimentes quid nominis: et ideo quando sic accipiũtur esset dicendum ꝙ celum non esset sphericum sed orbiculare. ❡ Ad secũdam. dico ꝙ figura spherica inter figuras omnes sibi isoperimetras est minima quantum ad loci occupationem: cum hoc tamen stat ꝙ inter easdem est maxima quãtum ad interiorem capacitatẽ & ideo expedientius & commodius est celum esse spherice figure ꝙ alicui⁹ alterius.

Quæstio VI.



Lterius querendũ est circa ptes maiores sphere celi: sicut sunt sphere seu orbes celestes: & quãtum ad hoc volo q̃rere duo. Primo de numero spherarum vtrum sint octo vel nouem vel plures vel pauciores. Scđo vtrũ ad saluandũ illa que apparent ex motibus planetarum oporteat ponere eccentricos & epiciclos.

Quantum ad primum arguitur prio

ꝙ non sint plures orbes celestes [illegible] si sic vel illi essent continui vel contigui: non potest dici ꝙ continui: nã tunc omnes mouerentur vno motu simplici: quod tamen est falsum sequela pꝫ ex eo ꝙ cõtinuorum adinuicem vnus est mot⁹. Nec potest dici ꝙ sunt inuicem contigui: ꝓbatur sic. quorum vltima sunt vnũ non sunt adinuicẽ ꝯtigua: sed cõtinua: sꝫ sic est de orbibus sup celestibus sibi inuicẽ immediatis. Nã capiãt orbis lune & orbis mercurij qui ponunt adinuicẽ immediati: & arguãtur sic: superficies cõuexa orbis lune et ꝯcaua orbis mercurij sunt vna superficies: ergo illi duo orbes sunt ad inuicem cõtinui & nõ cõtigui: añs ꝓbatur pmo qꝛ dicte ambe superficies qualiter distant a centro mundi. ❡ Secundo. quia dicte superficies sunt sibiinuicẽ equales: ergo sunt vna superficies: antecedẽs probatur: quia se habent sicut locatum & locus: sed illa sibi inuicẽ sunt equalia: quarto phisicorũ. consequẽtia ꝓbatur quia si dicte superficies sint sibiinuicẽ eq̃les: & sunt due tunc sequitur ꝙ est possibile circa idem cẽtrũ eẽ duos circulos vel duos orbes sibi inuicem equales: quod ẽ contra tertium geometrie. Proportionaliter potest argui de quibuscunqꝫ alijs orbibus sibi inuicem immediatis. ❡ Secundo ad principale: nõ sunt plures sphere ignis: nec etiã sunt plures sphere aeris. &c. ergo nec videntur esse plures sphere celestes: ꝯña videt tenere ꝑ simile: & ꝓbat etiã ꝯño rõne alia: nam si eẽnt plures sphere celestes cum oim sit vnus motus. s. motus circularis: sequeret ꝙ vnus motus simplex naturalis esset plurium corporũ simplicium: cuius oppositum dictum est primo huius. ❡ Tertio ꝓbatur ꝙ saltẽ nõ sit ponenda nona sphera: seu nonus orbis celestis: primo Commẽtatoris auctoritate q̃ non ponit nisi octo: & ꝓbatur hoc rõne: nã videtur ꝙ frustra poneretur nona sphera ꝓpẽ hoc ꝙ si poneret non influeret aliquid in istis inferioribus: ꝓpẽ hoc ꝙ orbis oẽm influẽtiã quã hꝫ habet rõne stelle vel stellarũ existẽtiũ in ipso: modo in nona sphera nõ ponit aliqua stella. nã oẽs stelle fixe ponũtur in octaua sphera: alie autẽ q̃ dicunt stelle erratice seu planete ponuntur in alijs septem spheris.
❡ Quarto. ꝓbat ꝙ sint plures ꝙ nouẽ. nã clarũ est ꝙ plures sunt stelle ꝙ nouẽ: mõ q̃libet stella est vna sphera celestis: qꝛ est corpus celeste rotundũ solidũ: in cui⁹ medio est punctus a quo oẽs linee ducibiles ad circũferentiam sunt equales. ❡ Confirmat ꝙ plures sint orbes celestes ꝙ nouẽ. nã ꝓ solo motu solis assignant tres orbes: vnus quidẽ. s. inferior concẽtricus mundo quo ad cõcauum & eccẽtricus quo ad cõuexũ: secũdus qui vocat deferẽs ecẽtricus mundo tam quo ad concauum ꝙ quo ad cõuexum: tertius autem q̃ est ecẽtricus mundo quo ad cõcauum & concẽtricus quo ad cõuexum: & ita ꝓ quolibet alio planetarum oportet assignare plures orbes ꝓpter quod videntur esse plures ꝙ nouem orbes seu sphere celestes.

In oppositum sunt omnes philosophi et astrologi qui ponũt plures celestes orbes: lȝ in numero orbium sint diuersificati:nam quidam ponũt solum octo.quidam nouem.quidam decem. ¶In ista questione primo videndum est ꝓpter quid philosophi mouebantur ad ponendum plures orbes celestes.secũdo videndum est de numero orbium celestium

Quantum ad primum sciendum est: ꝙ philosophi viderunt plures stellas moueri ab oriẽte in occidentem cũ hoc viderunt semper illas stellas manere vel moueri in equali ꝓpinquitate ⁊ distantia abinuicem:ꝓpter quod mouebanẽ ad ponendũ vnicã sphærã ꝓ omnibus illis stellis:in qua quidẽ sphera ille stelle sunt fixe sicut clauus in naui:vel paro in toto quã quidẽ sphærã vocabant sphærã octauam seu celũ stellatũ.deĩ cũ experiebãẽ de septẽ planetis ꝙ aliquã plꝰ appropinqrẽt adinuicẽ ⁊ aliquã plus recederent abinuicẽ ⁊ etiã aliquã aliquibus stellis fixis essent ꝓpinquiores: aliquã vero ab illis stellis fixis eẽnt remotiores:moti erant ad ponẽdũ septẽ orbes planetarũ ꝓ quolibet planeta vnũ orbem:accipiendo orbẽ ꝓ aggregato ex oibus orbibus sufficientibus ad motũ vniꝰ planete. ¶De ordine aũt taliũ orbiũ septẽ planetarũ:quidã posuerũt primo sphærã saturni:deinde sphærã iouis deinde sphærã martis:deiñ sperã veneris:deinde sphærã mercurii deinde sphærã solis:⁊ vltimã sphærã lune:ita ꝙ isti posuerunt venerẽ et mercuriũ sup solẽ. Alij aũt posuerunt venerẽ sup solẽ:⁊ mercuriũ infra. Alij autẽ econuerso.sed quicquid de hoc sit rationabilius eẽ videẽ ꝙ tres planete sint sup solẽ et tres infra:⁊ solẽ medio tanꝙ rex in regni medio:ad finem ꝙ supra ⁊ infra possit equaliter influere ⁊ illuminare. ¶Sed contra hoc aliquis diceret si infra solẽ sunt venus mercuriꝰ et luna:et cũ luna aliquã eclipsat solẽ per interpositionẽ eius inter visum nostrũ ⁊ solẽ q̃ est causa ꝙ sic nõ facit venus ⁊ mercurius cum tamen etiam aliquando contingat ipsos situari inter visum ⁊ solem. ¶Potest dici:ꝙ hoc est ꝓpter magnã diaphaneitatẽ veneris et mercurij ⁊ ꝓpter minorẽ diaphaneitatẽ ipsius lune. ¶Aliter põt dici:ꝙ hoc est propter maiorem ꝓpinquitatem lune ad nos: vnde vos videtisnũ aliquod opacũ ponĩẽ inter oculũ ⁊ visibile quanto illud opacũ est ꝓpinquius oculo tanto maiorẽ partẽ visibilis occultat et quanto est remotius ab oculo et ꝓpinquius visibili tãto minorẽ partẽ visibilis occultat:sic ĩ ꝓposito luna ꝓpinquior visui posita inter visum et solem:sensibilẽ partẽ solis põt occultare:venus aũt et mercuriꝰ remotiores a visu ⁊ ꝓpinquiores visibili.s.soli minorẽ partẽ solis occultant:tãta paruã ꝙ non ꝓpter hoc sol appet eclipsari. ¶Ulterius sciendũ est:ꝙ aliqui phĩ non ꝯceperũt octauã sphærã moueri pluribus motibꝰ sed vnico.s.ab oriente in occidentẽ:dixerunt spheram octauã esse vltimã et nullã esse vltra: et etiam ꝓpter hoc ꝙ habet plures stellas ipsa est nobilior alijs: ⁊ ꝑ ꝯñs dꝫ esse suprema ⁊ vltia. Alij aũt percipiẽtes octauam sphærã pluribus motibus moueri: vno quidẽ ab oriente in occidentem sup polis mũdi faciendo in die naturalẽ vnã reuolutionẽ circa terram:alio aũt moueri ab occidẽte in orientem super polis zodiaci:⁊ cẽtum annis gradu vno:moti erant ad ponendum vltra octauum orbem nonum:quẽ vocant primum mobile:quod dicunt moueri vnico ⁊ simplicissimo motu ab oriente in occidẽtẽ:quod quidẽ primum mobile ꝓducit motuꝫ octaue sphere diurnum rapiendo ipsam secum ab oriẽte in occidentẽ:⁊ etiam consimiles motus in orbibus planetarũ:sed ꝙ octaua spera mouẽ ab occidente in orientem cẽtũ annis vno gradu hoc est ꝑ motorem sibi appropriatum:⁊ ita similiter est de consimili motu orbium planetarum: sic ergo pꝫ ꝓpter quid phĩ moti erant ad ponendum plures orbes.

Tunc sit prima conclusio. nullū astrū mouet̄ per se hoc est solitarie in orbe ab oriēte ad occidētem diuidendo orbem sicut auis volans per aerem diuidit aerem: et piscis natās per aquam diuidit aquā. Probatur primo quia tunc celum esset diuisibile et scindibile: et p consequēs corruptibile: cū diuisibilitas dispo. nat ad corruptiōem: sed cōsequens est falsum: ergo &c. ❡ Secundo. si stelle sic mouentur per se diuidentes orbes in quibus essent: tunc stelle indigerent organis ad talē motum: vt pedibus vel aliis huiusmodi: que in eis non inueniunt̄. cum sint spherice figure. ❡ Sed iuxta istam rationem forte aliquis instaret: et diceret q̄ hoc nō oportet: q: graue descēdit de loco ad locū sine talibus instrumētis seu organis. ❡ Respōdet̄. q̄ est dissimile hic et ibi: graue descēdit deorsum ex eo q: p suā naturā determinat sibi illū locū i nō sit alibi violēter detētū: astrū nō magis determinat sibi locū in oriēte q̄ in occidēte: nō idcirco ad diuersa loca indiget talib' organis. ❡ Secūda cōclusio. nullū astrū pter lunā mouetur per se circa cētrum suum ppriū: pbat̄. Pro quo suppono q̄ quodlibet astrum preter lunam sit vniforme per totū: sic q̄ vna eius pars apta nata est causare eandē consimilem influētiam in istis inferioribus qualem alia. Vlterius supponitur q̄ motus qui sunt in superioribus corporibus sicut in corporibus celestibus sunt ppter diuersas influentias causandas in ista inferiora. Tunc arguitur sic: si astra mouerent̄ per se motu volutationis circa centra eorum ppria tunc motus fieret ppter diuersas influentias causandas in ista inferiora: patet per secūdam suppositionem: sed hoc non: quia ex tali motu volutationis astri non causaretur diuersa influentia in ista inferiora propter hoc q̄ quodlibet astrum excepta luna est vniforme p totum sicut dicit prima suppositio: et ideo si aliquod astrū verteret iam vnā sui partē ad nos et postea aliam verteret ad nos: non ppter hoc causaret in nobis aliam et aliam influētiam: sed semper consimilem: ppter similitudinem nature suarū partium. ❡ Tertia conclusio. si luna habet epiciclum: tūc luna mouet̄ p se circa cētrum suum proprium contra motum quo mouetur in circūferētia epicicli: pbatur: quia aliter non posset saluari sicut prius arguebat̄: quia illa macula q̄ apparet in luna aliquando apparet in luna aliquādo appareret euersa: sic. s. q̄ si modo apparet caput supra et pedes infra: postea apparerēt pedes supra: et capud infra: modo consequens est falsum. ❡ Et si dicatur talis motus lune circa centrū ppriū videt̄ esse frustra: cum ex tali motu non proueniat aliqua diuersitas influentie in ista inferiora: cū luna cōsimiliter videat̄ influere fm vnā ei' partē in ista inferiora sicut fm aliā: cum luna videat̄ esse vniformis nature p totū. ❡ Respondet̄ q̄ talis motus lune non est frustra nec est cōcedendum q̄ luna sit vniformis nature p totū sicut alia astra. vnde est valde diuersa in raritate et dēsitate in suis partibus: sicut postea videbitur: et ideo nō consimiliter influit fm vnam partē sicut fm aliā: et ppter hoc talis motus lune circa centrum ppriū nō est frustra: immo vtilis ppter diuersam influentiam causandā in ista inferiora. ❡ Quarta cōclusio. oīa astra mouent̄ per se et fm eorū naturā ad motū orbium in quibus sunt: nā astra apparēt moueri de oriēte ad occidentē: sed hoc nō est diuidēdo orbes. sicut dixit prima conclusio: ergo oportet q̄ hoc sit ad motum orbiū: sed talis mot' inest astris p se et fm eoꝝ naturā: et ex eo q̄ astrā sūt partes orbiū: dicit enī Cōmētator q̄ stella est dēsior pars sui orbis: modo motus naturalis toti etiam est naturalis parti: ergo &c.

Ad rationes. Ad primam dico sicut iam dicebat̄: q̄ stella est quedam pars orbis cui est fixa: ideo non oportet q̄ habeat motum simplicem aliū a motu cui' est pars: et adhuc si stella esset vnū corpus totale diuisum ab orbe sufficeret q̄ moueretur delata a pprio continēte: et tunc licet non haberet p se aliquē motū passiuū: haberet tamē p se aliquē motū actiuū: scilicet eundem quem alteraret ista inferiora: quia adhuc stella aliter influeret in ista inferiora q̄ orbis. ❡ Ad secūdam. illā bñ probat quartam conclusionem. s. q̄ stellis debetur aliqui motus p se: sed est secundum earum naturā: sed non probat q̄ debeant̄ eis aliqui mot' p se. i. solitarie: qui non insint eis ratione orbium. ❡ Ad tertiam. nego aīs. Ad pbatiōes. Ad primā de saltatione solis: dico q̄ hoc fit ppter motū vapoꝝ medioꝝ qui refrangūt radios. ❡ Ad secūdam dico: q̄ sol apparet rotari et moueri circa cētrū ppriū cū aspicit̄ est ppter debilitatē oculi: ita q̄ ob fortē lucē solis visum ab oculo cū labore: spūs missi ad oculū p cōfortando virtutē visiuam mouent̄ et vertunt̄ circa axē visuo: et ppter talem motū imperceptū a potētia visiua apparet talis motus in sole. ❡ Ad tertiam de radio scintillante dico q̄ hoc est ppter vapores positos in medio vel ppter diuersitatē dēsitatis inter ignem et aerē: vbi fit quasi quedā motus inundationis: ppter quē motū radius solaris apparet dicto modo scintillare et titubare: recte sicut tremit vmbra i fundo aq̄ cuius superficies fluctuat et mouet̄ hinc inde. ❡ Ad quartum principale de scintillatione stellaꝝ q̄ nō sunt planete: dico q̄ hoc est aut ppter medium: aut ppter debilitatē visus: aut ppter earum magnam distātiam a visu aut ppter ista simul. ❡ Ad quintā. dico q̄ nō opꝫ omne corp' sphericū habere motū ppriū circa centrū suū: sed sufficit multis corporib' sphericis moueri circulariter ad motū corporum quibus sunt infixa: et sic est de stellis que mouent̄ circulariter ad motū orbiū quib' deferunt̄: et hoc sufficit eis absq̄ hoc q̄ vltra hoc habeant speciales mot' circa cētra ppria. ❡ Ad sextā. illa vādit p tertia conclusiōe: et est dissimile q̄tū ad hoc de lunā et aliis astris: q: luna non est cōsimilis nature q̄tū ad oēs suas partes sicut alia astra: et ideo nō mirum si luna mouetur circa centrū ppriū ppter diuersas influētias causandas in ista inferiora: et alia astra non.

Questio XIX.



Vnc q̄tū ad secūdū tractatum huius secundi libri de celo et mundo restat principaliter tractare illa que cōcernunt partes celi minores sicut sunt astra: postq̄ tractatum est de differentiis positionis in celo: et de figura celi: et de illis que concernunt partes celi maio-

res:sicut sunt orbes:et cum hoc que concernunt partes celi minores:sicut sunt astra q̄tū ad eorū motum. ¶ Queritur ergo primo vtrū oīa astra sint eiusdem speciei specialissime. Arguitur primo q̄ sicut omnes orbes celestes sunt eiusdem speciei specialissime: ergo omnia astra:cōsequētia probatur:quia astrum est eiusdem speciei cum orbe in quo est. assumptum probatur.s. q̄ stella est eiusdē speciei cum orbe in quo est. Primo quā dicit Aristo. in isto scđo. et cōmētator similr:q̄ stella est densior pars sui orbis:modo rarū et densum non diuersificant speciem. ¶ Et cōfirmatur. quia astra et orbes eodem motu mouentur naturaliter: q̄d non esset si essent diuersarum specierum. ¶ Et confirmatur hoc secundo.oīm orbiū celestiū est locus idem in numero:vt probatur in isto scđo a cōmētatore in probando eccentricos sed illa simplicia quorū est idē locus in numero sunt eiusdē speciei specialissime sicut dictū est primo huius. ¶ Et cōfirmatur hoc tertio motus simplices ipsorū orbium sunt eiusdem speciei specialissime:ergo et ipsi erūt eiusdem speciei specialissime:cōsequentia tenet ex his que dicta sunt primo huius:aīs patet ex eo q̄ omnis motus circularis omni motui circulari videtur esse eiusdem speciei specialissime:motus autē naturales ipsorū orbiū celestiū sunt mot⁹ circulares. ¶ Secundo ad principale. omnis ignis saltem purus est eiusdem speciei cum alio igne:et oīs aer cum alio aere est eiusdem speciei:et ita similiter est in aliis corporibus elementaribus simplicibus:ergo a simili argumēto videtur sic esse in corpore simplici celesti.scilicet in celo q̄ omnis portio celi cum qualibet alia est eiusdem speciei:et magis adhuc hoc videtur de celo q̄ de elementis:cum celum sit simplicius elemētis: sed si quelibet portio celi cum alia est eiusdē speciei et stelle sunt quedam portiones celi sicut deductum est:videtur q̄ q̄libet cum alia sit eiusdem speciei. ¶ Tertio.si stelle distinguerentur contra inuicē specie: tunc multo plura essent in mundo corpora simplicia q̄ quinq̄ distincta sm speciem: sed hoc est falsum:consequētia tenet ex eo q̄ valde multe sunt stelle in celo:falsitas consequentis patet ex his q̄ dicta sunt primo huius:vbi probatum est ibi q̄ nō sunt nisi quinq̄ corpora simplicia distincta secundum speciē.s.quatuor elemēta et quinta essentia scilicet celum. ¶ Quarto.nos videmus in animalibus et in plantis q̄ illa q̄ determinant sibi cōsimiles figuras sunt eiusdem speciei et econuerso:et que dissimiles sunt dissimilis speciei et ecōuerso:modo omnes stelle sunt consimilis figure:quia omnes sunt spherice: ideo videtur q̄ omnes sunt eiusdem speciei. ¶ Quinto.nam commentator ponit sup isto libro q̄ totum celum est sicut vnū animal:et sphere celestes et stelle sunt sicut mēbra eius ideo totius celi prim⁹ motor est quasi anima: ergo totum celum simul ab illo primo motore mouetur modo quo animal mouetur a sua anima:modo vnum animal et mēbra eius sunt eiusdem speciei specialissime in genere substantie:quia sunt informata vna forma substātiali scilicet anima sensitiua: ergo similiter sic videtur esse dicēdum de toto celo:et sic tam orbes q̄ stelle vidētur esse eiusdem speciei specialissime. ¶ Sexto. totale celum est vna essentia simplex:ergo nō videtur esse compositū ex entib⁹ diuersarum specierum:et cum sit compositum ex multis orbibus et multis stellis:sequitur huiusmodi non distingui abinuicē specie:antecedēs probatur ex eo q̄ mouetur a motore simplici:qui non produceret nisi motum simplicem:qui motus simplex nō inesset naturaliter nisi corpori simplici.

Oppositū arguitur.quia si q̄ sunt eiusdem speciei specialissime debent habere consimiles proprietates naturales:sed sic non est de stellis:patet hoc:q̄ quedam stelle influūt in ista inferiora caliditatē:quedam frigiditatem:quedam humiditatem:quedā siccitatem:quedam inimicitias:quedam amicitias:et sic de aliis diuersis proprietatibus que in isto mundo inferiori inueniuntur et proueniunt a diuersis proprietatibus et virtutibus stellarum:tales autem diuersitates virtutum et operationum specifice vidētur arguere diuersitatem specificam stellarum. ¶ Secundo.natura nō fecit sub vna specie plura indiuidua nisi propter corruptionem indiuiduorū:vt saluaretur species:ideo cum omnes stelle sint perpetue:si omnes essent eiusdē speciei frustra essent plures cū species illa posset saluari et perpetuari in vna illarum. ¶ Tertio.illa non sunt eiusdem speciei quorum vnum habet ex se lucem alia autem non:sed ab alio:sed sic est de stellis: quia sol habet lucem ex se:alia autem astra capiunt lumen suū a sole:q̄d maxime patet de luna que deficit a lumine:cum inter ipsam et solem ponitur terra impediens illustrationem lune a sole. ¶ In ista questione primittenda est vna distinctio. Secūdo videndū est vtrū oēs orbes celestes inter se sint eiusdem speciei. Tertio.an oēs stelle inter se sint eiusdē speciei:siue sint in diuersis orbibus siue in eodem orbe. Quarto. vtrum orbes sint alterius speciei ab astris que sunt in ipsis.

Quātū ad primū sit distinctio ista:q̄ aliqua dicunt eadē specie dupliciter. Uno modo:que sunt termini significatiui sub eodem termino specifico contēti in recta linea p̄dicamētali:sicut sunt isti termini sortes et plato cōtēti sub isto termino hō. Et p oppositum diuersa specie dicitur termini significatiui cōtēti sub diuersis terminis specificis in linea p̄dicamētali isto mō isti termini sor. et brunell⁹ dicunt differre abinuicē specie:alio mō aliqua dicitur eē eiusdē speciei:q̄ sunt res significate p eūdē terminū specificū:et hoc de p̄dicamēto substātie:et sic diuersa specie dicunt res significate vel etiā significabiles p terminos differentes specie etiam existentes in p̄dicamento substātie. Isto mō tu et ego dicimur eiusdē spēi:sed tu et brunellus diuersarū specierū. ¶ Modo sciēdū est q̄ in proposito nō intēditur de eisdem specie vel diuersis primo modo:sed secundo mō:in quo notāter apposuit ly de p̄dicamento substātie. Nam res diuersarū specierū bñ sunt significabiles p eūdem terminum specificum p̄dicamēti accidētis:sicut p diuersos terminos specificos res eiusdem speciei significari possunt. Finaliter in proposito intenditur de eisdē specie vel diuersis q̄tum ad speciem de predicamento substantie:sic:idem q̄ illa dicimus esse eadem specie:que significabilia sunt p eādem speciem de p̄dicamēto substantie:et illa diuersa specie que significabilia sunt p diuersas species seu terminos specificos de predicamento substantie.

Quātū ad secūdū sit prima cōclusio. omnes orbes celestes et omnes stelle sunt eiusdem nature secundum speciem in genere substātie:et etiam in genere corporum simplicium:patet quia diuersis motibus simplicibus oportet correspondere diuersas naturas substantiales:sed tres sunt species diuerse motuum simplicium.s.a medio sicut est motus lenis:ad medium sicut est mot⁹ deorsum:circa mediū sicut circularis:ideo sequitur q̄ tres spēs corporū simpliciū.s.graue:leue:et celeste:et nō est vis si p̄dicta nomina nō sint de p̄dicamento substantie: quia non omnibus generibus et speciebus subalternis in p̄dicamēto substantie

sunt uel a [illegible] et generi ꝓpinquo ad equū et asinū ac est [illegible] etiā genus ꝓpinquo ad cunē et [illegible] ꝑ nomina accidentalia circūloquimur. Sic e[illegible] ponimus q oīa grauia absolute sine connotatione [illegible] cōiter ꝑ hoc nomē a. et oīa leuia ꝑ hoc nomē b. et oīa celestia ꝑ hoc nomen c. tūc illi termini a.b.c. erūt tres species diuerse de ꝑdicamēto substātie significantes oīa corpora simplicia. ¶ Secūda cōclusio ille tres species nō sunt species specialissime: ꝓbatur hoc: q grauiū sunt due species .s. terra et aqua: et leuiū due .s. aer et ignis: et ita possumus dicere q cū Aristo. dixit in [illegible] celū esse de natura sui orbis: intelligit q esset secū eiusdem nature nō secūdū speciem specialissimā: sed sm speciē subalternā distinctā cōtra speciē grauiū et leuiū: q stelle et orbes neq sunt graues neq sunt leues. ¶ Tertia cōclusio intelligētie adinuicē sunt diuersarū specierū specialissimarū: patet hoc: q in intelligentijs nō sunt aliqua accidētia: ideo intelligētie si essent eiusdē speciei specialissime: oēs essent siles sm virtutes et operatiōes quascūq: qđ est falsum: q sic nulla eēt ratio quare illū orbē moueret magis vna intelligētia q alia. Similiter nec vna earū eēt nobilior alia. Similiter sic in separatis a materia essent plura indiuidua sub vna specie specialissima: quorū omniū oppositum ostēditur in .xij. meta. ¶ Quarta conclusio. orbes moti approꝑriate a diuersis intelligētijs sunt adinuicem diuersarū specierū specialissimarū: ꝓbatur: diuersarū cāꝝ sm speciem specialissimā effectus primi et immediati sunt diuersi sm speciē specialissimā: sed sic est q effectus primi et imediati intelligētiaꝝ in quocūq gñe causandi hoc sit: sunt orbes quib9 intelligētie ille appropriant: ergo cum tales intelligentie sint diuersarū specierū ꝑ precedentē cōclusionē: sequitur etiam eoꝝ effectus primos orbes esse specierū diuersarū. ¶ Secūdo si oēs orbes celestes essent eiusdē speciei specialissime tunc quecūq intelligētia mouēs vnū orbē posset mouere oēs: qđ est falsum. Cōña ꝓbatur: q si mobilia sint eiusdē rationis et cōsilis nature: quicūq motor posset mouere vnū istoꝝ mobiliū ipse posset mouere alterū: vel saltē quicūq posset mouere maius mobile ipse posset mouere minus: et sic intelligētia saturni posset mouere orbē solis et orbem lune: non enim obstaret debita applicatio. Intelligentie enim sunt separate a magnitudie nullū habētes sitū determinatū: et ideo qlibet intelligētia posset esse cuilibet orbi p̄sens et indistās et applicata: et sic frustra ponerētur tot intelligētie quot ponunt. ¶ Tertio. nō oēs orbes hnt cōsiles ꝓprietates naturales: ergo nō oēs sunt eiusdē speciei specialissime: assumptū patet de primo mobili et de spheris planetarū: q ista q̄si mō cōtrario hnt suā dextrā et suā sinistrā: sicut prius dicebat. vñ ad illā partē vbi est sinistrū primi mobilis ibi est dextrū orbiū planetarū. ¶ Quarto si orbes non differrēt abinuicem specie: tūc nō essent ordinati nisi accidētaliter vnus sup aliū: qđ tamen est falsum. ¶ Quinto. si oēs essent eiusdem speciei: tūc essent adinuicē cōtinui: qđ est falsum: quia diuersis mouent motibus: consequentia probat: quia ad continuationem aliquoꝝ sufficit immediatio eorū omnino similiū: sicut patet de continuatione duarum aquarū adinuicem. vnde nisi hoc sufficeret posset dici q quelibet partes essent discontinue abinuicem quod tamen non esset bene dictum.


Quātum ad tertiū sit prima cōclusio sol est alterius speciei a luna et aliis stellis. Istam conclusionem ponit et probat Aristo. in libro de proprietatib9 elementorum: et dicit sic: dico autē q substātia corporis solaris est alia a substantia corporum stellarum et lune qđ est: q sol de se [illegible] lunā et lucē lune [illegible] et stellarū est [illegible] q Aristo. [illegible] hoc q habent eandem speciei specialissime debent habere accidentia ꝓpria et naturalia consimilia: et si habeant dissimilia hoc est ꝓpter extranea agentia et concurrētia ad corruptionē: vel ꝓpter diuersas dispositiones sue materie aut suoꝝ agētiū: talia aūt nō habēt locū in celo. ¶ Secūda cōclusio responsalis ad qsitū est. q planete adinuicē et oēs stelle fixe sunt diuersaꝝ specierū: ꝓbatur: q habēt ꝓprietates et virtutes naturales valde diuersas et actiuas effectuū specie diuersoꝝ et cōtrarioꝝ in hoc mūdo inferiori: sicut cōiter concedūt oēs astrologi: et sicut prius arguebatur.

Quātum ad quartum: sit ista conclusio: q orbes sunt alterius speciei ab astris que sunt in eis. Istā cōclusionē ponit et ꝓbat Aristo. in libro de ꝓprietatib9 elemētoꝝ dicēs: et similiter substantia corporis orbis est alia substantia corporis stellarum: quod patet: quia stelle illustrantur a sole: et non orbes. ¶ Et cōfirmatur hoc: si orbis octauus esset eiusdem speciei specialissime cum stellis suis: tunc omnes ille stelle essent eiusdem speciei: cuius oppositum dixit conclusio immediate precedens.

Ad rationes. ad primā negatur antecedēs .s. q oēs orbes sint inter se eiusdem speciei et nature: et negat etiā vnū assumptū in probando cōsequentiam .s. q astrum sit eiusdem speciei cum orbe in quo est et quando probatur. nam dicunt Aristo. et cōmentator stella est dēsior pars sui orbis: bñ cōcedo: et vlterius cōcedo q bñ verū eēt si stella nō differret ab orbe nisi sm densitatē et raritatem qđ tunc esset eiusdē speciei cū orbe: sz q stelle etiā aliter differunt ab orbibus .s. sm virtutes eaꝝ naturales sicut dictū est: ipse nō sunt eiusdem sed alterius speciei ab orbibus. ¶ Alterius qñ dicebatur [illegible] mouētur eodē motu: ergo dico q licet stella moueat ad motū orbis et non habeat motū ꝑ se passiue: tamē actiue habet diuersam operationem et virtutē: modo ita bñ vel melius debet argui distinctio specifica ex diuersa actiōe sicut ex diuersa passione: cū forme sit agere et materie sit pati: et specifica distinctio in substantijs est potius sm formas q sm materias. ¶ Deinde ad aliā confirmationē oīm orbiū est idē locus: negat: et qñ arguebat auctoritate cōmētatoris: negat cōmētator in hac parte: q hoc dixit ad destruēdū eccētricos qs ponūt astrologi: in qua magis credēdū ē eis q cōmētatori. ¶ Ad aliā cōfirmationē: qñ dicebat: motus simplices ipsoꝝ orbiū sunt eiusdē speciei specialissime: breuiter hoc negat: q sicut nō ois mot9 deorsum et motui deorsum ē eiusdē speciei specialissime: licz bñ subalternate: nec ois mot9 circularis et motui circulari est eiusdē speciei specialissime. ¶ Aliter posset dici: q licet diuersitas motuū arguat diuersas naturas corpoꝝ simpliciū: tamē nō oportet q similes mot9 arguant eādē naturā saltē sm speciē specialissimā: licz bñ arguāt naturas easdem sm genus vel sm speciē subalternā: vñ equus et mulus et asinus bñ habēt siles mot9 naturales. ¶ Ad scdm principale. ois ignis &c. dico q non est silitudo: q totū elemētū ignis est homogeneū sed sic nō est de celo ꝓpter diuersitatē motuum existētium in ipso q̄tū ad suas partes .s. orbes. vñ licet celū sit magis simplex ꝑ priuationē cōpositiōis ex partib9 essentialib9 sicut sunt materia et forma: nō tñ ꝑ priuationē compositionis ex partibus integralibus. ¶ Ad tertiam: cōcedo q plura sunt corpora simplicia distincta sm speciem specialissimam q quatuor que sunt

q non sunt nisi quinq corpora simplicia secundū speciem subalternam: quia celum non est species specialissima: sed subalterna. ¶ Ad quartam posset dici q diuerse figure naturales bene arguūt diuersas naturas: sed non oportet q similes figure arguant identitatem secundum speciē specialissimam: vbi inueniuntur alie diuersitates naturales: immo sufficit q arguant idē titatem secundum genus: vel secundum speciem subalternam. ¶ Ad quintam posset dici admittendo q totum celum sit sicut vnum aīal: et stelle et oēs orbes sunt sicut mēbra eius: et vlterius posset concedi q primus motor appropriaret totali aggregato ex orbib⁹: licet cū hoc cuilibet orbi speciali esset appropriata specialis intelligētia distincta specie ab intelligentia appropriata alteri: et recte sicut in homine licet anima intellectiua sit tota in toto et tota in qualibet parte corporis: tamen cum hoc in diuersis partibus corporis sunt diuerse forme partiales quibus ille partes distinguūtur abinuicē specie: vnde in carne est vna specialis forma et in osse alia: per quas os et caro distinguūtur abinuicem specie: sic recte in proposito videtur esse dicēdum. ¶ Ad sextam: bene cōcedo q totū celum est vna essentia simplex: et hoc p priuationem compositiōis ex materia et forma: cū quo tamen bene stat q est compositū ex diuersis partibus integralibus distinctis abinuicē specie: nec est inconueniens totale illud aggregatum ex illis partibus moueri simul vnico simplici motu. et diurno ab vna simplici intelligentia sicut a primo motore: sicut nec est inconueniens animam intellectiuam que est forma simplex mouere corp⁹ humanum: quod est corpus etherogeneum.

Questio. XX.



Ecūdo queritur vtrū omnia astra alia a sole habeant lumē suum a sole: vel a se. Probat primo de luna q habeat lumen ex se: nam acre existēte sere noct luna existēte in prima quadra videt totale corpus lune: licet illa pars q est versa ad solē videat lucidior q alia pars versa a sole: et cū illa pars q est versa a sole videat: et nō rōne coloris: cū color sit qualitas secunda que non reperit in corporibus celestibus: oportet q videatur ratione lucis: et si ratiōe lucis propter habetur propositum: si dicatur q ratione lucis vel luminis recepti a sole: hoc non potest esse: quia ad illam partē lune versam a sole non ptēduntur radij solares. ¶ Secundo probat q omnia alia astra habent lumē suum ex se et non a sole: quia aliās secundum accessum et recessum solis ad ipa: vel ipsorum ad solē: deberēt apparere cornuta sicut luna: et ita q talia astra secūdū partes eorū versas ad solē debent esse illuminata et secundū alias non: et si sic vtiq apparerēt consimilis figure qualis apparet luna cū est āte oppositionē vel post. s. figure arcualis: quod tamen nunq̄ visum est.

Oppositum arguitur. primo de luna q habeat lumen suum a sole: patet manifeste ex eius augmēto et decremēto in lumine p eius accessum et recessum a sole: patet hoc etiam p eclipses lune: quia cū terra interponitur diametraliter soli et lune: luna deficit a lumine: hoc non esset nisi quia lumē non potest recipere a sole propter impedimētum quod facit terra. ¶ De astris autem alijs arguitur q etiam habeāt lumen suum a sole: quia videtur esse consimilis ratio de ipsis et de luna. ¶ Et cōfirmat hoc: nam pp̄ter hoc videtur sol eē positus in medio planetarum: vt tam planete inferiores q̄ superiores possint ab ipso recipere lumen. ¶ In ista questione primo recitabo duas opiniones quas quidam habuerūt de sole: luna: et alijs astris. Secūdo videbit de quesito: quantum est de luna. Tertio videbit de q̄sito quātum est de alijs astris.

Quantum ad primum sciendum est q quidam imaginantur stellas non esse partes densiores orbium: nec etiam solem nec lunam: sed imaginantur q supremum celum est omnino lucidum secundum se et omnem eius partem. Vlterius imaginantur q in celo infra illud sunt quedā foramina: quedā maiora: quedā minora: per que videmus aliquas partes illius supremi celi ita lucidi: et illud qd̄ per maius foramen videmus dicimus esse solem: et quod per minorem videmus dicimus esse alia astra: et secundum q illa foramina mouentur vna cum celo in quo sunt et oriūtur et occidūt: secūdum hoc nunc in occidēte nunc in oriēte videm⁹ tales partes talis celi ita lucidi. ¶ Ista opinio nō valet: quia secūdum ipsam non bene posset reddi ratio augmenti et decrementi luminis lune. ¶ Secundo p hoc etiam non potest saluari diuersitas colorum qui apparēt in stellis et planetis. vnde Mars apparet coloris valde rubei: et ita similiter stelle fixe que sunt de natura martis. Saturnus autem apparet coloris plūbei: et similiter stelle fixe de natura eius: et sic de alijs planetis et stellis. talis diuersitas ī apparitione coloris non potest saluari p talia foramina. ¶ Alia opinio est q totum celum est immobile: et tamē sunt quidam spiritus seu intelligentie: que isto modo mouētur in celo: et voluntarie assistunt nunc vni parti deinde alteri: et cum illa pars cui assistūt virtute sua sit luminosa apparet sicut vna stella. ¶ Sed illa opinio non valet: nam videtur irrationabile q sint tot intelligētie sicut sunt stelle fixe: et moueant ita ordinate sicut mouentur stelle fixe. Et etiam quia nihil mouet nisi sit corpus vel moueatur cum corpore: quia quicquid debet moueri saltē localiter oportet q habeat partē in termino a quo et partē in termino ad quē: et si sic oportet q sit corporeū: vel saltem magnitudo: vel habēs magnitudinem: et non indiuisibile: quemadmodum sunt tales spiritus seu intelligentie. Imaginandum est ergo q astra sunt densiores partes suorū orbium existentes in suis orbibus contigue ipsis et diuise vel diuerse ab eis quemadmodum locatum a suo loco.

Quantum ad secūdum pono vnicam conclusionē in qua cōiter quasi oēs cōcordāt: luna recipit a sole lucē vel lumē quo ipa nos illuminat notabiliter: hoc apparet ex eo q sicut arguebat: qn̄ luna eclipsat nō nos illuminat pp̄ter hoc q radij solares nō attingūt ad eā. ¶ Secūdo ptz hoc: ex eo q quādo luna est cresćēs vel decrescens non illuminat nos nisi secundū partē illā ad quā attingunt radij solares. Verū est tamē q aliqui imaginant lunam sm̄ vnā medietatem habere lucē ex se: et secūdum aliam non: et q luna in orbe suo mouet circa cētrum proprium cōplēdo in mense vnam circuitionem motu distincto a motu quem habet ex suo orbe: et q successiue vertit partē lucidam ad nos: et in oppositiōe illa tota pars lucida eēt versa ad nos. et alia retro ipam esset versa a nobis: et post oppositionē iterum incipit se abscōdere aliqua pars lune lucida: et aliqua pars nō lucida vertere se versus nos. Isto modo isti voluerūt saluare cremētum et decremētū luminis lune absq hoc q luna recipet lumen suū a sole.

¶ Breuiter licet isti secūdū istam imaginationē bene saluarent crementū et decrementū luminis lune: nō tā per dictam imaginationē possent saluare illa que apparent in eclipsi lune: et ideo tutius videtur esse dicēdum lunā habere lucē vel lumen suum a sole quo illuminatur notabiliter. ¶ Iuxta istam conclusionem dubitatur de mō per quē recipiat lumē a sole. De quo sunt opiniones. Nam dicit vna opinio q superficies lune est perfecte lenis sine aliqua asperitate: sic q ab ea bene reflectitur lumē solis ad nos: sicut a speculo bñ terso et polito reflectuntur species colorum: et per talem reflexionem luminis solis sup lunam ipsa luna videtur lucere. Sed illud non valet: quia licet a corpore leni et bene polito reflectantur radij ad visum: tamē hoc non est ab omni parte illius corporis lenis: sicut patet de speculo: nā cum facies mea est obiecta speculo licet a qualibet parte speculi reflectatur cuiuslibet partis faciei mee species seu radius: tñ nō a qualibet parte speculi fit reflexio cuiuslibet radij ad oculū meū: sed aliquorū ad oculū meū et aliorū ad aliā partē: et hoc est ideo: quia radius non reflectitur ad visum meū nisi ab illa parte speculi in qua radius a facie mea cadēs sup speculū et radius veniēs ad oculum cōstituūt angulos equales ad superficiē speculi qui dicuntur angulus incidentie et angulus reflexionis: sed hoc non est in qualibet parte speculi: et propter hoc accidit q moto speculo vel mota facie ad latus apparent partes faciei in alijs et in alijs partibus speculi: et ideo si dicto mō lumē solis reflecteretur a luna ad nos tanquam a speculo: licet tūc in tota superficie lune bene appareret nobis aliqua modica claritas: tamē intensa claritas nō deberet apparere nobis nisi in quadā parua parte. s. in illa in qua angulus incidentie et angulus reflexionis ad oculos nostros essent equales. ¶ Sed forte aliquis posset impedire istam ratiōem per hoc: nam si radij solis cadāt sup parietē paries apparebit totus illuminatus et nō solū vbi radius incidēs et radius reflexus ad oculum causant angulos equales. s. angulos incidentie et reflexionis. Sed illud non valet: nam quantū ad hoc non est simile de pariete et corpore lunari: nam propter asperitatem parietis potest accidere q a multis partibus parietis possunt reflecti radij ad oculū nostrū: et propter hoc tunc apparet nobis magna pars parietis illuminata bene lumine claro. Nihilominus si paries esset perfecte lenis sicut speculum: vel sicut corpus lune: tūc ex incidētia radiorum solarium super illum parietem: non appareret nobis magna claritas per totum parietē sed solum in parua parte. s. ibi vbi radius imaginatus procedens ab oculo sup parietē cū radio veniente a sole sup eūdē cōstitueret angulos equales. s. angulum incidentie et angulum reflexionis: et hoc manifeste apparet in aqua quiescēte. vñ in ea vna sola parua pars representat nobis intēse lucē solis vel alicuius alterius astri: sed si illa eadē aqua moueatur aliqualiter vt nō sit ita lenis secūdum eius superficiem apparebit nobis intense lux solis per maiorem partem eiusdē aque. ¶ Et ideo dicēdū est aliter: vnde dico q lumē solis incorporatur in luna: ita q luna est corpus perspicuum et transparens: saltem circa superficiem eius: et forte per totum licet propter magnitudinē corporis lunaris lumē solis nō possit totū corpus lunare penetrare: sic q eque inten-se appareat lumē in parte lune versa a sole sicut in parte lune versa ad solē: sic ergo lumē lune quod videmus nō est solū lumē solis reflexū sup corpus lune: sed lumē solis lune imbibitū et incorporatū. ¶ Etiam aliter posset dici. s. q licet luna nō sit in actu lucida: nec de se possit mouere diaphanū: tñ est in potētia propinqua per suā naturalē dispositionē ad luciditatē: que quidē potentia reducitur ad actum luciditatis per casum luminis solis super eam: recte sicut colores non sunt in actu sufficiēti ex se ad mouēdū visum: sed sunt in actu sufficiēti per lumen cadens super ipsos.

Quantū ad tertiū articulū sciēdū est

q de hoc sunt opiniones. In hoc enim Aristote. cum Auerroi contrariantur Auicenne Macrobio et pluribus alijs. Aristo. enim in libro de proprietatibus elementorū vult dicere q oēs stelle habent lumen a sole sicut luna: et q nō sunt de se lucide: quia apparet sibi q cōsimili modo debeat esse de luna et alijs astris. sed Auicēna cū suis socijs licet cōcedat lunā habere lumen a sole: ponit tamen istam conclusionē: q omnia alia astra habēt lumen a se. Et ad hoc possent adduci alique ratiōes. ¶ Prima est. quia si alij planete et alia astra haberent lumen suum a sole: tunc per eorum recessum a sole et accessum eorum ad solem deberent cōsimili modo suscipere crementum et decremētum luminis sicut luna: quod tamen non videmus. Secundo. quia si venus et mercurius qui ponuntur sub sole non haberent lumen ex se sed ex sole: sed ex se essent corpora sine luce: tūc per interpositionem veneris vel mercurij inter visum nostrum et solem deberēt eclipsare solem sicut facit luna: et tamen hoc nō est visum. ¶ Tertio. videtur saltem q planete supra solem et stelle fixe non habeant lumen a sole: ex eo q inferiora non influunt in superiora: et ex eo q quanto astra sunt superiora tanto videntur esse nobiliora: et ideo si sol habet lumen ex se: tunc magis astra super solem viderētur habere lumen ex se non ex sole. ¶ Quarto. tunc consimili modo per interpositionem terre inter Saturnum vel inter Iouem vel inter Martem et Solem deberet fieri eclipsis et defectus luminis Saturni vel Iouis vel Martis sicut fit eclipsis lune propter interpositionem terre inter ipsam et solem: ex quo dicti planete non haberēt lumē ex se. sed a sole sicut et luna. ¶ Quinto. si omnia astra haberent lumen a sole. tunc cuiuslibet astri lumen calefaceret et exsiccaret sicut lumē solis: postquam cuiuslibet astri lumē non est aliud a lumine solis. ¶ Sexto. lumen martis est simile lumini igneo: et lumen saturni est simile albedini tendenti ad plumbeitatē: ita q lumina planetarum sunt diuerse apparitionis: et tamen omnia deberent esse cōsimilis apparitionis si omnes planete et omnia astra haberent lumen suum a sole. ¶ Breuiter ista dubitatio vtrum omnia astra preter lunam et solem habeant lumen suum a sole est quasi vnū problema neutrum sic q ratiōes que sunt pro vna parte possunt solui faciliter: sicut rationes adducte pro alia. ¶ Et ideo ob amorem Aristotelis principis philosophorū soluam rationes sex iam factas pro opinione Auicenne contra Aristotelem: tenēdo cum Aristotele q omnes stelle preter lunam et solem: siue sint planete siue stelle fixe: habent lumina sua a sole. ¶ Ad primum. sequeretur q consimili ratione per accessum et recessum a sole deberēt apparere arcualis figure sicut luna: et maxime hoc videretur de venere et mercurio: qui sunt sub sole: negatur consequentia: et ratio est quia venus et mercurius sunt tāte transparentie et tante perspicuitatis q lumē solis incorporatur eis et imbibitur secundum omnes eorum partes: qualiter non est de luna: quia illa non est corpus ita perspicuū et ita transparēs. Et per hoc idē soluitur etiā ratio secunda. ¶ Ad tertiā. dico q licet sphera solis sit minus nobilis quantū est ex situ et motu eius imo etiā intelligentia appropriata soli nō est ita nobilis sicut intelligentia saturni: tñ ipse sol habet nobilitatē a motore diuino appropriato toti celo sicut cor hominis rōne aīe

me totius corporis habet influentiã tã in partes superiores q̃ inferiores:nõ obstante q cerebrum habet nobiliorẽ sitũ in corde:ita recte in proposito dicatur de sole in ordine ad alia astra. ¶ Ad quartum.tunc cõsimili ratione alie stelle deberẽt eclipsari per interpositionẽ terre inter solem & ipsas:dico q non:et hoc est ideo quia umbra terre non protenditur vsq ad orbes aliorum astrorum:saltem que sunt super solem. ¶ Sed diceres ad minus mercurius potest eclipsari p interpositionẽ terre inter ipsum & solem si non haberet lumẽ ex se sed a sole:quia p Campanũ in sua theorica umbra quã facit terra ex eius obiectione ad solem protenditur vsq ad spheram mercurij. Respondetur negando consequentiam:propter hoc q licet umbra terre bñ protendatur vsq ad spheram mercurij:tamen mercurius nunq̃ tantum recedit a sole q iter ipsum & solem sit interposita terra diametraliter. ¶ Ad quintum.negatur consequentia:quia q lumen vnius astri causat calorem & lumen alterius frigiditatem in istis inferioribus:hoc est propter diversas naturas ipsorum astrorum quibus illud lumen incorporatur & imbibitur: secũdum quas illud lumen aliam & aliam operatur actionẽ in istis inferioribus. Proportionaliter respondeatur ad sextum.

Tunc ad rationes principales. Ad primam bñ conceditur q luna & quodlibet aliud astrum habet lumen debile et remissum ex se:sed q habet lumen notabile quod nos notabiliter illuminat hoc est a sole. ¶ Ad secũdã.illa soluta est in soluendo rationes adductas pro opinione Auicenne.

Quæstio XXI.

Tertio queritur: vtrũ omnia astra sunt generatiua caliditatis per lumẽ in istis inferioribus. Arguitur q non primo:quia tunc nulla essent astra frigefactiua quod est cõtra astrologos qui dicunt aliqua astra esse actiua caliditatis:aliqua frigiditatis: aliqua humiditatis: aliqua siccitatis: probatur consequentia:quia astra non agunt in ista inferiora nisi per sua lumina:et per suos motus:adeo si sint aliqua que agũt frigiditatem in ista inferiora:sicut sunt p astrologos: vel ergo illa agunt frigiditatem in ista inferiora p sua lumina:et habetur propositum:vel p suos motus et hoc non:quia motus est calefacere sicut dicitur primo metheororum. ¶ Secũdo.si questio esset vera sequeretur q magis calefacerẽt mõtes altos q̃ valles:et magis mediam regionem aeris q̃ inferiorem:hec omnia sunt falsa:sicut patet in libro metheororũ:consequentia tenet ex eo q lumina eorum prius attingunt ad loca alta q̃ ad loca bassa:et etiam fortius ex eo q agens fortius agit in ppinquum q̃ in remotum. ¶ Tertio:caliditas causatur a motu sicut sepe dictum & allegatum est prius:ergo non a lumine: consequentia tenet ex eo q consimiles effectus debent esse a consimilibus causis. ¶ Quarto:sequeretur si questio esset vera q contrarium caloris generaretur a contrario luminis: sed hoc est falsum:quia lumen non habet contrarium:consequentia tenet:quia contrariorũ contrarie sunt cause:secundo de generatione. ¶ Quinto.lumen in medio nõ habet nisi esse intentionale & spirituale:tale autem non videtur agere calorem realem. ¶ Sexto.sequeretur q lumen esset qualitas prior naturaliter q̃ caliditas:et sic caliditas non esset vna de qualitatibus primis:quod est falsum. ¶ Septimo sequitur q sol calefaceret spheras celestes inferiores quod est falsum:quia non sunt calefactibiles:consequentia tenet ex hoc q agens prius agit in propinquum q̃ in remotum.

Oppositum patet de sole per experientiam. De luna autem probatur auctoritate Aristotelis in quarto de partibus animalium:dicit enim q noctes in plenilunio sunt calidiores propter plenilunium. Et sicut est de luna sic etiã videtur esse de alijs astris quia nõ videtur q lumen lune debeat magis calefacere q̃ lumen aliorum astrorum:cum secundum astrologos luna secundum eius naturam ppriam sit frigida & humida. ¶ In ista questione erũt duo articuli. Nam primo ponam conclusiones:quibus positis patet responsio ad quesitum. Secundo videbitur de modo p quem lumen causat calorem.

Quantum ad primum:sit prima conclusio.sol p suum lumẽ causat calorem:istud patet ad sensum:nam existens in radijs solaribus statim calefit patet hoc idem secũdo:quia si per speculum cõcauum. vel per aliqua consimilia instrumenta fiat multa congregatio radiorũ solis non solum causatur calefactio immo combustio:et quia sol nõ est formaliter calidus sed virtualiter:videtur q hoc fiat p lumen solis & non p calorem solis ei inexistentem. ¶ Secũda conclusio. omnia alia astra p sua lumina calefaciũt:probatur:nam aliorum astrorum lumen non est nisi lumen solis sicut patet ex precedenti questione. et cum omne lumen solis sit calefactiuum per precedẽtem conclusionem:sequitur etiam q lumen aliorum astrorum sit calefactiuum. ¶ Secundo.nam congregando radios planetarum per speculum super certam materiam possunt generari animalia per putrefactionem:quod non fit sine calefactione:sicut patet quarto metheororum:et hoc videtur esse lumen talium astrorum esse calefactiuum. ¶ Tertia cõclusio.hoc non obstante aliqua astra sunt causatiua frigiditatis in istis inferioribus: patet per astrologos dicentes hoc. ¶ Secundo.nam sola remotio & carentia caloris non sufficeret ad frigiditatẽ ita intensam & ita momẽtaneã causandam:sicut tamẽ apparet sepe euenire:et ideo talis frigiditas ita intensa que aliquãdo satis cito post magnum calorem euenit videtur causari ab aliquibus astris. ¶ Quarta conclusio.oportet stellas habere virtutes alias a suis luminibus:patet nam alique stelle frigefaciunt p precedentem conclusionem:sed non p earum lumen ex quo p lumen calefaciunt:per secundam conclusionem:et q non per idem possunt calefacere & frigefacere:oportet q preter lumen habeant alias virtutes mediantibus quibus frigefaciant.

Quantum ad secũdum: sciendum est q de hoc sunt opiniones. Quidam enim dicunt q lumen astrorum transiens per spheram ignis incorporat sibi caliditatem per quam pertingens ad inferiora calefacit ea:recte sicut lumen transiens per vitrum coloratum colorem vitri videtur sibi incorporare.
¶ Sed illud non valet: quia ex quo lumen non est corpus vt probatur ab Aristo.secundo de anima:nihil videtur sibi incorporare. Secũdo quia multiplicatio luminis videtur esse subito:caloris autem non:adeo videtur q dico modo lumen corporum celestium non calefaciat ista inferiora.s.p incorporationẽ talẽ:nã tũc sicut lumẽ subito venit ad nos:ita calor ei incorporatus subito

veniret ad nos: qd est ꝯtra naturā caloris: cū conditio eius sit multiplicari successiue. ¶ Tertio. nam qua ratione lumē astrorum incorporaret sibi caliditatem in sphera ignis: pari ratione incorporaret sibi frigiditatē trāseūdo p mediā regionē aeris q̄ semp est frigida: et sic haberet in se caliditatē et frigiditatē: et per consequēs idē lumē eēt calefactiuū et frigefactiuū eiusdem corporis. ¶ Quarto. nā ista opinio imaginat ac si lumen astrorum in sphera ignis accipiens in se calorem descēderet ad nos p motū localē: mō hoc est falsum: cū nūq̄ lumē qd recipit in sphera ignis veniat ad nos cū accidēs nō trāseat de subiecto in subiectū. ¶ Alia est opinio quā reputo eē verā: q sicut naturalis ꝓprietas grauitatis est mouere deorsum subiectū in quo est si nō sit deorsum et nō sit resistētia excedēs virtutē grauitatis: ita naturalis ꝓprietas luminis est calefacere subiectum si sit calefactibile et resistētia nō sit maior q̄ actiuitas luminis. Nā sicut lumē est nobilissima qualitas et multum cōmendata ab antiquis philosophis: ita bñ rationabile est q ipsum sit eductiuum et productiuum nobilioris qualitatis actiue: sicut caliditatis: cuius est disponere ad formam nobilioris elementi s. ignis: qd oībus alijs elemētis est nobilius: cuius nobilitas patet ex hoc q chaldei adorabant et colebant ignem tanq̄ deos. Et sicut non oportet querere ꝓpter q̄d grauitas mouet deorsum nisi q: hec est naturalis eius ꝓprietas: sic nō oportet querere ꝓpter q̄d lumen calefacit nisi q: naturalis ꝓprietas luminis est calefacere. Verum est tamen q lumen non est qualiter eq̄ calefactiuū: sed mediāte reflexione.

Tunc ad ratiões. Ad primam dicō q, bñ multe stelle frigefaciūt: sed hoc nō est p earū lumen sz p alias virtutes suas quas influunt in ista inferiora ¶ Ad secūdam. dico q lumē nō magis calefacit montes q̄ valles: q: in vallibus p reflexionem luminis fit maior cōgregatio radiorū q̄ p montes: sicut p specula ꝯcaua magis q̄ gibbosa et si mōtes sint valde alti: tūc attingūt ad mediā regionē aeris q̄ est naturaliter frigida: et ideo lumen solis habet ibi paruū posse et ergo ibi lumē nō inducit calorē ꝓpter nimiā resistētiam ibi existentē ad caloris ꝓductionē. ¶ Ad tertiam. dico q licz cōsimiles cause ꝓducūt naturaliter effectus consimiles: tñ cū hoc stat q sepe effectus similes ꝓducunt a causis dissimilibus: qd patet: nā mures aliqñ generant p putrefactionē: aliqñ p ꝓlificationē: et ideo non sequit si caliditas generat a motu: q ergo non generet a lumine: sicut nec sequit: mures generantur p putrefactionem: ergo non generant per prolificationem. ¶ Ad quartam. dico q non oportet contrariorum esse cōtrarias causas formaliter: sed sufficit q virtualiter. ¶ Ad quintam dico q esse intentionale est esse verū et esse reale. scientie enim et virtutes in aīa sunt res veriores et nobiliores q̄ caliditas et frigiditas: et ideo si lumen habet esse intentionale in aere: non propter hoc sequit quin habeat esse reale: et quin possit facere effectum realē. ¶ Ad sextam. cōcedo q multe qualitates celestes et influxe in istis inferioribus a corporibus celestibus sunt priores naturaliter q̄ sit caliditas frigiditas humiditas et siccitas: verū est tñ q ille quatuor qualitates caliditas et alie tres dicuntur prime inter qualitates tangibiles et elementares. ¶ Ad septimā. dico q lumen astrorum nō calefacit spheras celestes: quia tales nō sunt calefactibiles: nec disposite ad recipiendum calorem.

Quæstio XXII.



Varto queritur vtrū macula illa q̄ apparet in luna causet ex diuersitate partium lune vel ab aliquo extrinseco: et arguitur primo q non ex diuersitate partium lune: et ex eo quia ipsa luna est corp⁹ simplex: corporis autem simplicis partes sunt similes eiusdē rōnis: sicut ptz de aq̄: et similiter de aere: et sic de alijs corporib⁹ simplicib⁹. ¶ Secūdo. solis et aliarū stellarū partes sunt si. et vniformes in raritate et dēsitate: ergo sic partes ipsi⁹ lune: et p ꝯñs nō ex diuersitate partium lune videt ꝓuenire apparitio macule in luna. ¶ Tertio. nā si sic. hoc eēt q: aliq̄ partes lune eēnt magis rare et aliq̄ min⁹: sz ꝓbat q nō: q̄ tūc in eclipsi solis radi⁹ luminis a sole trāsiret ad nos p ptes lune magis raras: qd tñ apparet falsum. ¶ Deinde ꝓbat q talis macule phātasia ꝓueniet ab aliquo extrīseco: nā ex quo corp⁹ ipsi⁹ lune est corp⁹ tersum et bñ politū et speculare: videt q terra obiecta lune causet suā similitudinē et imaginē in ipsa luna tanq̄ in speculo: et p ꝯñs nobis inspicientibus lunam et videntibus terram in luna reflexe appareat nobis talis macula. ¶ In ista questione primo videndū est de quesito ponēdo opiniones de hoc et improbationes earum. Secundo ponam de hoc opinionem quam reputo esse veram. ¶ Tertio videbitur de figura talis macule.

De pria erat vna opinio q causa macule apparētis in luna est vapor eleuatus ab ipsa luna interpositus inter nos et lunā: p quē nobis obumbrat aliqua pars lune. Et dicit cōmētator: q aliq̄ dixerunt ipsam lunam attrahere ad se talem vaporem ad sui nutritionē. ¶ Aliqui dixerūt q q: luna habet magnam ꝓprietatē sup aquas et humiditatē: adeo sue nature est attrahere sub se talem vaporem: et isti haberent concedere dictam maculam in luna apparentem non ex diuersitate partium lune: sed ab extrinseco prouenire. ¶ Sed ista opinio nō valet: quia exalationes et vapores nō vniformiter attrahūtur omni tempore et in consimili figura: sed valde difformiter et tamen illa macula apparet semper vniformis et eiusdem figure: et p consequens non causat ex tali exalatione et vapore interposito inter nos et lunam. ¶ Nec valet precipue illud qd dixerūt primi. s. q luna attrahit ad se vaporē ad sui nutritionē: postq̄ corpora celestia non sunt nutribilia: cum nec sint generabilia nec corruptibilia nec alterabilia. ¶ Secūda opinio erat q illa macula nō est aliud q̄ imago representatiua aliquorum corporū hic inferius: sicut terre. vel montium vel aliquorū huiusmodi: que quidem corpora videnť in luna ad modum ad quem possumus videre corpora in speculo reflexe. Et hoc ideo: quia sicut dixit illa opinio luna est corp⁹ politum tersum et speculare: sed illud nō valet: nam oporteret q ad motū lune talis imago appareret in alia et in alia pte lune: et recte sicut speculo moto imagines apparēt in alia et in alia parte eius: sed consequēs est falsum. ¶ Secundo. si luna haberet sic virtutē reflectendi imagines corporū: tūc imago totalis terre deberet nobis apparere simul in ipsa luna: sed hoc est falsum quia non est talis figure sicut est illa macula.

De secūdo est tertia opinio scilicet cōmentatoris quā reputo esse verā: q talis macula prouenit ex diuersitate partium lune secūdum raritatem et densitatē maiorē et minorē partes in quibus ap-

paret macule sunt rariores: et ideo minus bñ possunt lucere: partes aũt iuxta illas sunt densiores: et ideo magis possunt lucere: pꝫ hoc in simili de alabastro. vñ illa pars que est bene densa vel non transparẽs est valde alba: et illa que est transparens ad modum vitri est obscura et rẽdẽs ad nigredinem. Et si queraĩ quare luna est taliter difformis in suis partibus dicetur q̄ hoc est de eius natura.

Quantum ad tertium. s. de figura talis macule. dicit Albert9 q̄ ista est quasi figura leonis cui9 caput est versus orientẽ et sup dorsum eius est quasi arbor transuersaliter sita: similiter imago hois lateraliter appodiati: cui9 pedes sunt versus posteriora leonis: et dicit q̄ talis figura melius põt videri aliquãdiu post plenilunium et circa ortũ solis: q̄ tunc aer est purus et serenus.

Ad rationes. ad primã dico q̄ corpus lune bñ est simplex substantialiter: cum hoc tñ stat q̄ pot habere aliquã diuersitatẽ in suis partib9 quãtũ ad raritatẽ et densitatẽ in suis ptib9. ¶ Ad secũdã dico q̄ nõ est sile de sole et alijs stellis ex vna pte et luna ex altera: nec oportet assignare cãm dissimilitudinis nisi q̄ de natura istorũ corporũ sit. ¶ Ad tertiã. dico q̄ licet vna pars lune sit aliquãtulũ rarior alia: tñ non est ita rara q̄ lumen solis possit trãsire totam profunditatẽ lune. ¶ Ad vltimam patet ex ĩprobatione secunde opinionis.

Quæstio XXIII.



Ostq̃ circa secũdum de celo tractata sunt que concernunt totum celum et deinde que concernũt partes eius maiores: sicut sunt orbes: et deinde que cõcernũt partes eius minores: sicut sunt astra. Nũc tractãdum de his que concernunt centrum eius sicut est terra: de quo primo queritur vtrũ terra sit in medio mundi sicut pũctus respectu celi naturaliter situata. probatur q̄ non: quia si terra esset in medio mundi: tunc videretur q̄ terra esset nobilissimum elementum: modo hoc est falsum: quia non est nisi sicut fex aliorũ elementorum: probatio consequentie: quia nos videmus sic esse in corpore humano q̄ nobilissima eius pars est situata in medio: sicut cor: similiter hoc videmus in regnis: quia nobilissimus regni: sicut rex: habitat et ponit se in medio regni. et ita videtur q̄ si terra esset in medio mundi situata q̄ ceteris corporibus mũdi esset nobilior. ¶ Deinde pbatur q̄ non se habeat sicut pũctus respectu celi: quia luna non se habet sicut punctus respectu celi: patet ad experientiam: et tamen luna est minor terra: ergo multominus terra se habet sicut punctus respectu firmamenti: consequentia tenet: assumptum pbatur: q: nisi terra esset maior et luna minor nũq̃ ex interpositione terre diametraliter inter solẽ et lunã posset tota luna eclipsari: et ex eo q̄ vmbra quã facit terra continue vadit diminuẽdo suis circũferẽtiã celi: et ideo si vmbra suis illã ptẽ põt totalẽ lunã eclipsare: signũ est q̄ diameter lune est multo minor q̃ sit diameter illi9 vmbre rotũdaliter et pyramidaliter extẽse: talis vmbre diameter est diameter ipsius terre. ¶ Deĩde pbaĩ q̄ terra nõ sit in medio mũdi naturaliter situata: q̄libet pars terre est situata violẽter: ergo non totalis terra est situata naturaliter: 9ña tenet: aña pbatur: nõ cuiuslibet partis terre mediũ grauitatis est medium mũdi: ergo nõ q̃libet pars terre est naturaliter situata: 9ña tenet. ex eo q̄ ad situm naturalẽ corporum grauium requiriĩ q̄ centrũ grauitatis eorũ sit mediũ mundi: antecedens notum est de se.

Oppositum vult Aristo. in litera. ¶ In ista q̃stione pmo videbiĩ: vtrũ terra sit in medio mũdi. Scdo vtrũ terra sit sicut pũctus respectu celi. Tertio vtrum tota terra sit situata naturaliter.

De primo. Pono primo duas distinctiões. quarũ prima est ista: corporũ grauium duplex dicitur esse media vel cẽtra. s. centrum magnitudinis et cẽtrũ grauitatis: in corporalib9 eñ grauibus difformiter nõ est idẽ cẽtrũ magnitudinis et grauitatis: sed in corporibus grauibus vniformiter potest bene esse idem centrum magnitudinis et grauitatis. ¶ Secunda distinctio. aliquid esse in medio mundi intelligitur dupliciter. Uno modo quia cẽtrum sue magnitudinis est in medio mundi. Alio modo quia centrum sue grauitatis est in medio mundi. ¶ Tunc suppono q̄ terra nõ est vniformiter grauis: q̄d pꝫ ex eo q: vna pars terre est discoopta aquis pp̄ter habitationẽ animalium et plantarum: et pars opposita est coopta aquis: modo aer qui est naturaliẽ calidus et sol calefaciũt partẽ terre discooptã aquis: et sic cũ aliquo mõ subtiliãt et rarefaciunt et alleuiãt: et pars terre cooperta aquis remanet magis cõpacta et magis grauis. Ex hoc statiĩ sequitur q̄ ipsius terre aliud est mediũ grauitatis: et aliud est mediũ magnitudinis. ¶ Tunc sit pma cõclusio. q̄ terra non est in medio mundi quãtũ ad centrũ sue magnitudinis: pbaĩ: quia si sic: tunc tota terra esset cooperta aquis: modo hoc est falsum: 9ñtia pbaĩ: quia postq̃ terra esset in medio mundi scdm cẽtrum sue magnitudinis: tunc ipsa terra vndiq3 scdm suas partes exteriores esset equaliter distans a celo postq̃ poniĩ esse sphericẽ figure: et sic non esset ratio quare aque plus fluerẽt ad vnã partẽ q̃ ad aliã: cũ nõ magis inuenirẽt locũ decliuiorẽ in vna parte q̃ in alia. ¶ Secunda conclusio. q̄ terra est in medio mundi quo ad centrũ sue grauitatis: probatur: quia omnes partes terre tendunt ad medium p suã grauitatẽ: sicut dicit Aristo. in litera: et vel ex isto modo pars que esset grauior pelleret aliam tãdiu q̄ mediũ grauitatis totalis terre eẽt in medio mundi: et tunc starẽt due ptes eque graues: licet vna maior et alia minor quantum ad magnitudinem contra se inuicem: sicut duo põdera in equilibra. ¶ Ex quo sequitur q̄ terra est propinquior celo in parte discoopta aquis q̃ in parte coopta aquis: et ita ad partem cooptam aquis est maior decliuitas: et sic ad illam partem fluunt aque tãq̃ ad locum decliuiorem et tanq̃ ad locum eis naturalem. ¶ Sed diceres. videtur q̄ centrum grauitatis terre non sit medium mundi: sed magis cẽtrum grauitatis aggregati ex terra et aqua: nam ex quo terra est cooperta aquis ex vna parte videtur q̄ illa aqua vna cum illa parte terre aquis cooperta ponderet contra aliam et debeat pellere aliam sic q̄ tandem centrum totius aggregati ex aqua et terra sit in medium totius mundi. ¶ Respondeĩ negando q̄d centrum grauitatis totius aggregati ex terra et aqua sit mediũ mũdi nã si ad imaginationẽ totalis aqua amoueretĩ: mediũ grauitatis terre eẽt medium mũdi iuxta secũdã 9clusionẽ: et q: terra essentialiẽ est grauior q̃ aq: pꝫ de vna parua terra q̃ descẽdit in vna magna aqua. ideo quãtũcũq3 de aq̃ posita sit ad vnã partẽ terre et nõ ad aliã: non propter hoc vna pars terre recipit adiutorium in

ponderando et impellendo aliā plus q̄ antea: ex eo q aliud est minus grave circundatur q sit terra. ¶ Et per hoc patet ad argumentum: dico enim q pars terre cooperta aquis non ponderat plus contra aliam q̄ si non esset cooperta aquis.

Quantum ad secundum articulū premitto istam distinctionem: terram esse sicut punctum respectu celi intelligit᷑ tripliciter: uno modo sicut punctum: id est sicut aliquid indivisibile: alio modo esse sicut punctum respectu celi id est non facit diversitatē in perceptione stellarum fixarū et aliarum partium celi oculo existente super terram et ipso existente in centro terre supposito q una ei⁹ medietas esset amota: tertio modo terram eē sicut punctum respectu celi intelligit᷑ sic q si terra esset posita in celo stellato nō videretur: sed esset insensibilis non obstante q esset facta lucida sicut una alia stella. ¶ Tunc sit prima conclusio. terra non se habet sicut punctus respectu celi primo modo patet: quia tunc terra esset indivisibilis: quod est falsū ¶ Secunda conclusio. terra bene se habet sicut punctus respectu celi: et hoc secundo modo: probatur: quia non faceret diversitatem in perceptione stellarum fixarū oculo existente in centro terre posito q una medietas terre esset amota: et oculo existente in superficie terre cōvexa: quia utrobiq; videret medietatem celi et nō plus saltem sensibiliter hic q̄ ibi. ¶ Tertia conclusio. terra bene est sicut pūctus respectu celi stellati seu firmamēti: et hoc tertio modo patet hoc: nam plures sunt stelle in firmamento que vix a nobis videnť quarū quelibet est multo maior q̄ sit terra: sicut patet per Alfraganū in libro trigesimo differentiarum. Ideo si terra esset in firmamēto posita nullo modo videretur non obstante q esset facta lucida sicut una alia stella. ¶ Quarta cōclusio. licet terra respectu firmamenti haberet se sicut punctus: et hoc tertio modo: non tamen sic se haberet si esset posita in orbe lune: et esset facta lucida sicut luna: patet hoc ex eo q luna que est minor terra sicut arguebať non apparet sicut punctus: et hoc respectu sui celi: adeo minus ipsa terra: cum sit maior luna.

Quantum ad tertium sit prima conclusio: q totalis terra est naturaliter situata: probať: quia totalis terra est gravis naturaliter sicut suppono: et verū est: et centrum gravitatis eius est medium mundi sicut dictū est in primo articulo: ergo ipsa est naturaliter situata: consequentia tenet ex eo q tunc gravia naturaliter sunt situata cum cētra suarum gravitatū sunt medium mūdi. ¶ Secunda conclusio secundū unā divisionem partium ipsius terre nulla eius pars est naturaliter situata: patet hoc: nam si divideretur per superficiem planā transeuntē per centrum sue gravitatis nec una pars esset naturaliť situata: nec altera: ex eo q nec unius medietatis centrum gravitatis est centrū mundi nec alterius. ¶ Tertia conclusio: secundum aliā divisionē partium terre quelibet pars eius est naturaliter situata: patet ex hoc si terra divideret᷑ per orbes: tunc enī quilibet illorū orbiū terrestriū eēt naturaliter situatus ex quo mediū sue gravitatis est medium mundi.

Ad rationes. ad primam dico q terra non ponitur in medio mūdi propter hoc q ipsa sit nobilior aliis elemētis: sed ideo q: est gravior aliis elemētis: et est sicut fex aliorum elementorum: et ideo est posita pusillum recte sicut videmus in vino et cervisia: q feces in eis cadūt ad fundum: sed q con posita est in medio corporis hoc est ad istum finem q melius possit influere spiritum et calorem singulis membris: melius enim hoc facit cum est in medio q̄ cum esset in circumferentia: et quia celum satis potens est ad influendum non obstante q sit in circumferentia: terra est in medio tanq̄ minus nobilis et alia elementa in circumferentia tanq̄ magis nobilia. ¶ Ad secundam illa bene probat q non se habet sicut punctus primo modo: nec etiam sicut punct⁹ tertio modo: et hoc respectu orbis lunaris cum quo bene stat q se habet sicut punct⁹ secūdo modo. ¶ Ad tertiam patet ex ultimo articulo.

Quæstio.XXIIII.



Secundo querit᷑ utrū terra in medio celi seu ī medio mūdi semp quiescat vel semper moveať. videť q non semp quiescat: primo quia illud qd habet ī se principium et potentiā movendi non semp quiescit: terra est huiusmodi: ergo et c. maior est nota: quia aliter illud principium et illa potentia essent in ea frustra minor probatur. nā terra est corpus naturale: ideo habet in se naturam: et per consequens principiū et potētiam movendi. per diffinitionē nature positam secundo physicorū. ¶ Secundo terra est alterabilis et de facto alteratur: ergo non semp quiescit: cōsequentia tenet ex eo q alteratio est species motus: antecedēs patet: quia de facto est applicatum sibi contrarium ex una parte scilicet aqua que est humida: terra autem sicca. ¶ Tertio. quia continue terra ex illa parte sup aquā directe est sol levificať: ergo cū cētrum gravitatis terre debeat esse medium mūdi: sequiť q alia pars istā levificatam pellat sursum tam diu q cētrum gravitatis totius sit mediū mundi: et ideo quia continue sic aliqua pars terre levificať: videtur q continue sic terra moveatur. ¶ Quarto. terra continue moveť circulariter: ergo non semp quiescit: consequentia tenet: antecedens probať: quia celum quiescit: et stelle celi successive nobis oriunť et occidunt ergo terra continue moveť circulariter: consequentia scita est esse bona: quia si celum quiescit: ortus et occasus stellarū non pōt salvari nisi per motum: et antecedens est dubiū: quia per nullas experientias nec apparētias possumus scire celum moveri: ergo dubiū est verū celū moveatur: cū ergo cōsequentia sit scita esse bona: et antecedēs dubium: consequens nō est simpliciter negandum scilicet terram moveri circulariter: et possunt adduci alique persuasiones ad hoc q terra moveatur et celū quiescat: quarum prima sit ista: celū nō indiget ad aliquid sibi acquirendum terra. et terra īdiget celo ad aliquid acquirendum. s. influentiam: ergo rationabilius videtur q terra moveať et celum quiescat q̄ ecōtra. ¶ Cōfirmať. mot⁹ est propter īdigentiā: modo illud qd pluris indiget plus debet moveri: terra autem pluribus indiget q̄ celum: ergo et c. ¶ Tertio quies est nobilior conditio q motus: quia est finis motus: ergo quies debet attribui corporibus nobilibus sicut est celum: et mot⁹ minus nobilib⁹: de quorū numero est terra. ¶ Quarto meli⁹ est salvare apparentias per pauciora q̄ per plura patet: nam primo physicorū. dictū est peccatum est fieri per plura et c. modo cū facili⁹ sit movere parvū q̄ magnum: meli⁹ et rationabilius videť q terra q̄ est valde parva velocissime moveať: et sphera suprema quiescat q̄ econverso. ¶ Quinto ad principale terra est figure sphericae figura autem spherica est multum apta ad motum et maxime circularem: adeo nisi terra de facto moveretur circulariter: vel aliquando saltem videret᷑


ꝙ talis aptitudo terre ad motum esset frustra.

Deinde probatur ꝙ non semper moueatur auctoritate Arist. & maxime circa principium huius: vbi ponit istam consequentiam tanꝗ bonam: celum semper mouetur: ergo necesse est terram semper quiescere. In ista questione primo ponende sunt distinctiones secundo conclusiones.

Quantum ad primū sit prima distinctio: ꝙ terrā moueri potest intelligi vel secundum qualitatem vel quantitatem: vel vbi: vel secundum mutationem eius in substantia accipiendo motum largo modo: in proposito non intelligo nisi de motu secundū vbi. ¶ Secunda distinctio: terram moueri secundū vbi potest imaginari dupliciter scilicet motu recto: vel motu circulari: & intelligo propositum de tota terra: cuius medium grauitatis est medium mundi. ¶ Tertia distinctio terrā moueri circulariter potest itelligi vno modo circa centrū sibi extrinsecum: modo quo stelle mouentur circa centrum mūdi. secūdo modo circa centrū propriū & super polos proprios: & hoc potest imaginari vel ab oriēte ad occidentē: vel econuerso: vel a meridie ad septētrionē: vel econuerso. ¶ Tunc sit prima conclusio. terra non mouetur circulariter circa centrum sibi extrinsecum/ patet hoc: nam tunc centrum grauitatis terre non esset in medio mundi: cuius oppositum dictū est in alia questione. ¶ Secunda conclusio nec terra mouetur circulariter a meridie ad septentrionē vel econuerso circa centrum proprium & circa polos proprios probatur: quia tunc non semper polus appareret nobis equaliter eleuatus: cuius oppositum docet experientia. ¶ Tertia conclusio. nec terra mouetur circulariter ab oriente ad occidentem nec econuerso: saltem motu diurno sicut quidā antiqui voluerunt: dixerunt enim celū quiescere & terram moueri: huius cōclusionis probatio: & horū antiquorum improbatio fiebat prius in illa questione: vtrum motus celi ab oriēte in occidentem sit regularis. ¶ Quarta conclusio. bene verisimile est ꝙ semper quelibet pars terre totalis moueatur motu recto: quod persuadetur sic nam continue de ista terra elementari discooperta aquis cum fluuijs fluūt multe partes terre ad profundū maris: & sic augetur terra in parte cooperta aquis: & in parte discooperta aquis diminuitur: & per consequens nō remanet idem medium grauitatis sicut ante: medio autem grauitatis mutato illud quod de nouo factum est medium grauitatis mouetur vt sit medium mundi: & illud quod ante erat medium grauitatis ascendit versus partem discoopertam aquis & tandem per talem continuum fluxum & motum illa terra que aliquādo erat in medio erit in circumferentia & econuerso. Et iuxta illud potest apparere quomodo generati sūt magni montes: nam non est dubium quin alique partes terre magis tenent se simul ꝗ alie: & ideo quando ille partes que non tenent se simul fluunt cum fluuijs ad mare: relique tenentes se simul manent & faciunt eminentiam super terram: sed verum est ꝙ tandem per motum terre vel alio modo euertuntur & cadūt & destruuntur. ¶ Iuxta istā conclusionem dubitatur posito ꝙ aliquod graue vniforme in grauitate habēt mediū sue grauitatis extra mediū mundi: omni impedimento extrīseco amoto: nihil sibi addendo: nec aliquid ab eo remouendo: an sic moueretur ꝙ tādē medium sue grauitatis esset medium mundi. Dico ꝙ non: quia prius ꝗ medium sue grauitatis fieret medium mundi descenderet aliqua tarditate et dupla ad illam & quadrupla ad illam & sic in infinitum & ideo si perpetuo maneret perpetuo descenderet: & nunꝗ medium sue grauitatis fieret medium mundi.

Ad rationes: Ad primam dico ꝙ illa non probat terram semper moueri in suo loco naturali: sed bene moueretur si esset extra ipsum: & licet talis potentia non reducatur ad actum in totali terra: tamen bene in suis partibus. ¶ Ad secundā: illa non arguit ad propositum: quia in proposito intelligitur de motu locali: & de quiete sibi opposita: & non de motu alterationis. ¶ Ad tertiā: illa bene arguit pro vltima conclusiōe. ¶ Ad quartā: dico ꝙ vtiꝗ per certas experientias haberi potest ꝙ celum non quiescit. vnde si quiesceret: quomodo tunc sol & luna & ceteri planete aliquando essent propinquiores aliquando remotiores: certe impossibile esset hoc nisi celum moueretur. ¶ Deinde respondeo ad persuasiones illas quibus probabatur terram moueri et celum quiescere. ¶ Ad primam: bene concedo ꝙ terra recipit influentias a celo: ad hoc non requiritur terram se habere actiue: sed sufficit se habere passiue: sic ꝙ ipsa illam influentiam recipiat: & ipsum celum illam influentiam causet per suū motum propter hoc ꝙ celum est perfectius terra: magis autē de ratione perfecti est dare aliis perfectiones ꝗuis ex hoc nihil recipiat ꝗ econuersa. ¶ Ad secundam bene concedo ꝙ quicquid plus indiget plus debet moueri nisi aliud moueretur ad dādū sibi quo indiget: sed sic est in proposito ꝙ terra quiescēte celum mouetur dando ei illud quo indiget. ¶ Ad tertiam bene cōcedo ꝙ perfectius est eē in quiete ꝗ in motu quātum ad illa que mouentur ad finē veniēdi ad sua loca naturalia: sed de illis que semper sunt in suis locis naturalibus & que non mouentur ad aliquid acquirendū sibi aliud a motu: ita ꝙ motus localis est perfectio finalis eorum: dico ꝙ talibus perfectius est moueri ꝗ eē in quiete: & sic est de corporibus celestibus. ¶ Ad quartam dico ꝙ verum est facilius esse mouere corpus paruū ꝗ magnū si cetera essent paria: sed non est ita: quia corpora grauia & terrestria sunt inepta ad motum. Unde clarum est ꝙ facilius mouemus aquam ꝗ terrā: & adhuc facilius aerem & sic ascendēdo corpora celestia sunt per suas naturas facilius mobilia. ¶ Ad vltimam dico ꝙ his quibus debetur motus circularis cōueniēs est figura sphérica: & similiter quibus debetur quies naturalis circa idē cētrū etiā conueniēs est figura spherica: modo ad propositū dico ꝙ terre non conuenit figura spherica propter moueri circulariter sed propter ipsam quiescentem circa centrum mundi.

Quæstio XXV.



Ertio queritur. vtrū totalis terra sit spherica. Arguitur primo ꝙ nō: nā si sic sequeretur ꝙ oculus existens in superficie terre nō videret medietatē celi: cuius oppositū dicūt astrologi imo videret minus: probatur consequentia: quia si eēt spherica & cū ponatur in medio celi sicut prius dicebatur: tunc linea ipsam contingens imaginata protēdi ex vtraque parte vsque ad concauum celi resecaret a celo arcum multum minorem medietate celi sicut potest apparere in figura: sed illa eadem linea contingeret oculum existentem in superficie terre: ergo ille oculus nō videret plus de celo ꝗ esset super illam lineam. ¶ Secundo. si terra esset spherica sequeretur ꝙ oculus modicum eleuatus super superficiem terre sicut est oculus alicuius hominis stantis super terram videret plus ꝗ medietatem celi: quod iterum est contra Aristo.

rogos: pbat consequentia ex eo: quia si oculus esset vel recte in centro terre: et vna medietas terre esset amota tunc videret p̄cise medietatem celi: sed oculus exist̄ḗs sup supficiem terre est altior q̄ si esset in cētro: ergo cū esset sup supficiem t̄re videbit plus q̄ medietatem celi ¶ Tertio. si terra eēt sphērica: sequit̄ q̄ sol deberet apparere sm supficiem arcualem in ei9 ortu: et sit̄r in eius occasu: cuius oppositum videmus: pbatur ↄsequentia quia cū sol nondū totaliter est ort9 vna eius ps videt̄ et alia occultat̄: sꝫ ille ptes distinguunt̄ abinuicē q̄ ad apparere et nō apparere rōne t̄re: adeo si ipa eēt sphērica vtraq3 ps solis sup t̄rā debet nobis apparere arcualis figure et hoc cōcaue: recte sicut appet nobis ps solis nō abscondita p lunā i eclipsi solis. ¶ Quarto si questio esset vera sequit̄ q̄ t̄ra totaliter esset coopta aq̄s hoc est falsum: falsitas pꝫ ad sensum: ↄpbatur consequentia: pro cuius pbatione suppono primo q̄ aqua sit sphērica. vel tendens ad sphēricitatē: secundo suppono q̄ terra et aqua tēdunt ad idem cētrū: tūc sic impossibile est duo esse sphērica nisi vnū circumdet aliud et hoc si eorū idē sit centrum. ꝫ cum aqua sit sphērica p vnā suppositionē et cuꝫ vnū sit centrum terre et aque tūc si terra eēt sphērica vtraq3 eēt totaliter aq̄ circūdata ¶ Quinto. nā ad sensum apparēt i t̄ra multe gibbositates et concauitates montiū et vallium: et vbi nō sunt montes et valles apparet eē plana: quod nō eēt si esset sphērica. ¶ Sexto mobilibus motu circulari naturaliter debetur figura sphērica: sicut patet de celo: ꝫ mobilibus motu recto naturaliter debetur figura recta/ et non sphērica: sed terra est naturaliter mobilis motu recto ergo ꝛc.

Oppositum vult Aristoteles in litera

¶ In ista questione primo ponam cōclusiones. Secūdo quedam correlaria.

Quantum ad primum sciendum est primo q̄ sphēricum proprie dicit̄ quod quo ad ei9 supficiem exteriorem est sine aliqua asperitate: et cū hoc a puncto eius medio omnes linee ducibiles ad superficiē eius exteriorē sunt equales: sed rotundū potest dici qđ accedit ad sphēricitatē: licꝫ non sit pfecte sphēricū. Exemplū primi sicut est mund9: mūdus enī quo ad eius supficiē exteriorē est sine aliq̄ asperitate et pfectissime curuatus vel tornatus a primo motore: exēplum secundi sicut est pomum vel aliquod tale. ¶ Secūdo notandum q̄ accipiendo large sphēricum et rotundū solet capi vnum pro alio. ¶ Tunc sit prima conclusio terra nō est pfecte sphērica: patet quia multos hꝫ mōtes et valles. ¶ Secūda conclusio: terra est rotūda inter orientem et occidentē: pbatur nā si nō sequeret̄ q̄ eedē stelle eque cito orient̄ et occiderent habitātibus v̄sus occidentē sicut habitantibus v̄sus orientē: sed hoc est falsum. consequētia tenet ex eo q̄ causa talis diuersitatis nō videt̄ eē alia nisi tumor terre et gibbositas: falsitas consequentis patet ex eo q̄ habitantibus vers9 orientem citius fit dies et citius fit nox q̄ habitantib9 versus occidentē: quod patet ex eo q̄ plies eadem eclipsis lune visa fuit ab oriētalib9 in tertia hora noctis: et ab occidentalibus in prima hora vel secunda: secundū q̄ erant magis vel minus occidentales: modo hoc nō fuisset nisi orientalibus citius facta fuisset nox. ¶ Tertia conclusio: similiter terra habet rotunditatē a septētrione ad meridiem: pbat̄: nā aliquis potest a meridie pcedere tantū v̄sus septentrionē q̄ polus sibi sensibiliter magis eleuatur: modo illud non videt̄ ↄtīgere nisi ppter quendā tumorē terre existētem īter meridiē et septētrionem. Et ita aliquis potest tantum ambulare a septentrione v̄sus meridiem. q̄ alique stelle sibi apparent que prius sibi non apparebant: et alique sibi occultant̄ que prius sibi apparebant: modo hoc nō videt̄ eē nisi propter tumorē terre īter septētrionē et meridiem ¶ Quarta cōclusio: terra vndiq3 est rotunda sic q̄ eleuationes montium sunt parue i respectu totalis t̄re et quasi non notabiles: pbat̄ primo: quia grauia vbi cadunt sup terrā non montosam nec vallosam cadūt ad equales angulos: quod non esset nisi grauia peterent idem centrum: et cum omnes partes t̄re sint graues: sequit̄ q̄ omnes petunt idem centrum: hoc non esset nisi terra esset rotūda vł tenderet naturaliter ad rotūditatem. ¶ Secundo. ptes t̄re equaliter tendūt ad mediū mundi et descendunt ad loca decliuiora: nisi vna aliā sustineat: sicut patet de montibus: nihilominus p lapsuꝫ tēporis quelibet descendet et ruet v̄sus medium mūdi quod videt̄ eē causa rotūditatis terre. ¶ Unde sciēdū est q̄ si terra eēt fluxibilis sicut aqua: ita q̄ vna pars non sustineret aliam flueret ad omnimodam rotūditatē: et perfectam sphēricitatem. ¶ Tertio si terra esset plana et non rotunda montes multum alti deberent videri a multo remotiori q̄ videnť: sꝫ q̄ non ab ita remoto videntur huius causa non videt̄ esse alia nisi tumor t̄re existens int̄ tales mōtes et visus nostros. ¶ Quarto luna cum eclipsat̄ ppter īterpositionē t̄re īter ipaꝫ et solem ps non eclipsata videt̄ arcualis figure sed hoc non eēt nisi t̄ra eēt rotunda quam contingunt radij solares ptensi vsq3 ad lunā qui distinguunt ptē lune visā nō eclipsatā a pte lune eclipsata que est posita i vmbra causata ex interpositione t̄re inter solem et lunam. cū ꝫ vbicūq3 apparet talis eclipsis lune ps nō eclipsata apparet arcualis figure: signū est q̄ vndiq3 terra sit rotūda. ¶ Iuxta istam conclusionē est sciendū q̄ isto modo posset experiri q̄ terra est rotunda saltē inter meridiem et septentrionē: q̄ aliquis ambularet ab aliquo loco versus septētrionē tamdiu q̄ polus esset sibi eleuatus plus vno gradu q̄ ante: et tunc mēsuraret spatiū pertransitum: hoc facto rediret ad locum pristinum: et ab eodem loco ambularet v̄sus meridiem: tamdiu q̄ polus eēt sibi eleuatus minus vno gradu q̄ erat in loco signato a quo ambulauit: et iterum mensuraret illud spatium pertransitum: tunc si illa spatia fuerint equalia: signum esset rotunditatis terre inter septentrionem et meridiem.

Quantū ad secundū: primo sequitur ex hoc q̄ terra est rotunda q̄ linee exeūtes directe de superficie terre exteriori versus cētrum cōtinue vadūt appropinquando: et in centro concurrunt. ¶ Secundo sequitur q̄ si fierent due turres ad perpēdiculum q̄to irēt alti9 tanto elongarent̄ plus abinuicē: et quāto irēt bassius tāto appropinq̄rentur plus abinuicē. ¶ Tertio sequit̄ q̄ si fieret aliquis puteus ad perpendiculū inferius eēt strictior: et superius esset latior. ¶ Quarto sequitur q̄ omnis linea eque distans secundum quemlibet eius punctū a centro mundi est curua: pꝫ nā si eēt recta: tunc aliquis punctus eius est ppinquior centro et alius remotior. et sic non equaliter distat a centro seu a deorsum secundū quemlibet eius punctuꝫ. vnde quecunq3 linea recta data contingente superficiem terre secundum punctum eius medium ipa est propinquior centro terre secundum pūctum eius medium secundū quem contingit terram / q̄ secundum puncta eius extrema. Ex hoc sequitur q̄ quicunq3 ambulans secundum lineam rectam pro parte tēporis descendit: et pro alia parte ascendit: nam pro parte temporis pro quo

mouetur versus punctum qui est ꝓpinquior centro ipse descendit: sed ꝑ alia parte tēporis ꝑ qua mouet̄ ab illo puncto ipse ascendit: patet ex eo ꝙ in prima ꝑte tēporis continue appropinquat plus ⁊ plus centro mūdi: in alio autem tempore cōtinue elongat̄ ab eodē: mō appropinquare centro mundi est descendere ⁊ elongari ab eodem est ascendere. ¶ Quinto sequit̄ ꝙ ambulantium super terram caput mouet̄ velocius pedibus: nam caput in aere describit maiorem circumferentiam ꝙ̄ pedes sup̄ terram: vñ hō posset esse ita magnꝰ ꝙ caput moueret̄ in duplo velocꝰ ꝙ̄ pedes: q̄ in duplo maiorē circūferentiā describeret in aere ꝙ̄ pedes sup̄ trā.

Ad rationes. ad primam concedo ꝙ oculus si esset in ꝓximo superficiei cōuexe terre videret multo minus ꝙ̄ medietatem celi: sicut ratio demōstrauit: nihilominus bene concedo ꝙ oculus potest in tali proportione esse eleuatus super superficiē terre ꝙ videret precise medietatem: ita ꝙ suus orizon diuideret celum in duo equalia: ⁊ cum hoc stat ꝙ oculus potest esse tantum eleuatus sup̄ sup̄ficiē terre ꝙ videret plus ꝙ̄ medietatem celi. Et ex hoc tunc patet ad secundum argumentū. ¶ Ad tertium dicit aliq̄ de magistris meis ꝙ secundum rei veritatē cum vna ps solis est orta ⁊ alia non orta linea diuidens ꝑtem ortam a ꝑte non orta ipsius est linea curua ⁊ arcualis: sed tamen pars orta ipsiꝰ solis nō apparet nobis figure arcualis: ꝓpter hoc ꝙ quādo linea curua a remotis videt̄: apparet recta. ¶ Sed breuiter prout mihi apparet hoc nō est verū. vnde dico ꝙ secundū rei veritatem pars solis orta non debet apparere arcualis figure: sȝ debet apparere sicut medietas vel sicut portio vniꝰ circuli eo modo q̄ apparet. vnde imaginor ꝙ noster orizon debet imaginari sicut circulus resecans/ et diuidens partem solis ortam a parte solis non orta: modo quando vnus circulus secundum eius periferiam cadit sup̄ superficiē latā alterius circuli diuidit ⁊ resecat vnam partem ab alia sine quacunq̄ interiori concauatione illarum partium secundum veritatē vel apparentiam: recte ac si ille partes distinguerentur abinuicem ꝑ lineā rectam et ꝓpter hoc pars solis nobis orta debet nobis apparere consimili modo ac si distingueret̄ a ꝑte non orta ꝑ lineam rectā: vel ac si esset oculus in centro terre: vna medietate terre amota: ita ꝙ gibbositas terre nihil facit ad hoc ꝙ sol in eius ortu secundum eius partē ortā deberet nobis apparere arcualis figure: sed ad hoc ꝙ sol nobis taliter apparet sicut oriet̄ facit noster orizon. ¶ Ad quartam illa bene ꝓcederet si centrum magnitudinis terre esset centrum mundi: sed quia sic non est sed multum est eleuatum sup̄ centrum mundi nō oportet ꝙ terra sit totaliter cooperta aquis licet tā ipsa ꝙ̄ aqua sit rotunda. ¶ Ad quintā illa bene ꝓbat ꝙ terra non sit ꝑfecte spherica: sicut dixit prima conclusio. ¶ Ad vltimam dico: ꝙ nō oportet mobile motu recto eē figure recte: licet bene oporteat motū eius naturalem simplicem esse per lineam rectam.

Quæstio. XXVI.



Quarto quæritur vtrū totalis t̄ra sit habitabilis. Videtur primo/ ꝙ nulla pars t̄re sit habitabilis: nā ex q̄ terra est spherica vt dictū est in alia questiōe: ⁊ aqua similiter vt probat Aristo. in hoc secundo: ⁊ cū terra sit grauior aqua et in medio mundi situata vt dictum est prius: videtur ꝙ terra vndiq̄ cooperta aquis et per consequens vndiq̄ inhabitabilis propter aquas. ¶ Nec valet si diceretur ꝙ eleuationes montium qui sunt in terra impediunt ne totalis terrā sit cooperta aquis: et quantum ad huiusmodi eleuationes ipsa terra est habitabilis. Nam ex quo mundus fuit ab eterno vt credit Arist. si aliquando fuissent montes ⁊ tales eleuationes iamdiu essent consumpte: propter hoc ꝙ omne graue tendit deorsū nec ꝑpetuo potest sic sursum sustineri: quare iā totalis terra est facta spherica ⁊ vndiq̄ aquis coop̄ta. ¶ Secundo sicut sphera aeris excedit spherā aque: ita sphera aque debet excedere spheram terre: ⁊ per cōsequēs debet totā terram cooperire: ⁊ ꝑ consequēs debet totam ipsam terram vndiq̄ inhabitabilem facere. ¶ Deinde ꝓbatur ꝙ totalis terra est habitabilis: nā vna quarta eiꝰ est habitabilis: vt cōmuniter omnes cōcedūt: et nō videtur esse maior ratio de vna ꝙ̄ de alia igitur ⁊c.

Oppositum amborum iam probatorum patet ꝑ experientiam: nā aliqua pars terre ē habitabilis: vt patet: et aliqua inhabitabilis ꝓpter aquas ⁊ aliqua ꝓpter nimium frigus sicut illa que est supposita polo arctico vel antarctico: quia terra potest esse inhabitabilis propter excessum frigiditatis vel caliditatis: vel potest esse inhabitabilis ꝓpter excessum aquarum. ideo in questione duo erunt articuli. nā in primo videbit̄ de habitatione/ vel inhabitatione terre ꝓpter temperiē vel excessum caliditatis vel frigiditatis. Secundo videbitur de habitatione terre vel inhabitatione quantum est ex parte aquarum.

Quantum ad primum subponēdum est primo terram diuidi in quinq̄ partes: secundū quinq̄ partes: secundum quinq̄ zonas imaginatas in celo quarū vna est supposita illi parti celi que est inter circulum arcticum et polum arcticum. secunda autē est supposita illi parti que est inter circulum antarcticū ⁊ polum antarcticum. tertia autē supponitur illi parti que est inter tropicum cancri ⁊ circulum arcticū: quarta supponitur illi parti que est īter tropicum capricorni ⁊ circulum antarcticum. quinta autem ⁊ vltima supponitur illi parti celi que est inter duos tropicos directe sub equinoctiali. ¶ Tunc sit prima conclusio. due prime ꝑtes terre sunt inhabitabiles propter defectū caloris ⁊ abundantiam frigiditatis: primum patet: q2 huiusmodi partes nimis distant a sole qui est causa caloris in istis inferioribus: ⁊ quia ad esse ⁊ viuere plantarum ⁊ animalium requiritur calor/ sequitur ꝙ ibi nec crescunt plante nec habitant animalia: et hoc scilicet ꝓpter defectum caloris. secunda pars patet: quia ibi est excessus frigoris propter eleuationem vaporū commixtorum aeri qui nō possunt ibi consumi ꝓpter defectum caloris: ⁊ illi tantum aerem ibi existentem ingrossant ⁊ infrigidant ⁊ condensant: ꝙ nulla viuentia possunt ibi manere. ¶ Secunda conclusio. tertia pars terre est habitabilis propter temperiem frigoris ⁊ caloris ⁊ illa pars terre est in qua nos habitamꝰ: ⁊ ꝙ ibi est temperies caloris ⁊ frigoris est ex eo ꝙ in estate nostra sol est prope suum augem: ⁊ sic non facit nobis nimium calorem ꝓpter maiorem eius distantiam a terra: ⁊ in hyeme nostra est prope oppositum sue augis ⁊ sic non causatur nobis nimium frigus sua absentia: propter hoc ꝙ licet non diu moretur super nos: tamen est terre tunc propinquior. ¶ Iuxta istam conclusionem et eius probationem bene sequitur ꝙ secundum mutationem augis ipsius solis alique partes terre reddun-

tur potius vel melius habitabiles. ¶ Tertia conclusio quarta pars terre est inhabitabilis ppter nimiã abũdantiã caloris in estate: et nimiam abundantiam frigiditatis in hyeme: et est illa ps terre q̃ est opposita illi p̃ti terre in qua nos habitamus. Sed verũ est q̃ in ista conclusione non omnes concordant: et pbo eam sic: nã ex quo aux solis iam est ppe finem geminorũ et oppositũ augis ppe finem sagittarij: et cum existentibus in dicta parte terre si aliqui ibi existerent sit estas sole existente iuxta oppositum sue augis: sol eis in estate nimium facit calorem ppter nimiam eius propinquitatem ad terram: et cum eisdem sit hyems sole existente iuxta augem in hyeme ppter absentiam solis et nimiam eius [illegible] a terra est nimiũ frigus ibidem. ¶ Quarta conclusio: quarta pars terre [illegible] que est inter duos tropicos sub equinoctiali est habitabilis [illegible] est ex [illegible] frigiditatis vel caloris: immo non solum habitabilis [illegible] locus temperatissimus pro habitatione. ¶ In ista [illegible] conclusione non omnes concordant. Unde auctor [illegible] de spera mundi [illegible] dicit oppositum [illegible] tamen conclusio [illegible] Avicenna in [illegible] physica [illegible] probatur [illegible] auctoritate Isi. in libro etymologiarum: qui dicit q̃ paradisus est situs in loco alto versus orientem fere attingens globum lune et sub equinoctiali: sed constat q̃ paradisus terrestris est locus amenissimus et optime habitabilis. Item patet ex vno quod [illegible] in vno libro nam in anglia fuit quidã homo sancte vite: qui asserebat se fuisse in quodã loco vbi fuit facta incantatio: et citatio cuiusdam spiritus qui dixit se velle portare ficus maturas pro quolibet tempore anni / ne amplius sic citaretur: tũc dixit incantator quomodo hoc esset: dixit spiritus: est locus in terra qui existimatur inhabitabilis ab hominibus: vbi in omni tempore anni fructus maturi secundum diuersitatem generũ fructuum inueniuntur de illo loco dixit se velle portare fructus et ficus statim in sequenti die circa festum natalis domini: et ficus ac plura alia fructuum genera recentia sibi apportauit: et certe videtur q̃ talis locus sit sub equinoctiali: nam de illo plures dicũt q̃ sit inhabitabilis propter intemperiẽ et excessum caloris. ¶ Deinde probatur dicta conclusio rationibus. primo sic quo suppon[illegible] celum et astra sunt ordinata ad gubernandum istũ [illegible] dum et maxime homines et animalia et plant[illegible] bus natura ppter eorum nobilitatem ma[illegible] sollicita. Ideo rationabil[illegible] [illegible] simul habent aspe[illegible] sub equinoctiali: illis enim oẽ[illegible] nobis vero non oriunt / nec occidunt ille stelle que sũt circa polum antarcticum. ¶ Secunda ratio et cã temperiei. dicti loci sub equinoctiali est equalitas distantie ab vtroq polo calor enĩ illius loci obtemperatur propter [illegible] locus [illegible]. ¶ Tertia causa est equalitas diei et noctis in omni tempore anni: frigiditas enĩ noctis obtemperat calorẽ diei. ¶ Quarta causa est breuitas estatis et hyemis nam nec hyemalis frigiditas excedit: nec calor estatis nimis adurit. ¶ Contra istam conclusionem dubitatur p̃ rationes illorũ qui tenent ptem oppositam: primo quidem arguunt sic: aliquis est locus inhabitabilis ppter nimiũ frigus: ergo etiam videtur q̃ aliquis sit inhabitabilis ppter nimiũ calorẽ: sed talis non videtur esse alius q̃ ille sub equinoctiali. ¶ Secũdo. si habitarent ibi aliqui: vtiq de talibus aliqui venirent ad nos: et de nostris ad illos: quod tamen nunq̃ est pceptũ. ¶ Tertio. nam cum vadimus versus tropicum cancri: tandẽ inuenimus homines valde nigros sicut sunt ethiopes et hoc est ppter magnum calorem ibi existẽtẽ / [illegible] si procederemus vltra tropicũ tantũ inueniremus [illegible] vt videtur q̃ nullus posset habitare. ¶ Quarto. na[illegible] existentibus sol bis in anno currit p̃ zenith capitũ eorũ: ideo videtur eis facere tantum calorem q̃ non est eis cõ[illegible] habitatio: vnde videmus q̃ nobis in estate quã[illegible] adhuc nõ est in zenith aliquãdo est tãtus calor q̃ est mirabilis: et ideo si curreret bis in anno per zenith videretur tantum debere causare calorem q̃ nullo modo possemus viuere. ¶ Quinto. nam videmus q̃ ex reflexione radiorum incidentium perpendiculariter sup superficiem speculi concaui causatur ignis: ideo cum sol [illegible] bis in anno sicut quãdo est in principio arietis et libre radios suos ppẽdiculariter sup terram suppositam equinoctiali: videtur q̃ talis terra sit inhabitabilis ppter nimium calorẽ adustiuum causatum ex tali incidentia radiorũ solis ppendicularium. ¶ Ad primum dico q̃ licet sit reperire terram inhabitabilem propter nimiam elongationem a sole: et hoc sub vtroq polo: non tamen propter hoc oportet q̃ aliqua sit inhabitabilis propter appropinquationem ad solem: quia cum frigus sit mortificatiuum et calor viuificatiuus et causa viuendi: ideo est q̃ nature melius competit siccum excessiuum caloris q̃ frigoris: nec etiam sub equinoctiali est excessus caloris: sed temperamentum optimum: vt dictum est. ¶ Ad secundum dico q̃ ideo nullus potest illuc ire nec aliquis venire vsq huc: quia oporteret talem transire p̃ terram suppositam tropico cancri: vbi est nimius calor ppter nimiam moram solis sup orizontẽ saltẽ in estate. Nec etiam quis in hyeme sola nec estate potest transire per illam partem: propter hoc q̃ auctoritate quorundam versus equinoctialem sunt quidam montes qui habent naturam attrahẽdi carnem humanam sicut magnes attrahit ferrum: et hec est causa quare nullus transit. Aliter dicunt quidam q̃ locus intermedius inter illos et nos est desertus multum et plenus serpentibus: et deficiẽs aquis dulcibus ita q̃ nullus potest illum locũ transire: et propter hoc non pcipimus aliqua noua de illis: nec ipsi de nobis. ¶ Ad tertium: bene concedo q̃ sub tropico cancri est maior calor q̃ sub equinoctiali: et hoc ideo: quia licet sol bis currat in anno p̃ zenith capitum habitantium sub equinoctiali: et non nisi semel in anno p̃ zenith capitum morantium sub cancro: tamen quia minus moratur super zenith capitis existentium sub equinoctiali et diutius sup zenith capitum existentium sub tropico cancri: inde est q̃ maiorem facit calorem sub tropico cancri q̃ sub equinoctiali. Per hoc idem respondeatur ad quartam. ¶ Ad quintam: dico q̃ non est simile de reflexione radiorũ incidentiũ ppendiculariter sup supficiẽ speculi cõcaui et de radijs ppẽdiculariter incidentibus super superficiem terre: licet bene aliquo modo esset simile de incidentia radiorum ppendicularium sup supficiem speculi cõuexi et sup supficiem terre: cum terra non sit cõcaua: sed conuexa vel spherica et ideo sicut radij incidentes sup supficiem speculi conuexi non causant ignem ex reflexione eorum: q̃d tamẽ bene faciunt cum incidunt sup concauum [illegible] dico q̃ nec radij ppẽdiculariter incidẽtes sup supficiem terre conuexam causant tãtum calorẽ sicut causarent si caderẽt sup superficiem terre concauam: et ex hoc patet ad argumentum.

Quãtum ad secundum articulum est vna opinio que imaginatur q̃ aqua et terra simul faciunt vnã spheram. *Et* q̃ nõ plus habemus de aqua nisi quãtum est in vallibus terre. *Et* ita ponit partes

terre habitatas non esse nisi quasdã insulas. Et imaginandũ in qualibet parte terre de dictis quinq; partibus terre esse multas tales partes aquis discoopertas: & tales dicerent in qualibet dictarum quinq; partium esse habitationem:saltem quantum est ex parte aquarum: licet alique earũ sint inhabitabiles propter defectum vel abundantiam frigoris vel caloris. ¶ Sed ista opinio non valet propter duo. ¶ Primo ex quo ab eterno fuit mundus:tunc illa canalia aquarum fuissent repleta per fluxum partium terrestrium/ cum aqua in illa canalia et sic tunc terra vndiq; esset aquis cooperta: propter repletionem talium canalium. ¶ Secundo: tunc vtiq; omnes aque essent faciliter penetrabiles:si non esset plus de aqua quam currat in talibus canalibus & vallibus terre:sed consequens est falsum/ ex eo q est vnum mare impermeabile in cuius signum quod est impermeabile Hercules posuit ibi columnas:& nullus tentet ipsum permeare. ¶ Secunda opinio:& illam approbo:imaginatur q non est idem centrum grauitatis et magnitudinis terre:et ideo terra ex vna eius parte est propinquior celo et aquis discooperta:& ex alia parte est remotior a celo:& aquis cooperta: & ad illã partem fluunt aque quia ibi erunt propinquiores medio mundi. Et ideo pro destructione partiũ terre habitabiliũ a partibus terre inhabitabilibus propter aquas imaginandum est in terra vnam esse lineam transeuntem ab oriente in occidentem/ directe suppositam equinoctiali eque distantem secunde linee imaginate in terra supposite circulo arctico. inter quas imaginatur tertia linea eque distans vtriq;. Ulterius imaginatur totum quod est ab equinoctiali per polum meridionalem:& per polum septẽtrionalem vsq; ad circulum arcticum esse coopertum aquis et residuum/ quod non est nisi vna quarta terre:immo adhuc non integre esse discoopertum aquis. et vlterius imaginatur a medio illius linee supposite in terra discooperta aquis protrahi vnam lineam perpendiculariter versus lineam eque distantẽ et suppositam circulo arctico. ¶ His lineis sic imaginatis manifestum est in figura quomodo ista pars terre discooperta aquis est diuisa in quatuor partes: quarũ due sunt versus occidentem & due versus orientem:& inter illas que sunt versus occidentem illa que est propinquior equinoctiali vocatur africa:& que est propinquior septẽtrioni vocatur europa:deinde alie due sunt versus orientẽ: et inter eas illa que est versus equinoctialẽ vocatur asia maior: sed propinquior septẽtrioni vocatur asia minor. Quantum ad huius partes terre coopertas et discoopertas aquis dicit Campanus in sua theorica in ca. de luna hec verba. Aggregentur autẽ aque que sub celo sunt in locum vnũ:vt appareat tunc terra arida & habitet homo: qui quodammodo est finis omniũ locum sue habitationis congruentẽ: ideoq; credendum est solum illũ locũ terre detectum esse ab aquis qui humano visui fuerit necessarius:quia ergo sola quarta pars terre quã continent duo semicirculi:quorũ vnus ab oriente in occidentem sub equatore protenditur:& alius per polum septẽtrionalẽ ab oriente in occidentem inhabitatur: vt omnes aiunt:& oportet alias tres quartas terre esse coopertas aquis. ¶ Sed diceres sicut prius arguebatur:ex quo continue cum fluuijs fluunt partes terre ad mare:quare ergo tandem terra ex alia parte vbi est cooperta aquis: nõ efficitur eque propinqua celo sicut illa que est discooperta aquis: vnde cum hoc fieret terra vndiq; cooperiretur aquis. ¶ Respondetur q hoc nunquam fieret:& hoc ideo: quia quando particule terre fluunt ad aliam partem:tunc alia pars fiet magis grauis & pellet aliam sursum:vt prius dicebatur in vna alia questione:et sic semper erit & hoc propter deformitatem grauitatis terre:quam deformitatem ab eterno deus ordinauit pro salute animalium et plantarum. ¶ Uerum tamen credo q propter mutationem augis excentrici solis: illa pars terre que modo est cooperta aquis prius erat discooperta & que modo est discooperta prius erat cooperta: et hoc videtur velle satis manifeste Aristoteles in secundo metheororum: licet non exprimat q hoc sit propter mutationem augis solaris.

Ad rationes: Ad primam, cũ suis confirmationibus non procedit iuxta secundam opinionẽ vna cum hoc q non est idem centrum grauitatis & magnitudinis terre. ¶ Ad secundam dico:q ordinatum est a deo q sphera aque non deberet tantum excedere spheram terre quantum sphera aeris spheram aque: et hoc ordinatum est propter salutem animalium & plantarum:nam si esset tantus excessus aque ad terram sicut aeris ad aquã:tota terra esset cooperta aquis:& sic nõ possent saluari plante & animalia. ¶ Ad vltimum dictum est in questione/ q non est eadem ratio de vna parte sicut de alia quantum ad ipsam esse habitabilem vel inhabitabilem.

¶ Explicit Liber Secundus
Incipit Liber Tertius.

Questio I.



Ostquam tractaui circa primum huius quasdam dubitationes concernentes totalem mundum: et similiter tractaui circa secundum huius dubitationes concernentes partem nobiliorem mundi: scilicet celum: et cum hoc terram prout est centrum celi et totalis mundi:nunc volo tractare dubia concernentia grauia & leuia:sicut sunt elementa:que sunt partes mundi totalis minus nobiles quam sit celum. De quibus quidem grauibus et leuibus Aristo. in tertio huius determinat secundũ opinionẽ antiquorum: & in quarto huius secundum opinionem propriam:et ideo simul questiones circa hos duos libros intendo pertractare. primo quantum ad grauitatem et leuitatem ipsorum grauium & leuium. Queritur vtrum aliquod elementum sit simpliciter graue et aliquod simpliciter leue & aliquod leue vel graue in respectu. Arguitur primo q nihil sit simpliciter graue: nam si sic hoc videtur esse terra pura:sicut dicit Arist. in litera: modo hoc est falsum:nam sit illa terra a.tunc arguo sic a. est aliquo grauius: et aliquo minus graue: ergo a.non est simpliciter graue:consequentia tenet:nam graue simpliciter debet esse graue in summo: sed graui in summo nihil est grauius:nam aliter nõ esset summũ: antecedẽs probatur:quia a.terra est minor terra grauior:et maiori terra minus grauis. Consimiliter probatur q ignis non est simpliciter leuis. ¶ Deinde probatur q quodlibet elementum est graue vel leue simpliciter:primo sic quia si nõ:hoc esset ex eo q aqua nõ esset grauis simpliciter:et aer non esset leuis simpliciter:sed probo q immo:& arguo sic de aqua:illud quod grauiori simpliciter est grauius vtiq; est graue simpliciter: sic est de

aqua patet: nam vnū dolū de aqua est grauius inuenire q̄ sit vnus pugillus terre: et tamen talis terra per Arist. in litera dicit̄ esse simpliciter grauis: assumptū patet: nam cuilibet manifestum est q̄ difficilius multo est sustinere magnum pondus aque q̄ vnum pugillum terre. ¶ Et cōfirmatur de aqua & de aere simul: nā illud dicitur graue simplr̄ quod dicitur graue sine addito: & illud leue simplicit̄ qd̄ dr̄ leue sine addito. sic est de aq̄ & de aere: ꝓz hoc: nā aquā dicim⁹ eē grauē sine addito et aerem leuē sine addito. ¶ Secundo. nisi aqua esset simpliciter grauis: et aer simpliciter leuis: oporteret q̄ grauitati aque essent commixti quidam gradus leuitatis et leuitati aeris eēnt commixti quidā gradus grauitatis: sed hoc est falsū: consequentia tenet ex eo q̄ aliter aqua esset simplicit̄ grauis et aer simpliciter leuis: illud enī quod habet grauitatē sine leuitate est simpliciter graue & quod habet leuitatē sine grauitate est simpliciter leue: recte sicut est in alijs qualitatibus: sed falsitas consequentis probatur: primo: nam si sic tunc aqua simplex posset successiue descēdere in vacuo: & aer simplex posset successiue ascendere in eodem si esset: quod est contra Aristo. & Cōmentatorē in quarto physicorum: consequentia tenet ex eo q̄ haberent sufficientem resistentiam intrinsecam: vnde in aqua leuitas resisteret grauitati: et in aere grauitas resisteret leuitati. ¶ Et confirmatur hoc. quia forma substantialis aque est simplex: & similiter forma substantialis aeris: ergo grauitas q̄ est q̄litas motiua aque consequens illam formam substantialem etiam debet esse simplex: & simplicit̄ leuitas ipsi⁹ aeris: & si sic aqua est grauis sine leuitate: & aer leuis sine grauitate: et ꝑ consequens aq̄ est ḡuis simplr̄: & aer leuis simplr̄ qd̄ erat ꝓbādū.

Oppositum vult Aristoteles & Commentator in multis locis: qui pluries distinguunt graue in graue simpliciter & in graue in respectu. vnde volunt terram esse grauem simpliciter et ignem leuē simpliciter & aquā & aerem grauē & leuem in respectu. In ista q̄stione primo ponā quasdam distinctiones. secundo conclusiones.

Quantum ad primū sit prima distinctio. aliquid dicitur graue simpliciter quattor modis vno modo: quia eo existente graui nihil est eo grauius secundo modo: quia grauitati sue nullus gradus leuitatis est cōmixtus. tertio modo: quia de ꝑnomine demonstrante ipsū est predicabilis iste terminus graue absq̄ addito iuxta illud: hoc simplicit̄ dico qd̄ sine addito dico. quarto modo: quia in quocunq̄ illorum triū elementorum ponatur q̄ sunt ignis aer et aqua. ipsum aptum natum est descendere. ¶ Secunda distinctio. proportionaliter se habet de leui simpliciter. nam vno modo aliquid dicitur leue simpliciter: quia ipso existēte leui nihil est eo leuius. secūdo mō quia leuitati eius nullus grad⁹ grauitatis est commixtus. tertio modo. quia ly leue est p̄dicabile de eo sine addito. quarto modo quia in quocunq̄ istorum trium elementorū ponat̄ que sunt terra: aqua: aer: ipsum est aptum natū ascendere. ¶ Tertia distinctio. graue nō simpliciter sꝫ in respectu dicit̄ duobus modis. vno modo: quia sue grauitati est aliquis gradus leuitatis ꝑmixtus. secūdo mō quia in aliquo elementorum aptū natum est ascēdere. et in aliquo aptum natum est descēdere. ¶ Quarta distinctio. ponatur ꝓportionaliter de leui non simpliciter sed in respectu.

Quantū ad secundum sit prima conclusio: nulla particula terre est grauis simpliciter primo modo. Probat̄: quia quacunq̄ ꝑticula terre data vna maior est ea grauior. ¶ Secunda conclusio. quelibet particula terre pure est grauis simpliciter secūdo & tertio & quarto modo: de secundo modo patet: quia sue grauitati nullus gradus leuitatis est permixtus. Aliter enim non esset terra pura: qd̄ est contra hypothesim. de tertio modo patet: nam graue est p̄dicabile de ꝑnomie demonstrante illam particulā simpliciter et sine addito. De quarto modo patet: nam quacunq̄ particula terre pura data: siue eēt in igne: siue in aere siue in aqua: ipsa apta nata esset descendere: sicut docet experiētia: & si nō descēderet: hoc eēt ꝓpt̄ ꝓhibēs violētans ipsam. ¶ Notandum tn̄ q̄ in ꝓposito solum dicimus aliquid graue simpliciter: ꝓpter hoc q̄ in quocūq̄ poneret̄ dictorū trium elemētorum ipsum aptum natum esset descendere. ¶ Sed diceres. videt̄ q̄ isto quarto modo non quelibet particula terre sit simpliciter grauis: q̄r non q̄libet talis descēdit in aere patet de illis paruis corporib⁹ atomatib⁹ q̄ apparent in aere in radijs solarib⁹ ꝓiectis ꝑ aliquam fenestrā. ¶ Rn̄det̄ q̄ vtiq̄ particule tales apte nate sunt descēdere: sed q̄ nō descēdunt est propter hoc q̄ non sufficiūt diuidere aerē sub se existentē ꝓpter eorū paruitatē: adeo q̄ ibi retinent̄ hoc est eis violētum. ¶ Sed diceres immo quandoq̄ ascendunt in aere. Respondeo q̄ verum est: sed hoc est propter alterationem factam in eis ꝑ calorem solis inducentē in eis leuitatem & trahentem eas a simplicitate & naturalitate sua. ¶ Tertia conclusio. nulla particula ignis est leuis simpliciter loquēdo de leui simplr̄ primo mō dicto: ꝓbat̄: quia a quacūq̄ data maior ea est leuior. ¶ Quarta conclusio q̄libet particula ignis est leuis simplr̄ scd̄o & tertio et quarto modis: licet in ꝓposito dicat̄ esse leuis simpliciter iuxta quartū modum: ꝓbat̄ ꝓportionaliter sicut ꝓbat̄ ꝯclusio scd̄a de grauitate terre. ¶ Ex istis cōclusionib⁹ sequit̄ aliqd̄ elemētū esse graue simplr̄: & aliqd̄ eē leue simpliciter: qd̄ erat prima pars q̄stiōis ꝓposite. ¶ Quinta ꝯclusio. aqua & aer nō dicunt̄ graues nec leues in respectu primo mō: ꝓbat̄: q̄r si sic tūc in quolibet eorū esset aliq̄s gradus leuitatis & aliq̄s gradus grauitatis: sꝫ hoc est falsum: primo: nā tunc quodlibet eorū posset successiue moueri in vacuo. secundo. nam tunc eorū nullū esset elemētū simplex neq̄ purū: ex eo q̄ sua qualitas motiua nō eēt simplex. ¶ Sexta ꝯclusio. tā aqua q̄ aer est grauis et leuis in respectu scd̄o modo ꝓbat̄: q̄r aqua in aliquo elemēto posita ascēderet: & in aliquo posita descēderet: & similiter sic est de aere: adeo quodlibet eorū dicit̄ graue & leue in respectu scd̄o mōe ꝯña tenet ex distīctiōe tertia & quarta primi articuli: sꝫ añs ꝓbat̄: nā talis est ordo entium naturalium q̄ grauiora appetunt eē sub leuib⁹: et leuiora appetunt esse sup grauiora: patet hoc: nā aliter lignū nō ascēderet in aqua nec oleum cuius oppositū videm⁹. Et ideo quādocūq̄ aqua haberet sup se terrā imediatā et vbicūq̄ esset: moueret̄ & ascēderet sup eā si non esset impedimētum: sed si aqua haberet sub se ignem vel aerē vbicūq̄ esset descēderet si non impediret̄ vt eēt sub eū: idē: eadem patet de aere q̄ si haberet sub se imediate ignē descenderet vt esset sub eo: sed si haberet super se immediate aquā vel terrā ascēderet si non impediret̄ vt esset sup eum. sic ergo patet: q̄ aqua in aliquo elemēto ascēderet & in aliquo descēderet & aer similiter. ¶ Ex quo cōcluditur aerem et aquam esse grauia et leuia in respectu non q̄ in eis sit grauitas commixta leuitati sed q̄ in eis vna est qualitas simplex motiua que facit ea descendere quando sub eis est aliquid leuius: et

eadem qualitas facit ea ascēdere quando sup ea ē aliquod grauius. ¶ Septima conclusio. graue et leue in respectu pōt vbiq; ascēdere naturaliter ⁊ vbiq; descēdere naturaliter: probatur: nā vbicūq; esset aqua dūmodo tamen sub ipsa immediate esset aer ipsa descenderet et similiter vbicūq; esset aqua dum tamen sup ipsam eēt terra: ipsa apta nata esset ascendere: ⁊ ascenderet naturaliter si non impediretur: quia sicut dictū est: semper minus graue appetit esse sup magis graue: modo terra est grauior ꝙ sit aqua: aliter eñ nō descēderet in aq̄. Ex isto patz differentia inter graue simplicit̄ et graue in respectu: ⁊ leue simpliciter ⁊ leue in respectu: q: graue simpliciter nullibi ascēderet naturaliter ⁊ leue simpliciter nullibi descenderet naturalit̄: sed graue ⁊ leue in respectu vbiq; pñt ascēdere ⁊ vbiq; possunt descēdere naturalit̄. ¶ Sed dubitatur iuxta hoc primo: nā dicit Arist. quarto huius ꝙ aer ascendit violente in elemēto ignis. ¶ Secundo dubitat̄ nāz iuxta dicta videret̄ sequi ꝙ aqua non deberet dici magis grauis aere: q: sicut vbiq; aer potest naturaliter ascendere vel descēdere: ita ⁊ aqua cum vtrumq; sit graue ⁊ leue in respectu. ¶ Tertio: si graue ⁊ leue in respectu sicut aqua et aer possent vbiq; naturaliter ascēdere ⁊ vbiq; naturaliter descēdere: tunc idem mobile simplex posset moueri naturaliter motibus contrarijs: cuius oppositum demōstratum vel determinatum est primo huius. ¶ Ad ista respondetur. Ad primum dicendū est ꝙ dictum Arist. dz intelligi ꝙ aer violente ascenderet in sphera ignis quando ibi eēt ignis: cum hoc tamen stat ꝙ aer ascenderet ibi naturaliter: vel saltem aptus natus esset ibi ascēdere: si in sphera ignis eēt aliquod corpus grauius aere: ꝓpē naturalē ordinē grauiū ⁊ leuiū. ¶ Ad scd̄m dico: ꝙ aqua vtiq; ē grauior aere: sz nō ꝓpē hoc ꝙ aqua descenderet alicubi naturaliter vbi aer nō posset descēdere casu ad voluntatē posito: sed iō aqua dicitur grauior aere: q: aqua apta nata est descēdere in aere: ⁊ eē sub aere: ⁊ aer aūt non aptus natus est descēdere in aq̄. ¶ Ad tertiam nego ꝙ illi motus eēnt contrarij: licet possint esse a terminis contrarijs ad terminos cōtrarios. vnde dico ꝙ hoc non sufficit ad contrarietatē motuūz: sed cum hoc requirit̄ ꝙ tales motus fierent per consimilia media in grauitate vel in leuitate. ¶ Octaua cōclusio. si aliquid ascendit naturaliter: saltē in medio pleno: aliquid descendit naturaliter: et similiter si aliquid descendit naturaliter: aliquid ascendit naturaliter: patet: nam si ignis ascendit naturaliter in aere: aer qui est super ipsuz descendit naturaliter: cum grauius appetat esse sub leuiori. silr si terra descendit naturaliter ꝑ aerem: tunc aer qui est leuior terra ascendit naturaliter: quia vult grauius esse sub ipso.

Ad ratiões. prima bene probat ꝙ terra est grauis simpliciter primo modo: nec etiam ignis est leuis simpliciter primo modo: sicut ptz ex cōclusionibus positis cum quo tamē bene stat ꝙ terra est simpliciter grauis secundo ⁊ tertio et q̄rto modo: ⁊ ignis silr ē leuis simpl'r scd̄o ⁊ t̄tio ⁊ q̄rto modis. ¶ Ad secūdam nego ꝙ aq̄ vel aer sit grauis vl' leuis simpliciter. Et quando dicebatur vnū dolū aque in aere est grauius ꝙ vn⁹ pugill⁹ terre: dicū ꝯcedo: sz nō ꝓpter hoc sequitur ꝙ vnū doluz aq̄ sit grauius vno pugillo terre simplicit̄: nam non sequitur ē grauı⁹ in aere: ergo est grauius: nam grauitates ⁊ leuitates simpl'r sicut ptz ex primo articulo comparant̄ inter elemēta q̄tum ad motum vnius elementi in alteros: q̄cq̄d enim ascēderet in aere dicitur leuius aere: ⁊ quecquid descenderet in aqua dicitur grauius aqua. ¶ Ad confirmationem: bene concedo ꝙ secundum vnā acceptionem grauis simplicit̄ aqua diceretur grauis simpliciter ⁊ aer similiter. s. prout illud diceretur graue simplicit̄ de cui⁹ ꝓnomine demōstrante verificat̄ ly graue simpliciter absq; additione: verum tū nec aquā nec aer dicit̄ graue simpl'r prout graue simpl'r dicitur ꝙ in quocūq; elemento alio ab ipso descēderet: et quomō graue simpl'r accipit̄ in ꝓposito. ¶ Alia ratio bñ probat ꝙ nec aqua nec aer dicit̄ grauis in respectu primo modo cum hoc tamen stat ꝙ tā aqua ꝙ aer dicitur grauis in respectu scd̄o modo.

Quæstio. II.



S Ecundo queritur vtrū quodlibet corpus quod est alio grauius in aere sit eodem grauius in aq̄. ⁊ arguit̄ primo ꝙ sic: nā si nō sit: q: a. grauius b. in aere ⁊ b. ecōuerso sit grauı⁹ ipsa in aqua: sequitur ꝙ non potest sciri quod illorū in rei veritate sit alio grauius: nam si tu dicas ꝙ a. est grauius b. ex eo ꝙ a. descendit velocius in aere ꝙ b. ego dicam ꝙ b. est grauı⁹ a. quia velocius descendit in aqua ꝙ a.


Oppositum arguitur. nam vnum magnum lignum paruo plumbo in aere est grauius: quia velocius in aere descendit ꝙ paruum plumbum: et tamen in aqua idem paruum plumbum est grauius illo magno ligno: quod patet: quia illud paruum plumbum descendit vsq; ad profundum aque et lignum nō. ¶ Juxta istam questionem primo volo ponere conclusiones circa quesitum. secundo iuxta hoc volo ponere quosdam modos: quibus possumus inuenire sine ponderatione proportionem corporum grauium ⁊ leuium adinuicem in grauitate diuersarum grauitatum secundum speciem.

Quantum ad primum sit prima conclusio. non quodlibet corpus quod est grauius alio in aere est eodem grauius ī aqua: patet de magno ligno ⁊ paruo plumbo: sicut arguitur post oppositū. ¶ Secunda conclusio. non quodlibet corpus est eque graue in aere et in aqua: patet de ligno quod in aere descendit vsq; ad profundum aeris: et in aqua non: quod nō esset nisi in aere esset grauius et in aquā minus graue. ¶ Tertia conclusio. nō quodlibet corpus est eque graue in aqua et in oleo: patet de ligno quod non ita profunde descendit in aqua sicut in oleo. ¶ Ex quo vlterius sequitur quarta conclusio. nō quodlibet corpus qd̄ est grauius alio in aquā est grauius eodem in oleo / et econuerso: et non solum istud verum est de aqua ⁊ oleo sed de omnibus corporibus diuersarum grauitatū secundum speciem.

Quantum ad secūdum supponendū est primo: que dicant̄ equaliter grauia secundum speciē ⁊ q̄ inequaliter: vnde illa dicunt̄ equalit̄ grauia secundum speciē q̄ sic se habēt ꝙ equales portiones eorū in magnitudine equaliter ponderant. illa vero dicuntur inequaliter grauia secundum speciem que sic se habēt ꝙ portiones eorum equales in magnitudine inequaliter ponderant. vnde si capiant̄ due portiones vna ligni et tanta plūbi: portio plūbi plus ponderat. ¶ Tunc sit prima conclusio. datis duobus corporibus solidis: siue sint eiusdem grauitatis in specie vel diuersarum et quod eorum sit grauius possibile est sine ponderatione inuenire: ⁊ nā sint illa duo corpora a. ⁊ b. ⁊ capiant̄

de a. et b. portiones equales in magnitudine si a. et b. sint inequalia in magnitudine et dimittantur ille portiones cadere in eandem aquam: tunc si eque velociter descendunt in profundum aque: vel tanta pars de vna quanta de alia: dic q dicta corpora sunt equalis grauitatis in specie: si autem inequeque velociter descendunt vsq ad profundum: vel plus de vna illarum portionum submergitur in aqua et minus de alia: dic q illud est grauius secundum speciem: cuius portio velocius descendit: vel cuius portionis submergitur plus in aqua. fundamentum illius positum est in precedente questione. ¶ Secunda conclusio. datis duobus corporibus solidis diuersarum grauitatum in specie: ambobus tamen supernatantibus in aqua secundum aliquas sui partes: non solum sine ponderatione in equilibra contingit inuenire quod illorum sit grauius: sed etiam proportionem in qua alterum est altero grauius: et hoc potest inueniri sic: nam sint duo talia corpora duo ligna diuersarum specierum et diuersarum grauitatum in specie: capiantur de eis due portiones equales: et quelibet illarum diuidatur in latus in aliquot partes equales: verbi gratia in .xij. que partes vocentur puncta: quo facto dimittantur cadere in aquam: et videatur de quo plura puncta submerguntur et de quo pauciora et vlterius videatur quot puncta submerguntur de vno et quot de altero: et secundum hoc iudicetur proportio eorum adinuicem in grauitate verbi gratia: sit q vnius submergantur duo puncta et alterius quatuor: tunc dic q illud cuius quatuor puncta submerguntur est in duplo grauius secundum speciem q illud cuius solum duo puncta submerguntur. ¶ Tertia conclusio. datis duobus corporibus liquidis diuersarum grauitatum adinuicem secundum speciem est possibile sine pondere inuenire quod illorum sit grauius: nam sint duo talia aqua et oleum: et dimittatur vnum lignum in aquam primo. deinde in oleum. si de illo ligno minus submergitur in aqua et magis in oleo: dic q aqua est grauior et oleum est leuius: patet: nam semper idem graue in leuiori profundius descendit q in grauiori. ¶ Quarta conclusio. datis duobus corporibus liquidis diuersarum grauitatum in specie: possibile est sine pondere inuenire non solum quod eorum sit altero grauius: sed etiam in qua proportione alterum est altero grauius: nam sint duo talia corpora liquida aqua et oleum: et capiatur vnum lignum quod dicto modo sit diuisum in .xij. partes equales: et dimittatur illud primo in vnum eorum: verbi gratia in aquam: et videatur quot de illis partibus submergantur in aqua: et sit verbi gratia q quatuor eius puncta: et deinde dimittatur in oleum: et videatur quot puncta eius submergantur in oleo: et sint verbi gratia tria: hoc considerato dic q in illa proportione aqua est grauior oleo secundum speciem in qua numerus punctorum illius corporis submersorum in aqua se habet ad numerum punctorum eiusdem corporis submersorum in oleo: et q proportio illorum numerorum adinuicem est sesquitertia: quia quatuor ad tria: dic q aqua in sesquitertia proportione est grauior secundum speciem q sit oleum. ¶ Quinta conclusio. datis duobus corporibus: vno solido et altero liquido: possibile est sine pondere inuenire an sint eque grauia secundum speciem vel vnum eorum sit altero grauius secundum speciem: nam sit corpus liquidum aqua et corpus solidum sit plumbum vel lignum vel aliquid huiusmodi: et dimittatur illud in aquam: tunc si descendit in aqua vsq ad profundum: dic q est grauius aqua secundum speciem: si autem descendit vsquequo superficies eius superior fiat eque alta cum superficie superiori aque: dicit quod illud corpus solidum et aqua sunt eque grauia secundum speciem: si autem secundum aliquas eius partes descendit in aquam et secundum aliquas supernatat: dic q est leuius aqua secundum speciem: sicut est lignum. ¶ Sexta conclusio. datis duobus corporibus: vno solido et altero liquido diuersarum specierum in grauitate: corpore tamen solido natante in liquido et non descendente ad profundum: possibile est inuenire in qua proportione vnum illorum sit alio grauius secundum speciem: nam sit corpus liquidum aqua et corpus solidum sit vnum lignum: et diuidatur illud lignum dicto modo in .xij. portiones equales: quo facto dimittatur in aquam: et videatur quot eius puncta submergantur in aqua: et sint verbi gratia quatuor: quo facto videtur in qua proportione totalis numerus punctorum duodecim habeat se ad numerum punctorum submersorum in aqua scilicet ad quatuor: dic q in eadem scilicet tripla proportione illud liquidum est grauius secundum speciem illo solido: patet: nam si illud lignum secundum omnia eius puncta descenderet in aquam vsquequo eius superficies superior fieret eque alta cum superficie aque superiori: esset precise eque graue cum aqua: ideo in quanto minus de ligno descendit in aquam: in tanto aqua est grauior ligno: nam si medietas illius ligni scilicet sex puncta descenderet in aquam aqua esset precise in duplo grauior: sed si minus q medietas scilicet tertia: vt puta quatuor puncta: aqua esset in triplo grauior: quia talis est proportio .xij. ad quatuor. ¶ Tunc respondetur ad rationem ante oppositum. Quando dicebatur: tunc non posset sciri quod illorum secundum rei veritatem esset grauius secundum speciem dico q immo: nam illud in rei veritate est grauius secundum speciem quod est grauius in grauiori: puta in aqua sicut est plumbum: sicut patet ex iam dictis in questione. et in questione precedente.

Quæstio,III.



Tertio quæritur vtrum aliquod elementum in suo proprio loco sit graue et videtur primo q sic: quia vesica repleta aere plus trahit in equilibra q si non esset repleta: quod non esset nisi aer in suo proprio loco esset grauis. ¶ Secundo. aliquid est aere existente in suo proprio loco grauius: ideo aer in suo proprio loco grauis est: consequentia tenet ex eo q in vtroque comparatorum debet reperiri forma seu qualitas secundum quam comparantur adinuicem. ¶ Tertio. si aer esset in sphera ignis descenderet ad suum locum proprium per suam grauitatem: quam tamen grauitatem non amitteret: sed retineret: ipso existente in suo proprio loco: ergo aer in suo proprio loco est grauis. ¶ Quarto ad idem: nam dicit Commentator commento .xxxviij. quarti huius q si auferatur aqua que est sub aere aer descendit ad replendum locum aque sine difficultate et violentia. tamen si auferretur aliqua pars aeris super aquam: aqua non ascenderet nisi cum quadam violentia pro replendo locum aeris. Similiter si aliqua pars ignis in sphera sua propria existens super aerem auferretur: aer non ascenderet ad replendum locum illum nisi cum quadam violentia: istud videtur esse signum q tam aer q aqua sunt grauia in suis locis et non leuia. ¶ Quinto terra in proprio suo loco est grauis adhuc grauitate actuali: ergo questio vera: consequentia tenet de se: antecedens probatur: nam si aliquis niteretur eleuare aliquam partem terre adhuc ipsa existente in suo loco ipsa resisteret eleuanti: sed non nisi per grauitatem: ergo etc. ¶ Sexto. nam partes inferiores terre sunt solidiores q superiores: quod non videtur esse nisi ex eo q superiores eas comprimunt: sed talis compressio est virtute grauitatis ergo etc. ¶ Septimo. ignis vbicunque sit: est calidus actualiter: ergo videtur q etiam vbicunque sit: sit leuis actualiter: et per consequens in suo loco est leuis: et pari ratione terra in suo loco proprio est grauis. ¶ Octauo sic. de aqua: nam si fiat foramen in terra aqua descendit in terram: non obstante q aqua existit in suo loco proprio: sed hoc non videtur esse nisi per grauitatem.

Oppositū arguitur. nā si aliquod elementū esset graue in suo ꝓprio loco: hoc nō magis videret̄ de vno elementoꝝ grauiū ꝙ̄ de alio neq̄ minus: et ideo si aliqḋ elemētū esset graue in suo loco ꝓprio: aqua esset grauis in suo loco ꝓprio: sed hoc est falsum nā si esset grauis in suo loco ꝓprio: tūc ille q̄ haberet supra se centū vel mille dolia aq̄: bñ deberet sentire grauedinē ei⁹: sꝫ tñ ipe nō sentit. pꝫ hoc de nautis: q̄: ali qui aliqñ descēdūt vsq̄ ad fundū maris: ⁊ tūc hñt sup se plusꝙ̄ cētū dolia aq̄: ⁊ tñ nullā ei⁹ grauedinē sentiūt Silr si aer i suo loco eēt grauis: vtiq̄ debem⁹ illā grauitatē ꝑcipere: cū infīū de aere existat sup nos. ¶ Scḋo arguitur auctoritate Archimenidis in libro suo de pōderibus vbi dicit nullū corpus in seipso graue esse: vnde nec aqua in aqua: nec oleum in oleo est graue.

Pro rñdēdo ad istā quæstionē pono pͥ° vnā distinctionē: ⁊ est ista: ꝙ dupl'r pōt poni grauitas. Uno mō ꝓ dispōne quadā habituali ⁊ potentiali ꝯ̄ite formā grauis: siue actual'r inclinet ad motū siue non: ⁊ illa vocet̄ grauitas habitualis seu potentialis Alio mō accipit̄ grauitas ꝓ tali dispositione actualr̄ inclināte ad motū. ⁊ illa vocat̄ grauitas actualis. Cō similis distinctio potest poni de leuitate.

Tūc sit prima conclusio: vbicunq̄ sit elemētū graue ipm̄ hꝫ grauitatē habitualē: ꝓbat̄: naꝫ talis grauitas ē q̄litas q̄dā ꝯ̄ns formā sbālē ipi⁹ grauis nec pōt tolli nec auferri nisi ꝑ corruptionem forme substātialis: ⁊ nō ꝑ solū motū localē. ¶ Scḋa ꝯclusio elemētū graue i suo ꝓprio loco hꝫ grauitatē habitualē: ꝓbat̄ p͂io ꝑ p̄cedētē ꝯclusionē. scḋo nā ꝑ eādē q̄litatē ꝑ quā elemētū mouet̄ ad ad suū locū ꝓpriū cū fuerit extra ipm̄: q̄esceret naturalit̄ in suo ꝓprio loco cū fuerit in ipo. sed hoc ē grauitas q̄tū ad elemēta grauia. Et sic eadē grauitas q̄ aliqñ dicit̄ actualis: sicut quando actualiter inclinat ad motū deorsū. Aliqñ dr̄ habitualis ⁊ potētialis sicut qñ nō actual'r inclinat ad motū. ¶ Cōsilr pāt poni due ꝯclusiōes de elemētis leuibus. ¶ Tertia cōclusio. nullū elemētū in suo loco proprio habet grauitatē actualē: ꝓbat̄: q: nullū elemētū existēs in suo loco ꝓprio inclinat̄ actualiter ad motū deorsū: ergo nullū elemētū in suo loco ꝓprio hꝫ grauitatē actualeꝫ ꝯ̄ña tenet ex q̄d nois grauitatis actualis: aīs patꝫ ad experiētiā. Sic silr modo diceret̄ de leuitate respectu elemētoꝝ leuiū. Sed cōtra istā cōclusio nē dubitat̄ p͂io: nā posito ꝙ aqua sit i loco ꝓprio ⁊ dimittat̄ aliqua magna pars terre in ipam: tunc ille aq̄ naturalit̄ ascēdit supra ipam terrā cū min⁹ graue appetat eē sup magis graue: qḋ nō dr̄ eē nisi ꝑ eādē qualitatē ꝑ quā aqua descēderet ad suū locū ꝓpriuꝫ: si eēt extra ipsum: Sed hoc esset grauitas actualis ꝑ quam descēderet: ergo videt̄ ꝙ hec ēt sit grauitas actualis ꝑ quā ascēdit sup terrā non obstāte ꝙ ipsa aqua sit in suo loco sibi proprio: ergo videt̄ ꝙ aqua in suo loco ꝓprio habet grauitatē actualē: ex quo habet grauitatē actualiter inclinantem ad motū. Secūdo si sup aereꝫ auferret̄ aliqua pars ignis: ipse ascēderet ne fieret vacuū: ⁊ non nisi ꝑ leuitatē actualem: ergo aer in sua propria regione videtur habere leuitateꝫ actualē. ¶ Ad primū istorū cōcedo ꝙ ꝑ eandem qualitatē per quam aqua descenderet naturaliter ad suum locū proprium si esset extra ipsum etiam ascendit sup terrā dimissaꝫ in eam: vnde nō est imaginandū ꝙ in aqua sit vna qualitas. s. grauitas ꝑ quā descēdit infra aereꝫ: ⁊ vna alia que sit leuitas ꝑ quā ascēdit sup terrā: naꝫ tunc aqua nō esset elementū simplex: verū est tamē ꝙ illa eadem qualitas vocat̄ grauitas cū inclinat ad descēsum vel quietē deorsum: Sed vocat̄ leuitas cū inclinat ad motū sursum vel q̄etē sursum. Tūc ad ꝓpositū dico: ꝙ qñ aqua existēs in sua ꝓpria regione ascēdit sup terrā dimissam in ipsam: hoc nō est ꝑ grauitatē actualeꝫ: licet hoc sit ꝑ eandē qualitatē que aliquando dicit̄ grauitas actualis: sicut qñ actualiter iclinat ad motū deorsum ⁊ nō ad motū sursum. ¶ Sed diceres ad min⁹ ergo aqua in sua ꝓpria regione est actualiter leuis. Nā terra missa in ipam existētē in sua propria regiōe: ipsa ascēdit sup terrā grauiorē ea: qḋ nō videt̄ esse nisi ꝑ leuitatē actualē. ¶ Ad istud dico ꝙ ita cito ꝙ ponit̄ terra immediate sup aquā ipsa aqua desinit esse naturaliter locata: ex eo ꝙ ipa existēs minus grauis est situata immediate subexistente magis graui. Et ideo cōcedo ꝙ tūc aqua ꝑ suā leuitatē actualē ascendit sup terraꝫ: nec ꝓpter hoc potest cōcludi eā in suo loco ꝓprio esse actualiter leuē. Nā tūc nō est in loco sibi ꝓprio et naturali. ¶ Ad scḋaꝫ. dico ꝙ si sup aerē amoueret̄ aliqua pars ignis: ⁊ latera ignis nō cōfluerent: vtiq̄ aer ascēderet ne fieret vacuū: ⁊ qñ dicebat̄: ergo aer in sua propria regione haberet leuitatem actualē: conceda. Et qñ dicebat̄: oppositū dicit cōclusio: respōdet̄. cōclusio debet intelligi ⁊ modificari ꝙ elemēta grauia ⁊ leuia suis locis propriis non habeant grauitatem actualem nec leuitatem actualeꝫ: ⁊ hoc rebus naturalibus dimissis in sua naturalitate: Sed quando super aereꝫ amoueretur aliqua pars ignis: aliqua fieret violentia in rebus nature. hec ergo ⁊c. [illegible] concordat solutioni prime dubitationis: quando dicebat̄: si amoueretur super aerem aliqua pars ignis ⁊c. concedo ꝙ aer moueret̄ sursum per leuitatem actualem: Et quādo dicebat̄: ergo aer in suo loco proprio ⁊ naturali haberet leuitatem actualem: nego: nam dico ꝙ tunc aer non esset in suo loco naturali: ex eo ꝙ ad aerem naturaliter esse locatum requiritur ipsum secundū eius superficiem conuexam esse immediatum igni. Sed si aliqua pars ignis superius amoueretur: aer desineret esse immediatus igni: ⁊ per consequēs desineret esse naturaliter locatus: adeo non est mirum si per suam leuitatem exiret in actum ascendendi seu mouendi sursuꝫ.

Ad ratiōes principales. Ad primam. dico ꝙ aer existens in vesica cū vesica plus ponderat cū aere ꝙ̄ vesica solū: hoc est propter hoc ꝙ aer i vesica est aliqualiter condensatus ⁊ compressus et factus grauior ꝙ̄ aer exterior: quia grauius in minus graui descendit: ergo ⁊c. ¶ Ad secundam: dico ꝙ quando ē existens aliquod lignum in aere: tūc iste aer sub ligno existens non est naturaliter locatus: ex eo ꝙ iste aer q̄ est minus grauis ē sub ligno magis graui: et propter hoc tunc lignum descendit: ⁊ aer ascendit nec propter hoc concedi potest elementum in suo loco naturali esse actualiter graue vel leue ⁊c. ¶ Ad tertiam. illa bene probat ꝙ̄ aer in suo loco naturali habet grauitatem vel leuitatem habitualem non tamen actualem. ¶ Ad quartam. quando dicit Commentator: ꝙ si infra aerem amoueatur aqua: ipse aer naturaliter descēdit: sed si super aerem amoueatur ignis: ipse aer ascendit cum violentia: dico ꝙ hoc intellexit sic: ⁊ si intellexit sicut verba sonant ipse male dixit. Pro quo supponendum: ꝙ latera ignis abinuicem diuisa facilius ⁊ citius confluunt ꝙ̄ latera aque abinuicem diuisa. Similiter sic est de lateribus aeris abinuicem diuisis ꝙ etiam facilius ⁊ citi⁹ cōfluūt ꝙ̄ latera aque abinuicē diuisa. Silr latera aq̄ abinuicē diuisa facili⁹ ⁊ citius cō

fluūt adinuicē ꝙ latera terre: ⁊ hoc ꝓꝑ grossitiē ⁊ soliditatē terre. ¶ Tūc ad ꝓpositū dico: ꝙ si infra aerem amoueat̄ aliqua pars aq̄: aer naturaliter descēdit ad replēdū locū: ⁊ valde cito: ⁊ hoc est ideo ne fiat vacuū ⁊ ꝙ latera aque adinuicē diuisa nō ita cito possint cōfluere sicut aer pōt descēdere ⁊ illū locū replere. Sȝ si sup aerē moueret̄ aliqua ps ignis: nō ita cito aer ascēderet: q2 citius ille locus repleret̄. Itez sic est de igne respectu aeris ꝑ fluxū laterū ignis adinuicez: q̄ ignis citius posset hoc facere ꝙ aer. Simili modo est de aq̄ respectu terre ⁊ aeris. Nā si aliqua ps tre infra aquaȝ moueat̄: statim aq̄ descēdit ad replēdū istū locū: propt̄ hoc ꝙ latera ipsius terre nō possent ita cito cōfluere ad replendū istū locū. Sȝ si sup aquā amoueat̄ aliqua ps aeris: nō ꝓpter hoc aq̄ ascēderet: Nā statim latera aeris remanētis cōfluūt ad replēdū istū locū: ⁊ citius ꝙ faceret aqua ascēdēs. ¶ Ad quintā: nego añs: ⁊ qñ dicebat̄: si aliquis vellet eleuare aliquā ptē terre de loco suo ipa resisteret: cōcedo q2 ita cito sicut aliquis vellet violentare terrā illa grauitas terre que prius dicebat̄ habitualis solū: exiret in actū resistendi eleuanti et tūc diceret̄ grauitas actualis: ⁊ ideo bñ cōcedo ꝙ graue in suo loco naturali cū violētaret̄ haberet grauitatē actualē. Nā grauitas non ex hoc solo dr̄ actualis: q2 actualr̄ inclinet ad motū deorsum: sed etiaȝ ex eo ꝙ resistit ⁊ nititur cōtra violētā: ⁊ iuxta hoc cōcedēdū est ꝙ graues ꝓhibitum ⁊ detētū sursum per aliquam colūnā est actualiter graue. Nā licet ei⁹ grauitas nō actualiter moueat: tñ actualiter nitit̄ deprimere detinens ipsum violēte. ¶ Ad sextā dico ꝙ ptes cētrales terre nō ꝓpter hoc sunt densiores ꝙ cōprimātur a superioribus: Nā superiores nō pōderāt sup ipas: Sed hoc est ex eo ꝙ superiores sunt magis mixte: ⁊ sūt magis porose: q2 pori sunt repleti aere: Sed cētrales sunt magis solide: q2 minus cōmixte partibus alterius rōnis. ¶ Ad septimā. ignis vbicūqȝ calid⁹ actualiter: id negatur: q2 nō vbicūqȝ ē actualr̄ ꝯburit: sicut nec grauitas vbicūqȝ est actualr̄ pōderat: vñ ignis immediat⁹ cōcauo orbis lune nō actualiter cōburit: cū non sit sibi cōbustibile approximatū. ¶ Ad octauā. dico ꝙ statiȝ sublata aliqua pte tre infra aquā: ista aqua desinit esse locata naturalr̄ cum non habeat infra se immediate aliquod grauius se: Et ideo non mirum ꝙ tunc ponderat ⁊ descēdit. Et ꝑ totam istam questionem ꝑ locū propium intelligo locum naturalem.

Quæstio.IIII.



Varto queritur vtrū grauitas ⁊ leuitas sint forme substātiales grauis ⁊ leuis. Et videt̄ ꝙ sic: grauitati ⁊ leuitati cōpetit diffinitio nature: Iā vtraqȝ earū est natura: cōsequēs tenet: q2 cuicunqȝ cōpetit diffinitio eidem cōpetit diffinitū: modo si vtraqȝ earuȝ est natura: ⁊ nō natura que est materia sicut claȝ est de se cū materia nullius sit actiuitatis: grauitas aūt ⁊ leuitas alicuius sunt actiuitatis agūt eñ ad motū deorsū ⁊ ad motū sursuȝ: sequitur ꝙ vtraqȝ earū sit forma substātialis: sed nō aliorum ꝙ grauiū ⁊ leuiū: ergo ⁊c. añs ꝓbat̄: q2 grauitas ē per se principiū motus localis deorsum: ⁊ leuitas sursum: qd̄ cōpetit soli nature nec aliqd̄ deficit grauitati ⁊ leuitati de diffinitiōe nature: nā manēte eadē forma substātiali idē mobile aliqñ naturalr̄ ascēdit ⁊ aliqñ naturalr̄ descēdit ꝑꝑ solā variationē grauitatis ⁊ leuitatis. Sed hoc videt̄ eē signū ꝙ tales mot⁹ ꝑ se ꝯueniūt a dictis qualitatibus: ⁊ nō a forma substātiali. Assumptū ꝓbat̄: q2 idē vapor calefact⁹ ⁊ leuificat⁹ ascēdit naturalr̄: et postea refrigeratus descēdit naturalr̄: semꝑ manēte eadē forma substantiali. Ex quo sequit̄ ꝙ tales mot⁹ diuersi actiue ꝯueniāt ⁊ per se ꝓducant̄ a grauitate et leuitate. ¶ Secūdo. nisi grauitas ⁊ leuitas eēnt nature ⁊ forme substātiales grauiū ⁊ leuiū: sequitur: ꝙ vapor leuefactus nō moueret̄ sursum naturaliter: ⁊ refrigeratus ⁊ grauefactus nō descenderet naturaliter ꝓbatur ꝯña: q2 tales motus non ꝯuenirēt a forma substantiali vaporis cū leuitas nō poneret̄ forma substātialis leuis nec grauitas forma sbalis grauis. Tertio. grauitas ⁊ leuitas sunt forme priores caliditate frigiditate humiditate ⁊ siccitate: ergo grauitas ⁊ leuitas sunt forme substātiales grauiū ⁊ leuiū: ꝯña ꝓbat̄: naȝ dato ꝙ sint priores dictis qualitatibus alteratiuis: ⁊ non sint forme substātiales sed accidentales sequitur ꝙ caliditas frigiditas humiditas ⁊ siccitas non sunt qualitates prime: patet q2 grauitas ⁊ leuitas essent qualitates eis priores: ꝯñs ē falsū ꝑ Arist. in scd̄o de generatione ⁊ .iiij. metheoroꝝ: añs ꝓbatur: q2 sicut se hȝ motus localis ad motū alteratiōis sic qualitates motiue localiter. s. grauitas ⁊ leuitas se hñt ad qualitates alteratiuas sicut sunt caliditas frigiditas humiditas ⁊ siccitas. Sed motus localis est prior motu alteratiōis ꝑ Ari. in 8ͦ physicoꝝ: primus erit vtiqȝ scd̄m substantiā hic motus. s. localis grauium ⁊ leuium ⁊c.

Oppositum arguitur grauitas & leuitas sunt ꝑ se sensibiles. s. sensu tactus. Nā aliquis secūdū tactū sentit grauitatē lapidis: sed nulla forma substātialis: nec aliq̄ substātia ē ꝑ se sensibilis: pȝ ꝑ Arist. scd̄o de aīa ⁊c. ¶ Scd̄o forme substātiales elemētoꝝ grauiū ⁊ leuiū nō manēt in mixtis: sicut ad p̄ns supponitur: Sed grauitas ⁊ leuitas elemētoꝝ manēt in mixtis: ergo grauitas ⁊ leuitas elemētoꝝ: nō sunt forme substantiales eoꝝ. Tertio. substantia nō est cōtraria substantie: ꝑ Arist. in predicamētis. Sed grauitas est contraria leuitati: ergo grauitas ⁊ leuitas nō sunt substantie: ⁊ ꝑ ꝯñs nec forme substantiales grauium ⁊ leuiū. ¶ Quarto. manente eadem forma substantiali variantur grauitas ⁊ leuitas. Ideo nō sunt forme substantiales grauiū ⁊ leuium: consequentia tenet: antecedens probatur: de fumo qui quando est bene calidus ē leuis ⁊ quando est frigeratus est grauis: ⁊ tamen manet eadem forma substantialis.

Pro ista quæstione sit prima cōclusio grauitas non est forma substantialis grauis: nec leuitas leuis: probatur per rationes immediate positas. Secunda conclusio. grauitas non est idem quod densitas nec leuitas est idem quod raritas sicut quidam dixerunt: probatur: nam fumus calefactus est leuior aere: ex quo ascendit in aere: ⁊ tamen nō est rarior: sed densior aere: ex quo sequitur conclusio ꝙ leuitas nō est raritas: nec grauitas est densitas. ¶ Tertia conclusio. grauitas ⁊ leuitas sunt qualitates secunde naturaliter posteriores caliditate frigiditate: humiditate ⁊ siccitate: probatur: quia calefaciens primo intendit producere caliditatē: ad quā ꝯñter generat̄ grauitas vel leuitas: scd̄m ꝙ materia est apta nata recipere iuxta exigentiam forme substantialis sibi inherentis sic similr̄ frigefaciēs pricipalr̄ intendit ⁊ gñat frigiditatē: ad quam simr̄ consequitur grauitas vel leuitas secundum ꝙ materia est apta nata recipere alterū istorum qd̄ nō eēt nisi grauitas ⁊ leuitas eēnt naturalr̄ quali-

tates posteriores dictis qualitatib⁹ alteratiuis que sunt caliditas:frigiditas:humiditas ⁊ siccitas.

Ad rationes. Ad primã.nego q̄ gra uitati ⁊ leuitati ꝯpetat diffinitio nature. vnde dato q̄ motus locales grauiũ et leuiũ immediate ꝓuenirent a grauitate ⁊ leuitate:non propter hoc adhuc grauitas ⁊ leuitas essent nature. Nã ad hoc q̄ aliquod sit natura non sufficit q̄ sit pricipiũ ꝑ se mouendi ⁊ quiescẽdi:sed vltra hoc requirit̃:q̄ sit in illo p̄ris cuius est principiũ per se mouendi ⁊ quiescendi:modo hoc non cõuenit dictis qualitatibus:nã nõ insunt primo grauibus ⁊ leuibus:sed secundo.s. post qualitates p̄rias alteratiuas:⁊ post formam substantialem grauis ⁊ leuis. ¶ Ad secũdã p̄o nunc dicatur motũ vaporis fuit esse naturalẽ:vel quãtũ ex parte materie:vel ꝙtuz est ex p̄te forme. De hoc postea diffusius dicẽ. ¶ Ad tertiã nego añs ⁊ quando dicebatur motus locales grauium ⁊ leuium sunt priores motibus alteratiuis:dico q̄ hoc est verum via perfectionis. Sed non via ḡnationis. Nã motus locales grauiũ ⁊ leuiũ ⁊ etiam aīaliũ habent cõiter subiecta magis ꝑfecta: nã graue et leue ꝑfectũ est illud q̄ optime mouetur localiter:nihil ominus ante istas ꝑfectiones p̄cedunt bene secundũ tp̄s alterationes:⁊ hoc notauit Arist. dicẽs q̄ latio.i. motus localis est ꝑfectior ⁊ est vltimus secundum generationem ex quo concludit q̄ est prius secundũ substantiam.i.perfectionem modo predicto ⁊c.

Quæstio.V.



Vinto quæritur vtrũ ex parte grauitatis ⁊ leuitatis concludi possit corpora nõ esse cõposita ex indiuisibilibus: arguitur primo q̄ nõ. Nam si sic hoc videt̃ esse sicut Aristo.facit in litera. Sed p̄bo q̄ non: nam Ari volẽs ꝓbare hic ex p̄te grauitatis ⁊ leuitatis corpora nõ eẽ cõposita ex indiuisibilibus supponit duo quorũ vtrũq̄ ꝓbat̃ eẽ falsum:ꝗ ꝓbata sua demõstratio est cõquassata. Primuz quod supponit est illõ quod nullũ indiuisibile est graue aut leue:nec etiã graue nec leue si esset secundũ quod supponit est:q̄ nullũ graue cõponitur ex nõ grauib⁹ nec leue ex nõ leuibus. ¶ Cõtra primũ arguit̃ sic q̄ indiuisibile si eẽt:vel eẽt substãtia vel accidẽs. Si substantia seq̄ret̃ q̄ ip̄m eẽt graue:vel q̄ oĩs substãtia naturalis est grauis vel leuis. Si accñs:tũc oporteret illi accidenti assignare substantiã et subiectũ adequate:⁊ sic ista substãtia eẽt indiuisibilis ⁊ tamẽ erit grauis sicut dicebat̃:ꝗ indiuisibile si eẽt eẽt graue. ¶ Cõtra secundũ argumẽtũ arguit̃ sic:ex nõ sẽsibilib⁹ põt fieri sensibile:ꝗ ex nõ grauib⁹ põt fieri graue:ꝯña tenet a simili:añs ꝓbat̃ p̄ Arist. in de sensu ⁊ sensato vbi declarat q̄ aliquod corpus est sensibile cui⁹ cẽtesima ps separata est insensibilis. Scd̃o ex nõ rubeis põt fieri rubeũ: sicut ex mixtione colorũ:ergo pari rõne ex nõ grauib⁹ põt fieri graue. ¶ Tertio.nã hoc est grauis:⁊ tñ cõponit̃ ex nõ grauib⁹.s.ex prima materia q̄ nõ est grauis de se:⁊ aĩa intellectiua q̄ sĩlr nõ est grauis. ¶ Quarto.multe particule terre nõ sũt graues:sicut ille q̄ volant in aere ⁊ apparẽt in radijs solaribus intrãtibus p̄ fenestrã:⁊ tamen si multe tales componerentur facerent vnũ graue. Sed illud videtur esse compositũ ex nõ grauibus:tales eñ p̄ticule terre postq̄ mouent̃ sursum in aere videntur esse non graues.

Oppositum vult Aristoteles in litera.

Breuiter sicut dictum est Aristoteles ad demonstrandũ ex parte grauitatis ⁊ leuitatis corpora non esse cõposita ex indiuisibilibus p̄demonstrat duas cõclusiões p̄ambulãs quarũ p̄ria est ista:q̄ nullũ indiuisibile est graue:quã ꝓbat sic: oẽ graue est aliquo grauius. Sed oẽ qd̃ est aliquo grauius est diuisibile ergo oẽ graue est diuisibile. Sed breuiter ista ratio nõ eẽt demõstratiua ꝯtra aduersariũ.q̄ statim aduersarius negaret vtrãq̄ p̄missarũ:diceret eñ q̄ nõ solũ terra:sz etiã aqua ⁊ aer haberẽt grauitatẽ. Et diceret vlterius q̄ eẽt dare plura indiuisibilia ex q̄bus cõponeret̃ terra. Et sĩlr eẽt dare plura indiuisibilia ex q̄b⁹ cõponeret̃ aqua. Et sĩlr p̄ra ex q̄b⁹ ꝯponeret̃ aer. Et diceret̃ vltra oĩa ista indiuisibilia esse grauia: Et indiuisibile aeris eẽ graue:licet nullo alio sit grauius: ⁊ sic esset interẽpta maior postea diceret̃ q̄ vnũ indiuisibile terre est grauis vno indiuisibili aq̄ ⁊ sĩlr vno indiuisibili aeris:nec ꝓpter hoc sequit̃ q̄ ipsum sit diuisibile q̄ nõ oportet q̄ subiectũ diuidat̃ ad diuisionẽ gradualẽ forme. Nã in eodẽ subiecto non facto maiori vel minori:potest intẽdi qualitas ⁊ remitti: Immo adhuc ĩ subiecto indiuisibili:sicut patet de intellectu ⁊ habitibus ei⁹. ¶ Deinde Ari. facit vnã rationẽ ad dictã cõclusionem:q̄ magis videt̃ esse demõstratiua: Et est ista. oẽ simpliciter graue est densuz ⁊ oẽ simpl'r leue est rarũ sed omne rarũ vel dẽsum est diuisibile:ꝗ oẽ graue vel leue est diuisibile:maior videt̃ esse nota.quia oĩs terra q̄ est simpl'r grauis est densa ⁊ omnis ignis q̄ est simpl'r leuis est rarus: Sed minor declarat̃:q̄ nõ dr̃ dẽsum nisi q̄ multũ habet de mãtia sub p̄ua q̄ntitate: Sed oẽ qd̃ habet multũ de materia est diuisibile: Sĩlr rarũ dicit̃ qd̃ parũ habet de mãtia sub multa q̄ntitate: sed qd̃ multã h̄z q̄ntitatẽ ẽ diuisibile: ⁊ sic oẽ dẽsũ vel rarũ est diuisibile. ¶ Scd̃a cõclusio fundamẽtalis est ista oĩs ps ex qua cõponit̃ graue est grauis: intelligendo hoc nõ de p̄tibus eẽntialibus sicut sunt materia et forma q̄ nõ sunt situaliter extra se inuicẽ:sed intelligendo de p̄tibus q̄ntitatiuis q̄ sunt situalit̃ extra seinuicẽ non est bñ possibile q̄ ps eẽntialis alicuius grauis sit non grauis:sicut arguebat̃ ad oppositũ de aĩa intellectiua. ¶ Ad propositũ ergo suppono de simpliciter grauibus sicut est terra:q̄ illud quod est maius est grauius. hoc eñ quilibet experit̃. vnde quilibet experiri potest q̄ maior terra est grauior minoris ceteris p̄tibus. Tũc capio vnũ graue cõpositũ ex trib⁹ p̄tibus .s.a.b.c.⁊ sibi addat̃ quarta pars omnino consimilis p̄cedẽtibus q̄ sit d. tũc sequit̃ q̄ a.b.c.d. est maius q̄ a.b.c.q̄ hoc ĩ de ratiõe p̄tis q̄ntitatiue q̄ reddat totũ maius ⁊ extẽsius q̄ esset si auferret̃: ⁊ vltra per suppositum sequitur q̄ a.b.c.d. propter additionẽ ipsius d. est grauius q̄ esset.a.b.c.quia dictũ fuit q̄ maius est grauius: sed est possibile q̄ aliquid fiat grauius per additionẽ alicuius quod nõ habeat grauitatẽ:ergo d.habet grauitatem. Ex quo sequitur q̄ etiam a.habebat grauitatẽ et similiter b.⁊ c.quia ponebamus q̄ ista pars d.addita esset omnino consimilis partibus precedentibus:⁊ sic quelibet pars ex qua illud graue cõponebat̃ erat grauis:⁊ hec erat conclusio.

Ad ratiões. Ad primã qua probatur indiuisibile si eẽt eẽt leue:nã indiuisibile si eẽt vel eẽt substãtia vel accidẽs:dico q̄ eẽt sb̃a ⁊ eẽt accidẽs ⁊ esset diuisibile ⁊ non esset diuisibile ⁊ esset graue ⁊ nõ esset graue. Nã indiuisibile esse est impossibile:sicut h̄z

oñdit alibi. Et a͂d impossibile seq̃tur q͂ð⁊: ⁊ illud intelligitur de indiuisibili habẽte positionẽ in cõtinuo. ¶ Deĩn ad rationes cõtra secũdũ fundamentũ: quibus ꝓbat q ex nõ grauibus posset cõponi graue: ⁊ arguebatur primo ex nõ sensibilibus ⁊c. dico q licet aliq̃ partes tales sint insensibiles separate: tñ sunt sensibiles cũ inexistũt toti: quia vna sentitur cũ alia: ⁊ si bene cõcederẽ q ex illis quorũ seorsum grauitas nõ perciperẽ tñ posset cõponi graue: nec hoc est contra intẽtionem Ari. ¶ Ad scðaꝫ de coloribus: dico nõ est simile. Naꝫ rubedo est vna qualitas mixta ex extremis et inexistẽtibus formaliter vel saltẽ virtualiter. Sed sic non est de grauitate. Nã illa est qualitas simplex. Uel aliter dicõ concedo q ex nõ rubris fit rubrũ. Nã tales partes nõ rubre ex q̃bus cõponitũ rubeũ sunt partes diuersarum rationũ. Sed in ꝓposito loquimur de partibus q̃titatiuis que sunt adinuicẽ eiusdẽ rationis. Cũ eñi vnũ sit vnius coloris ⁊ alterũ alterius: non est possibile q aggregatũ sit eiusdẽ coloris cũ altero eoꝝ tñ. Sed partes terre vel aeris sunt inter se eiusdeꝫ rationis. Ideo nõ erat simile. ¶ Ad tertiã dico q dictũ Arist. intelligitur de partibus integralibus: ratio autem procedit de partibus essentialibus ⁊c. ¶ Ad vltimam. dico q vtiq ille partes terrestres volantes in aere in radijs solaribus sunt graues. Sed q non descendunt causa est: quia non habent tantam grauitatem q sufficiant diuidere medium: ⁊ etiam quia alterate sunt per calorem ipsius solis.

Quæstio. VI.

SExto queritur vtrum ex parte grauitatis ⁊ leuitatis possit cõcludi numer⁹ q̃ternarius elemẽtorũ. arguit̃ q nõ. Nã si sic: hoc videt̃ esse ꝑ istũ modũ ꝑ quẽ Aristoteles intendit hic facere. Unde arguit sic: vnũ est elemẽtuꝫ simpliciter leue: sicut est ignis. Et illud simpliciter graue: sicut terra: et illa sunt cõtraria secũdũ grauitatẽ ⁊ leuitateꝫ. Et inter cõtraria oporteret esse media. Ideo sunt quatuor elemẽta quorum vnũ est simpliciter graue ⁊ vnũ est simpliciter leue ⁊ vnũ est graue respectu ⁊ reliquũ est leue in respectu sic erũt quatuor. ¶ Sed ꝓbatur q talis modus nõ valeat ad oñdẽdũ q elementa sint quatuor ⁊ nõ plura. ¶ Primo q medũ nõ debet poni elementũ cũ mediũ sit cõpositũ ex extremis formaliter vel virtualiter. Sicut patet de tepiditate: ⁊ de medijs coloribus Sed elementũ nõ debet esse cõpositũ ex extremis sed simplex. hoc eñi patet ad naturam elemẽti: quare ⁊c. ¶ Scðo q posset esse mediũ inter illa cõtraria extrema. s. inter grauitatẽ simpliciter ⁊ leuitatẽ simpliciter: et hoc ꝑ eq̃distãtiã. Et tñ diceret̃ q inter terrã ⁊ igneꝫ nõ esset nisi vnũ mediũ ꝑ eq̃distãtiã. Et si tu diceres q inter terrã ⁊ ignẽ est vnũ mediũ. s. aer ⁊ inẽ aerẽ ⁊ terrã vnũ aliud mediũ. s. aq̃ ⁊ q sic essent q̃tuor elementa. Ego similiter dicerẽ q inter aerẽ ⁊ ignẽ esset vnũ mediũ sicut inter aerẽ ⁊ terrã: ⁊ sic essent q̃nq. ¶ Tertio cõtrariorũ nihil ꝓhibet esse plura media q̃ duo: sicut patet in coloribus ⁊ in saporibus. Ideo inter elemẽtũ graue simpliciter ⁊ elemẽtũ leue simpliciter nihil ꝓhibet esse plura elemẽta intermedia q̃ duo: ⁊ ꝑ ꝯñs nihil prohibet esse plura elementa q̃ quatuor.

In oppositũ est Arist. & Cõmẽtator nã necesse est esse quatuor qualitates simplices distinctas specie ⁊ nõ plures: inclinantes ad diuersos motus locales sursum ⁊ deorsum. Et ad quietes in diuersis locis. Sed istis debent correspondere quatuor corpora simplicia grauia ⁊ leuia: ⁊ nõ plura distincta specie mobilia motibus rectis simplicib⁹: ⁊ ista vocam⁹ elementa igit̃ ⁊c. ¶ In ista questione primo videnduꝫ est vtrum ad saluandum omnes motus grauium ⁊ leuiũ simplices nobis apparẽtes oporteat ponere quatuor qualitates motiuas simplices ⁊ nõ plures: quas vocamus grauitates ⁊ leuitates. ¶ Secundo respondendum est de quesito ⁊c.


Quantum ad primum sciendum est q motus simplices recti nobis apparentes distincti specie specialissima ipsoꝝ grauiũ ⁊ leuiũ non sunt nisi quatuor. s. mot⁹ simpliciter ad mediũ ⁊ mot⁹ simplr̃ a medio ⁊ motus ad locũ vbi est aqua tanq̃ in loco sibi naturali. s. immediate sup terrã ⁊ mot⁹ ad locũ vbi est aer immediate sub igne. ¶ Tũc sit p̃ma conclusio. ad saluandũ tales mot⁹ simplices nõ sufficit vna qualitas motiua: quia si sic: sequeret̃ q omnia mobilia motu recto inclinarent̃ sursum: licet secunda magis ⁊ minus: vel omnia deorsum: licet etiã secũdũ magis ⁊ minus: secundum q plus vel minus haberẽt de ista qualitate vna motiua localiter: cõsequẽs est falsuꝫ. ¶ Secũda conclusio. Ad saluandum dictos motus simplices non sufficiunt due qualitates motiue contrarie etiam cũ medijs ex mixtiõe eaꝝ prouenientibus. Ista cõclusio ꝓbat̃ ꝑ hoc q scðm hoc nõ possẽt saluari apparẽtie: ⁊ hoc declarat̃ sicut sint iste due nature ꝯtrarie s. a. ⁊ b. ita q a. inclinet deorsuꝫ ⁊ b. sursuꝫ. Tunc quero quare aqua est grauior aere: ⁊ magis inclinat̃ deorsuꝫ q̃ aer: ⁊ nõ põt responderi secũdũ istas duas naturas nisi altero triũ modorum: vnus est: q aque plus habꝫ de a q̃ aer. Secundus motus est q aqua minus habꝫ de b. q̃ aer. Tertius modus est q ꝓportio ipsius a. ad b. est maior in aqua q̃ in aere. Sed nullus istorũ modorũ sufficit: q: scðm primũ modũ magnus aer esset grauior parua aqua: nã plus esset in magno aere de ipso q̃ in parua aqua. Sed iuxta secũdũ modũ paruus aer esset grauior magna aqua: quia paruus aer minus haberet de ipso b. q̃ magna aqua. Sed si ponat̃ tertius modus: tũc erũt equales gradus adinuicẽ in magna aqua ⁊ in parua aqua: ⁊ etiã magn⁹ aer ⁊ paruus aer qr eadẽ esset ꝓportio a. ⁊ b. adinuicẽ in magna aqua ⁊ in parua aqua. Sicut si aliq̃d sit vniformiter tepiduꝫ qualis est ꝓportio caliditatis ad frigiditatẽ in toto: talis et in parte: ratio ista potest trahi ex litera Aristo. ¶ Secundo ad idẽ etiam nõ posset saluari quare in regione aeris vna magna portio aque esset grauior vno paruo globo terre: ⁊ in regione aque esset econuerso. Nulla enim cõbinatio ex duobus sufficeret ad hoc saluandum. ¶ Tertio. cõtraria adinuicem miscibilia infinitis possunt misceri proportiõibus: ideo videtur q possunt esse plura elemẽta media q̃ duo. ¶ Tertia conclusio ad saluandũ dictos motus quatuor simplices sufficiũt quatuor qualitates motiue distincte specie: nec requirunt̃ plures: probat̃: q: ꝑ illas sufficiẽter possunt saluari apparentia iuxta dictos quatuor motus simplices grauium ⁊ leuiũ: nam sint iste quatuor qualitates a. b. c. d. tũc potest dici q a. inclinat ad motũ simpliciter deorsum: vt ad locũ terre ⁊ d. ad motum simplr̃ sursuꝫ: vt ad locũ ignis: ⁊ b. ad locũ deorsuꝫ in respectu: vt ad aquã que est super terram et sub aere: et c. ad locum sursum in respectu vbi aer qui est super aquam sub igne. Per dictas etiam qualitates omnia alia apparentia circa dictos motus pñt saluari q̃uis

aliqua gr̃a exẽpli recitabo. Nã primo p̃ istas põt saluari quare oĩs aq̃ est oĩno aere grauior: ⁊ oĩs aer eĩ aq̃ leuior. Nã hoc ẽ ideo: q: omne b. inclinat ad cẽ sub c. et omne c. ad cẽ supra b. q: sic sic hñt loca naturalia ad q̃ inclinãt. ¶ Scd̃o iuxta dicta põt saluari q̃re in regione aeris magna aq̃ est grauior paruo globo terre cum tñ paru⁹ globus terre sit simpliciẽ grauior. vñ hoc est ideo: q: tã q̃litas b. ip̃ius aque q̃ q̃litas a. ipsi⁹ terre existẽtes in aere inclinãt deorsũ. Et posito q̃ eẽnt eq̃lis magnitudis: tũc terra forti⁹ inclinaret ⁊ velocius descẽderet. Sed tñ nõ in infinitũ veloci⁹. immo sm aliquã p̃portionẽ determinatã: ⁊ tũc põt aq̃ et virt⁹ ei⁹ in tm̃ multiplicari: q̃ v̾tus ei⁹ excedat v̾tutẽ illi⁹ parue terre. Et ideo ista aqua magna ĩ aere ẽ grauior illa parua terra ⁊c. ¶ Tertio iuxta dicta põt saluari ĩ q̃ proportione terra sit grauior aq̃. Nã posset dici q̃ in aere vel in igne esset certa p̃portio: q: vtrũq; eo⁊ moueretẽ velocitate finita: sed infiniti ad finitũ certa ẽ p̃portio: sed ĩ in aq̃ vel in terra nulla apparet p̃portio terre ad aquã in grauitate siue inclinatiõe deorsũ: q: in terra eẽt aqua nõ diceretẽ grauis sed leuis. Sed in aq̃ t̾ra bñ diceretẽ grauis: sed aq̃ nõ diceretẽ grauis aut leuis: ad intellectũ pri⁹ dictũ in vna q̃stiõe. s. vtrũ elemẽtũ in sua regiõe sit graue vl̾ leue: ⁊ oĩa ista p̃ueniũt ex dictis q̃tuor q̃litatib⁹ simplicibus. s. a. b. c. d. ¶ Quarto iuxta dicta põt saluari q̃re lignũ ⁊ oleũ in aere sunt grauia et in aqua sunt leuia. Nã hoc est ex eo q̃ in ligno abũdãt terra ⁊ aer: ⁊ est ibi multũ de aere p̾p porositates: sm tñ q̃ aer existẽs in ligno: cũ lignũ sit in aqua: habet fortiorẽ tractũ sursum q̃ terra deorsũ: ideo facit lignũ ascẽdere ad sup̾ficiẽ aque: Sed in aere iste aer nõ haberet tractũ nec supra nec infra. Et ita diceretẽ de oleo in quo magis abũdat aqua q̃ aer: ideo cũ oleũ sit in fũdo aq̃ aer trahit ipsũ sup̾ aquã: cũ aqua nõ habeat tractũ in suo loco: sicut dictũ est prius. Sed cũ sit in aere tunc aqua trahit oleũ deorsũ: ⁊ aer nõ trahit. Ideo oleũ descẽdit. Et illũ totũ p̃uenit ex dictis q̃tuor q̃litatib⁹.

Quantum ad secundum articulũ pono vnicã cõclusionẽ responsalẽ ad q̃stionẽ. Q̃ ex parte grauitatis ⁊ leuitatis potest probari numerus quaternarius elemẽto⁊ q̃ dicũtur corpora simplicia mobilia motibus rectis: probatur: nam primo ex hoc q̃ ad sensum apparẽt nobis quatuor mot⁹ simplices grauium et leuiũ: ⁊ non plures distincti specie: cõcludimus tãq; ab effectu ad causam quatuor esse qualitates motiuas distinctas specie: ⁊ nõ plures: quas vocam⁹ grauitates vel leuitates: cũ dicti quattuor motus simplices nõ possint saluari p̾ pauciores nec ad saluandum eas oportet ponere plures sicut dictũ est in primo articulo: ergo ecõuerso arguendo a causa ad effectum ex numero dictarum qualitatũ motiuarum quaternario concludimus esse quatuor motus simplices rectos et nõ plures neq; pauciores distinctos specie: ⁊ cũ quilibet eorum debeat esse vnus mobilis simplicis: nec possit inesse naturaliẽ corporibus simplicibus distinctis specie: sequitẽ q̃ dictis quatuor motib⁹ distinctis specie correspõdent quatuor corpora simplicia distincta specie ⁊ non plura: ⁊ ista vocamus quatuor elementa quare ex parte grauitatis ⁊ leuitatis põt cõcludi demõstratiõe p̾p q̃d numerus q̃ternarius elemẽto⁊ ⁊c.

Ad rationes dico q̃ omnes rationes facte nõ arguunt contra predicta. Nam procedunt ac si grauitas ⁊ leuitas aeris ⁊ aque prouenirẽt ex mixtione grauitatis terre ⁊ leuitatis ignis: modo hoc ẽ falsum. Nã omnes dicte qualitates quatuor motiue sũt eque simplices.

Quæstio. VII



Equitur nũc tractare de motib⁹ grauiũ ⁊ leuiũ: postq̃ tractata sunt aliqua concernẽtia grauitatẽ ⁊ leuitatem. Et quãtũ ad illud queritur. Utrum loca naturalia grauium ⁊ leuiũ sunt cause suorũ motuum. Arguitẽ primo q̃ nõ. Nã si sic vel essent cause materiales vel formales: vl̾ efficiẽtes vel finales. Nullũ isto⁊ potest dici: ergo ⁊c. maior ẽ nota: minor probatẽ: q: nõ eñi potest dici q̃ sint cause materiales vel formales. Nã materia ⁊ forma nõ sunt separate ab eo cuius sunt cause: cũ sint cause intrinsece: ergo locus naturalis ipsius grauis nõ ẽ causa materialis aut formalis ipsius grauis: vel motus eius. Nam qñ mouetẽ: separatũ ẽ a suo loco. Silr̃ est de leui. ¶ Deinde p̃batẽ q̃ nõ sit causa efficiẽs seu mouẽs. Nã dicit Arist. q̃ graue mouetur a generãte vel a remouẽte p̃hibẽs: ⁊ neutrũ autẽ isto⁊ est locus. ¶ Et cõfirmatẽ: quia mouẽs debet esse simul cũ moto. Sed loc⁹ naturalis ipsius grauis nõ est simul cũ graui quando mouetur deorsum nec locus naturalis ipsius leuis naturalis ẽ simul cũ leui quando mouetur sursum: ergo ⁊c. ¶ Deinde etiã probatẽ q̃ locus naturalis grauis nõ sit causa finalis ipsius motus. Et similiter erit de leui: Nam forma ⁊ finis coincidunt sicut Aristo. ostendit. ij. phy. Sed loc⁹ naturalis ipsius nõ est causa formalis ipsius grauis sicut pri⁹ probatur: ergo etiam nõ causa finalis. Et confirmatur hoc: finis debet esse nobilior et melior his que sunt ordinata ad finem: sed loca naturalia grauium ⁊ leuium non sunt nobiliora grauibus et leuibus: p̾batur: q: locus est superficies corporis vt dicitẽ. iiij. phy. graue autem est corpus ⁊ leue similiter. Sed superficies non est nobilior corpore: ergo ⁊c.

Oppositum arguitur primo auctoritate Cõmentatoris dicentis: q̃ loca naturalia grauium ⁊ leuiũ sunt fines eo⁊: non tamen fines intrinseci: sicut ẽ forma substãtialis: sed fines extrinseci. ¶ Secundo auctoritate Arist. dicentis esse simile in proposito de motu augmentationis ⁊ de motu alterationis ⁊ de istis motibus localib⁹. Nã videtur velle q̃ sicut sanitas se habeat ad sanabile ⁊ sanationẽ ⁊ p̾fecta magnitudo ad augmentabile ⁊ ad augmẽtationẽ. Ita locus deorsum se habet ad graue ⁊ ad motũ eius. Sed sanitas finis ad quẽ tendit sanatio ⁊ est perfectio formalis ipsius sanabilis cũ acquisita fuerit. Et sic etiã est de p̾fecta magnitudine ad augmẽtationẽ ⁊ augmẽtabile: ergo a simili debet cõcedi de loco deorsum quãtum ad ipsum graue ⁊ motum eius. ¶ Tertio. nam dicit Arist. q̃ p̃portio continentis ad cõtentũ est sicut p̃portio forme ad materiã. Sed locus est continẽs locatum. Ideo concludit q̃ locus se habet ad locatum sicut species seu forma ad materiam.

De ista quæstiõe sit prima conclusio loc⁹ naturalis ipsius grauis sicut est loc⁹ deorsũ: non mouet actiue ip̃m graue: ⁊ q̃ñ graue mouetẽ deorsũ. Et silr̃ dicatẽ de leui in ordine ad suũ locũ: p̃batẽ: nã mouẽs d3 eẽ simul cũ moto. Sz talis loc⁹ nõ ẽ siml̾ cũ graui descẽdente: q: multũ distat ab eo: ergo ⁊c. ¶ Scd̃a p̃clusio. nec locus grauis vel leuis attrahit graue vel leue eo mõ q̃ adamas attrahit ferrũ quemadmodum quidam imaginantẽ. Nã si sic tũc loc⁹ naturalis ipsi⁹ grauis attra

beret fortius vel velocius graue sibi ꝓpinquũ ꝙ remo-
tũ. Et sic graue ꝓpinquũ velocius moueretur: sicut ẽ de
ferro ad magnetẽ seu ad adamantẽ: modo hoc est fal-
sum. Nã ꝗuis graue descẽdẽs velociter cõtinue in suo
motu: non tñ velocius incipit moueri qñ est ꝓpinquũ
loco: ꝙ qñ est remotũ ab eo. Secũdo: nã ſm hoc grauius tar-
dius deberet descẽdere q̃ leuius: quod est falsum: ꝯña patet ꝑ sim.
Nã ferrũ grauius tardius mouetur ad magnetẽ ꝙ ferrũ mi-
nus graue. ¶ Tertia cõclusio. locus naturalis ẽ cã agẽs
respectu locati nõ ꝑ motũ ꝓducẽtis ipm: sed ꝑ motum
cõseruãtis qñ locatũ iã fuerit in eo. Nã locus conser-
uat locatũ tã ꝑ virtutẽ elemẽtarẽ: qꝛ secũ conuenit in
vna qualitate elemẽtari: ꝙ ꝑ virtutẽ a celo influxam.
¶ Quarta cõclusio. locus deorsum põt dici causa fina-
lis grauis: Et sibi motus eiusdẽ ratiõe illius virtutis
cõseruatiue: qꝛ ꝓpter hoc graue naturaliter appetit ⁊ in-
tendit esse deorsum. s. vt ibi naturalr̃ cõseruetur. ¶ Quin-
ta cõclusio. si locus accipiatur nõ pro loco cõtinente: nec
pro superficie eius: sed ꝓ ista virtute cõseruatiua quã
celũ ad talẽ distantiã influit: tunc locus põt dici causa
formalis ipsius locati sibi inherens: quando locatum
est in suo loco naturali: probatur: qꝛ ista influentia veni-
ens a celo multiplicata vsq; in locũ naturalem alicuius
corporis: vlterius multiplicatur in ipsum locatũ: ⁊ est si-
bi dispositio naturalis ⁊ cõueniens: ꝓpter quã ipm gra-
ue naturaliter mouetur ad istũ locũ. vñ cũ homo localr̃-
ter mouetur ad ignem nõ solũ mouetur ad ignem: vt con-
iungatur igni: sed vt ab igne recipiat calorem sibi inhe-
rentẽ: ¶ Sed aliquis diceret. videtur ꝙ nihil sit de ta-
li influentia quã sic dico multiplicatã a celo. Nã si es-
set aliqua talis influentia vtiq; eã sentiremus. Scđo
nã si virtus cõseruatiua ipsius grauis influitur a celo
ista fortius influitur prope celũ. s. sphera ignis ꝙ remoti-
us a celo. Corpus enĩ naturale fortius prope ꝙ longe
ergo illud puta ad spherã ignis prope celũ graue ma-
gis deberet cõseruari: ⁊ illuc naturalr̃ moueri. ¶ Ad
ista respondetur. Ad primum dico ꝙ non debemus ne-
gare talem influentiam ex eo ꝙ non percipimus eam
sensibiliter: quia etiam non percipimus istam q̃ de ma-
gnete multiplicatur vsq; ad ferrum: que tamẽ non mi-
nus est in rerũ natura. ¶ Ad secũdũ dico ꝙ debemus
imaginari a toto celo vnam influentiam continuam
vsq; ad centrum: nihilominus ista influentia prope ce-
lum ⁊ remote habet aliã proprietatẽ ⁊ virtutem et ꝓ-
pter istã influẽtiã sic virtualiter diuersificatã superius
⁊ inferius ordinãt se grauia ⁊ leuia ĩ hoc mũdo iferiori.

Ad rationes factas ante oppositũ re-
spõdetur faciliter ꝑ ista q̃ iam dicta sunt in cõclusiõibus.

Quæstio.VIII.



Ecũdo quæritur vtrũ
graue vel leue mouetur natu-
raliter sursum vel deorsum a suo
generante vel remouente prohi-
bens. Et arguitur primo ꝙ nõ: qꝛ
si generans vel remouens ꝓhi-
bens annihilaretur: nihilominus gra-
ue descẽderet si esset sursum: er-
go non mouetur ab aliquo istorũ. ¶ Secũdo. mouens et
motũ debẽt esse simul ꝑ indistãtiã: sicut patꝫ. vij. phy.
sed graue puta sagitta qñ descẽdit deorsum nõ est cum
suo gñante nec cũ remouẽte ꝓhibens ergo ⁊c. ¶ Ter-
tio diuersorũ motuũ ⁊ effectuũ debẽt esse diuerse cause
nã dicitur. ij. de gñatiõe ꝙ idẽ inquãtũ idẽ semꝑ ẽ aptum
natũ facere idẽ. Sꝫ gñatio ipsius grauis ⁊ motus eius
deorsum sunt diuersi motus siue diuersi effectus: ergo
debent habere causas diuersas ⁊ proprias. Sed gene-
rationis causa propria est ipsum generans: ergo illud
non est causa propria motus deorsum. ¶ Quarto mo-
tus grauis deorsum est naturalis: ergo debet esse a na-
tura: ⁊ ꝑ ꝯñs a principio intrinseco: natura enim ẽ prin-
cipiũ motus eius in quo est: sicut patet. ij. phy. Sed ge-
nerans vel remouens prohibens non sunt intrinseca
ipsi graui moto: ergo non mouetur ab illis.

Oppositũ arguitur auctoritate Arist.
in viij. phy. ⁊ in iiij. huius: nã in isto iiij. Aristo. dicit: mo-
uet enĩ quod a principio venit impedimẽtũ remouens et
addit ꝙ nihil horũ. s. grauiũ ⁊ leuium seipsum mouet.
¶ In ista questiõe primo ponam cõclusiones. Secũ-
do dubitationes aliquas contra secũdam cõclusionem


De primo sit prima conclusio, motus
naturalis ipsius grauis deorsum nõ est immediate et
actiue a generãte ipm graue: nec etiã a remouẽte pro-
hibẽs ꝓbatur ꝑ rationes positas ante oppositũ. ¶ Se-
cũda cõclusio ad hoc ꝙ graue incipiat moueri deorsum
requiritur gñans vel remouens prohibens: probatur: qꝛ
quãdo graue incipit moueri deorsum ipsum est sursum
vel ergo antequã incipit moueri deorsum erat graue vel
in actu vel solũ in potentia: si erat in actu graue: ⁊ ta-
mẽ nõ mouebatur: hoc erat propter aliquod impediens
quod oportuit moueri antequã moueretur deorsum: ⁊ sic indi-
gebat remouente prohibens. Sed si nõ erat actu gra-
ue: sed solum in potentia antequã incipiat moueri nunquã
incepisset naturaliter moueri deorsum: nisi fuisset factũ
actu graue: ⁊ ad hoc indigebat generãte: ⁊ ꝑ cõsequẽs
ad hoc ꝙ incipiat naturaliter moueri deorsum neces-
se est concurrere generans vel remouens prohibens.
¶ Tertia cõclusio. si graue sit in potentia naturali et
essentiali ad moueri deorsum: tũc indiget generãte ad
hoc ꝙ incipiat moueri deorsum: patet hoc: nam si sit in
potentia naturali ad moueri deorsum: tunc est actu le-
ue. Sed si est actu leue nõ remouebitur naturaliter deor-
sum: ꝯ currat gñans quod faciat ipm actu graue. ¶ Quar-
ta cõclusio. si aliquid sit in potẽtia accidentali ad mo-
ueri deorsum ⁊ detinetur violẽter: necesse ẽ ꝙ cõcurrat
remouens prohibens ad hoc ꝙ illud moueatur deor-
sum: patet hoc: quia si hoc esset violẽter sursum: ⁊ non
descendit: ⁊ sic est impeditũ: ⁊ ꝑ ꝯñs oportet concurre-
re aliquod remouens illud impedimentũ: si illud debeat de-
scendere. ¶ Secundum istas duas conclusiones vlti-
mas debent intelligi plura verba Aristo. ⁊ Commen-
tatoris quibus dicitur ꝙ generans mouet ipsum gra-
ue de potentia naturali ⁊ essentiali: ⁊ remouens prohi-
bens mouet ipsum graue de potentia accidẽtali ⁊ vio-
lenta etiã. ¶ Secundũ ista potest exponi differentia
posita ab Aristotele. inter animata ex vna parte quã-
tũ ad eorũ motũ: ⁊ grauia ⁊ leuia inanimata ex altera
parte. s. ꝙ animalia mouentur ex se: grauia aũt ⁊ leuia in-
animata nõ mouentur ex se. Hoc est animal mouet ex se: qꝛ inci-
piẽdũ motũ nõ indiget extrinseco motore. Sed graue
inanimatũ nõ sic mouet ex se: quia indigeat extrinseco: mo-
tore ad incipiendũ motũ. s. vel generãte vel remouẽte
prohibens. Veruntñ nec generãs nec remouens prohi-
bens mouẽt ꝓprie loquendo ipm graue deorsum: imo
remouens ꝓhibens mouet ipm ꝓhibens: ⁊ nõ mo-
uet ipm graue: sꝫ ꝓhibẽte amoto ipm graue mouet se
deorsũ. Similr̃ gñans mouet ipꝫ graue deorsũ: sꝫ dat gñat
grauitatẽ ꝑ quã ipsum graue mouet se deorsum.

Quãtũ ad secũdũ: dubitatur contra
secũdã conclusionem: nã ponatur ꝙ lapis sit in pra ce

libraliter q colūna phibeat ipsum cadere tūc nō oportet remouere colūnā ad hoc q lapis cadat. Sed sufficit trahere vel pellere lapidē extra colūnā. Respōdet q pro eodē debet reputari in proposito si phibēs remoueat & si graue auferat a phibente. ¶ Scdo dubitat. nā si sagitta moueat sursum: postea incipit moueri deorsum: & tn̄ nullū phibēs auferet: qr si erat aliqd phibēs illud nō erat nisi aer sed ille nō aufert. ¶ Respōdet: q phibēs erat qd mouebat sagitta sursum: sicut erat impetus siue aliqd aliud: quē oportet auferri & destrui anteq sagitta descēdat: & si fuisset aer impulsus cū sagitta pulsu suo mouēs sagittā etiā oporteret motū illius aeris destrui & remoueri prius q sagitta descēderet. ¶ Tertio dubitat. nā vapor aque eleuatus ab aq videt esse adhuc substātialiter aqua: tū iste prio ascendit & postea descēdit sine hoc q remoueat ibi aliqd phibens: silr sine hoc q ibi cōcurrat aliqd generans: q autem vapor eleuatus sit substantialiter aqua videt patere ex hoc: nā si sit superius aliquod impediens: sicut est in distillatiōe aquarū. statim apparebit esse aq. ¶ Respondet: q cū vapor eleuatur & econuerso descēdit: oportet vtriqz concurrere generans: non tamen generans aquam: sed generans grauitatem in isto quod erat leuifactū. Consimilis posset fieri dubitatio de argento viuo: quod si ponatur super ignē statim euaporat p fumū: & si iste fumus superius detineat p aliqd obstaculū supius positum statim reuertet argentum viuum: & si videt q nūq fuit corruptum. cū tale detinēs superius non videatur habere naturam & potētiā generādi tale metallū. Ex quo sequit q iste fumus erat substantialiter argentū viuū: & cum primo ascendat et postea descendat sine remouente prohibens & sine generante: videtur q secunda conclusio sit falsa. Ista dubitatio soluitur sicut dubitatio immediate precedēs.

Rationes autem factæ hinc & inde ambulant vias suas.

Quæstio. IX.



Ertio quæritur vtrū grauia & leuia moueant actiue a grauitate & leuitate. Et arguit primo q nō: nam grauia et leuia mouent actiue a suis formis substantialibus. Sed iste nō sunt grauitas & leuitas: sicut prius dicebat: ergo & cōsumptū pbat. Nam ex quo motus grauiū & leuiū ē naturalis: oportet q sit a natura: & cū nō sit a natura q ē materia: cū materia nullius sit actiuitatis: oportet q sit a natura q est forma substātialis: cū natura nō dicat nisi de materia & forma. ¶ Scdo. motus grauiū & leuiū ē naturalis. Ideo ē a natura. Sz nec grauitas nec leuitas sūt nature: ergo motus grauiū & leuiū nō pueniūt actiue a grauitate et leuitate: minor ē nota. Sed pbat minor: qr grauitas et leuitas sūt accidētia: sicut prius dictū ē. Sed accidētia nō sūt nature: sed ētia fm naturā sicut dicit Arist. ij phy. & c. ¶ Tertio. si graue moueret a grauitate & cū ad motū grauis oporteat moueri grauitatē: seqret q grauitas moueret a grauitate & sic idē moueret a seipso: qd ē impossibile sicut ondit Arist. vij. & viij phy. ¶ Quarto si graue moueret a grauitate: & cū grauitas sit intrinseca graui: tūc graue moueret a pricipio intrīseco: & p ɔñs graue moueret a seipso: cuius oppositū ostēdit Arist. in quarto octauo phy.

Oppositū arguit Ab illo mouet gra

ue quo intenso intenditur motus ceteris paribus & quo remisso remittitur motus. Sed sic est de grauitate. vnde videmus q ceteris paribus grauius velocius descendit: & minus graue minus velociter. ¶ Secundo sicut se habent caliditas & frigiditas humiditas & siccitas ad alterationem. Ita grauitas & leuitas ad motum localem. Sed caliditas & frigiditas &c. sunt principia actiua alterationū: ergo grauitas et leuitas sūt principia actiua motuum localium grauium & leuium. ¶ In ista questione primo recitabo vnam opinionem cum aliqua eius probatione. ¶ Secūdo respondebo ad questionem.

Quātum ad primum est vna opinio que imaginatur graue obtinens formā substantialem grauis posse moueri naturaliter dupliciter. Uno modo deorsum. Alio modo sursum: verbi grā sicut est vapor & fumus. vnde quodlibet istorum manente eadem forma substantiali aliquando ascendit naturaliter: sicut quando est in eo leuitas: deinde cū fuerit refrigeratum & condensatum descendit naturaliter: & declaratur hoc per simile: de aqua: que aliquando naturaliter frigefacit: sicut quando est actualiter frigida: & aliquando naturaliter calefacit sicut quando est actualiter calida. Deinde ista opinio ponit duas conclusiōes ad questionē. Prima est: q aqua cū actualiter habet grauitatem mouet actiue a forma eius substantiali: et instrumentaliter a grauitate. Secunda cōclusio. quādo aqua actualiter habet leuitatē: sicut quando est fumus vel vapor mouet actiue a leuitate: & nullo modo ab eius forma substantiali. ¶ Prima conclusio: probatur p simile de aqua actualiter existēte frigida: frigefactio enī actiua talis aque procedit a forma substantiali illius aque tāq ab agēte principali. Sed procedit a frigiditate tāq ab agēte instrumētaliter in proposito videt de descēsu ipsius grauis. ¶ Scdam cōclusionē etiā pbat p simile: nā calefactio actiua pcedēs ab aqua calefacta pcedit actiue a caliditate tāq ab agēte pricipali & nō a forma substātiali aque: ex eo q forma substātialis aque magis trahit ipam aquā a caliditate versus frigiditatē puocatiua vt in proposito q quā aqua q est vapor ascēdit: q pricipale pricipiū actiuū illius ascēsus nō videt esse forma substātialis aq. Sz magis leuitas inexistēs vapori: & maxime ideo q forma aque est forma simplex. Et p ɔñs nō pōt esse principiū actiuū principale motus deorsum & motus sursum. ¶ Breuiter videt q ista opinio nō sit omnino vera. Primo qdē p hoc q supponit aliqd accidēs esse principale pricipiū actiuū alicuius effectus: sicut verbi grā q caliditas in aq calefacta sit principale principiū calefactiōis: & nō forma substātialis aq: & silr ascēsus ipsius vaporis dicūt pricipale pricipiū actiuū eē leuitatē: et nō formā substātialē. ¶ Sz illud nō valet. Nā si caliditas se sola sine forma substātiali ipsius calidi posset pducere caliditatē: etiā sic posset pducere ignē: nō hec ē impossibile. Nā tūc pducēs esset minus nobile q pductū: falsitas ɔñtis pz p illā cōmunē regulā videlicz q nihil agit vltra gradū pprium sue speciei. Nec valet ratio istius opiniōis. s. q si vapor ascēderet p suā formam substātialē habēs leuitatē: & postea descenderet p eādē habēs grauitatē: eadē forma simplex esset pductiua distinctorū motuū. Certe verum est: nec hoc reputo inconueniens: quando hoc fit mediātibus diuersis instrumentis. Nonne anima intellectiua que est forma valde simplex valde diuersas habet operationes mediantibus diuersis instrumentis: vnde per aliqua instrumenta videt: & p aliqua tāgit: & p aliqua audit &c.

Sic dico in proposito non esse incōveniēs eādē formā substātialē aque mediāte caliditate calefacere ⁊ mediante frigiditate frigefacere ⁊ mediāte leuitate ꝓducere motum sursum: ⁊ mediante grauitate producere motum deorsum.

Quātum ad secundum sit prima cōclusio. Motus grauium ⁊ leuium naturales nullo modo prouenient a grauitate ⁊ leuitate tanq̄ a principiis actiuis principalibus. ¶ Secunda cōclusio. dicti motus prouenient a formis substantialibus grauium et leuium tanq̄ ab agentibus principalibus: licet a grauitate ⁊ leuitate ꝓueniant tanq̄ ab agētib⁹ instrumētalibus. ¶ Prima conclusio probatur: nā dato opposito cōclusionis sequeretur q̄ grauitates ⁊ leuitates essent nature. Sed hoc est falsum: ex eo q̄ omnis natura est substantia. Sed grauitates ⁊ leuitates non sunt substantie: sed accidentia sicut dicebatur prius: igitur ⁊c. consequentia tenet ex eo q̄ hoc dicitur esse natura quod est principium actiuum principale motus naturalis: sicut patet per diffinitionem nature. ¶ Secunda conclusio probatur. nam tales motus sunt naturales sicut supponitur in conclusionibus. Ideo oportet q̄ proueniant actiue a natura grauium ⁊ leuium tanq̄ ab agente principali. Et cū in graui ⁊ silr in leui nō sint nisi due nature: scilicet materia ⁊ forma: oportet q̄ dicti motus proueniāt actiue vel a materia vel a forma ⁊ hoc substātiali. Sed nō a materia: cū ipsa nulli⁹ sit actiuitatis: relinquit̄ ergo q̄ a forma substātiali.

Ad ratiões dico q̄ iste que posite sūt ante oppositū bñ probant q̄ motus grauiū ⁊ leuiū naturales nō proueniunt a grauitate ⁊ leuitate tanq̄ a principiis actiuis principalib⁹: sed magis a forma substātiali: cū hoc tamē bene stat q̄ a dictis qualitatib⁹ dicti mot⁹ ꝓueniāt tanq̄ ab agētib⁹ instrumētalibus. ¶ Ad alias rationes post oppositū. Ad primam cum ad intensionē grauitatis intenditur velocitas ⁊c. dico q̄ ꝑ illā rationē bene ꝯcludit̄ q̄ grauitas est principium actiuū instrumētale mot⁹: nō tamē principale alicui⁹ pari enim ratione concluderet q̄ calefactio ꝓcedens actiue ab igne ꝓcederet a caliditate ignis tanq̄ a principio actiuo principali: cuius oppositū dicūt aduersarii. Probat̄ consequentiam ꝑ hoc q̄ ad intensionem caliditatis intenditur calefactio ignis. ¶ Ad secūdā. ꝯcedo maiorē: sed nego minorē. vnde dico q̄ caliditas ⁊ frigiditas ⁊c. non sunt principia actiua principalia calefactiōis ⁊ frigefactionis ⁊c. sed instrumentalia duntaxat principalia autē dictarū operationum sunt forme substātiales q̄ mediātib⁹ dictis qualitatib⁹ agūt dictos effectus tanq̄ mediantibus instrumentis.

Questio. X.



Quarto queritur vtrū forme sm̄ quas fiūt motus grauiū ⁊ leuiū sint naturaliter mobiles sm̄ locū sicut est forma terre vel forma ignis: ⁊ ꝓbat̄ q̄ nō: omnis motus naturalis debet esse a principio intrīseco: sꝫ forme sm̄ quas fiūt motus grauium ⁊ leuium non habēt principia intrinseca: ergo ⁊c. maior ē nota. Nā ꝑ hoc differt motus naturalis a violento: minor patet: quia tales forme sunt simplices: saltem simplicitate opposita ꝯpositioni ex partibus essentialibus que vocantur materia ⁊ forma quarū forma debet esse principiū intrinsecū actiuū motus: materia vero passiuū. ¶ Scd̄o: si questio esset vera seq̄ret̄ q̄ idē motus naturalis in specie cōpeteret distinctis corporibus naturalibus in specie: cuius oppositū ostensum est in primo hui⁹: probatur ꝯsequētia. Nā si forma terre sm̄ quā terra est mobilis deorsum eēt mobilis sꝫ locum naturaliter ipsa non esset mobilis secūdū locū naturaliter nisi etiam deorsum: ⁊ cū forma terre distinguatur specie a totali terra: sequeret̄ q̄ idē motus deorsuꝫ simplex cōpeteret duobus distinctis corporibus ī specie. s. terre ⁊ forme sue. ¶ Tertio. si nā forma terre esset naturalit̄ mobilis deorsum: q̄ro a quo: vel a se: vel ab alio nō a se: nā dicitur septimo physicorū q̄d omne q̄d mouet̄ ab alio mouet̄. Et ꝯfirmat̄: nā si a se: idē semel ⁊ simul esset in actu ⁊ in potentia: ex eo q̄ eadē forma moueret ⁊ moueret̄. Nec etiā pōt dici q̄ ab alio: nā hoc eēt a mat̄ia terre vel a grauitate terre: nō a materia: q̄ illa nulli⁹ ē actiuitatis: nec potest dici q̄ a grauitate. Nā illa nō faceret talē motū ī alio sine principio actiuo principali q̄d esset natura sicut dictum est in alia questiōe.

Oppositum arguitur. nam cum grauia ⁊ leuia moueant̄ naturalit̄: manifestum est q̄ forme eorū que sunt in eis sm̄ quas fiunt illi motus mouerētur iuxta illud: motis nobis mouent̄ oīa que sunt ī nobis. Cū ergo aliqua terra moueat̄ deorsuꝫ forma sua que est in ea sm̄ quā fit iste motus etiā mouet̄ deorsum: vel ergo naturaliter vel violēter. Si naturalit̄ habet̄ ꝓpositum. Si violēter: ergo motus motui deorsū ꝯtrarius inesset ei naturalit̄: ⁊ sic adhuc esset naturaliter mobilis. ꝯsequentia ꝓbat̄. Nā sicut ostēsum est primo huius: si alicui inest aliquis motus violente. eidem inest naturalit̄ mot⁹ cōtrarius illi qui inest ei violente. ¶ In ista questione primo videbit̄ aliquid forme sm̄ quas fiūt mot⁹ grauiū ⁊ leuiū essent naturalit̄ mobiles si existerēt ꝑ se separate a suis materiebus. scd̄o. videbit̄ a quo mouent̄. Quibus visis patebit etiā quid sit dicēdū de eis quātū ad hoc ipsis existētibus in suis materiebus.

Quantum ad primum sit prima conclusio. si forma motus terre deorsum esset separata a materia: nec eēt ei grauitas ꝯiuncta non moueret̄ naturalit̄ deorsum posita adhuc q̄ esset posita sursum: probatur quia dato opposito ꝯclusionis: sequit̄ q̄ forma substātialis grauis posset ꝓducere motū deorsum sine grauitate: sed hoc est falsum: ꝯsequentia nota est de se: falsitas cōsequentis ꝓbat̄: nam tūc natura frustra dedisset grauitatē ipsis grauibus vltra formā sbālē eoꝝ: postq̄ sine grauitate forma substantialis grauis naturalit̄ vel equaliter posset mouere graue deorsum. Consimili modo diceret̄ de forma substantiali leuis ⁊ de leuitate. ¶ Sꝫ tu diceres si talis forma substātialis sic posita sursuꝫ nō descenderet ⁊ cum non haberet grauitatem sibi annexā oporteret q̄ quiesceret: vel ergo naturalit̄ vel violēte. nō naturalit̄: ex eo q̄ tunc naturalit̄ moueret̄ ad illum locū si esset extra ipsum quod est falsum. Si violēte querit̄ de violētante. Respondet̄ q̄ quiesceret ibi violente: ⁊ quando querit̄ de violētāte. dico q̄ aliquid pōt imaginare quiescere violēte. dupliciter: vno modo ꝓpter aliq̄d violētās potētius ipsum detinēs ⁊ prohibēs. alio modo ꝓpter defectum ⁊ carētiam alicuius requisiti ad suuꝫ motum naturalē. ¶ Tunc dico q̄ dicta forma ī dicto casu non quiesceret violente primo modo. Sꝫ secūdo modo. ¶ Secunda conclusio. grauitas separata a materia ⁊ a forma substantiali existens sursum non descēderet nisi forme sbstantialis vices supplerent aliūde: probat̄ hoc: q̄ instrumētū sine dirigēte ex se nō agit: cū ergo

grauitas se habeat sicut instrumentū mediāte quo forma substātialis ꝓducit motum deorsum: sequit̄ ꝙ ipsa grauitas sine forma substātiali nō descēderet nec aliquem motū deorsuȝ efficeret. Et notant̄ dixi nisi forme sbstātialis vices aliūde supplerent̄: ꝓpter sacramentū eukaristie seu altaris vbi sunt accidentia sine subiecto. s. albedo grauitas ⁊c. ⁊ tñ grauitas in illo sacramēto descēdit nō obstāte ꝙ nō sit ꝯiūcta forme substātiali grauis. verū est tñ ꝙ ibi forme substantialis vices supplerentur aliūde. s. per p̄mā cāȝ. Tertia ꝯclusio. si forma substātialis terre eēt separata a materia: ⁊ esset sil̄r ꝯiūcta grauitas et esset posita sursum: nec esset aliquod impediens seu ꝓhibens moueretur deorsum: patet hoc: q: ibi esset principiū actiuū prīcipale motus deorsuȝ ⁊ instrumentale silr̄: ⁊ eēt ibi subiectū receptiuū mot⁹ deorsuȝ sufficiēs scilicet forma substātialis: ⁊ silr̄ grauitas: ideo vtiq; fieret ibi motus postq̄ nullū ibi esset impediēs sicut ponit hypothesis. ¶ Quarta ɔ̄clusio: talis motus eēt naturalis: ꝓbatur: q: talis ꝓueniret ex inclinatione naturali eūdi deorsuȝ talis forme substantialis. Contra tertiā ɔ̄clusionē dubitat̄: nā dicit Aristote. primo de gñatione: ꝙ si caliditas esset separata a mā: bene ageret in frigiditatē existētē in materia: sȝ nō pateret̄ ab eadem: ideo videt̄ ꝙ forma grauis sepata a mañia non moueret̄ cū moueri sit pati. ¶ Respōdet̄ negādo ɔ̄sequētiam. Et ratio. q: frigiditas non ageret in caliditatem separatā nisi corrūpendo illā caliditatē: ⁊ quia ad corruptionem istius caliditatis sepate nō seq̄retur alicuius alterius generatio. Et cum generaliter non corrūpat̄ aliq̄d nisi ꝓpter alterius gñationem: ideo non fieret actio in illā caliditatē separatā. Sed si forma substantialis grauis est separata: ⁊ si in ipsa agit̄ mot⁹ localis: hoc bñ potest fieri: nam nō ꝓpter talē motū ipsam corrūpitur imo magis saluatur. Et ideo q̄tuȝ ad hoc dissimile est de motu alterationis qui fit cū corruptiōe vel dispositiōe ad corruptionē: ⁊ de motu locali: qui pōt fieri tā absq; corruptione q̄ absq; dispositione ad corruptionem.

Quantum ad secundum dico ꝙ talis motus prouenit effectiue a forma substātiali tanq̄ ab agēte principali: nō tñ principalissime: et a grauitate tanq̄ ab agente instrumētali: ꝓbat̄: nā si forma ⁊ accidens in genere cause efficientis ɔ̄currit ad ꝓductionē alicuius effectus: tunc substātia cū sit nobilior accidente tenet locum agētis principalis: accidēs autem tenet locū agētis instrumētal̄. Sed sic est in proposito. Nā talis mot⁹ ꝓuenit effectiue ab ābob⁹: non enī apparet a quo alio tanq̄ ab efficiēte ꝓueniret ex quo nō est ibi plusq̄ forma substātialis ⁊ grauitas. Et notanter dixi in ɔ̄clusione: nō tamē tanq̄ ab agente principalissimo: q: agens prīcipalissimū in isto motu sicut etiā in aliis est causa prima que sua generali influentia ad quemcunq; motum producenduȝ in istis inferioribus concurrit [illegible].

Ad rationes. Omnis motus naturalis ꝓuenit a principio intrinseco: dico ꝙ hoc veruȝ est de motu naturali corporum cōpositorū ex materia et forma que vulgo sunt magis manifesta q̄ forme sbstantiales: q̄ nō min⁹ talib⁹ corporibus compositis ex materia ⁊ forma sunt naturalr̄ mobiles. ¶ Ad secundam dico ꝙ nullus motus simplex in specie ꝓuenit naturaliter distinctis corporibus in specie: corporib⁹ dico cōpositis ex mañia ⁊ forma: cū quo tamē bñ stat ꝙ idem mot⁹ simplex potest ɔ̄petere naturalr̄ plurib⁹ corporibus quorū vnū est forma substātialis alteri⁹. ¶ Ad tertiā. si forma terre esset naturalit̄ mobilis deorsuȝ: vel a se vel ab alio: dico ꝙ a se non tamen solum a se sed etiā ab alio: puta a prima causa ɔ̄currente. Et per hoc soluitur auctoritas de septimo physicorum: omne quod mouetur ab alio mouet̄: etiam si vellemus allegare litterā sicut iacet nō esset contra hoc: nam in litera sicut q̄liȝ videre potest non est ab alio: sed ab aliquo: sed expositores exponūt ab aliquo. i. ab alio. ¶ Ad cōfirmationem. idē simul esset in actu ⁊ in potētia: dico ꝙ hoc nō est inconueniēs respectu diuersoꝝ: qualiter est in ꝓposito. Naȝ talis forma esset in actu actualiter se mouēdo deorsuȝ: ⁊ in potentia eūdi deorsuȝ. ¶ Et si arguetur. Idē esset agens ⁊ patiens: quia ageret illuȝ motum ⁊ reciperet eundē. Dico non esse inconueniens idē esse prīale agēs ⁊ totale recipiēs: ⁊ sic est in proposito.

Quæstio. XL.

Q Vinto quæritur. vtrū grauia appetāt descēdere per lineas [illegible]

[illegible]


sum. Nā si sic: tūc terra pura deberet descēdere ita velocit̄ ⁊ nō velocius in ignē sicut in aere: ɔ̄sequēs est falsum eo ꝙ ignis est rarior q̄ aer ⁊ per consequēs minus resistens eidē mobili q̄ aer: ⁊ per cōsequens si idē mobile descēdat per ignē et postea per aerem velocius debet descendere per ignem q̄ per aerē cōsequētia ꝓbat̄. Pro quo suppono ꝙ leuius pl⁹ appetit esse sup aliquod graui q̄ min⁹ leue: ⁊ vbi grā si aliquod graue ponat̄ sup ignē ⁊ deinde ponat̄ sup aerē: ignis q: est leuior aere plus appetit esse sup illud graue q̄ aer appetat esse sup idem graue. Tunc sic: si aliqua terra pura debet descendere in ignē sicut illa appetit esse sub igne ita ignis appetit eē sup illā terrā: ⁊ ideo sicut terra descēdit vt sit sub igne: ita ignis existēs sub terra ascendit vt sit super terram. Et quia grauia appetūt descēdere per lineas rectas ⁊ leuia ascēdere per lineas rectas seq̄tur ꝙ per eandeȝ lineaȝ per quā terra appetit descēdere in ignē ipse ignis obuiādo terre appetit ascēdere sup terrā. Et q: ignis plus appetit esse super terrā ꝙ aer: seq̄tur ꝙ ignis cū maiori appetitu conatu mouet̄ cōtra terrā: cū illud graue descendit in ignē: q̄ faciat aer cū idem graue descendit in aere. Ergo videtur ꝙ tantū vel plus impediatur graue in descendendo in ignē q̄ impediatur in descendendo in aerem. ¶ Secundo si sic: sequeretur ꝙ graue nunq̄ descēderet oblique. Sed hoc est falsuȝ: falsitas patȝ: naȝ sepe videmus aliquem lapideȝ bene descendere super aliquam tabulam transuersaliter positam: consequētia arguitur. Nam sit a. aliquod graue positū in summitate alicuius tabule transuersaliter posite. Ita ꝙ linea recta non possit protrahi per superficieȝ tabule ad centrū mundi: ⁊ sit d. centrum ⁊ b. c. tabula. Et nō possit a. descēdere nisi per b. c. quo facto illud a. graue vel appetit equalit̄ descēdere per lineā rectā ⁊ per lineam obliquā vel plus per rectam q̄ per obliquā: vel plus per obliquā q̄ per rectaȝ. Si dicat̄ primū vel secunduȝ: sequitur ꝙ illō graue positū sup dictam tabulam nō descendet per lineam b. c. ex q̄ tāt⁹ vel maior appetit⁹ ei⁹ ē descēdere per lineaȝ b. d. cui⁹ tñ oppositū docet experiētia. Si dicatur tertium questio est falsa. s. ꝙ grauia magis appetāt descēdere per lineas rectas q̄ per obliquas. Et posset ista ratio declarari exemplo. Nam presentatis duob⁹ cōtrariis incōpossibilibus voluntati. s. a. b. Tūc si illa

mouet equaliter voluntatē: volūtas perplectif ad ꝓsequēdū vnū vel alterū ꝓpter hoc ꝙ eq̄liter appetit ea: ⁊ sic appetit⁹ vnu⁹ retrahit volūtatē a ꝓsecutiōe alterius. Si autē a. magis mouet voluntatē ꝙ̄ b. vel econuerso: tunc voluntas vadit in prosecutionem illi⁹ quod magis appetit ⁊ a quo magis mouetur.

Oppositū arguit̄. grauia ꝑ easdē lineas appetūt descēdere ꝑ q̄s descēdūt: cū nō fuerit īpedita. Sꝫ hoc est ꝑ lineas breuissimas q̄ pñt ꝓtrahi ab eis vsq̄ ad centrū mūdi: ergo ⁊c. maior ē nota: ꝓbat̄ minor: q: descēdūt ꝑ semidiametros mundi: vel per lineas q̄ sunt ptes semidiametroꝝ mūdi. Sed ille sunt breuissime que possūt ab eis ꝓtrahi vsq̄ ad centrū assumpcū patet ꝑ hoc: nā datis duob⁹ grauibus descendentibus ille descēdūt ꝑ lineas rectas cōcurrentes in centro mundi: ex quo quodlibet illoꝝ grauiū tēdit ad centrū mundi. Sed tales linee sunt semidiametri mūdi vel partes earū: ergo ⁊c. De ista questiōe dicūt quidā ꝙ grauia appetunt descēdere ꝑ lineas rectas qn̄ possunt ⁊ nō sunt impedita: Sed qn̄ impediunt̄ ne possint descēdere ꝑ lineā rectā: tunc mutant appetitū descēdēdi ꝑ lineā rectā in appetitū descendendi per lineā obliquā ꝑ quā tunc saltē possint fieri ꝓpinquiora centro ꝙ̄ prius. ¶ Sed breuiter ista opinio non valet ex eo ꝙ si appetitus forte grauis sic mutaret̄: tunc forma grauis esset forma cognoscitiua: q̄d ē falsū: cōsequētia tenet: q: sic mutare appetitū solum debet̄ formis cognoscitiuis. ¶ Secundo. graue īntrinsece nullo modo mutato pōt vna vice descēdere ꝑ lineā obliquā ⁊ postea ꝑ lineam rectā: ꝑ solam mutationē mediū extrinsecū: ergo non mutat̄ de vno appetitu in aliū. Nā cū tali mutatione appetit⁹ nullo modo posset stare ꝙ idē graue haberet se omnino eodē modo intrīsece nūc ⁊ prius. ¶ Aliter ergo dicendū est ꝙ graue non appetit descēdere plus ꝑ vnā lineam ꝙ̄ ꝑ aliam. Sed ꝙ descendit ꝑ vnā lineā ⁊ nō ꝑ aliā: hoc est scḋm ꝙ applicat̄ tali vel tali resistentie: ita ꝙ finaliter ex applicatione alia ⁊ alia ipsius grauis ad medium extrinsecum determinatur ꝙ ꝑ talem vel talē lineā descēdit. Ita ꝙ bñ ex se appetit descēdere. Sed mot⁹ descendēdi determinat̄ scḋm aliā ⁊ aliā applicationē eius ad mediū extrinsecū. ¶ Sed diceret aliquis. videt̄ vtiq̄ ꝙ graue pl⁹ appetat descēdere ꝑ lineā rectam ꝙ̄ ꝑ obliquā. Nam videm⁹ ꝙ quando graue descendit ꝑ lineā rectā: difficili⁹ pōt arestari ⁊ impediri ab ei⁹ descensu ꝙ̄ qn̄ descēdit ꝑ lineam obliquā: hoc aūt videtur eē signū ꝙ pl⁹ appetit descendere ꝑ lineā rectam ꝙ̄ ꝑ obliquam. ¶ Ad istud dico ꝙ graue qn̄ descendit ꝑ lineam rectā difficili⁹ arestatur ꝙ̄ quando descēdit ꝑ lineā obliquā. Sꝫ huius causa non est maior appetitus descendendi ꝑ lineam rectā ꝙ̄ ꝑ obliquam: sed hoc est propter hoc ꝙ quando descēdit ꝑ lineā rectā minorem habet resistentiā ꝙ̄ qn̄ descēdit ꝑ lineā obliquam: vt puta sup tabulā transuersaliter positā: modo difficilius est idē impediens cum minori resistentia impedire motum alicui⁹ potentie mouentis ꝙ̄ cum maiori.

Ad rationes ergo factas hinc inde ad primam negatur consequentia: ex eo ꝙ quando terra descendit in ignem: ignis non appetit ascendere ꝑ eādem viam ꝑ quā descendit terra: ex eo ꝙ terra ipm̄ a tali ascensu impediret. Et ideo tunc ignis ꝓpter resistentiā extrinsecā determinatur ad ascendendū ꝑ aliā viā vbi inuenit resistētiā minorem. ¶ Ad secundā: seq̄retur ꝙ graue nunq̄ descenderet oblique: negat̄ cōsequētia: quia nō dico ꝙ graue ex se magis appetat descendere ꝑ lineam rectā ꝙ̄ per lineā obliquā: sed q: appetit esse ꝓpinquius centro: descēdit ꝑ quācūq̄ lineā potest: ⁊ ꝙ sic vel aliter descendit: ad hoc determinat̄ ex alia et alia applicatione eius ad resistentiam: quia quando ex descensu ꝑ lineam rectā haberet maiorem resistentiā: descēdit ꝑ lineā obliquā. Quādo aūt ex descēsu eius ꝑ lineā obliquam haberet maiorem resistentiam: tunc descēderet ꝑ lineā rectā. ¶ Tunc ad rationē factam in oppositum: ꝑ easdē lineas grauia appetunt descēdere: ⁊c. dico ꝙ non oportet. Sed sufficit ꝙ eorum descensus per tales lineas determinetur ex tali applicatione grauium ad talem resistentiam.

Questio.XII.



Sexto quæritur. vtrū aer naturaliter moueat̄ ī ꝓiectione lapidis vel alteri⁹ proiecti in eo. arguit̄ ꝙ non. Nā si sic seq̄retur ꝙ aer nunq̄ ita ī motu desineret moueri saltē ꝙ̄diu maneret ī loco ꝓprio: ꝯsequens est falsū: ꝯsequētia videtur tenere. Nā si aer moueret̄ naturaliter deorsus sursum vel ad latus ipso existēte in loco ꝓprio: qua ratione moueretur ꝑ aliquod tēpus: eadem ratione ꝑ aliud nam si quiescat hoc nō est propter nouū locū in specie nec ꝓpter aliquē locum sibi naturalē de nouo acquisitū ex eo ꝙ tali motu aer mouet̄ ī loco ꝓprio. ¶ Secūdo ponatur ꝙ proiectū ꝓiiciatur ad latus: tunc si in tali motu aer moueretur naturaliter: hoc poneret vtiq̄ ꝙ hoc esset mediante grauitate vel leuitate ipsius aeris: Sed hoc non: ex eo ꝙ grauitas ⁊ leuitas non inclināt naturaliter nisi ad motum sursum vel deorsum. ¶ Tertio. si questio eēt vera pari ratione ꝓiectū moueret̄ naturaliter: sed hoc est falsum: cōsequētia ꝓbat̄. Nā sicut aer in ꝓiectione pellitur a ꝓiiciente: ita ꝓiectum: ⁊ ꝑ consequens qua ratione motus vnius esset naturalis: eadem ratione motus alterius.

Oppositum arguitur nam in proiectione lapidis aer retro lapidē insequitur lapidē ne fiat vacuū: ergo in ꝓiectione lapidis aer mouet̄ naturaliter: cōsequētia tenet ex eo ꝙ motus corporum quo mouent̄ ad replēdū vacuū est corporibus naturalis: antecedēs patet: q: nisi lapidē ꝓiectū seq̄ret̄ aer maneret vacuum in loco quē exiuit lapis intrādo aliū locū in motu. ¶ In ista questione primo vidēdū est de principali quesito. secundo videndum est de proiecto a quo moueatur ⁊ vtrū naturaliter vel violēte post recessum a ꝓiiciente.

Quantum ad primum sciendum est ꝙ in ꝓiectione lapidis est duplex motus aeris: scilicet aeris ante lapidē qui resistit proiecto ⁊ diuiditur ⁊ vltra naturalem qualitatem suam condensatur per ipsum proiectum. alius est aeris qui retro ipsum proiectum insequitur ad finem ꝙ non remaneat vacuum. ¶ Tunc sit prima conclusio. in proiectione lapidis motus aeris antecedentis proiectum non est naturalis. Probatur: nam tunc sequeretur ꝙ non resisteret proiecto quod est falsum: talis enim aer non minus resistit proiecto ꝙ̄ aer resistat graui descendenti vel leui ascendenti naturaliter. ¶ Secundo. nam condensatio aeris vltra suam naturalem raritatem est sibi violenta. Sed in tali motu talis aer antecedens condensatur vltra densitatem sibi naturalem: ergo ⁊c. ¶ Secunda conclusio. motus aeris insequētis proiectū est naturalis

probatur: q est a principio intrinseco scilicet a forma substantiali ipsius aeris: q̄ inclinat ipsum aerē ad insequendum proiectum ad finē q nō fiat vacuum. ❡ Sed contra istam cōclusionē arguitur: quia iuxta hoc esset cōcedendū idē elementū simplex habere duos motus naturales distinctos specie: quod est ɔtra dicta prio huius: consequentia probatur. Nam aer vel aliquod aliud corpus haberet motū naturalē quo moueret ad suū locū naturalē: et vnū aliū motū naturalē quo moueret ad replendū vacuū. Ad istud respondet q alicui corpori simplici inesse naturaliter plures motus intelligitur dupliciter. Vno modo q ābo insint illi corpori secūdū naturā propriā illius corporis. Alio modo q vnus illorū motuū insit illi corpori secundū naturā propriam et alter secundū naturā cōmunē illi et aliis corporibus naturalibus. Tunc dico q bñ ostensum est primo huius q impossibile est eidē corpori inesse naturaliter distinctos motus in specie scd̄m naturā propriam: cū hoc tamē bene stat vni corpori simplici inesse plures motus distinctos specie: et hoc naturaliter quorum vnus inest ei secundum naturam propriam. alter vero secundum naturā communem. ❡ Circa illud dubitatur quis illorū motuum sit magis naturalis. Utrum ille qui inest corpori secundū naturā propriā: vel ille qui inest corpori secundū naturam cōmunem: vel an sint eque naturales. ❡ Respondet q motus qui inest corpori secundū naturā communē est magis naturalis: puta motus q̄ mouerent corpora ad replendū vacuū. Et ratio huius est ista: quia videmus q corpora dimittunt sua loca propria et naturalia ad que sunt mobilia naturaliter secūdū naturam eorū propriam: et mouent ne fiat vacuū motu qui est eis secundū naturā cōmunem: quod patet: nam cū aliquis ponit aliquam fistulam ad aquam et extrahit p os aerē de fistula: aqua dimittit locū suū et ascendit in fistulā: hoc est signū q plus sctinat ad motū p quē cauetur vacuū: q̄ ad motū quo est mobile ad locū propriū. Et nota q p naturā cōmunē nō intelligo aliquā rem que insit pluribus corporibus. Sed hoc voco inesse corporibus secundum naturam communem, quod inest vni corpori naturaliter: et consimiliter inest aliis corporibus distinctis ab illo specie: sic est de moueri ne fiat vacuū: hoc eīn inest omnibus corporibus. vnde si natura permitteret vacuū: celū descēderet et impleret: sicut dicit cōmentator quarto physicorum. verum est tamē q aliqui dixerūt: q sic insequi corpora ne fiat vacuum inest solum aeri et aque: que sunt elemēta media que quia sunt grauia et leuia possunt moueri indifferenter huc vel illuc: sed sicut dicunt nō sic est de elemētis extremis. quorum vnum est simpliciter graue: et aliud simpliciter leue. ❡ Sed dicitur illud non valet. Nam ad sensum videmus q puluis ascēdit p fistulā subtracto aere: p quod constat terram ascendere ad sequēdū corpus aliud naturaliter sicut facit aer vel aqua.

Quantum ad secundum articulū sciendū q de hoc sunt plures opiniones recitate et impugnate in fine octaui physicorum: et finaliter ibidē posita est opinio quā reputo veriorē q proiectū post exitum eius a manu vel recessum a proiiciente mouetur a quadam vi seu impetu sibi impresso ab ipso proiiciente: Et sicut tādē illa virtus motiua sic sibi impressa remittitur vsq ad nō gradū sic finaliter proiectū desinit moueri motu proiectionis. Et secundū istam opinionē possunt saluari apparētia iuxta motū proiectionis vt patet in loco predicto. Ex his patet q motus proiecti non est p (?) sectio naturalis: sed violēter: patet hoc: quia talis motus prouenit ab aliquo impresso ipsi proiecto ab extrinseco. ❡ Sed diceres: talis motus est a principio intrinseco moti: ergo naturalis. Respondeo negando consequentiam: nam vltra hoc requiritur q naturalis inclinatio mobilis non sit ad oppositum.

Ad rationes Ad primam quando dicebatur: sequeretur q aer in tali motu nūq̄ desineret moueri: negatur ɔñtia: et rō huius est: quia in tali motu aer rarescit et ɔdēsat vltra gradū raritatis vel dēsitatis sibi debitū: et ideo aer appetēs redire ad statū pristinū tandem desinit a tali motu. ❡ Ad secundam: proiiciatur proiectum ad latus: placet mihi. tu dicebas q aer tūc nō insequitur naturaliter: dico q immo: et vlterius dico q hoc est mediante forma tanq̄ mediāte principio actiuo principali: et mediante leuitate: tanq̄ instrumētali: et quando dicebatur: leuitas non inclinat nisi ad motum sursum: dico q hoc est verum quando mobile mouetur motu sibi naturali secundum naturam sibi propriam: tamē quando mobile mouetur motu sibi naturali secundum naturam communem sibi et aliis: sicut est in propositione fiat vacuum: leuitas bene mouet ad latus seu ad aliam differentiam positionis q̄ sursum. ❡ Ad tertiam: ista bene probat q proiectum moueretur naturaliter: et hoc si aer precedens ipsum moueret naturaliter: quia ille pellitur sicut proiectum: tamen non oportet si aer insequens proiectum mouetur naturaliter q ergo proiectum mouetur naturaliter: q aer insequēs non pellit sicut pellitur proiectū. Et ideo dissimile est de motu proiecti et de motu aeris insequentis proiectum. quare etc.

Quæstio. XIII.



Vnc restat vltimo querere circa figurā corporum simplicium elementarium et quantum ad hoc queram vnicam questionem scilicet: vtrū elementa quatuor determinēt sibi figuras a natura et videt q sic. Nam quintū corpus simplex scilicet celū determinat sibi figuram a natura: scilicet sphericā: vt prius dictum est: ergo videt q alia quatuor corpora simplicia scilicet elementa determinent sibi figuras a natura. Secundo. quia p rationes geometricas probatum est q nō sunt nisi quinq figure corporum regularium secundum speciē que sunt simplicissime: igitur videt q illas figuras sibi determināt quinq corpora simplicia: scilicet celum et quatuor elementa: sic q quodlibet eorū determinat sibi vnam earum. ❡ Tertio corpora determinata ad maximum vel ad minimum vtiq determinant sibi aliquam figuram a natura: quia determinata ad maximū vel ad minimum determinant ad finitatē omne autem finitum est figuratum: corpora autem elementaria determinantur naturaliter ad maximum vel ad minimū quod patet ex secūdo de anima: vbi dicitur omniū natura ɔstantiū posita est ratio magnitudinis et augmenti. Hoc idē videt posse elici ex secundo physicorum. ❡ Quarto. aqua determinat sibi aliquam figuram a natura: ergo et cetera elementa: consequentia tenet: quia non videtur esse maior ratio de vno elemento q̄ de alio. Antecedens videt esse euidens ex intentione Aristo. secūdo huius: vbi probat q ipsa est spherica: q aliter partes eius superficiales non equaliter distarent a centro. Quinto. eadē est figura totius homogenei et cuiuslibet eius partis: aliter enim non esset homogeneum sed particule aque videntur tendere ad sphericitatem sicut patet de guttis roris et pluuie: ergo ita videt esse

de tota sphera aque. ¶ Sexto. ignis determinat sibi aliquã figurã a natura: ergo et alia elemẽta: consequẽtia tenet: antecedẽs probaẽ: qꝛ determinat sibi figurã pyramidalem: patet hoc: quia cum ascendit non ascendit nisi secundum figuram istam scilicet pyramidalem sicut docet experientia: ergo ꝛc.

Oppositum videtur esse de intentiõe Aristo. in littera. ¶ In ista questione erũt quatuor articuli principales. In quorũ primo recitabo opinionẽ antiquorũ de figura corporum simplicium. In secundo improbationem eorum antiquorum quã ponunt Aristo. ꝛ cõmentator. In tertio dubitabitur de vno quod Aristoteles ꝛ commentator assumunt in improbando opinionem antiquorum. In quarto articulo respondebitur ad questitum.

Quantũ ad primum sciẽdum est q. erat opinio antiquorũ ꝙ corpora simplicia: sicut celũ ꝛ elementa determinarent sibi figuras a natura. vnde cõsyderauerũt ꝙ corpora mathematica regularia sunt quinqꝫ ꝛ non plura. scilicet thetracedron: exacedron octocedron duodecedron: ꝛ icocedron. Et quia etiam corpora simplicia naturaliter sunt quinqꝫ ꝛ non plura: scilicꝫ quatuor elementa ꝛ quinta essentia: crediderũt ꝙ quodlibꝫ istorum corporum simplicium determinaret sibi vnã illarum quinqꝫ figurarum regulariuꝫ. Unde dixerũt terrã esse corpus exacedron: seu corpus cubice figure: seu corpus sex superficierum regulariũ. Et hoc ideo: quia corpus cubicũ seu exacedron est magis fixum ꝛ immobile ꝛ minus aptum ad motuꝫ. Et qꝛ sic est de terra: ideo attribuerũt terre figuraꝫ cubicã seu figuraꝫ exacedron. Dixerunt autem aquaꝫ esse corpus icocedron: seu corpus ex viginti superficiebus regularibus: quia aqua omnibus aliis est corp⁹ magis rotabile ꝛ minus stabile: terminabile faciliter termino alieno: ꝛ difficulter termino ꝓprio: ꝛ hoc ipsi attribuerũt aque propter multitudinem angulorũ quos habet corpus icocedron. Attribuerũt autẽ igni figuram octocedron ꝛ igni figuram thetracedron: scilicet figuram pyramidalem: ꝛ celo figuraꝫ duodecedron: ꝛ hoc propter causas que erant expresse in vna questione facta circa primum huius. Et illud potest intelligi vel ꝙ dicta corpora secũdũ se tota essent taliter figurata vel ex paruis particulis sic figuratis cõposita: vtꝫ ꝙ terra secundum se totum sit cubice figure: vel ꝙ particule ex quibus ipsa est composita sint cubice figure.

Quantũ ad secundum articulũ sciendum est ꝙ Aristo. ꝛ commentator improbant istaꝫ opinionẽ sic: nam si dicta opinio esset vera necessario sequeret vacuum: qđ tamẽ ipsi antiqui negabant: ꝓbaẽ cõsequẽtia: qꝛ cũ huiusmodi corpa simplicia sic figurata componerenẽ: non ita possent coniungi circa eundem punctum: quin inter ea remaneret vacuũ: quia in superficialib⁹ figuris regularibus tantũ sunt tres figure q̃ replent spatiũ superficiale circa eundẽ punctũ scilicet trigonus quadratus ꝛ exagonus. In corporalib⁹ autẽ figuris sicut dicũt Aristo. ꝛ cõmentator sunt due tantũ que spatium replent corporale circa eundẽ pũctuꝫ scilicet pyramis ꝛ cubus: ꝓpter quod oportet soluꝫ illa duo corpora: scilicet quorum vnũ est pyramidale vel ex pyramidibus compositum: ꝛ aliud cubicum vel ex cubicis compositum in aliquo numero accepta replere locum sine vacuo. Et ideo quãtum esset de aliis tribus oporteret eẽ vacuuꝫ: licꝫ hoc euitaretur per cubica ꝛ pyramidalia.

Quantum ad tertium articulum dubitaẽ de hoc quod suppositum iam fuit in improbatione opinionis antiquorũ. supponiẽ enim ꝙ corpora pyramidalia regularia ĩ aliquo numero accepta possint replere locũ: vtrũ hoc sit verũ: ꝓ quo primo oportet supponere quid intelligaẽ in proposito ꝑ replere locũ vñ replere locũ põt itelligi vel in supficie vel in solido. replere locuꝫ in supficie nõ est aliud q̃ replere totale spatium supficiale circumstans aliquẽ punctum in supficie imaginatũ. Sed replere locũ in solido ẽ replere totum spatiũ corpale circumstans aliquẽ punctũ imaginatũ. ¶ Tunc ꝓ conclusionibus aliquibus ponendis supponiẽ ꝙ quẽlibꝫ punctũ in supficie imaginatũ circũstat spatiũ supficiale: quod valet quatuor angulos rectos. ista patet ex primo elementorum euclidis. Tunc sit vna conclusio. Quod tres sunt figure regulares superficiales potentes replere locũ in supficie: scilicꝫ quadratum triangulus ꝛ exagonus. Istud probaẽ de quadrato. Nam si aliquẽ punctum circũponanẽ quatuor quadrata occupabunt totum spatium supficiale circũstãs illũ punctũ: qđ pꝫ. Nã totale illđ spatiũ circũstãs istũ punctũ valet quatuor angulos rectos precise ꝛ tm̃ pcise valẽt quatuor anguli q̃tuor quadratoꝝ: qꝛ cuiuslꝫ quadrati quilibet angulus est rectus. ¶ Dico secũdo ꝙ sex anguli trianguli regularis replẽt locum: quia angulus trianguli regularis seu equilateri valet duas tertias vni⁹ recti: sicut elici potest ex ꝓpositione. xxx. primi elementorum Euclidis: ergo sex tales anguli valent. xii. tertias anguli recti: sꝫ tales. xii. tertie faciũt quatuor itegra: scilicet quatuor angulos rectos quantũ est precise spatiũ supficiale circũstans aliquẽ punctũ in supficie imaginatum: ideo sex ãguli trianguli regulares circa eundẽ punctuꝫ positi replebunt locum. ¶ Dico tertio. ꝙ tres exagoni regulares replent locum: quia locus exagoni habet quatuor tertias vnius recti: sicut potest elici ex iam allegata ꝓpositione primi elementoruꝫ euclidis: ergo tres tales que faciunt quatuor integra: scilicꝫ quatuor angulos rectos replerẽt locũ supficialem circumstantẽ aliqueꝫ punctum in supficie imaginatũ. ¶ Dico quarto ꝙ anguli pentagonorũ vel eptagonorum vel octogonorum ꝛ sic in infinitũ in vno numero cõbinati possunt precise replere locũ: angulus enĩ penthagoni habet vnũ rectum ꝛ quintam vnius recti: tales autem tres combinati minus faciunt q̃ quatuor rectos. Quatuor vero combinati plus faciunt q̃ quatuor rectos. deinde nec eptagonus replet locum: qꝛ angulus eptagoni valet vnuꝫ rectũ ꝛ tres septimas vnius recti: ergo duo tales sunt minores q̃ q̃tuor recti: ꝛ tres sunt maiores q̃tuor recti. Et breuiter vltra exagonũ nullaꝝ figurarũ regulariũ anguli replent locũ: quia omnium figurarũ regularium vltra exagonũ duo anguli sunt minores quatuor rectis: ꝛ tres sunt maiores quatuor rectis.

¶ Et vt quod dicitur melius intelligatur: pro sciẽdo quantũ alicuius figure regularis angulus valeat ꝛ etiã quantũ omnes simul sciendũ est. ꝙ cuiuslibꝫ quadrati angul⁹ est rectus: hoc patet ꝑ diffinitionẽ quadrati: ꝛ cuiuslibet trianguli regularis angul⁹ valꝫ duas tertias recti: istud patet: nã cuiuslibet trianguli anguli valẽt duos rectos vt demõstratũ est primo elemẽtorum Euclidis: ꝛ cum anguli triãguli regularis sint sibi inuicem equales: vt patet ꝑ diffinitioneꝫ figure regularis: sequitur ꝙ quilibet angulus trianguli regularis valꝫ duas tertias recti. vnde figura regularis dicitur cuius omnia latera sunt sibi inuicẽ equalia ꝛ oẽs anguli sunt sibi inuicem equales: sic ergo scitu⁹ quãtũ

valēt anguli quadrati ⁊ similiter trianguli. ¶ Ad sciendū aūt ꝯsilr de alijs figuris regularib⁹ sup̄ficialib⁹ sicut de penthagono:exagono:eptagono:⁊ sic de alijs est sciendū q̄ p̄mo cōsyderandus est numerus angulorū talis figure:quo consyderato ab illo remoueātur duo:⁊ illud residuū ostendet nobis numerū triangulorū in quos illa figura est resolubilis:hoc aūt scito duplicem⁹ numerū triangulorū in quos ista figura est resoluta et resultans ex tali duplicatione est numerus āgulorū rectorū quos valent oēs anguli simul iuncti illius figure:cui⁹ angulorū valor q̄rebat. Verbi gr̄a. si volo scire quot angulis rectis equiualēt anguli penthagoni regularis considerabo q̄ quinq̄ sunt anguli pēthagoni a quibus remouebo duos:⁊ remanebūt tres:dico ergo q̄ pēthagonus resolubilis est in tres triangulos:⁊ q̄r triū triangulorum anguli valent sex rectos q̄d patet duplicādo tria:dicā q̄ oēs anguli pēthagoni regularis simul iuncti valēt sex rectos:⁊ p̄ ꝯñs vn⁹ angulus penthagoni valet vnū rectū ⁊ quintā partē recti:q̄r exagoni sunt sex anguli:remouebo a sex duo ⁊ remanebunt quattuor:in tot ergo triangulos exagonus est resolubilis:scz in quattuor:⁊ si quattuor duplicamus resultant octo:⁊ tot angulis rectis equiualēt anguli exagoni simul iuncti:ppter quod vnus angulus exagoni regularis valet vnum rectum ⁊ tertiam recti quod patet. Nam si octo anguli recti distribuātur sex angulis exagoni:cuilibet angulo exagoni cadit vnus rectus cum sexta parte duorum rectorum:sexta autem pars duorum rectorum est vna tertia recti:⁊ sic quilibet angulus exagoni regularis valet quinq̄ tertias vnius recti. ¶ Finaliter ergo recolligendo conclusionem primam:dico q̄ solum tres figure regulares superficiales replerent locum superficialem:scilicet triangulus:quadratum ⁊ exagonus:nō distinguendo quadratum contra q̄drangulū. De corporibus autem replentibus locū in solidis dicūt Aristo. ⁊ cōmentator q̄ talia sunt:scilicet cubus ⁊ pyramis:de cubo non est dubiū. Et iō sit secūda ꝯclusio:q̄ i solidis .viij. cubi aggregati circa vnum punctū totū spatium circa ipm̄ replēt ad omnem differentiam quod patet. Si intelligamus tres lineas in aere intersecare se ortogonaliter:sicut apparet in tribus palis sibi mutuo applicatis:q̄ faciunt duodecim angulos rectos:sicut patet inter illas lineas supius intercipient quattuor cubi sine interuallo. Et inferius alij quattuor:ita q̄ quattuor supra sectionē ⁊ quattuor infra sectionē:que simul faciūt octo:totum spatiū circumstans sectionē occupabūt. De pyramidalibus autem regularibus dicit cōmentator q̄ duodecim pyramides regulares replent locum:⁊ hoc ipse sic nitit probare tertio hui⁹:quorūcūq̄ angulorū corporaliū anguli superficies equiualent angulis superficialib⁹ angulorū octo cuborū illi anguli possunt replere locum in solidis. Sed anguli superficiales duodecim angulorum pyramidaliū equiualent angulis superficialibus octo cuborum:ergo ⁊c. maiorē relinquit tanq̄ p̄ se manifestam:ex eo q̄ anguli octo cuborum replēt locum:sed minorem p̄bat:pro quo supponit q̄ angulus cubi solidus claudit tribus angulis superficialibus rectis:⁊ sic octo anguli cuborum solidi clauduntur viginti quattuor angulis rectis superficialib⁹. Sed quia angulus solidus pyramidis regularis triū superficierū clauditur trib⁹ angulis superficialib⁹ equiualētibus duob⁹ angulis superficialib⁹ rectis:sequit q̄ anguli solidi duodecim pyramidū claudunt etiā viginti quattuor angulis rectis superficialibus:⁊ sic tot angulis rectis superficialibus clauduntur anguli solidi .xij. pyramidū regularium quot clauduntur anguli solidi octo cuborum:⁊ hoc erat intentum. ¶ Contra istam opinionem salua reuerentia commentatoris sit tertia conclusio. q̄ duodecim pyramides regulares non replent locum in solido:quod p̄bat sic:nā recipiā aliquā superficiē planā ⁊ signabo in ea punctū ⁊ sit a. ⁊ assignabo sup punctū istū sex triangulos equilateros qui replent locū in superficie circa punctū istū q̄d est possibile sicut cōmētator concedit:⁊ ostēsum est prius demonstratiue:deinde supra quālibet istorū triangulorum tanquā supra basim erigam pyramidē regularē triū laterū:quo facto erūt ibi sex pyramides contingētes vel cōtinuantes se in puncto a. deinde imaginor vnā lineā pp̄endicularem in ista superficie erectā directe ad a. punctū instar axis:que sit a.b. quo facto iste sex pyramides nunq̄ tangunt illā lineā nisi infert⁹ in puncto a. sicut patz volēti consyderare:⁊ p̄ ꝯñs iste sex pyramides nullū omnino solidū constituūt. Deinde ex alia pte eiusdē superficiei imaginor alias sex pyramides supra easdē sex bases ꝯstitutas:⁊ in eodē pūcto a. contingentes se:⁊ imaginor b.a. protrahi directe in decursu in c. erit:ergo b.a.c. linea tota i vacuo ex vtraq̄ parte ⁊ nihil solidum constitutum est circa punctum in quo ꝯtigūt se .xij. pyramides:immo sunt ibi sex corpa quorū quodlibet constitutū est ex duabus pyramidib⁹ in cōmuni base cōiunctis quorū nullū alteri contingitur in superficiē. Sed tantū eorū superficies lineis se cōtingunt patet ergo q̄ duodecim pyramides bene possunt se ꝯtingere circa eundē punctū cōmunem:sed nullo mō implebūt locum:nec ratio Cōmētatoris salua sua gratia est alicuius valoris:supponit enim q̄ quicunq̄ anguli corporales continētur ab angulis superficialib⁹ equiualentibus viginti quattuor angulis superficialib⁹ rectis impleant p̄cise locū:modo hoc est falsum. Nam si hoc esset verū:sequeretur q̄ tres cubi vna cū sex corporibus superficialibus resultantibus ex diuisione triū cuborū replerēt locū:modo hoc est falsum:ex eo q̄ tales tres cubi vna cū talibus sex corporibus superficialib⁹ non valent nisi sex cubos:sex autem cubi nō replēt locum:p̄bat ꝯsequentia:ex eo q̄ omnes anguli solidi simul iuncti triū cuborū ⁊ sex taliū corporū superficialiū clauduntur angulis superficialibus equiualentibus viginti quattuor angulis superficialibus rectis. Ex eo q̄ angulus cubi solidus continet tribus angulis superficialibus rectis ⁊ angulus solidus talis corporis superficialis clauditur duobus angulis rectis superficialibus cū dimidio:⁊ sic anguli solidi taliū sex corporum superficialium clauduntur angulis superficialibus rectis equiualentib⁹ quindecim angulis rectis:⁊ tres anguli triū cuborū nouem rectis. Sed quindecim ⁊ nouem faciūt viginti quattuor ergo ⁊c. ¶ Secūdo sequitur q̄ octo cubi nō implerēt locū:probat cōseq̄ntia:quia secundū dictā suppositionem cōmentatoris sexdecim corpora superficialia equiualentia octo cubis non implerent locū:ex eo q̄ sedecim anguli solidi superficialium corporum clauduntur angulis superficialib⁹ nō equiualētib⁹ p̄cise .xxiiij. angulis superficialibus rectis:patet hoc ex eo q̄ angul⁹ corporis superficialis solidus ꝯtra illam ptem vbi fiebat diuisio clauditur duobus angulis rectis cum dimidio:⁊ sic tales sedecim clauduntur angulis superficialib⁹ equiualentibus q̄tuor angulis rectis:⁊ ne laboremus in equiuoco corpus superficiale dicit esse quodlibet illorū duorū que resultant ex diuisione cubi:cū cubus diuidit diametraliter:q̄ diuisio cadit sup āgulos cubi appositos. Ex q̄ patet q̄ p̄cise tantū valent duo corpora superficialia q̄tū vnus cubus:sic ergo primo visa est opinio cōmentatoris:scilicet q̄ duodecim pyramides regulares replent locum. Et secūdo ratio sua:⁊ tertio improbatio sue opinionis. Et quarto ostensus est defect⁹ sue rationis

nis quia credidit se demonstrasse. Nec propter hoc volo improbare Aristo. quia Aristot. non dicit q duodecim pyramides regulares replēt locū. Sz bñ dicit q pyramis est vnū de corpib⁹ q̄ in aliquo nūero accepta pūt replere locū. Sed q̄t pyramydes hoc faciāt nō exprimit. Et ideo fm Aristo. diceret ad dubitationē motam: quantū ad tertiū articulū q̄stionis: q pyramides regulares in aliquo modo accepte replent locū: sed in quo numero hoc faciāt ipse nō dixit. Et si in aliquo numero forte hoc sunt viginti. De hoc aūt alias si deo placuerit profundius perscrutabor.

Quātum ad quartum articulū sciēdum q aliquod determinare sibi figuram a natura est ipsum habere aliquā figurā determinatā: et non posse hēre aliā nisi violente. ¶ Secundo est sciendū q q̄stio pōt intelligi vł de totali elemento: vel de parte eius. ¶ Tunc sit prima ꝯclusio. q ꝑticule elementoꝝ nō determinant sibi figurā naturalr: ꝓbat: qz aliter et aliter pūt figurari: nūc triangulariter: nūc quadrate secūdum aliā et aliā figurā corpis cōtinentis: sicut patet de aere et de aqua absq̄ eoꝝ violētia et corruptiōe qualr nō posset fieri de homine vel asino. ¶ Secūdo. oē recipiēs debet eē denudatū a natura recepti: modo elemēta p mixtionē quālibz figurā pūt recipe: ḡ nec aliquā sibi deterīant nec aliquā habēt sibi cōnaturalem: q̄ tūc eā nō possent aliā recipe: sic eā arguit Aristo. in pᵒ physicoꝝ: et ꝯmētator in de substātia orbis: q materia prima nullā determīat sibi formā substātialē. Nā tūc nullā aliā posset recipe. ¶ Tamē cōtra istas ꝓbationes dubitat: prima quidē ꝓbatio nō videt ꝓcedere de oībus elemētis: nō eā concludit de terra: q̄ est solida et illa eā nō pt sic diuersimode figurari fz diuersaz figurā ꝯtinētis. ¶ Cōtra secundā ꝓbationē dubitat similiter: q̄ā dicit recipiēs dz esse et c. Nā fz hoc oporteret q etiā elemēta nō haberēt formas substantiates: ex eo q in mixtione quālibet formā substantialē pūt recipe. ¶ Ad ista respōdet. Ad primā dico q licet terra nō figuret ad figurā cōtinētis: hoc nō est: qz forma ei⁹ substātialis determinet sibi figuraz quā habet: sz hoc solū est pp duritiē: qz nō est fluxibilis. Etiaz sufficit q sine corruptione ipsa terra posset diuidi et figurari aliter et aliter sine eius violētia. ¶ Ad secundā: ista bñ ꝓbat q opz elemēta carere formis substantialib⁹ elemētoꝝ mixtoꝝ: nā tales recipiūt ī mixtione: nō tamē pp hoc oportet elemēta carere formis substātialib⁹ elemētarib⁹. ¶ Ex ista cōclusione sequit q nō pt fieri trāsmutatio ꝑticule elementi de figura in figuram q̄ sit ei violenta: patet hoc ex eo: qz nulla est sibi naturalis: veruntamē pōt esse violentia aliūde in tali transmutatione sicut ꝓpter motū localē vel rarefactionē vel ꝯdēsationē vel diuisionē: licet non ratiōe figurationis. ¶ Secūda cōclusio. totalis sphera elemēti non determinat sibi aliquā figurā naturalr: ꝓbat: qz totū homogeneū et q̄libet ei⁹ ps separata sunt eiusdē rationis: et nō differt nisi fm magnū et paruū: et ideo ꝯsimilis est mot⁹ et loc⁹ talis totius et sue ꝑtis: et similiter cōsimilis figura: sz ꝑ ꝓcedētez cōclusionē ps elemēti nō deterīnat sibi aliquā figurā naturalr: ergo nec totū. ¶ Secūdo si elemēta totalia deterīarēt sibi aliquā figurā naturalē: tunc sicut differūt specie deterīarent sibi figuras distinctas specie: modo hoc est falsum: Nā oīa quasi sunt spherica: sed illā nō determīant sibi a natura: sed habēt illaz ratione ꝯtinentis: consequentia probatur: Nam videmus in animalibus et aliis differentibus specie: q distincta specie si determinant sibi figuras: determinant sibi figuras distinctas specie. ¶ Sed dubitatur primo de hoc q eadem est figura totius homogenei et sue ꝑtis. Naz aliqua ꝑticula aque trāsmutatur de vna figura in aliā: et tamē tota sphera aque manet cōsimilis figure cuius fuit ante. ¶ Secūdo dubitatur cōtra cōclusionē: q̄ī semꝑ terra vndiq̄ naturaliter mouet ad mediū ex hoc sequit ipsaz esse rotundā sicut dicebat secūdo huius: ideo ipsam esse rotundā videt ei inesse naturalr: sicut inest ei naturaliter vndiq̄ moueri ad mediuz. Ad qđ sequit ipsam esse vndiq̄ rotundā. Tertio. ignis necessario est sphericus: nā aliter esset vacuū ꝓpe spherā lune: igit videt q talē figurā ignis sibi determinat et c. ¶ Ad ista rndet. Ad primā bñ ꝯcedo q tota sphera aque et vna ps aque quodāmō se habent aliter quā tū ad figurā. Sed tū hoc nō est ꝓp formā ratione forme substātialis aque: sed ꝑ accidēs et ex ꝯtinēte et rōne mot⁹: qz facile est vnā paruaz ꝑticulā aque transmutare et mouere de continēte in continēs: et nō est ita de tota sphera que: tū si sic fieret nō ꝓpter hoc corrūperet nec violentaretur. ¶ Ad scđz dico q nō sequit: si mot⁹ sit naturalis et ex motu sequit talis figuratio q talis figuratio sit naturalis figuratio. ¶ Ad tertium dico q licz ignis sit necessario sphericus: non nālr a forma sua: sed ab alio. s. a continente. s. a celo qđ est sphericū.

Ad rationes. ad primam. ista bene ꝓbat q quodlibet elemētū est figuratū: sed q istā figurā ꝑ suā naturā sibi determinet hoc nō ꝯcludit. ¶ Ad secundā dico q lz nō sint nisi quinq̄ corpa regularia fz speciem: nō tū oportet q quodlibet corporū simpliciū vnā illaꝝ figurarū sibi determinet. Nam si sic sicut arguit Aristo. oporteret esse vacuū: quod natura abhorret. ¶ Ad tertiā dico q elemēta ex sui natura nō terminata sunt ad maximū vel ad minimū. Nā dicit secūdo de aīa q ignis cresceret in infinitū si infinitū combustibile apponeret. Sed si elemēta determinata sunt ad maximū vel ad minimū. hoc a continente. Et iuxta hoc ꝓportionalr exponat illud quod dictum est oīm nature co nstātiū et c. ¶ Ad quartam dico q aqua hz figurā sphericā: hoc aūt nō est immediate a forma sua sed quodāmodo ex cōsequēte. s. ꝓpter locū et distātiaz eius a centro mundi sicut ostensum est secundo huius ¶ Ad quītā de guttulis aque q̄ sunt sphericae: dico q hoc non est a forma aque: sed magis pp fugā cōtrarii: nā illa est figura scilicet spherica in qua ꝑtes sunt magis vnite et magis possunt resistere corrumpēti: et ideo quodlibet quantū potest tendit ad istā figuraz nisi aliud impediat: sicut grauitas vel duritie. Et maxime quando est in parua quantitate: nec hoc solum conuenit aque sed aliis liquidis: sicut patet de argento viuo.

¶ Ad sextam: dico q hoc nō est ꝓpter hoc q ignis talem figurā sibi determinet: sed hoc magis est pp aerē circūstantē corrūpentem illam flammam et diminuentem: quanto est remotius ab eius origine.

¶ Finiunt questiones super libris de celo et mundo.

¶ Incipiunt questiones de generatione et corruptione Alberti de Saxonia.

Questio I.

PRimo queritur verū possibile sit aliquid simpliciter gñari vel corrūpi simpliciter. Arguit primo q non. Quia non est possibile aliquid generari: ḡ questio falsa: ꝯsequētia tenet an tecedēs probat. Nā nullum ens quod est possibile est gñari: ꝙ ens est ens quod est: ḡ nullum ens est possibile gñari: premisse sunt vere ⁊ discursus ē bonus: quia in celarent: ḡ cōclusio vera: ⁊ sic sequit q non est possibile aliquid gñari. ¶ Secundo ad idē arguo ⁊ suppono q ex nihilo nihil pōt fieri: tūc arguit sic. Sicut se habet generatio secundū quid ad non ens secundū quid ita gñatio simpliciter se habet ad non ens simpliciter sed sic est q gñatio secundū quid fit ex non ente s₃ qd: ḡ si gñatio simpliciter esset possibilis: ipsa fieret ex nō ente simpliciter. ¶ Tertio ad idē arguit sic. nulli⁹ accidētis est gñatio simplr: s₃ secunduz quid: sed omne quod gñatur in materia est accidens: ergo nulluz qd generat in materia est gñatio simpliciter: maior nota minor ꝓbat. Nam omne quod gñat in materia potest adesse ⁊ abesse materie: preter materie corruptionē: ḡ oē qd gñat in materia videt eē accidēs materie. Quarto. Quis forte sit possibile aliqd simplicit gñari: hoc non est nobis euidens aliquid simplr generari: quare non est a nobis concedendū: consequentia nota: quia qd non est nobis euidens: sed dubium: non est a nobis cōcedendū: antecedens probatur. Nā hoc non potest eē aliter nobis euidens: q̄ per experientiaz: verbi gratia vt quia percipimus modo a. esse: ⁊ prius non percepimus a. esse: sed propter hoc non possumus arguere q a. sit genitum: quia prius bene poterat esse: ergo videt q per hoc non posset ꝯuinci aliquid generari de nouo

Oppositum vult Aristo. in isto libro. ⁊ in pluribus alijs. ¶ In ista questione primo videndū est de q̄sito. secundo videndum est de illo quod tangit in quarto argumento: videlicet vtruz sit nobis euidēs aliquid generari de nouo.

Quantum ad primum sciendum est q aliqui antiqui opinantur aliquid de nouo generari: sic q modo esset et prius non fuisset: sed bene concedebant aliquid sic generari: q modo esset tale vel tantū et prius non fuit tale vel tantum vel aliquid huiusmodi: ita q breuiter negabant generationē simpliciter: s₃ bene concedebant generationez s̄m quid. vnde imaginātur materiam esse totam substantiam naturalium: et secundum q aliqua portio materie taliter vel taliter figuratur: ⁊ taliter vel taliter se habet: dicebant ipsam esse vel fieri hominem equum vel aliquid huiusmodi. Et dicebant recte de materia rerum naturalium: sicut solemus dicere de materia rerū artificialium. vnde credunt q sicut per artem potest aliqua materia disponi q omnino apparet aliter q̄ prius apparebat: q multo potius hoc potest fieri de materia rerum naturalū ⁊ sicut ars facit hoc: non superaddendo aliquam rem nouā materie: sic etiam natura. vnde ita imaginantur naturā hoc facere sine sup͛additione alicuius rei noue ipsū ⁊ materie: ⁊ ipsū [illegible] homo incipit esse capta incipit esse: immo si homo nō esset de nouo prius fuisset: quis forte prius non fuisset homo. Dixerūt enī hominem nō esse aliud q̄ materiā: que fuit ab eterno. Similiter dixerūt de capra ⁊c. concesserunt tamen bene istas: materia incipit esse homo ⁊ equus ⁊c. ¶ Ulterius dixerūt isti omnia esse vnū ens continuū. Unde imaginant totam massam materie prime esse continuam: que tamen secunduz diuersas eius ptes est diuersimode signata et formata sine sup͛additione alicu⁹ rei noue: Et sic dixerūt vnā portionē illius masse esse hominē: aliā caprā: aliaz ignē: ⁊ sic vltra. vnde sicut nos videmus bene q aliquis paries est cōtinuus nō obstāte q in vna pte est depictus equus: ⁊ in alia homo: ⁊ in alia bos: ⁊ sic vltra: ita dixerunt totam massam materie prime eē continuā. non obstante q s̄m vnaz eius ptē ⁊c. Et sic dixerunt antiqui qui posuerunt solum principiū materiale rez nālū. ¶ Alia fuit opinio antiquoꝝ ⁊ hoc illorū qui posuerūt plura pricipia materialia rerum naturalium: q gñatio nō eēt nisi segregatio ethe rogeneoꝝ ⁊ ꝯgregatio homogeneoꝝ: ⁊ ꝑ oppositū corruptio eēt segregatio homogeneoꝝ ⁊ ꝯgregatio ethe rogeneoꝝ. Nā imaginabāt quodlibet esse in quolibet ⁊ hoc intelligebat secundum speciem. Non enim fuerunt ita fatui. q posuissent quodlibet esse in quolibet secundum numerum. Unde non concessissent q ego essem in te vel econuerso: sed magis imaginabantur q in aq̄ eēt sanguis caro ⁊ sic de alijs. S₃ tū caro exñs in aqua diuisa eēt s̄m ꝑticulas ita puas: q ibi nō appareret: ⁊ similiter sanguis: ⁊ sic de alijs: q̄ ibi ponebant existere. ¶ S₃ vbi partes aque nō sunt sic diuise secundum particulas paruas: dicebāt q ideo hoc apparet ⁊ denominatur aqua. ¶ Ulterius imaginabant: q qñ ꝑticule ipsius carnis que sunt in aqua congregant ad inuicem ⁊ segregantur ab alijs partibus alterius speciei: tunc est generatio carnis ex aqua: ⁊ tunc est corruptio aque seu segregatio partium aque ab inuicem: et cōmixtio ab alijs alteri⁹ speciei: ⁊ pricipia actiua huius congregationis ⁊ segregationis posuerunt litem ⁊ amicitiam. Isti etiam nō posuerunt aliquid generari simplr eo modo quo Aristo. et nos possum⁹ aliquid gñari simpliciter. ¶ Cōtra istas opiniones nō bñ pōt demonstratiue argui: tamen aliqualiter potest contra eas ꝑsuaderi. Unde si prima opinio esset vera: sequit q numq̄ de aliquo mutatur responsio ꝑ nomina substantialia ad aliquā q̄stionē factā de ipso: s₃ hoc est falsum Nam de aliquo dicimus aliquando q ipsuz est homo ⁊ si postea quereremus quid esset: diceremus q esset cadauer: consequentia declaratur: nam propter hoc solū: quia materia alr ⁊ alr se habet sine superadditione alicuius forme substātial' de nouo nō sunt mutande ꝑdicationes essentiales de nouo de pronomine demonstrante illud: que quidem predicationes fiunt per nomina substātialia. ¶ Cōtra scdaz opinionē arguitur sic. Nam non est verisimile q tantus ignis quātus pōt ex illo ligno gñari iam sit in illo ligno diuisus ꝑ minutas particulas. Si enī sic esset: tunc sentiretur ⁊c. Cōtra istam opinionē diutius est arguendū primo phys. ¶ Istis opinionibus visis ⁊ etiam probatis. Uidendū ē de opiniōe Aristo. circa generationē. Ubi sciendum est q Aristo. imaginabatur duplicem gñationem: scȝ simpliciter dictam ⁊ secundū quid. simpliciter dictaȝ vocat: qñ de aliquo verū est dicere q ipsum est ens: et prius nō fuit ens absq₃ additione alicuius ad illuz terminum ens. Ubi gratia. vt cum sor. gñatur simpliciter veruz est dicere: sortes modo est ens ⁊ sortes prius nō

fuit ens. Conformiter de corruptiōe simpliciter: vbi dicitur sor. nō nō est ens et sor. prius fuit ens: tūc est corruptio sor. simpliciter. Generationē vero s'm quid vocem per quā sit de aliquo verificatur hoc nomē ens cū aliquo addito de prius non verificabatur cū illo addito hoc nomen ens: verbi gratia vt cū sor. est factus albus dicimus sor. est modo ens albū et sor. nō fuit prius ens albū: et sic diceretur sor. est modo ens bicubitū: et prius nō erat ens bicubitū: et est generatio s'm quid. ¶ Alteri⁹ imaginatur Aristo. q̄ in generatiōe simpliciter oportet aliquā rē nouā acquiri supadditā incipientē ipsi materie quā rē vocat formā substātialē. Et sic in acquisitione talis rei mutantur pdicatiōes essentiales. Et ideo tūc a signo posteriori argueretur q̄ tunc est generatio vel corruptio simpliciter quādo mutantur pdicationes essentiales: seu predicationes per noīa substantialia. Illas enim solū voco in proposito substantiales. Sed tūc generatio s'm quid est qñ mutantur predicatiōes et nominantur per nomina de pdicamēto quātitatis: et tūc est augmētatio vel diminutio: quādo autē mutātur pdicatiōes denominatiue per nomina de pdicamēto qualitatis: tūc est alteratio ppriissime dicta: et pcipue per nomina de tertia specie qualitatis: quādo autē mutantur predicatiōes per noīa de predicamēto: vbi tūc est motus localis. ¶ Sz diceres tu. cū aliqd lignū sit scānum: ibi est generatio s'm quid: et tamē ibi fit mutatio pdicationis quidditatiue: vnde postq̄ lignū factū est scānū: Sed querimus quid est hoc demōstrato scāno. rñdem⁹ cōueniēter scānū: et tū sic prius nō potuissem⁹ rñdisse cōueniēter: ergo hic est mutatio pdicatiōis quidditatiue absq̄ hoc q̄ facta sit generatio simpliciter: ergo ex mutatiōe talis pdicatiōis nō possumus sufficienter arguere: vt videtur scānū generari simpliciter. ¶ Breuiter rñdetur: q̄ cū q̄ritur quid est hoc: male rñdem⁹ scānū. Nā hic termin⁹ scānū est de q̄rta specie qualitatis et nō pdicatur in qd de substā sed in quale: et sic rñderi debet ad q̄stionē de quali: et nō ad q̄stionē factā per quid. ¶ Adhuc diceres tu. si hoc est generatio simpliciter quod tu dixisti. sequitur q̄ albedini cōueniret generatio simpliciter: qd est falsum: q̄ est accidēs: solius aūt sbē est generatio simpliciter: cōtra phūm. Nā aliqñ de albedine verū est dicere q̄ albedo est ens et albedo prius nō erat ens. Ecce q̄liter ly ens pdicatur hic sine addito. ¶ Rñdetur negādo q̄ ly ens vere pdicetur de albedine sine addito. Nā negatur ista: albedo est ens: sed cōcedo istā albedo est ens alteri inherēs et sic est intētio Arist. vij. meta. d. Accidētia nō sūt entia sed entis. i. de terminis accidētalib⁹ nō verificatur hoc nomē ens sine addito: sed tū cū addito. Sed si arguitur albedo est ens alteri inherēs: ergo albedo est ens. negatur cōsequētia: q: arguitur a dicto s'm qd ad dictū simpliciter. ¶ Adhuc diceres. bñ cōcedis istā: albedo est: ergo etiā debes cōcedere istā: albedo est ens. cōsequētia nihil valet. Nā de multis bñ verificatur hoc verbū est sz adiacēs: de quib⁹ negatur hoc participiū ens. vnde cōcedo exercit⁹ est: tū exercitus nō est ens. Sz bñ cōcedo q̄ de quocūq̄ verificatur hoc verbū est: de illo bñ verificatur hoc nomen ens sine addito: vel hoc nomen entia sine addito: vel hoc nomen ens cū addito: vel hoc nomē entia cum addito: vnde licet exercitus nō est ens: exercitus est entia: albedo etiam non est ens: sed bñ est ens alteri inherens. Similiter due albedines non sunt entia: sed bene sunt entia inherentia: recte sicut ista imago non est rex: sed bene est regis imago: sic accidēs non est ens sed dispositio entis. Ex hoc patet q̄ albedini non cōuenit generatio vel corruptio simpliciter.


Istis visis respōdeo ad. q. ponēdo primā cōclusionē. possibile est aliqd generari simpliciter: probatur: nam aliquādo aliquid generatur simpliciter: ergo hoc est possibile: antecedens probatur. Nam aliquādo de aliq̄ de nouo dicimus q̄ ipm est ens et q̄ prius nō erat ens: sed hoc est generari simpliciter secundum dicta: ergo et c. Consimili modo posset argui de corruptione simpliciter. ¶ Secundo. nam aliquando fiunt mutationes predicationū per nomina substantialia de aliq̄: ergo et c. consequentia tenet. Nam tunc arguimus fieri et eē generationem vel corruptionē simpliciter. antecedēs patet. Nam aliquando de aliquo dicimus q̄ est homo et aliquando q̄ est cadauer. ¶ Secunda conclusio est talis. possibile est aliquid generari secundum quid: patet Naz aliquando de aliquo nouo verificatur hoc nomē ens cum aliquo addito de quo prius non verificabatur: sicut declaratum est: sed tūc est generatio secundū qd. ergo et c. ¶ Secundo ad idem. nam aliquādo fiunt mutationes predicationum denominatiuarum de aliquo sicut clarum est de se: sed tunc dicimus esse generationem secundum quid: sicut dictum est ergo et c. consimili modo dicitur de corruptione.

Quantum ad secundam articulū dico q̄ duplex est euidentia: quedam est euidentia summa: secundū quā nullus potest falli: et certe tali euidentia non est mihi euidens q̄ tu sis homo vel asinus: vel creator vel creatura. Nam aliqua potentia posset facere q̄ tu esses vnum et appareres esse aliud: modo nō est mihi euidens summe: an aliqua potētia hoc faciat. Alia est euidentia naturalis: que est cuz quibusdā verisimilibus magis ad vnam partē q̄ ad aliam: et talis euidētia debz sufficere naturali: et si alicui talis nō sufficiat non est habilis ad philosophiā: et tali euidētia est mihi euidens q̄ tu es homo: et similiter q̄ ignis est calidus: q̄uis nullū istoy sit mihi euidens euidētia summa.

Tunc sit prima conclusio non est nobis euidēs euidentia summa aliqd generari simpliciter: patet: quia illā aliās ex q̄ possum⁹ hoc arguere nō est nobis euidens euidētia summa. similiter nō dicatur de generatiōe s'm qd. ¶ Secunda cōclusio est ista. aliqd generari simpliciter: vel s'm qd: bñ est nobis euidēs euidētia naturali: patet: q: aliās puta mutatio pdicationū essentialiū vel accidētaliū bñ est nobis euidēs euidētia naturali: ergo et cōclusio: cū cōsequentia fuerit nobis euidēs cōsimili euidētia: sed sic est: ergo et c. ¶ Tertia cōclusio q̄ possibile sit aliquid generari simpliciter vel s'm quid. concedēdū est a philosopho naturali: et nō dubitandū: probatur sic. Nā ad cōcedēdū aliquā ppositionē in phia naturali debet sufficere euidentia naturalis: et non debet ad hoc requiri euidentia summa.

Ad rationes ad primā breuiter dicēdū est q̄ cōclusio nō sequitur ex premissis: ppter hoc q̄ subiectum cōclusiōis stat magis ample q̄ in premissis: in premissis enim stat pro illo qd est: in cōclusiōe vero pro illo qd est vel potest esse. ¶ Ad secūdā dico negādo istā suppositionē ex nihilo et c. nā eius cōtradictoria est vera: puta ex aliq̄ nihil fit. s. de ro. veritatis intelligēdo pdictā suppositionē ad bonū intellectū ad quē facit ad ppositū: admittatur vz ad istū intellectū q̄ nihil fit ex nihilo: seu qdlibet qd fit: fit ex aliq̄: et c. vlteri⁹ dicitur sicut se hz generatio et c. admittatur: si per ens simpliciter intelligas ens in actu: si vero per ens simpliciter intelligas ens in tota sui cōitate: negatur q̄ generatio simpliciter fiat ex nō ente simpliciter. ¶ Ad tertiā dico q̄ ista diffinitio accidentis quam ponit porphirius: intelligitur de terminis accidentalibus: vel aliter dicitur: q̄ intelligitur capiendo subiectum pro composito ex materia et forma: sed talis non est materia. ¶ Ad vltimā patet ex secundo articulo.

Questio.II.



Vœrit secundo. Vtrũ generatio sit alteratio. ¶ Et arguitur primo q sic. idem est subiectum generatiõis ⁊ alterationis scilicet materia: ergo generatio est alteratio: cõsequẽtia tenet: nam p Aristotelem in principio huius libri ponentes vnũ principium materiale habẽt dicere q generatio sit alteratio. ¶ Secundo ad idẽ. in transmutatione substãtiali subiectum scilicet materia habet se aliter q̃ prius se habuit: ergo sibi est alteratio: cõseq̃ntia tenet ex q̃d nominis alterationis: antecedens patet de se. ¶ Tertio ad idez. oĩs motus successiuus qui nec est ad q̃ntitatem: nec ad vbi est generatio: per philosophuz. quinto physicorum: sed generatio ⁊ maxime generatio elementorum est huiusmodi: nam generatio vnius elemẽti ex alio est successiua. ¶ Quarto arguitur sic. mot⁹ ad substantiam est alteratio: sed generatio est motus ad substantiam tanq̃ ad finem: vt patet per Aristotelem primo huius: ergo ⁊c. ¶ Quinto arguitur sic. acq̃sitio albedinis est generatio albedinis: ⁊ est alteratio. ergo generatio ẽ alteratio. ¶ Sexto arguitur sic. grauitas ⁊ leuitas sunt forme elementorum per commentatorem quarto celi: sed ad istas est generatio: cum ad formas elementoruz sit generatio: sequit̃ ergo ad idez esse generationem ⁊ alterationem: ⁊ q̃ motus nõ differt a termino ad quem: sequitur generationẽ esse alterationem: ex quo sunt ad eundem terminuz.

Oppositũ vult Aristo. primo huius.

¶ In ista questione ponenda est vna conclusio. que cõclusio est responsalis ad quesitum. Secundo ponende sunt differentie inter generationem ⁊ alterationem. Tertio videndum est de vna dubitatione: videlz vtruz possibile sit transmutari de vna specie in aliaz sine generatione vel corruptione.

Quãtum ad primum oportet primo supponere quid nominis generationis de quo dictum est in precedenti questione: ⁊ similiter oportet presupponere quid nominis alterationis. vnde alteratio dicitur p quam fit mutatio predicationũ denominatiuarum per nomina de predicamento qualitatis: verbi gratia: si aliquid modo esset albũ ⁊ prius fuisset nigrũ vel aliquo alio colore coloratum: esset alteratio facta ¶ Secundo est notandum: q large accipiẽdo alterationem omnis mutatio ad qualitatẽ dicitur alteratio sed proprie illa dicitur alteratio q̃ est de vna qualitate contraria in aliam: sicut quando aliquid mutat̃ de albedine in nigredinez vel de frigiditate in caliditatẽ ¶ Tertio notandum: q generatio secundum quid extendit se ad alterationẽ: ⁊ cum hoc ad alteram partem ad augmentationem ⁊ ad motum localem: ⁊ sic q̃uis omnis alteratio sit generatio secundum quid: non tamen omnis generatio secũduz quid est alteratio. ¶ Quarto sciendum est: q de generatione substantiali solet distingui q capitur dupliciter. vno modo capitur pro introductione forme substantialis: aliquando pro dispositione materie ad hoc vt de ea possit educi forma substãtial' primo mõ ĩe dicit̃ g̃natio: sed scdõ mõ dr alteratio

Tunc sit conclusio respõsalis ad questionem: q generatio substantialis capiẽdo generationem pro inductione forme substantialis non est alteratio: probatur sic: nam per talem generationem aliquid incipit esse ens de nouo: sed per alterationem nõ incipit esse ens de nouo: ergo talis generatio nõ est alteratio: consequentia tenet de se: antecedens patet ex quid nominis generationis ⁊ alterationis. ¶ Secundo ad idem arguit̃ sic. oĩs talis generatio est ad substantiam: ⁊ omnis talis alteratio est ad qualitatem: ergo talis generatio non est alteratio: consequentia tenet ex eo q mutationes ad distinctos terminos sunt distincte: antecedens patet ex dictis.

Quantum ad secundum videndum ẽ que sunt differentie inter generationem ⁊ alterationẽ seu inter generationem simpliciter et aliquam generationem secundum quid scilicet alterationem. ¶ Unde prima differentia est ex parte subiecti. subiectũ enĩ generationis est ens in pura potentia quantum est de se ⁊ non in actu: subiectum vero alterationis est ens in actu per se subsistens. ¶ Sed diceres tu idem est subiectum alterationis ⁊ termini alterationis: puta albedinis ⁊ nigredinis: sed subiectum talis termini est ipsa materia que est ens in pura potentia: ergo etiaz talis est subiectum alterationis. ¶ Respondetur. bene concedendo q est subiectum immediatum ⁊ albedinis et alterationis: sed est subiectum mediatum generationis: sed subiectum immediatum albedinis ⁊ alterationis est ens in actu. ¶ Aliter potest dici: q q̃uis idem sit subiectum generationis ⁊ alterationis ⁊ hoc inherendo: non tamen est idem subiectum denominationis vnde subiectum denominationis generationis est ipsa materia que est ens in pura potentia: materiam enim dicimus generari: sed subiectum denominationis alterationis est compositum ex materia ⁊ forma: illud enĩ dicimus alterari ⁊ non ipsam materiam. ¶ Ex hoc potest haberi secunda differentia inter generationem et alterationem: videlicet q subiectum alterationis sit compositum ex materia et forma: dicimus enim alterari aliquid sic q de ipso verificatur de nouo hoc nomen ens cum aliquo addito: de quo nõ prius verificabatur cum illo addito: sed q̃uis subiectum generationis bene dicatur generari hoc est subiici generationi tñ per generationem nõ fit q de materia verificet̃ ẽs sine addito: et prius non: ex quo materia est eterna. ¶ Et ideo etiam quo ad subiecta patet differentia inter generationem ⁊ alterationẽ: ⁊ est tertia differentia ista: q illud quod per generationem de nouo acquiritur est principalius ens q̃ subiectum generationis: patet hoc: quia in generatione acquiritur forma que est principalius ens q̃ sit materia: sed in alteratione e conuerso: cum in generatione illud quod subiicitur ẽ substantia: ⁊ illud quod acquiritur est accidens: modo substantia est principalius ens q̃ sit accidens. ¶ Ex q̃ sequitur q quarta differentia inter generationẽ ⁊ alterationez: videlicet q in generatione acquiritur ens simplr in alteratiõe ṽo sm quid: ⁊ pp hoc p g̃ationẽ vel corruptionẽ mutat̃ nomẽ substãtiale ⁊ diffinitio p alterationẽ ṽo nõ. ¶ Quinta differẽtia est: q in g̃atione non est successio sm intẽsionẽ ⁊ remissionẽ: sed in alteratione bñ est: ⁊ ratio huius est: quia in g̃atiõe acquirit̃ substãtia: in alteratione autem qualitas: modo substãtia nõ suscipit magis nec min⁹: sed bñ q̃litas vel sm̃ intẽsionẽ in g̃atione est bñ successio sm ptes quantitatiuas. ¶ Sexta differentia est: in g̃atione illũ qd g̃atur in aliquo tẽpore non sic g̃atur in eo q ptes generati nõ correspondent partibus temporis mensurantis illaz g̃ationẽ: sed in alteratiõe bene potest fieri q ptes illius qd alterat̃ nõ cõrñdeant ptib⁹ illius tpis mẽsurantis illã alr̃ationẽ: sed quelibet pars illius quod alteratur alterat̃ in qualz pte illius tpis: ṽbi

gratia:cũ ignis gñat successiue ĩ aliquo tpe:ille ignis nõ põt gñari in aliquo tpe:nisi sic φ vna ps illi⁹ ignis gñatur in vna pte illius tpis:⁊ alia in alia:sed sic nõ ẽ de alteratione:imo aliquid potest alterari in aliquo tẽpe:sic φ non prius alteratur fm vnã eius medietatẽ quã fm aliã:sed fm quãlibet eius ptẽ alterat̃ in qualibet parte illius temporis:⁊ hoc debet itelligi quo ad partes quantitatiuas subiecti:⁊ non quo ad ptes graduales qualitatis. ¶ Septima differentia est:φ oẽm generationem pcedit aliqua generatio disponens ad illã generationem:⁊ non ecõuerso. Et causa hui⁹ est:qz impossibile est duo indiuidua diuersaꝝ specieꝝ habere oĩa accidentia similia vł eodẽ modo:cum gñatio sit transmutatio de specie in speciem:sequitur φ oportet ante generationẽ fieri transmutationẽ in accidentib⁹ ⁊ talis mutatio est alteratio. ¶ Octaua differentia est: φ semp gñatio vnius est corruptio alterius:sed sic nõ est in alteratione:⁊ causa primi est:quia materia naturaliter non pot stare sine forma:⁊ nõ pñt esse plures forme in materia. quarũ dicimus esse gñationez. Scdm patz:qz in alteratiõe mediũ quod fit luminosuz postφ fuit tenebrosum est acquisitio luminis sine corruptione cuiuscunqz prius existentis in medio.

Quantum ad tertium videndum est si absqz generatione vel corruptione vna species põt mutari ĩ aliã. ¶ Et videt̃ φ sic:qz per alchimiam plũbum mutatur in argentũ: ⁊ hoc sine corruptione plũbi:pbatur:quia postea ex illo argẽto iterũ p alchimiã potest fieri plumbũ:quod non esset vt videtur si plumbũ fuisset corruptũ:⁊ tamen plumbũ ⁊ argentũ sunt diuersaꝝ specieꝝ. ¶ Scđo vinuz aliquando mutatur in acetũ:⁊ visum est φ aliquando econuerso acetum mutatur in vinum quod non fuisset si in prima mutatione vinũ fuisset corruptũ. vinũ eñ nõ videt̃ posse gñari ex aceto:sed ex racemis. ¶ Tertio ad idem:nam p incantationes homines aliquando mutantur in porcuz vel in aliam speciem:⁊ iteruz fiunt homines. vnde audiui ab vno q̃ dixit se vidisse vnã feminã fuisse mutatã in equam ⁊ nouẽ porcellos:⁊ iterũ postea mutata est in hominem:modo illa mutatio nõ videtur facta cũ corruptione:nam aliter ɔtingeret idem corruptum regenerari ¶ Iuxta ista debet notari φ potest imaginari mutatio vera: vel mutatio alia solum apparens:vltra hoc mutatio vera circa substantiam potest imaginari triplex:prima generatio ⁊ corruptio:secũda creatio ⁊ adnihilatio. tertia transubstãtiatio:sicut panis trãsmutatur in corpus Christi:ibi eniz nõ dicitur creatio:nec adnihilatio:nec generatio vel corruptio:sed transubstantiatio. prima mutatio circa substantiam est naturalis:alie autem due sunt supernaturales: sunt etiam miraculose ⁊c.

Tunc sit prima cõclusio. oĩs trãsmutatio naturalis vera de specie in speciẽ ipsius subẽ ẽ vera gñatio vel corruptio:⁊ pbat̃:qz ĩ oĩ tali mutatiõe mutat̃ nomen ⁊ diffinitio:⁊ p ɔñs p vnã ɔditionẽ gñationis ⁊ corruptiõis ibi est vera gñatio vel corruptio. Secũda ɔclusio. trãsmutatio apparens circa substantiã. φuis nõ existẽs de vna specie in aliã est possibił absqz gñatione vel corruptione:patz:quia bene visuz est φ aliquis homo apparuit mortuus p tres dies ⁊ postea viuus:modo ibi nulla fuit corruptio ex eo φ ibi mãsit eadẽ aĩa ⁊ eadem materia:⁊ tamen ibi apparuit fuisse factam mutationẽ de vna specie in aliam. s. de hoĩe ĩ cadauer. Et sic etiã forte faciunt alchimiste:qui faciunt ɔmutationẽ accidentiũ plumbi in accidentia argenti plũbũ apparere argẽtuz:⁊ tñ creditur φ ibi fuerit facta mutatio vera de plũbo in argentũ:sed si ita esset φ p artem eorum mutarent naturam φ ex plumbo vere fieret argentũ:⁊ tũc verũ si ex illo argento facerent plũbũ non facerent illud idem quod prexistebat:sed simile:⁊ sic non oportet idem corruptum redire.

Ex istis potest patere ad obiectiones ad primã patet ex iã dictis. ¶ Ad secũdã dico φ forte vinum ⁊ acetum non differunt specie. ¶ Ad aliam potest dici φ si aliquando fuit hoc φ vna femina appareret ⁊c. hoc non fuit p mutationem verã substantie:sz p transfigurationẽ virtutis fortis alicuius herbe vł alicuius alterius. virtutes eñ multarum reruz sunt valde mirabiles ⁊ diuerse.

Ad rationes. Ad primam dico φ quãdo Aristo. primo huius dixit ponẽtes vnũ principiuz materiale ⁊c. intellexit φ ponentes vnũ principiũ materiale oĩm transubstantiationũ ⁊c. hoc esse ens ĩ actu nõ potuerunt saluare differentiã inter generationẽ et alterationẽ:si tñ principiũ materiale oĩz trãsmutatiõnũ ponitur esse ens in potentia:⁊ hoc ponitur esse subiectum immediatum aliquarum transmutationum et mediatum aliarum bene potest saluari differentia inter generationem et alterationem. ¶ Ad secundã dico φ quãuis in generatione substantiali materia se habeat aliter q̃ prius:tamen non propter hoc ipsa dicit̃ alterari ppter hoc φ hoc nomẽ alterari appropriatũ est illis que habẽt se aliter nõ p formã substãtialẽ:sz p formas accidentales. ¶ Ad tertiã conceditur de motu successiuo cui⁹ successio attẽdit̃ ex pte ptiũ gradualiũ ⁊ nõ quãtitatiuaꝝ. ¶ Ad quartã illa bñ pbat φ accipiẽdo gñationẽ p alũatione pcedẽte introductionem forme substãtialis gñatio est bñ alteratio. Ad quintã cõcedo φ acquisitio alterationis est gñatio fm quid sed non simplr. ¶ Ad vltimam rationez:qñ dicitur φ grauitas ⁊ leuitas sunt forme substantiales elemẽtorũ:negat̃:⁊ quando dicit̃ per Commen. dico φ Cõmẽ. voluit p hoc dicere φ essent forme accidẽtales ɔseqñtes qualitates elementorum. Vel aliter potest dici φ quia formis elementorum non sunt nomina posita ideo cũ loquebatur eas per nomina predicta.

Quæstio.IIII.



Quæritur vtrum si generatio est impossibilis alteratio esset ĩpossibilis. ¶ Et arguitur primo φ nõ:nã gñatio ⁊ alteratio sunt mutationes distincte sicut dicebat̃ in alia q̃stiõe:ergo possibile est vnã esse sine altera:nec ad positionẽ vni⁹ sequit̃ positio alterius:nec ad destructionẽ vnius destructio alteri⁹ ¶ Secũdo. possibile est aliquid alterari:qđ tñ ĩpossibile est gñari:ẽ falsum est dicere φ si gñatio vnius sit impossibilis φ alteratio eius sit impossibilis:consequentia tenet:añs pbat̃:nam te possibile est alterari:quia es calid⁹ potes fieri frigidus:⁊ tñ te ĩpossibile est gñari quod enim semel genitum est amplius generari non potest. ¶ Tertio arguit̃ sic. sicut habet eẽ vel non esse ad posse esse et non posse esse:sed modo ita est φ aliquã generatio est et alteratio non est:⁊ econuerso:ergo ẽt generatio potest non eẽ alteratione existente: quare falsum est si generatio sit impossibilis φ alteratio

sit impossibilis. ¶ Quarto arguitur sic. si questio esset vera: hoc esset ex eo q alteratio ordinatur in generationem tanq in finem: ex eo q si finis est impossibilis: ordinata in finē sunt impossibilia. modo hoc ē falsum: nā quodlibet ens maxime appetit se permanere: et oēs suas actiones dirigit in hoc q permaneat: et tā ipm semp manere est impossibile: nō obstāte q actiones que ordinant in illū finē sint possibiles. Ita in proposito videt quāuis alteratio ordinaretur in generationem tanq in finem: nō tn̄ propter hoc oportet alterationem esse impossibilem si generatio sit impossibilis. ¶ Quinto arguitur sic. nullius ptis celi generatio est possibilis: et tamen alicuius partis celi alteratio est possibilis: ergo questio falsa: cōsequentia patet: et prima ps antecedentis nota est per Aristo. primo celi: secūda ps antecedentis probatur: nā aliquando aliqua ps celi est magis lucida: et aliquando minus. Simili modo argueret de alteratione alie intellectiue cuius alteratio est possibilis: quia alterat de ignorantia in scientiam: et tamen eius generatio est īpossibilis. ¶ Sexto arguit sic. ex quo ista cōsequētia nō est formalis generatio est impossibilis: ergo alteratio est impossibilis: et si tenet hoc: oportet esse p aliquē locum: queritur ergo vnde locus.

Oppositū vult Aristo. primo huius vnde dicit: si impossibile esset elementa generari ex se inuicē: impossibile esset eorū alteratio abinuicē. ¶ Breuiter ista questio potest solui dupliciter. vno modo ad hominem. alio modo secundū veritatē. vnde faciliter sm dicta empedoclis saluaretur. Empedocles em̄ ponit q quodlibet elementū determinaret sibi certas qualitates q̄ nō possent remitti ipo elemēto manente. vnde ponit q aqua manēs aqua nō posset calefieri: ergo sm eum si generatio vnius elementi ex alio est impossibilis tunc alteratio eorum abinuicē esset impossibilis: et sic faciliter questio esset expedita. Sed vidēdo quid sit dicendum secundum veritatem ponā primo aliquas distinctiones. secundo quia necessarium et impossibile opponunt: videndum est quomodo generationem esse sit necessarium. tertio videndum est de quesito.

Quantum ad primum sit prima distinctio ista. q īpossibile dicit aliquando de significabili incomplexe. alio modo de significabili cōplexe. similiter modo dicatur necessarium. ¶ Secundo notandum est q si ista aliquando dicuntur de complexo sicut de oratione hoc est equiuoce. vn̄ orationes nō dicuntur īpossibiles nec necessarie: nisi sicut vrina dicitur sana vel egra: quia est signum sanitatis vel egritudinis. ¶ Secunda distinctio est. q adhuc impossibile dicit dupliciter. vno modo quo ad omnes differentias temporis: et isto modo dicimus q deū non esse est impossibile: nam tam quo ad presens q̄ quo ad pteritū q̄ quo ad futurū est impossibile. Simili modo aliquid dicitur necessarium sm oē tempus. sicut deum esse est necessarium sm omne tempus. Secundo modo dicitur impossibile nō quo ad omne tempus: sed quo ad aliquod: et sic accipit impossibile cum dicitur q propositio falsa de pterito est impossibilis. Et sic similiter dicim̄ q me bibisse ē necessariū: et sic simili modo accipitur necessarium cum dicimus propositionem veram de preterito esse necessariam: et secundum istam acceptionem de ly īpossibile et necessariū bene concedim̄ q īpossibile erit aliquando necessarium: et q necessarium fuit aliquando impossibile: verbi gratia: quamuis modo sit impossibile me fuisse rome: tamen si vadam romā et redeam: me fuisse rome erit necessarium: similiter q̄uis me bibisse modo sit necessarium: tamen ante q̄ bibi me bibisse fuit impossibile quia fuit vnum falsum de preterito. ¶ Tertia distinctio est ista. impossibile aliquando dicitur quod implicat contradictionem: et isto modo dicimus q sor. esse et sor. non esse in a. instanti est impossibile. similiter modo dicitur deum non esse est impossibile: quodlibet enim istorum implicat contradictionem. Alio modo capit impossibile quod non dicitur impossibile: quia implicat contradictionem: sed quia non est possibile secūdū cursum naturalem: et isto modo dicimus q celum non moueri est impossibile: nā hoc non est possibile sm cursum nature consuetum. similiter modo dicimus necessarium dupliciter: vno modo opponitur impossibili quod implicat contradictionem: et sic dicimus deum esse est necessarium: alio dr necessariū put repugnat impossibili put capit impossibile sm cursum nature ɔsuetum et isto modo dicimus q celū moueri est necessarium.

Quātū ad secūdū sit prima cōclusio: generationē esse nō tn̄ cōtinue sed intercise nō est necessariū put necessariū ɔdicit impossibili qd implicat ɔdictionē probat: qr generationē nō esse nō implicat ɔtradictionē. ¶ Scda ɔclo. generationē esse nō tn̄ ɔtinue sed intercise est necessariū put necessariū opponit impossibili put aliqd dr īpossibile sm cursum nature: probat: qr nullam generationē esse ē īpossibile sm cursum nature: ergo generationem esse mō pdicto est necessarium: aīns probatur: nā īpossibile est materiā sub vna forma manere ppetue pp variā et multiplicem alterationem que fit in istis inferiorib⁹ propter continuum motum celi et multiplicem influentiam a corporibus supercelestibus in ista inferiora.

Quantū ad tertium: videlicet: de questo sciēdū ē q q̄uis Aristo. bn̄ ɔcedat qd lz elementū determinare sibi certas q̄litates sibi cōuenientes: sicut ignis caliditatē et siccitatē: aer caliditatē et humiditatē: tn̄ nō negauisset quin elemētis manentib⁹ eorū qualitates remitti possent. Cuius oppositum dixit Empedocles. Vlterius Aristo. dixisset talē alterationem in quolibet nō fieri gratis immo in aliquem finē: et in istū: q ex vno elemento posset aliud generari: ita q sm Aristo. talis alteratio ordinat in generationē tanq̄ in finem. Et hec sit vna suppositio. ¶ Scda suppositio est q ordo naturalis est necessarius scdm speciem: ita q nō potest impediri in toto: licet bene in parte: sicut istum hominem non generari est possibile et illū: et etiā illum: sed non est possibile simul de quolibet.

Tūc sit cōclusio respōsalis ad q̄situ: si generatio est impossibilis: alteratio est īpossibilis: probatur sic: nā p primā suppositionem alteratio ordinat in generationem tanq̄ in finē: g in virtute scde suppositionis si generatio est possibilis: alteratio est possibilis: ergo ad destructionem consequentis si nulla generatio est possibilis: nulla alteratio est possibilis: ista consequentia tenet per hoc q impossibile est naturam omnino frustrari in eius actione. Si ergo non esset possibile fieri generationem: et non esset possibile fieri alterationem secundum cursum nature: nunquā enim natura ageret alterationem: nisi aliquando fieret generatio propter quam tanq̄ propter finem alteratio agitur a natura. Et ex hoc potest patere per quem locum tenebit hec ɔsequētia: generatio est impossibilis: ergo alteratio est impossibilis: tenet enim p locū a causa finali ad suū effectū: per istā maximam: si finis est impossibilis: effectus est impossibilis in virtute illius: deus et natura nihil agit frustra: hoc est secundū cursum nature: nō enim iste actiones naturales frustrant suis finibus. ¶ Sed

diceret tuz: quo sicut dicis alteratio ordinat in gñationem tanq̄ in finē: ponatur ergo q̄ p imaginationē sit vna frigiditas ab omni subiecto separata: et applicetur sibi vnū calidū excedēs sm illā caliditatē illam frigiditatē: tūc querit vtrū fiet actio ī illā frigiditatē. et videt q̄ nōnā nō est possibile q̄ fiat ibi aliq̄ gñatio nec assimilatio passi ad agens: cuz ergo actio alterati ua ordinetur in generationē: videt q̄ ibi nō fieret aliq̄ actio. vnde si calidum ageret in istam frigiditatem ad corruptionem illius frigiditatis nulla sequeretur generatio nec assimilatio. Breuiter dico q̄ non aget ī illam frigiditatem: et primo posset secundū hoc assignari ratio iam facta. ¶ Secundo ex alio: nam naturalia in suis actionibus non intendunt principaliter corruptionē: sed principaliter gñationem: sed non posset fieri alicuius gñatio nisi fieret alterius corruptio: q̄ opz agentia naturalia corrūpere: si volūt gñationem facere: mō in casu pdicto: cū nulla posset fieri gñatio seq̄t ibi nullā fieri corruptionē frigiditatis. ¶ Tertio ex alio quia ibi nō est aliquod subiectuz: ex q̄ illa frigiditas ponit separata a subiecto qđ est receptiuū talis actiōis ipsius caliditatis finaliter: ergo dico q̄ in illam frigiditatem non fieret actio.

Ad rationes Ad primam dico: nō obstante q̄ gñatio et alteratio sunt mutationes distincte tamen quia alteratio ordinat in generationem: videt q̄ si generatio est impossibilis: alteratio est impossibilis: verū est tū q̄ illa ꝯña nō est formalis: sz tenet supposito ordine nature. ¶ Ad secundū dico: quāuis sit possibile esse alicuius alterationē: cuius nō est possibile eē gñationē: tñ possibile ē eē gñationē alicui⁹ alterius alteratio nō ordiatur in generatione illius qđ alteratur: sed in generationem alicuius alterius ex illo. ¶ Ad tertium dico: q̄ quamuis possibile sit esse alterationem quā non immediate sequitur generatio: tamen non est possibile eē aliquam alterationem: quam non tunc vel alias sequatur generatio. ¶ Ad quartū quando dicit alteratio ordinatur ⁊c. concedo: et quando dicitur sepe finis est impossibilis: et ordinata in finē sunt possibilia dico q̄ nunq̄ simpliciter finis ē impossibilis: quando ordinata in finem sunt possibilia: et qñ dicitur de permanentiis: dico q̄ simpliciter talis finis non est impossibilis: quāuis enim entia naturalia non possunt semper manere secundum indiuiduum: tamen possunt manere secundum speciem: et sic licz frustrarētur in eorum actionibus in parte non tamen in toto. ¶ Ad quintum dico q̄ questio intelligitur de alteratione que est inter qualitates actiuas et passiuas: que de per se ordināt in generationem: sed modo talis alteratio non est in aliqua parte celi. Consimili modo dicatur de alteratione anime intellectiue. ¶ Ad sextū quando dicitur vnde locus dictum est superius in q̄stione ⁊c.

Quæstío.IIII.



Væritur. Vtrū generatio vnius sit corruptio alterius. ¶ Et arguitur primo q̄ nō: nam si sic: tūc generatio est corruptio: sz hoc est falsuz: falsitas patet: q: generatio et corruptio sunt mutatiōes opposite: et per consequens vna non est alia. Secundo arguitur sic: corruptio est forma que corrumpitur: et generatio forma que generatur modo vna illarū formarum non est alia: ergo ⁊c. ¶ Tertio. si sic: sequitur q̄ semper esset equalis multitudo suppositorū: sed hoc non est necessariuz: licz pythagoras hoc ponebat: consequentia tenet ex eo: quia cum vnum corrumpitur aliud generatur. ¶ Quarto. alicui⁹ generatio est plurium corruptio: ergo non semper generatio vnius est corruptio alterius: immo plurium: antecedens pz de generatione mixti ex elementis vbi quattuor corrūpuntur scilz elementa: et vnum solum generatur scilicet mixtum. ¶ Quinto arguitur sic: in nutritiōe et pcipue in nutritione hominis aliquid corrumpitur puta alimentum et tamen nihil ibi generatur: non enim potest dici q̄ ibi generatur aliqua forma noua vel aliqua pars forme ex eo q̄ anime intellectiua prius existebat: et etiaz quia anima intellectiua est indiuisibilis ¶ Sexto arguitur sic: nā quādo animal corrumpitur non videtur q̄ vna forma generetur: nam aliter idez a quolibet plurium agentium potest generari: ex eo q̄ animal a quolibet pluriuz agentium potest corrumpi idem enim est corrumpens formam preexistentez et generans sequentem: cuz ergo animal indifferēter a pluribus agentibus potest corrumpi: tūc si post eius corruptionem generetur vna alia forma: illa forma a pluribus agētibus indifferenter posset generari: quod tamen est falsum sicut postea videbitur. ¶ Septimo arguitur sic: nam quando generatur homo: tunc ibi ē generatio alicuius: et tamen videtur q̄ non propter hoc sit ibi corruptio alterius: ex eo q̄ forma preexistens: sicut forma embrionis disponebat ad generationem hominis: ergo videtur q̄ ipsa possit manere cū forma hominis: et per consequens non corrumpitur in aduentu forme hominis. ¶ Octauo arguitur sic: naz in separatione anime intellectiue a corpore est generatio alicuius forme in materia ī qua prius erat anima: et nō corrumpitur post eius separationem a corpore. ¶ Nono arguitur sic: in generatiōe luminis in medio nihil corrumpitur: et similiter in generatione scientie in anima ergo non cuiuslibet generatio est alicuius corruptio. ¶ Decimo arguitur sic: nam cum ex elementis fit mixtum: tunc generantur ibi sapores et odores. et cōsimiles qualitates absq̄ corruptione aliquarum qualitatum aliarum eis oppositarum: ex eo q̄ nulle sunt tales qualitates in elementis: purum enim elementum caret odore et sapore et colore ⁊c.

In oppositum est Aristoteles ī primo huius: nam per hoc pbat Aristoteles perpetuitatem generatiōis. ¶ Breuiter ista questio potest habere duplicem intellectū: et secundum vtrumq̄ respondenduz est ad ipsam. ¶ Primus intellectus est. vtrum ista ꝓpositio sit vera. generatio vnius est corruptio alteri⁹: id est q̄ illud idem quod est generatio est corruptio. ¶ Secundus intellectus est talis: an generationem vnius sequatur vel precedat corruptio alterius. Primo ergo respondendum est ad questionem secundum primum sensum. Secundo sm secundum.

Quantum ad primum sit prima conclusio ista. q̄ si generatio et corruptio sumantur p subiecto illius quod de nouo capit esse postq̄ non fuit: vel non esse postq̄ fuit: generatio est corruptio probatur: quia sic idem: puta materia est generatio et corruptio que est eadē in genito que fuit in corrupto: et hoc cōceditur q̄ continue et perpetue sine intercisione gñatio est et sic corruptio est: pz hoc: q: continue pperue et sine intercisione materia est: sed tñ cū hoc cōcedēdū eēt

q̄ quis gñatio ppetue est sine intercisione: nō tñ generatio est ppetue gñatio sine intercisione: nā aliquādo materia non est generatio: aliquando enim quiescit per tempus sub aliqua forma. Secunda conclusio est ista. q̄ si generatio capitur pro forma vel pro cōposito quod generatur: ⁊ corruptio pro forma vel composito qđ corrumpitur gñatio non est corruptio: probat: nam compositum quod generatur non est compositum qđ corrumpitur nec forma ⁊c.

Quantum ad secundum intellectum potest poni ista conclusio. intelligendo questionē indefinite gñatio vnius est corruptio alterius: patet: nam videmus q̄ cū generatur aqua ex igne: vel econuerso corruptionem vnius concomitat gñatio alterius. Sz intelligendo questionem secundum predictum sensum vniuersaliter tunc est maior difficultas: vz vtruz semp gñatio vnius est corruptio alterius. Et sic ad videndū de hoc: primo ponam aliquas distinctiones. secūdo cōclusiones de gñatione ⁊ corruptione accidentiū. tertio de generatione ⁊ corruptione substantiarum.

Quantum ad primum sit prima diuisio ista. quedam est gñatio alicuius qualitatis non habentis contrariū: sicut est gñatio luminis in medio: et gñatio scientie in anima: quedam autez est generatio alicu⁹ qualitatis habentis contrarium: sicut gñatio caliditatis vel albedinis. ¶ Secūda diuisio est ista. quedam sunt accidentia a quibus vel eorum contrariis materia nunq̄ denudatur: sicut sunt caliditas frigiditas humiditas ⁊ siccitas nā frigiditas ⁊ humiditas: vz si materia stet sub forma mixti: siue sub forma elemēti nunq̄ denudatur ab aliquib⁹ istaꝝ qualitatū. Alia sunt accidētia a quibus aliquando: ⁊ ab eorum contrariis denudatur: sicut sunt iste qualitates odor sapor ⁊c. vz cum materia stat sub forma elementi: primo est denudata a colore quolibet: ab odore q̄cunq3: ⁊ sapore quocunq3. ¶ Tertia diuisio est ista. quedam est gñatio vel corruptio simplicit substantie: sicut elementi: alia mixte vt hominis. ¶ Quarta diuisio. gñatio substantie mixte quedam est substantie inanimate sicut ligni vel lapidis ⁊ quedam animate: ⁊ hoc est vel anima intellectiua vel sensitiua.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio. non oportet q̄ gñatio qualitatis non habentis contrarium sit corruptio alterius: nec oportet corruptionem eius esse gñationem alteri⁹ pz hoc de gñatione ⁊ corruptiōe luminis: ⁊ similit de gñatiōe ⁊ corruptione scientie in anima. ¶ Secūda ꝯclusio. in gñatione accidentium a quibus vel eorum contrariis materia potest denudari: nō oportet q̄ semper generatio vnius sit corruptio alterius: patet hoc nam ex elementis fit mixtum et generatur sapor absq3 corruptione alicuius saporis sibi contrarii: et similiter odor et color ⁊ similiter cum mixtum corrumpitur in elementa corrumpuntur huiusmodi qualitates absq3 generatione qualitatum sibi contrariarum. ¶ Tertia conclusio i gñatiōe q̄litatū hñtiū ꝯriū a q̄b⁹ materia nō potest denudari sic est q̄ semper gñatio vnius est corruptio alterius: pz hoc: nā nec materia nec forma elementi: nec sub forma mixti pōt stare sine hmōi q̄litatib⁹: ꝗ semp oportz q̄ aliq ua talis qualitatū sit i materia: ⁊ cū nō possint esse sil in materia pp ꝯtrarietatē eoꝝ: oportet q̄ cum vna gñatur alia corrumpatur ⁊ econuerso.

Quantum ad tertium sit prima conclusio ista. gñatio mixti ex elemētis: si elemēta nō ponant manere in mixto: est nō corruptio vnius: sed pluriū: pz q2 est corruptio pluriuz elementorum. ¶ Scđa cōclusio. gñatio mixti ex elemētis: si elementa ponant manere in mixto: ⁊ cū hoc ponant q̄ forme elemētorū substātiales nec intendant: nec remittant: est sine aliq corruptione substātiali: q̄uis bñ aliqui ꝑdus qualitatū elemētorū corrūpant: pz ex quo elementa ponūt manere: ⁊ forme substātiales eorū ponūt nec intensibiles nec remissibiles. ¶ Tertia cōclusio est ista. gñatio mixti ex elemētis si elemēta ponant manere in mixto ⁊ cū hoc forme substātiales eoꝝ ponunt intēdi ⁊ remitti est cū q̄dā corruptiōe substātiali: puta formaꝝ substātialiū elemētoꝝ: nō tñ totaliter s3 aliq̄s ꝑd⁹: pz ex quo forme substātiales elemētoꝝ ponant intēdi ⁊ remitti. ¶ Pro q̄rta cōclusiōe sit pima suppō: q̄ mā nunq̄ pt eē sine forma substātiali. Scđa suppō. mā nō pt sil hr̄e nisi vnā formā substātialē. ¶ Tūc sit quarta ꝯclusio ista. qñ vna forma substātialis corrūpit alia gñat ⁊ ecōuerso: pbat sic. nā aut forma gñat in materia i qua p̄existebat forma: aut gñat in mā in qua nō p̄existebat forma: si dicit pimū ꝯtra p scđaz suppōnē: materia nō pt sil hr̄e plures formas substātiales: oz ꝗ q̄ forma p̄existēs corrūpat: ⁊ sic gñatio vni⁹ forme ē corruptio alteri⁹: si vo d̄r scđz: hoc est cōtra pimā suppositionē. ¶ Sciendū est tñ q̄ talē ꝯclusionē ponit pħs: sed tamē credēdū ē q̄ aliqua forma pōt gñari absq3 corruptiōe alteri⁹ forme. vnde frn illos qui i hoīe nō ponūt nisi aīam intellectiuam in sepatione a materia gñat noua forma in materia: absq3 corruptiōe forme p̄cedētis. similiter in nutritiōe hominis corrumpitur forma alimenti absq3 noua generatiōe alicuius forme substātialis: nam forma alimenti corrupta anima intellectiua incipit iformare illam materiam absq3 hoc q̄ ipsa de nouo gñet. Et ideo qui volunt stare in p̄dicta conclusione cū pħo ponunt in homine p̄ter aīam itellectiuā vnā formā substātialē eductā de potentia materie. ⁊ dicūt nō eē impossibile i eadē mā eē plres formas substātiales: quaꝝ vna est educta de potētia materie: ⁊ alia nō. modo dicit: ⁊ veruz est: q̄ aīa intellectiua nō sit educta de potētia materie: ⁊ ideo frn hoc q̄ diuersi diuersimode opinarentur oportet modificare quartaz conclusionem sicut patet inspicere volenti.

Ad rationes. Ad primam & secundā patet ex dictis. ¶ Ad tertiā dicat q̄ adhuc non opz q̄ sit equalis multitudo suppositoꝝ: naz aliquando generatio vnius est corruptio plurium. ¶ Ad quartam ⁊ quintam patet ex dictis. ¶ Ad sextam dicat q̄ prout postea videbit non est inconueniens ideaz a plurib⁹ agentibus non influentibus in effectum indiuiduum posse gñari: q̄uis hoc bene sit inconueniens in influentibus in effectum. ¶ Ad alias rationes patet ex superius dictis quid sit dicendum.

Quæstio. V.



Væritur vtrum in generatione simpliciter fiat resolutio vsq3 in materiam primam ¶ Et arguit primo q̄ nō. nam si sic sequit q̄ ex semine hominis non potius deberet gñari homo q̄ olius vel aliquod aliud indiuiduum alterius speciei ab homine: sed hoc est falsum: ⁊ consequentia probatur: naz ex quo in genito nihil remaneret preter materiam primā que fuit in corrupto: sequit q̄ oēs dispositiones ei

qualitates existẽtes in semine hoīs disponẽtes ad generationẽ hominis corrūpunt̄ in matrīa ãteq̄ gn̄aret̄ forma hominis:sed tū quādo tales dispositiões materie sunt corrupte materia ē oīno indifferēs ad quācūq̄ formā generandam:ergo nō potius ex illa materia generabitur homo q̄ asin⁹ vel bos. ¶ Secūdo arguitur sic. aliqua forma substātialis manet in genito que prius erat in corrupto:ergo in generatiōe simpliciter non fit resolutio vsq̄ in materiam primam:consequentia tenet:añs probatur:nam forma corporeitatis manet eadē:probat̄ nam si non:seq̄ret̄ q̄ nō maneret idē corpus:hoc est falsum:quia manet eadem materia q̄ est vnū corpus:xsi est lōga lata ⁊ p̄funda. ¶ Tertio. arguitur sic. eadem est forma ossis mortui que fuit ossis viui:ergo in generatione ⁊ corruptione simpliciter non fit resolutio vsq̄ ad materiaʒ primā:p̄ntia tenet:nam vbi manet idem nomē substantiale ⁊ eadem diffinitio:ibi etiaʒ manet eadem forma substātialis:sed sic in osse viuo ⁊ mortuo:ergo ⁊c. maior est nota:minor p̄batur:quia os mortuum ita dicit̄ os. sicut os viuum. similiter ita conuenit sibi diffinitio ossis:sicut ossi viuo. ¶ Quarto arguitur sic:in generatione ⁊ corruptione simpliciter manet eadem qualitas ⁊ eadem figura:ergo questio falsa:antecedens probat̄:nam videmus q̄ boue mortuo manet eadē quantitas:⁊ similiter figura que fuit in boue viuo. Si enim aliquis bos viuus ē bicubitus:ipso interfecto adhuc obtinet illam quātitatem. ¶ Quinto arguitur auctoritate Cōmen. di. q̄ dimensiones materie sunt eterne in materia. ¶ Sexto arguit̄ sic. in genito manet eadem qualitas que fuit in corrupto:ergo questio falsa. p̄sequētia tenet:antecedens patet de qualitate symbola:si enī ex aqua fit aer manet eadē humiditas in genito que fuit in corrupto. Et similit̄ si aliquis bos interficiat̄ ipso īterfecto statī post manet aliqua caliditas:sʒ nō videtur q̄ sit de nouo ibi genita:quia non apparet quis illam caliditatem generasset ibi.

Oppositū dicit Aristo. primo huius dicens generationem simpliciter esse transmutationē huius totius in hoc toto nullo sensibili remanente.

Pro solutione materie prime notādū est q̄ per resolutionem in materiam primam intelligitur:vn in generatione et corruptione simpliciter aliqd aliud q̄ materia prima manet in genito quod pri⁹ fuit in corrupto. Resolutio ergo in materiaʒ primam nihil aliud est preter materiā primaʒ manere in genito que prius fuit ī corrupto. Et ad hoc q̄ fiat talis resolutio videtur auctoritas Aristo. allegata:si nullū sensibile maneat in genito quod prius fuit in corrupto:videtur q̄ sit facta huiusmodi resolutio. ¶ Ulterius sciendum est q̄ huiusmodi resolutioneʒ possumus imaginari dupliciter:vno modo quantum ex p̄te forme substantialis sic vʒ:q̄ nulla forma substātialis maneat in genito q̄ prius fuit in corrupto. alio modo quantuʒ est ex parte formarum accidentalium:sic vʒ:q̄ nulla forma accidētalis maneat in genito que prius fuit in corrupto:modo in ista questione videndum est de huiusmodi resolutione quantum est ex parte forme substantialis:⁊ in sequenti questione videbitur de huiusmodi resolutione quātum est ex parte forme accidentalis.

Quantū ad primum sciendum est q̄ aliqui imaginant̄ ī eodē supposito plures formas substātiales vnā quā ponūt manere p̄petue ī materia .s. formā corporeitatis p̄ quā materia est corpus:⁊ aliā formā substātialē p̄ quā tale īdiuiduū ponit̄ in tali specie vel in tali:⁊ isti quantum est ex p̄te forme substantialis negant resolutionē vsq̄ in materiaʒ primā in generatione vel corruptione simpliciter. vnde dicunt q̄ cuʒ bos interficitur:tunc forma substātialis per quaʒ fuit bos corrumpitur:sed adhuc manet forma corporeitatis p̄ quam fuit corpus. ¶ Alij imaginātur formas substātiales elementorum manere in mixto:⁊ isti etiā habēt negare quantum est ex p̄te forme substantialis vel formaꝝ in gn̄atione simplicit̄ ⁊ corruptiōe fieri resolutioneʒ vsq̄ in materiam primam. vnde cuʒ bos interficit̄ concedunt easdem formas accidentales elementoruʒ manere in boue interfecto q̄ erant in boue viuo.

Contra istos pono talem conclusionē q̄ in nullo indiuiduo sunt plures forme substantiales totales educte de potētia materie:p̄bat̄:nā sicut īpossibile ē eādē cerā sil̄ hr̄e diuersas figuras totales:ita īpossibile ē materiā sil̄ hr̄e diuersas formas sbstātiales. vñ ex q̄ quālibet formā substātialē distinctā ab alia sequit̄ figura distincta:si in vna materia essent plures forme substātiales totales:tūc talis materia hēret sil̄ plures figurationes totales:q̄ꝛ quelibet eēt mere extēsa:sʒ q̄ hoc ē īpossibile de materia:sequit̄ hoc eē impossibile de quolibet indiuiduo. ¶ Scd̄o arguit̄ sic. nā dato opposito questionis:tale indiuiduū esset in diuersis speciebus:si eīn aliquod indiuiduū haberet plures formas sbstantiales ille nō possent eē eiusdē speciei:nā alr̄ vnū īdiuiduū alicui⁹ speciei eēt duo īdiuidua illi⁹ sp̄ei. si aūt poneret̄ distinctū sp̄ē p̄ quālibet illaꝝ formaꝝ:illud indiuiduū reponeret̄ sub alia sp̄ē distincta:⁊ sic sequit̄ q̄ tale īdiuiduū esset diuersaꝝ specieꝝ:q̄d fuit p̄bandū. ¶ Tertio arguit̄ sic. nā si esset aliqua talis forma q̄ p̄petue maneret in materia:sicut aliq̄ imaginauerūt:sequit̄ q̄ materia nullā aliā formā reciperet:nā sicut dicit Cōmen. sup p̄mo phy. materia hn̄s vnā formā nō recipit aliā. Etiā si poneret̄ vna for̄a ī materia q̄ remaneret in receptiōe alteri⁹ illa ita recipet̄ a for̄a p̄existēte ⁊ manēte sicut a materia:sʒ hoc nō p̄pt̄ hoc q̄ sicut materie repugnat informare ita forme repugnat recipe. vñ Cōmē. in de substātia orbis actui repugnat recipe. ¶ Sʒ contra istā cōclusionē dicetes. in eodē indiuiduo sunt plures forme accidētales. sicut in eodē .s. lacte est albedo ⁊ dulcedo:quare etiā in eodē nō possunt eē plures forme substantiales. ¶ Scd̄o ad idē. nā in boue est forma substātialis oculi:⁊ simil̄r forma substātialis ossis:similr̄ for̄a substātialis carnis:modo iste for̄e substātiales sunt specifice distincte ex eo q̄ ocul⁹ ⁊ caro differunt specie. ¶ Tertio arguitur sic. nam in eodem homine scilʒ in forte est simul anima intellectiua et sensitiua:q̄ sunt forme substantiales distincte specie.

Ad ista dico:Ad primū:q̄ licet aliqd indiuiduū possit hr̄e diuersa eē accidētalia:tñ nō pōt habere diuersa esse substantialia. Ideo in eodē indiuiduo pōt esse plures forme accidētales totales:sed nō substantiales. ¶ Ad secundum dico:non est inconueniens q̄ in eodem sint plures forme substantiales partiales distincte specie existentes partes integrales vnius forme totalis:per quam aliquod indiuiduū est alicuius speciei pro tunc. vnde dico q̄ forma totalis ipsi⁹ bouis est cōposita ex partibus integralib⁹ diuersarū rationum. vnde sicut bos est vnum corpus etherogeneuʒ:ita forma totalis ipsi⁹ bouis est vna forma etherogenea. Unde vlterius dico. cuius oppositū aliq̄ dicunt q̄ si illa pars forme bouis que est in pede esset in oculo:ipsa ita modicū videret sicut modo:nec ista sunt

cōtra ꝯclusionē: nam cōclusio dabat de formis substā- tialibus totalibus. ¶ Ad tertiā dico ꝙ illa nō est contra conclusionē: nam ꝯclusio dabatur de formis substā- tialib⁹ eductis de potētia materie. vtrū aūt in homine aīa intellectiua & sēsitiua sint forme distincte: de hoc nō curo ad p̄sens. nā hoc ptinet ad librū de aīa. ¶ Secūda cōclusio est ista. quātū est ex pte forme substātialis in generatiōe simplicit̄ fit resolutio vsq; ad materiam primā: patet: nam forma substantialis preexistens nō potest manere cū forma que generatur: aliter enī in eodem indiuiduo essent simul plures forme substātiales qđ est cōtra primā conclusionē: ergo educitur forme que generat̄ forma preexistens corrūpit̄ sic ꝙ primū instans esse forme generate est primum non esse forme corrupte: modo hoc est fieri resolutionem vsq; in materiā primā quātū ē ex pte forme substātialis. ¶ Ex ista cōclusione sequitur: ꝙ nihil qđ est de substātia generati fuit de substantia corrupti nisi materia. ¶ Secundo sequitur illam manere eandē in genito & corrupto. ¶ Tertio sequitur illam de se nullā habere diuisionē & discontinuationem in suis partibus: vnde omnē diuisionem quā habet secundum suas partes est ex parte formarū substantialiū. ¶ Quarto sequitur ꝙ oīa que sunt īfra concauum orbis lune quantū est ex parte materie sunt vnū continuum. Unde si omnes forme accidentales & substantiales annihilarentur: materia non annihilata: maneret vna massa continua protensa ad concauitatem orbis lune: que tunc secundū diuersas eius partes diuersis formis eēt depicta: sicut vna superficies continua partetis diuersis imaginibus depicta.

Ad rationes Ad primam negatur cōsequentia. vnde q̄uis in generatione hominis ex semine omnia preexistentia corrumpant̄ preter materiam tamen quia non p tempus materia maneret sine illis ante generationem forme hominis: sequitur pot⁹ ex illa gn̄ari hominem q̄ asinum. ¶ Ad secundam patꝫ ex conclusionibus. ¶ Ad tertiam silr̄ patet ex dictis. ¶ Ad quartā de qualitate negatur. ¶ Ad quītā similiter. ¶ Ad sextam etiam patebit in alia questione.

Quæstio. VI.



Queritur. Vtrum maneat aliqua qualitas in gn̄ato q̄ fuit p̄us in corrupto. ¶ Et arguitur primo ꝙ sic nā si non: sequit̄ ꝙ in habētibus symbolū non esset facilior transit⁹: sꝫ hoc est falsum: cons. que ita tenet: quia oēs qualitates p̄existentes corrūperentur. ¶ Scđo arguit̄ sic. q: si non: sequit̄ ꝙ frigiditas generaret caliditatē: sed hoc est falsum: nā ponatur ꝙ frigiditas corrumpat aliquod animal: tūc si cadauere est aliquis nouus calor qui non prius erat ī corpore viuo: ille nō videt̄ esse genitus nisi ab illa frigiditate. ¶ Tertio nam in corruptione hominis non videt̄ a quo generet̄ illa figura & imago: que est in cadauere nisi tūc dicat̄ ꝙ eadē figura & imago que est ī cadauere fuit in homine: & p consequens videt̄ aliquam qualitatem manere in genito que prius erat in corrupto. ¶ Quarto sic. omne quod generatur: gn̄at̄ ex cōtrario tanquā ex termino si habeat contrarium: modo si in cadauere fieret aliqua caliditas: illa non fieret ex ꝯtrario supposito ꝙ illud ex q̄ generat̄ cadauer prius fuisset calidum. ¶ Quinto. nam nisi aliqua qualitas que prius fuit in corrupto maneret in genito: sequeretur ꝙ aliquod accidens generaretur sine alteratione successiua: sed hoc est falsum: & cōsequentia patet: nam si aliquis homo generatur: tunc si caliditas eius non preexistebat in materia: sed de nouo generatur cū ipso: sequitur ꝙ illa caliditas generaretur subito sicut homo. ¶ Sexto arguitur sic. nam in interfectione hominis corrumpitur caliditas & generatur omnino noua in cadauere: sed hoc videtur esse frustra: nam agens corrumpens deberet frustra caliditatem illam corrumperet ex quo statim aliam consimilem in cadauere generaret. ¶ Septimo arguitur sic. nam queritur cum ex aqua generat̄ aer quid corrumpit humiditatem aque et probatur ꝙ non aer: quia secundum nullā ei⁹ qualitatem contrariatur humiditati aque: humiditas est qualitas symbola aeri et aque. ¶ Octauo. nam videmus ꝙ si aliquis homo habeat aliquam cicatricē: ꝙ eadē cicatrix manet in cadauere: cū homo fuerit corruptus: sed cicatrix est qualitas: est enī de quarta specie qualitatis: ergo eadem aliqua qualitas que erat in genito manet in corrupto.

In oppositum arguitur. nam si aliqua qualitas &c. sequitur ꝙ diffinitio generationis: quam ponit Aristoteles primo huius non esset bona: ꝙ generatio est transmutatio huius totius in hoc totū nullo sensibili remanente: modo si aliqua qualitas eadē maneret in genito que prius fuit in corrupto: tunc aliquod sensibile maneret in genito: quod prius fuit ī corrupto: cuius oppositū dicit predicta diffinitio. ¶ Secundo. si aliqua qualitas maneret eadē in genito que prius fuit in corrupto: sequitur ꝙ subiectū generationis simpliciter esset ens in actu: esset enim ens in actu per illam qualitatem: ꝯsequens est contra Aristotelē. ¶ Tertio. sicut se habet accidens ad substantiā: ita se habet compositum accidentale ad compositum substantiale: sed sic est ꝙ quodlibꝫ accidens presupponit substantiam: ergo etiam quodlibet compositum accidentale presupponit compositum substantiale: modo sic non esset si aliqua qualitas eadem in materia maneret in genito & corrupto: quā tunc compositū actu tale scilicet compositum ex materia & forma & tali qualitate non presupponeret compositum substantiale: ex eo ꝙ sicut in alia questione dicebatur: in generatione simpliciter quantum est ex parte forme substantialis fit resolutio vsq; in materiam primam. ¶ Quarto arguitur sic: si maneret aliqua qualitas eadē in genito que fuit in corrupto: sequitur ꝙ accidēs migraret de subiecto in subiectum: quod est falsum: cōsequentia patet: nam accidens quod primo fuisset in corrupto modo esset in genito. ¶ Quinto. sequitur ꝙ corruptibile posset perpetuari: sed hoc est falsum: & consequentia probatur: vt si ex aere generaretur aqua: iterum maneret eadem humiditas: deinde iterū ex aqua generaretur aer & seruaretur idem circulus pp̄etue: & tamē est corruptibilis: quia potest corrumpi. Sexto. si ex igne fieret aer: cū caliditas aeris sit remissior: & si aliqua pars caliditatis ignis manet eadem in aere que fuit ī igne tunc oportet ꝙ aliquis gradus caliditatis ignis corrumpatur: & cū non sit maior ratio de vno q̄ de alio: videtur ꝙ qua ratione corrumpit̄ vnus gradus: eadem ratione corrumpat̄ alius: ergo videtur ꝙ nous calidi tas igne corrumpit̄: & omnino noua caliditas in aere gn̄atur: & p consequens nō manebit aliqua eadē qualitas in genito: q̄ prius erat in corrupto: postq̄ nō manet qualitas symbola de qua magis videt̄. ¶ Septimo. nam calor qui est in cadauere est putrefactiu⁹ cor

lor aūt q̄ fuit in viuo preseruabat a putrefactiōe.ḡ nō sunt idē calor qui est in mortuo ⁊ qui fuit in viuo.⁊ per consequens sic videt̄ esse de omnibus aliis q̄litatibus ¶ Octauo argui̇t̄ sic.nam si qualitates alique manerent eedem in genito que fuerunt in corrupto.sic etiā forme substantiales elementorū quas ille qualitates consequunt̄ deberent manere eedem in generato que fuerunt in corrupto:sed hoc est contra dictū precedentis questionis:nam si sic:tunc nō fieret resolutio vsq; in materiam primam:quantum est ex parte formarum substantialiū in generatione ⁊ corruptione simplicit̄.

In ista quæstiōe sunt duæ opiniones

quarum quelibet potest probabiliter sustineri.vn̄ vna est q̄ eadē qualitas manet in genito que fuit in corrupto vt cū ex boue fit cadauer manet eadē caliditas in carne mortua que fuit in carne viua:similiter cū ex aqua fit aer manet eadem humiditas. Et ista opinio deberet pro se primas octo rationes: ⁊ secundū istam opinionē deberet dici q̄ q̄uis in generatiōe simpliciter fiat resolutio vsq; in materiā primam: quātum est ex pte formarū substantialiū:non tamen quantum est ex parte formarum accidentalium.

Et secundum istam opinionē possūt

poni alique conclusiōes:quarum prima est alique q̄litates manēt eedem sub eisdem gradibus in genito et in corrupto:sicut in osse corrupto manet eadem albedo sub eisdem gradibus sicut ante. ¶ Secunda cōclusio est ista:alique bene manent:sed non sub eisdem gradibus sicut qualitates prime:cū enī ex igne fit aer bene manet eadem caliditas que fuit in igne:sed non remanet sub eisdem gradibus.s.ita intēsa. ¶ Tertia cōclusio.ille qualitates ⁊ solū ille q̄ immediate post ḡnationem apparēt sensui similes illis que apparebant añ in corrupto manēt eedē:frustra enim ḡnarent̄ alie. ¶ Ista opinio habet soluere rationes.viij.secundo loco positas. ¶ Secūda opinio est q̄ impossibile ē idem accidens esse in genito quod prius erat in corrupto ⁊ secūdum istam opinionem deberet concedi in ḡnatiōe simpliciter fieri resolutionem vsq; in materiā primam tā ex parte formar̄ substātialiū q̄ accidētaliū.Et ista opinio habet pro se rationes secūdo loco positas: sed haberet soluere octo rationes positas in principio.

Tenēdo autem primam opinionem

soluimus rationes secundo loco positas. Ad primam quādo dicit̄ generatio est transmutatio huius totius in hoc totū nullo sensibili remanēte:cōcedo vt substātia per se subsistente:totum enim compositum per se subsistens prout ly totum tenetur cathegorematice ⁊ non syncathegorematice corrumpit̄ in aliud totū: puta in aliud quod de nouo ḡnatur:cum hoc tamen stat q̄ bene manet eadē qualitas sensibilis in genito que prius erat in corrupto. ¶ Sed.d.tu:ergo videt̄ q̄ ibi maneat aliquod subiectū sensibile:q: materia cū illa qualitate sensibili. Dico q̄ bene verū est : sed hoc non est subiectū p se subsistens hoc aliquid in actu: de quo subiecto intellexit Arist.cū dixit ḡnationē esse transmutationē huius totius in hoc totū:nullo sensibili remanente vt subiecto eodem. ¶ Ad secundam quādo dicitur sequitur q̄ subiectum generationis esset ens in actu.dico q̄ hoc nō est impossibile q̄ sit ens in actu p formā accidētalē:bene tamē est impossibile q̄ sit ens in actu per formam substantialem. ¶ Ad tertiam: pro eius solutione notandum est q̄ compositum substantiale vocat̄ cōpositū ex materia ⁊ forma: compositum autem accidentale est duplex:quoddam est cōpositum ex materia ⁊ accidente: quoddā aūt est cōpositum ex materia ⁊ forma ⁊ accidēte.Et tunc ad rationem dico q̄ sicut quodlibet accidens presupponit subiectum ita quodlibet cōpositū accidentale secundo modo dictū p̄supponit cōpositū substātiale:sed tñ hoc nō op; de cōposito accidētali primo modo dicto. ¶ Ad quartā quādo dicit̄.sequit̄ q̄ accidens ⁊c.pro solutione illius est sciendum q̄ duplex dicit̄ esse subiectum accidentis:quoddam inherentie:⁊ quoddam denominationis: modo dicendū est secundū istā opinionē q̄ cuiuslibet accidentis alicuius cōpositi ex materia:materia prima est subiectū quo ad inherentiam:q̄uis cōpositum sit eius subiectū quo ad denominationē. vnde q: compositū est nobis notius q̄ materia: denominamus ab ipso accidēte:q̄uis materia sit illud in quo vere est illud accidens:vnde dicimus hominem esse calidum ⁊ nō eius materiā.Ex hoc p; ad rationē:q̄ non oportet ponere migrationē accñtis de subiecto in subiectū: q̄uis bene successiue plura denominet. ¶ Ad quintam dico:q̄ propter ordinē nature ⁊ motū celi non est aliq̄ portio materie quin successiue oporteat eam esse sub cuiuscumq; speciei aliqua forma ⁊ sic neganda est talis circulatio ppetua de qua dictum erat in argumento. ¶ Ad sextam dico:q̄ immo est ratio:quare vnus gradus caliditatis prius corrumpitur q̄ alius:nam gradus vltimo genitus prius corrumpit̄:pp hoc q̄ habet esse minus fixū et minus radicatū in subiecto. ¶ Ad septimam dico:q̄ idem calor potest esse preseruatiuus a putrefactione:⁊ postea putrefactiuus:⁊ hoc est propter aliā ⁊ aliā formā substātialē q̄ mediante ipso agit tanq̄ mediante instrumento. ¶ Ad vltimam dico non propter hoc manere formas substātiales in mixto et easdē in genito:que prius erant in corrupto:nam qualitates mixtorū:sicut sunt caliditas:frigiditas:⁊c. nō sunt qualitates elementorū:q̄uis sint eis similes: de quibus postea diffusius videbitur.

Tenendo autem secundam opinionē

soluimus rationes positas in principio questionis. ¶ Ad primam.dico q̄ in habentibus symbolum non est facilior transitus:pp hoc q̄ qualitates pauciores corrūpuntur:s; pp hoc q̄ ibi sunt pauciores cōtrarietates. ¶ Ad secundā.dico q̄ frigiditas corrūpit hoc animal ⁊ remittendo eius caliditatem continue generat nouā ⁊ nouam caliditatē: modo cōcedendū est q̄ frigiditas remittendo caliditatē:bene potest generare caliditatē:sed non est concedendū q̄ frigiditas possit generare caliditatē de nouo p intensionē caliditatis. ¶ Ad tertiā dico q̄ ipsa nihil probat:quia figura non est res distincta a re figura seu a re extensa. ¶ Ad quartū notandū est q̄ omne quod habet contrarium generatur ex contrario sibi tanq̄ ex termino.vnde aliquando potest generari ⁊ nō ex contrario cū generatur ad generationē subiecti.verū tamen cū generatur in aliquo subiecto presupposito:⁊ sic generatur ex sibi contrario. ¶ Ad quintā dico.q̄ non est inconueniens accidēs generari subito ad generationem subiecti:q̄uis hoc bene esset inconueniens ad generationē aliq̄ subiecto preexistēte. ¶ Ad sextā dico:q̄ nō frustra accidens preexistens corrūpitur ⁊ accidens nouū sibi simile generatur:hoc enim fit propter hoc q̄ accidēs nō potest transire de subiecto in subiectū. ¶ Ad septimā. quando dicit̄ q̄ quando ex aqua generat̄ aer:quid est qđ corrūpit humiditatē aque:dico q̄ hoc ē aer:⁊ quādo dicit̄:tamen sibi non contrariatur ⁊c. ¶ Respōdetur q̄ q̄uis hoc sit verū:tamen quia corrumpit frigi-

ditatē aque cui cōtrariaē corrūpit etiam humiditate aque que consequitur frigiditatē aque. ¶ Ad vltimā cū dicitur de cicatrice. respondetur sicut respondebat de figura.

Quæstio. VII.



Væritur vtrum dato aliquo generabili ipsum a plurium agentium quolibet possit gñari: verbi gratia: dato a generabili qd̄ cras pducet a .b agente vtrum ab alio q̄ a. b. agente possit gñari vel pduci. ¶ Et arguitur primo q̄ questio sit vera: nā capiat vnū ouum: ex quo debeat gñari pullus: et ponatur sub vna gallina & generet: tūc est verisimile: quin idem pullus in numero genitus fuisset ex illo ouo si fuisset positū sub aliqua gallina: quare a plurium gallinarū qualibet idē pull⁹ poterat generari. ¶ Secundo arguitur sic: nam capiatur aliquod lignū et ponatur ad ignē. ita q̄ ex eo generatur ignis: tunc nō est verisimile quin idem ignis fuisset generatus ex illo ligno si fuisset positum in aliū ignem. ¶ Tertio arguitur sic. nam si aliquis calefaciat manum suā pppe aliquē ignē: sic q̄ in manu sua generet aliqua caliditas non videt quin eadē caliditas fuisset genita in manu sua si calefecisset manū suam prope aliquē aliū ignem ita intensum: quod non esset nisi idē effectus: vt puta caliditas: a plurium agentium quodlibet posset pduci. ¶ Quarto arguit sic. si sor. interficeret aliquē bouē generaretur cadauer: & tunc plato potuisset interficere eundē: & plato idē cadauer generasset: ergo &c. ¶ Quinto arguit sic. sortes generat in intellectu meo intentionem eandē cōmunē quā generaret plato: ex eo q̄ talis intētio cōmunis est repñtatiua amborū: ex quo est intētio cōmunis omniū hominū: ergo idē effectus: sicut est intentio cōmunis in anima: a plurium agentiū quolibet sicut sunt obiecta pōt produci. ¶ Sexto arguit sic: sensatio a pluriū agentiū quodlibet indifferēter potest cōseruari: ergo etiā a pluriū agētium quolibet potest generari: cōsequētia tenet ex eo q̄ nullus effect⁹ potest ab aliquo conseruari nisi etiam ab eo poterat pduci: añs probatur: nā si alicui pponeret vnū ouum. & imperceptibiliter sibi amoueret: & vnū aliud apponeretur omnino sibi simile in loco eius: conseruatur eadem sensatio in sensu. Similiter: cōtinue est idē lumen in medio: q̄uis flamma candele in qua conseruatur illud lumē continue sit alia & alia: ergo videt q̄ idem effectus pductus ab vno pōt cōseruari ab alio: et p̄ [illegible] etiā poterat pduci ab eo. ¶ Septimo arguitur sic: a distinctis agentibus in specie possunt produci effectus distincti solū numero: ergo etiā videt q̄ ab agentibus distinctis solū numero possit pduci idē effectus in numero: assumptū pzā ab aliquo igne pōt produci aliqs ignis q̄ ē eiusdē speciei cū igne pducto a radijs solaribus reflexis sup aliquo speculo concauo. ¶ Octauo arguit sic: agentia sunt cause extrinsece: et cū effectus non dependeat a causis extrinsecis: nec p̄ ōñs capit ab eis aliquā distinctionē: & si sic: tūc a plurium agētiū quodlibet idem effectus pōt pduci. ¶ Nono arguit sic: eiusdem effectus indifferenter possunt esse plures fines & nō vn⁹. vnde bene potest aliquis ire ad forum non solum pp emere panē: verū etiā propter emere oua & huiusmodi. ¶ Decimo arguit sic. omnes cause agentes preter primā sunt instrumentales: modo cause agentes instrumentales non influūt aliquid in effectum: sicut patet de cultello in scindendo panē et de securi in diuidendo ligna: modo a plurium agentium quolibet non influentium in effectum idem effectus potest produci: ergo &c.

In oppositum arguitur sic. secundū aliam et aliam influentiam in effectum: fit alius & alius effectus: cum ergo a plurium agentiū quolibet sit alia et alia influentia in numero. sequitur q̄ nō a quolibet plurium agentium idem effectus numero possit generari et hoc propter aliam et aliam influentiā numero. ¶ In ista questione. primo ponam aliquas distinctiones. Secundo conclusiones.

Quantum ad primū sit prima distinctio ista: q̄ causarū quedam dicunt intrinsece: et quedam extrinsece: intrinsece sunt sicut materia & forma extrinsece sunt efficiens & finis. ¶ Secūda distinctio. Agentium quedam influunt & quedam nō. ¶ Tertia distinctio. Agentiū non influentium quedā sunt mere instrumentalia: sicut est cultellus vel securis: & quedam dicunt occasionalia sicut agens consiliens: agēs applicans actiua passiuis: sicut est medicus: vel aliqs ponēs lignū ad ignē ad hoc vt cōburaē. ¶ Quarta distinctio agentium influentium quoddā est quod nullo modo dicitur instrumentale: sed dicit agens primum sicut prima causa. alia autē omnia agentia dicitur quoddāmodo instrumētalia respectu prime: q̄uis non omnia dicantur nec sint mere instrumentalia: sed influentia aliquid in eorum effectus.

Quantum ad secundum ponam primo cōclusiones de causis intrinsecis. secundo de causis extrinsecis sicut sunt agentia. ¶ Tūc sit prima cōclusio. ad variationē materie sequit variatio effectus. Ex ista conclusione sequitur: q̄ nō fuisti: nec potuisses fuisse genitus ex alio semine q̄ ex illo ex quo tu fuisti genit⁹: & pbaē sicut ex q̄ materia ē pars effect⁹: sequitur q̄ si materia est alia q̄ effectus est alius: quare ad variationem materie sequitur variatio effectus. ¶ Secundo sequitur: q̄ non potes fuisse genitus ab alio patre: nec cōcept⁹ ab alia matre q̄ a tua: quia si ab alio fuisses conceptus vel genitus tu non fuisses genitus ex illo semine quomodo es genitus: & p cōsequens nō esses ille qui modo es. ¶ Tertio sequitur q̄ nō potuisses fuisse genitus in alio instanti q̄ in illo in quo gñatus fuisti: patet: quia non fuisset eadē materia: cum cōtinue ptes materie fluant & refluant pp cōtinuā eius alterationē puenientem a corporibus supcelestibus que sunt in continuo motu. ¶ Secunda conclusio: nō est possibile q̄ eadem forma generanda a plurium materiarū potētia educatur: nā dato opposito conclusionis sequit q̄ possibile esset eandē formā informare vnam materiā parisius & aliam rome. ¶ Tertia conclusio. eadem forma generanda a plurium materierum potētia non potest educi: pbatur nam si sic: sit igitur a forma generāda q̄ indifferēter a. b. c. materijs posset educi: & educatur primo a. b. materia: tunc ex quo a. forma ex b. materia ē educta: & nulla facta fuit mutatio in c. materia videtur q̄ adhuc ex c. materia a. forma possit educi: & cum iam forma a. sit educta de b materia: sequitur q̄ post q̄ a. forma sit genita: possibile est adhuc eā generari: quod est inconueniens: post q̄ enim aliquid semel genitum est: amplius generari nō potest: ista ratio tamen non est demonstratiua. ¶ Secundo. arguitur sic. si a. forma potest indifferenter ex b. & c. materijs p̄

gerari:tunc si nunc in illo instanti in quo potest generari ex b.materia:et pōt generari ex c.materia.et per consequens pro eodē instanti aliqua forma potest generari parisius et rome:quia parisius ex b.materia:et Rome ex c.materia.

Quātum ad secundum sit prima conclusio.a plurium agentium quodlibet indifferēter nō influentiū in effectū idem effectus generandus potest generari:probatur sic:quia ab agentibus non influentibus effectus non capit de intrinseco:nec aliquid qđ sit pars sue substantie:et per consequens nec distinctionem:ergo a plurium talium quodlibet potest produci. ¶ Secunda conclusio.a plurium agentiū quolibet influentium aliquid in effectum non potest idem effectus producendus produci:probatur sic:quia a talibus effectus capit aliquid de intrinseco et parte sue substātie:et per consequens distinctionem:et per consequēs a plurium taliū quolibet non potest idem effectus numero produci.

Ad rationes. Ad primā dico ꝙ si gallina est agens influens aliquid in pullū producendum ex eodē ouo non fuisset genitus idem pullus numero: quamuis bene ī specie sub alia gallina ab illa sub qua ponitur:si vero in generatione pulli gallina nō est agens influens:tunc esset concedendū ꝙ idem pullus fuisset genitus ex eodem ouo posito sub alia gallina. ¶ Ad secundum dico:ꝙ si aliquod lignū poneretur ad ignem generaretur ex eo ignis:et si fuisset positus in alium ignē non fuisset ex eo genitus idem ignis numero: sed bene consimilis. ¶ Ad tertium simili modo respondetur. ¶ Ad quartū dico:ꝙ non est contra predicta: propter hoc ꝙ sor. et plato non sunt agentia influentia aliquid in cadauer quod generatur ex interfectione bouis. ¶ Ad quintum dico:ꝙ non est eadem intentio cōmunis causata in intellectu meo a sor.obiecto q̄ fuisset causata a platone:sed est bene cōsimilis:et propter hoc ipsa est representatiua vtriusqꝫ:quamuis non sit eadē causata ab vtroqꝫ. ¶ Ad sextum negatur ꝙ idem effectus numero possit conseruari a plurium agentium quolibet. Et quando dicitur de mutatione imperceptibili:dico ꝙ non maneret eadem sensatio:sed fieret alia etiam imperceptibiliter. Alterius quando dicitur de flamma dico ꝙ continue est aliud et aliud lumen in medio sicut continue est alia et alia flamma. ¶ Ad septimum dico quamuis a pluribus agētibus distinctis specie possit idem effectus specie generari:negatur tamē ꝙ a distinctis numero:secundum hoc influentibus potest idem effectus numero generari:sicut etiam quamuis plura accidētia distincta specie possunt esse in eodem:sicut albedo et dulcedo in lacte:nō tamen distincta solum numero. ¶ Ad octauum dico ꝙ quamuis agentia dicantur cause extrinsece:et ꝙ non introducunt positionem effectuum tamen aliqua influunt aliquid de extrinseco in effectū ¶ Ad nonum negatur cōsequentia:propter hoc ꝙ sines non influunt aliquid in effectum:aliqua autē agētia influunt aliquid in effectum. ¶ Ad vltimum dico ꝙ quamuis omnes cause preter primam dicantur instrumentales et hoc in comparatione ad primā:non tamē omnes sunt ita mere instrumentales quin aliqua earum influat aliquid in effectum.

Quæstio.VIII.



Veritur, vtrum dato aliquo generabili ipsum in plurium instantium quodlibet indifferenter pōt generari. arguitur primo ꝙ q̄stio sit vera:quia omne generabile cōtingenter generabitur:qđ non esset:vt videtur nisi in plurium instantiū quodlibet indifferenter posset gñari. ¶ Secundo:quia si questio esset falsa:tūc vel essent infinita instantia in quibus nihil posset generari:vel essent infinita generabilia que nūq̄ generarentur sed vtrūqꝫ istorū est falsum: probatur consequētia:quia capiatur aliquod instans:et sit a.vel pro illo est aliqđ generabile vel nihil:si nihil:cōsimili modo arguā de infinitis aliis instātibus: si aliqđ: generatio illius potest impediri pro illo instanti:ergo si q̄stio esset vera:tūc illud nūq̄ generabitur:et simul modo arguitur de instātibus aliis. ¶ Tertio arguitur sic in pluriū instātium quodlibet idem corruptibile potest corrūpi:ergo etiā videtur ꝙ in plurium instātium quodlibet idem effectus possit generari.videtur enim simile esse de hoc qđ ad generationem et corruptionē:maior patet:quia dato aliquo boue interficiendo indifferenter potest interfici hodie et cras. ¶ Quarto arguitur sic.ex eodem boue generatur idem cadauer:cū ergo in pluriū instantium quodlibet idē bos potest corrūpi:sequitur ꝙ in pluriū instantiū quolibet idem cadauer possit generari.vnde si aliquis bos hodie interficeretur:non ex eo generaretur aliud cadauer q̄ si heri fuisset interfectus. ¶ Quinto arguitur sic.nisi q̄stio esset vera: sequitur ꝙ generatio non posset differri:et ita si tu nō fuisses genitus in illo instāti in quo fuisti:nunq̄ postea fuisses genitus:consequētia tenet postq̄ in plurium instantium quolibet idem generabile nō potest generari. ¶ Sexto arguitur sic.nisi questio esset vera:sequitur ꝙ ista hec esset possibilis:sor. generabitur:et si in instanti in quo est generabilis non generabitur:illo instanti elapso hec erit impossibilis:sortes generabitur:et sic propositio possibilis erit impossibilis: nulla facta in re mutatiōe. ¶ Septimo arguitur sic.si questio esset falsa:tūc in tēpore b.desinerent posse generari infiniti ignes:probatur:nam sit ꝙ in tempore b.in isto ligno non generetur ignis et tamē omnino verum erat dicere ꝙ in illo ligno poterat generari ignis in tempore b. Et cum infinite sint partes proportionabiles b.temporis in quarum qualibet poterat generari aliquis ignis in isto ligno et si ille ignis q̄ potuit generari in ipsa in prima parte proportionabili temporis non potuit generari in ipso in secunda: nec ille in secūda potuit generari in tertia:et sic vltra: sequitur ꝙ b.tempore elapso infiniti ignes secundum infinitas partes proportiōabiles b.temporis desinūt vel desierunt posse generari in illo ligno.

In oppositum arguitur:quia si questio esset vera: sequitur ꝙ corruptū posset iterum generari:sed hoc est falsum:consequentia probatur:quia sit ita ꝙ a.sit generabile in b.et in c.instantibus:et generetur in b.et corrūpatur ante c.instans:tūc est propter hoc nō debeat tolli possibilitas generationis eius in c. instanti:vt videtur:videtur ꝙ adhuc in c.instāti possit generari:et ita postq̄ semel corruptum est iterum potest generari. ¶ In ista questione. Primo ponam duas conclusiones preambulas. Deinde ponam conclusionem responsalem ad quesitum.

Quantum ad primum sit suppositio


q impossibile est tempus preteritū redire: immo secūdum aliquos implicat cōtradictionem. Et silr dato aliquo tēpore impossibile est ipsum prius fuisse q̄ fuerit: et similiter impossibile est ipsum prius fore q̄ erit.

Tūc sit prima conclusio: dato aliquo motu facto in aliquo tempore impossibile est ipm̄ fuisse futurū in alio tempore: probat: impossibile est motū celi qui modo est secū reuolutionem hodiernam prius fuisse: ergo consimilit modo sic est de quolibet alio motu: consequentia tenet ex eo q motus istorum inferiorum dependent a motu celi tanq̄ a causa principali: sed sicut dictū est in alia questione: ad variationē cause principalis sequitur variatio effectus. ¶ Ex ista cōclusione sequitur: q si sor. mouetur nunc aliquo motu si expectasset fuisset motus alio motu. ¶ Secūda cōclusio. mutationum distinctarum numero: sunt distincti termini numero ad quos sunt ille mutationes: qui quidē termini producuntur in esse per huiusmodi mutationes: patet hoc ex eo q distinctio mutationū specifica attenditur penes distinctionem specificam terminorum ad quos. Et notanter dico in cōclusione: qui quidem termini producuntur in esse p tales mutationes: ad innuēdū non esse impossibile distinctas mutationes numero esse ad eūdem terminum ad quem numero: cum talis terminus ad quē nō producat in esse per tales mutationes: sicut est de mutationibus localibus: patet hoc: naz pluries vadimus ad nostram dominone: et ad terminuz ad quem illorum motuum: qui quidem terminus ad quem non producitur in esse per huiusmodi mutationes rc.

Quantum ad secundum sit tertia cōclusio responsalis. dato aliquo generabili impossibile est ipsum in pluriū instantiū quolibet generari: vel dato aliquo genito ipsum in plurium instantium quolibet est impossibile fuisse generatuz: probatur: nā si sortes sit productus a. productione in b. tempore: tūc arguitur sic: impossibile est a. productionem fuisse in alio tpe vel instanti q̄ in b. per primam conclusionem: sed impossibile est fuisse sor. productum alia productione q̄ a productione: p secundā conclusionē: ergo impossibile est seu fuisset: sor. prius produci q̄ in b. tēpore vel instanti. ¶ Secūdo arguitur sic. Et suppono q data influētia celi q̄ est in b. tempore: impossibile est eandez numero prius fuisse vel postea fore: q̄uis forte bñ cōsimilis. Tūc sic. per p̄cedentē conclusionem: secūdum mutationem agentis et influentie est mutatio effectus: ergo b. tempore elapso nunq̄ fuisset postea possibile sor. generari: nec ante genitum fuisse: q̄uis bene consimilis sorti posset vel potuisset generari. ¶ Tertio arguitur sic. cause concurrentes ad productionem sor. in b. tempore nunq̄ eedem numero sic se habent: nec vnq̄ postea eedem numero se habebūt: sicut nunc se habēt in b. tempore: ergo secundum dicta in alia questione impossibile fuisset sor. ante tēpus b. fuisse p̄ductū vl' post b. tēpus producendum. ¶ Ex istis sequitur gñationē alicuius non posse differri. vnde si tu in illo instanti in quo fuisti genitus non fuisses genitus nūq̄ postea in eternū fuisses genitus. ¶ Secundo sequitur q quodlibet generabile necessario gñabit nisi p liberum arbitrium impediatur: per quod quidem liberum arbitriū generatio non potest differri: sed bene potest auferri.

Ad rationes. Ad primam. dico q generabile nō propter hoc dicit cōtingenter generabile quia in plurium instantium quolibet possit generari: sed ideo: quia in illo instanti in quo potest gñari possibile est q non generetur: q omnino generatio pro illo instanti per liberum arbitrium impediatur. ¶ Ad secundam cōcedo q infinita sunt generabilia que forte nūq̄ gñabuntur: quia forte eorum gñatio p liberū arbitrium impedietur rc. bene tamen concedo infinita esse instantia vel fuisse in quibus nō potuit aliquid generari: in quibus forte influentia erat inepta ad gñationem. vñ dicunt astrologi q aliqā est talis influētia q pro tunc nō potest generari homo: et aliquādo alia propter quam non potest generari bos: et sic de alijs. ¶ Ad tertiā dico non esse simile de generatione et corruptione. vnde bene idem in plurium instantium quolibet potest corrūpi: nō tamē generari: hoc ideo est: q corrumpens non influit in corruptum: sed in generandū. vnde si aliquis bos hodie interficeretur esset aliud cadauer numero q̄ si heri fuisset corruptus: q̄uis idem bos potuisset fuisse heri corruptus: sicut modo. ¶ Ad quartam. patet ex iam dictis. ¶ Ad quintam. concedo illud quod per eam probatur. ¶ Ad sextam. concedo q aliqua p̄positio est modo possibilis et postea impossibilis nulla mutatione facta in re significata p illam propositionē: quia forte nulla res significatur p illam propositionem: facta tamē mutatione in aliqua re et sic est in proposito: quia facta est mutatio motus celi localis. ¶ Ad vltimam cōcedo illud quod ipse probat.

Quæstio. IX.



Queritur vtrū augmētatio sit gñatio. Et arguit primo q sic: nam augmētatio est alicuius corruptio: ergo etiam est alicuius gñatio: cōsequētia tenet. quia corruptio vnius est generatio alterius: antecedēs patet: q est corruptio alimēti. ¶ Secundo. diminutio est corruptio: ergo augmentatio est generatio: cōsequētia tenet: sed antecedens probatur: q diminutio est cuz deperditione alicuius que non fit nisi aliquo recedente: sicut dicit Arist. ergo videtur q sit alicui' corruptio: puta illius quod recedit et deperditur. ¶ Tertio augmētatio est mot' ad substantiam: patet hoc: nam per augmētationem aliqua pars substantie ante acquiritur: sed omnis motus acquisitus: sicut est augmentatio: qui est ad substantiaz est gñatio ergo rc. ¶ Quarto nam videmus q ligna ponuntur ad ignem et est augmētatio ignis. ligna corrūpūtur et ignis generat: ergo augmētatio est gñatio. ¶ Quinto si nō: hoc videret esse ex eo q augmentatio esset motus ad quantitatē: et non ad substantiā: sed hoc est falsum: nam rarefactio qui est motus distinct' ab augmentatione est motus ad q̄titatē: ergo non augmentatio: cōsequētia tenet ex eo q motus distincti sunt ad distinctos terminos. ¶ Sexto nā intensio alicuius qualitatis secundum gradus dicitur augmentatio illius q̄litatis: et illa eadē est generatio gradus illius qualitatis: ergo augmentatio est generatio.

In oppositū est Aristo. primo huius et etiā tertio et q̄rto physicoꝝ: vbi distinguit augmentationem cōtra generationem: quod non faceret si augmētatio esset gñatio. ¶ In ista questione primo ponam distinctiones de hoc nomine augmentatio: et descriptionem de hoc augmentatio hic intenta: et quasdam conditiones eius secundo ponam conclusiones

de differentiis augmētationis hic intente ad alias mutationes rc.

Quantum ad primū sciendum est ꝙ hoc nomen augmentatio multipliciter accipitur: accipitur enim augmētatio pro intēsione alicuius qualitatis: et diminutio pro remissione eiusdē. secundo modo accipitur pro augmentatione que fit secundū quātitatē discretā. Et isto mō accipitur cū dicit .iij. physicorum. fm diuisionē cōtinui in infinitū augetur numerus in infinitum. tertio modo accipitur pro augmētatiōe secundū quātitatem cōtinuā: et hoc dupliciter. vno modo absq aliqua re noua adueniente: et sic vocatur rarefactio. alio modo aliqua re noua adueniente. Et hoc dupliciter. vno modo aliqua re noua adueniente simili preexistenti. Et isto modo dicimus ꝙ fluuius augetur fluuio adueniente. Alio modo accipitur pro acquisitiōe noue aduenientis dissimili rei preexistenti. et hoc dupliciter. vno modo p solā iuxta positionem: et isto modo dicimus ꝙ lignis aduenientibus igni. ignis augetur. alio modo aliqua re adueniente p intussusceptionē: et per cōuersionem eius in substātiam corpoream cui aduenit per virtutem et actionem anime mediante calore naturali. De omnibus his modis augmentationis non intenditur hic: sed de augmentatiōe vltimo modo dicta que sic describitur: augmentatio est conuersio dissimilis in substantiam illi cui aduenit per actionē anime mediante calore naturali. Augeri autem est aliquid idem primo trāsmutari de minori ad maius ꝙ ipsum prius.

Ex ista distinctiōe sequūtur quedam conditiones augmentatiōis. ¶ Prima est ꝙ augmētatio fit aliquo extrinseco adueniente: patet ex descriptione de ly augeri: nam augeri est transmutari de minori ad maius: vel hoc est per solam rarefactionē vel vel per aduentum alicuius ab extrinseco: non potest vt et primum: nam tunc multa post augmentationem essent rariora ꝙ ante: sed hoc est falsum. vnde videmus ꝙ corpus viri est magis densum ꝙ corpus pueri. ¶ Secūda conditio est. ꝙ illud qđ augetur maneat idē ante et post: patet per diffinitionē augeri. Ex hoc sequitur ꝙ cibus adueniens non augetur: sed illud cui aduenit. Ex quo patet solutio illius questionis: quā aliqui formāt circa istū librū: videlicet quid sit illud: quod augetur. vnde statim diceretur ꝙ corpus cui aduenit cibus est manens idem et post ante. ¶ Tertia conditio est: ꝙ quelibet pars aucti est aucta: patet ex descriptione de ly augeri: nam ibi ponebatur primo: modo ex quo illud dicitur primo motū: cuius quelibet pars est mota: illud etiā dicitur primo augeri: cuius quelibet pars augetur. ¶ Ad huc sunt alie tres conditiones augmentationis .s. que sunt negatiue: quarum prima est: ꝙ in augmētatione nō oportet dare vacuū in corpore qđ augetur. ¶ Secunda cōditio negatiua est: ꝙ nec oportet ibi fieri penetrationē dimensionū. ¶ Tertia cōditio negatiua est: oportet ꝙ illud adueniēs non sit incorporeum. ¶ Ex istis conditionibus augmētationis inferuntur alie. Quarū prima est ista: ꝙ adueniens .s. cibus in pricipio sit dissimile illi cui aduenit: patet: quia si in principio esset simile fieret solum cōtinuatio aduenientis cum illo cui aduenit: sed hoc nō: nā tunc nō quelibet pars aucti augetur. ¶ Secūda cōditio est: ꝙ in fine sit simile: patet: quia aliter ex ipso et preexistēte nō fieret vnū. ¶ Tertia conditio est ꝙ ibi sit alteratio: et etiā generatio aliqualis: nā ex quo adueniens in pricipio est dissimile illi cui aduenit: et in fine sit simile: nō est sine aliqua alteratiōe et generatio

ne. ¶ Quarta cōditio est ꝙ ibi sit nutritio: nā aliter nō p singulas partes illud adueniēs distribueretur in corpore augēdo. ¶ Quinta cōditio ꝙ oportet de illo qđ augetur ꝙ sit animatū: patet: quia solū animatū nutritur nutritione proprie dicta: qualis requirit ad augmētationem proprie dictā: de qua est pñs sermo. ¶ Sexta cōditio est: ꝙ oportet in augmētatiōe plus acquiratur ꝙ fuerit deperditū nā aliter corpus cui adueniret cibus nō fieret maius et sic non esset augmentatio. ¶ Septima rc. requiritur ad augmentationem ꝙ ibi sit motus localis ipsius cibi aduenientis ꝙ deportetur p singula mēbra corporis qđ augetur. ¶ Octaua conditio: ꝙ requiritur ꝙ illud qđ augetur postꝙ auctum est occupet maiorē locū ꝙ prius propter hoc ꝙ factum est maius.

Quantum ad secundum sciendū est ꝙ sicut aliquid dicimus moueri p accidens dupliciter vno mō ratione accidētis. alio mō ratione partis: ita dicimus gñationē aliqđ gñari secūdū qđ dupliciter. vno modo dicimus accidēs gñari secūdū quid. alio modo dicimus alicuius partis mixtātis toti esse generationem fm quid. ¶ Juxta hoc dico ꝙ quādocunq est corruptio simpliciter est gñatio fm qđ: verbi gratia: sicut cōtingit in nutritione: vbi enim est corruptio cibi simuliter et gñatio nutrimēti fm quid: quia gñatio alicuius .s. ipsius carnis. ¶ Secūdo dico: ꝙ aliquādo bene e cōuerso corruptio secūdū quid est gñatio simpliciter: vt cū in resolutione ex aliqua parte hominis que corrūpitur gñatur aliquod paruum animal: sicut pediculus: vbi enim est generatio simpliciter ipsius animalis et corruptio secundum qđ ipsius hominis vel ipsius corporis corruptio ex quo fit talis resolutio. ¶ Tertio dico: ꝙ aliquā gñari secūdū qđ est corruptio secūdū quid: vbi gratia: vt quā ex parte ipsius cibi fit pars ipsius carnis.

Tunc sit prima cōclusio in augmētatione bene est generatio secundum quid: patet: quia ibi est gñatio partis ipsius aucti. ¶ Secūda cōclusio. in augmentatione bene est corruptio simpliciter: patet: quia ibi est corruptio cibi: cuius corruptio dicitur corruptio simpliciter: ex quo cibus est vnum ens seorsum existēs. ¶ Tertia cōclusio. augmentatio nō est gñatio simpliciter: patet: quia in augmentatione manet idem subiectum in actu ante et post sicut prius dicebatur: sic autem non est in gñatione simpliciter dicta: ex quo gñatio simpliciter dicta est transmutatio huius totius in hoc toto nullo sensibili remanente rc. ¶ Quarta conclusio. augmentatio non est mixtio: patet: quia in mixtione vtrunq mixtibilis corrumpuntur: vel vnū mixtū cōuertitur in naturam alterius: vel ambo mutantur in naturam tertiā .s. mixti in augmentatiōe aūt cibus adueniens mutatur in naturam preexistētis. ¶ Quinta cōclusio. augmentatio differt ab alteratione: patet: quia p augmētationē acquiritur noua extensio: p alterationem aūt non semp: nisi aliquā cōsecutiue. ¶ Sexta cōclusio augmētatio etiā differt a motu locali: patet: quia in motu locali nullo modo oportet esse generationē vel corruptionē alicuius simpliciter: aliqualē tñ oportet esse in augmētatione. ¶ Septima cōclusio. augmētatio etiam differt a rarefactione: patet: quia rarefactio potest fieri nullo extrinseco adueniēte: augmētatio vero non. ¶ Octaua cōclusio. augmētatio etiā differt a nutritione: patet: nā in aliquibus: sicut in senibus est nutritio et tñ nō est augmētatio. ¶ Nona cōclusio est. ꝙ tamē omnes huiusmodi mutatiōes requiruntur ad augmētationem. vnde ibi requiritur gñatio aliqualis: similiter motus localis quo cibus deportatur p singula mē

dea similiter requirit ibi mixtio & nutritio. ¶ Ultima conclusio est. augmentatio est motus ad quantitatem: patz ex eo ꝙ per augmentationem fit ꝙ permutatur responsio de aucto per nomina de predicamento quantitatis.

Ad rationes. Ad primam dico ꝙ illa probat ꝙ ibi est generatio secundum quid: sicut de aliquo verificatur generari secundum quid ratione sue partis. Consimiliter respondetur ad secundam. ¶ Ad tertiam quando dicitur augmentatio est motus ad substantiam: verum est: sed non ad substantiam per se subsistentem: & propter hoc non dicitur generatio simpliciter: sed bene generatio alicuius. ¶ Ad quartam dico ꝙ augmentatio ignis ex appositione lignorum non dicitur augmentatio proprie dicta ex quo augmentatio proprie dicta non convenit nisi animatis: sicut dictum est. Et sic de tali augmentatione ignis non est ad propositum. ¶ Ad quintam dico ꝙ rarefactio bene est motus ad quantitatem: sed tamen est nullo extrinseco adveniente. ¶ Ad septimam dico ꝙ intensio qualitatis non dicitur augmentatio proprie dicta de qua est sermo in proposito. Et sic de tali augmentatione quantitatis non est ad propositum.

Questio X.



Queritur utrum in augmentatione illud quod augetur maneat idem ante & post. Et arguitur primo ꝙ non: nam sit sor. qui sit auctus: tunc post augmentationem est alia multitudo partium ipsius sor. quam ante erat: ex quo alique partes non preexistentes de novo adveniunt: ergo est aliud totum: consequentia tenet ex eo ꝙ totum non est aliud quam multitudo omnium suarum partium: sicut dictum est primo phy. si ergo post augmentationem est illud totum quod erat ante: sequitur in augmentatione non manere idem totum ante et post. ¶ Secundo arguitur sic. sit a. preexistens & b. adveniens per augmentationem: tunc clarum est ꝙ a. & b. est aliud ab a. sed totum quod est post augmentationem est a. & b. et quod erat ante erat a. solum: ergo post augmentationem est aliud totum a toto quod preexistebat licet illud quod preexistebat factum fuit pars totius quod est compositum ex preexistente & adveniente. ¶ Tertio sicut partes materiales manent eedem ante & post nec formales: ergo non manet idem totum ante augmentationem & post. consequentia tenet ex quo ꝙ ad variationem tam partium materialium quam formalium sequitur variatio effectus: antecedens patet de partibus materialibus. nam secundum Aristo. ille fluunt & refluunt & non manent eedem alique enim recedunt per resolutionem earum factam in fumos vel in aliquid huiusmodi mediante calore naturali: alique etiam de novo adveniunt per assimilationem cibi advenientis: quod in principio est dissimile: & post ea in virtutes anime mediante calore naturali factum est simile. tunc ultra: si partes materiales non manent eedem et cum forma non possit migrare de subiecto in subiectum: sequitur etiam partes formales non manere easdem ante & post augmentationem. ¶ Quarto. si questio esset vera: consimili ratione debet manere idem ignis ante & post in augmentatione ipsius ignis: sed hoc est falsum: & falsitas patet ex eo ꝙ in generatione ipsius ignis est generatio & corruptio simpliciter: & per consequens non manet idem ante et post: est enim ibi corruptio simpliciter combustibilium & generatio simpliciter ipsius ignis consequentia patet: quia non videtur aliter debere esse de augmentatione ignis quam de augmentatione aliorum.

¶ Quinto. sequitur ꝙ aliquid posset manere idem propter hoc solum quod aliquid eius maneret: sed hoc est falsum: consequentia tenet: nam si in augmentatione dicimus idem est prius quod ante: hoc non est ex alio nisi quia aliquid preexistens adhuc est quod ante erat: sed falsitas consequentis probatur: nam si sic: sequeretur ꝙ aliquod totum maneret idem alteri: & tamen nulla pars unius esset vel fuisset pars alterius: sed hoc est falsum: & consequentia tenet: nam sit aliqua navis: cuius in uno anno unum latus de novo reparetur: & in secundo anno fundus de novo paretur. tunc sic ista prima reparatione facta adhuc dicitur navis que ante erat: consimili ratione facta secunda adhuc dicitur eadem navis: similiter facta tertia adhuc dicitur eadem: sed tertia reparatione facta nihil est in illa navi quod erat ante aliquam illarum reparationum igitur. ¶ Similiter ad idem sequitur ꝙ sequana similiter non deberet dici idem quod erat iam sunt centum anni: sed hoc est falsum et consequentia posset deduci sicut de priori argumento: sed falsitas apparet quia ille sequana qui erat ante centum annos erat aqua que diu erat corrupta.

In oppositum est Aristoteles. Et probatur rationibus. nam nisi questio esset vera: sequitur ꝙ augmentatio non esset motus: cuius oppositum dictum est tertio. phy. & primo huius: probatur consequentia: nam ad hoc ꝙ aliqua transmutatio dicatur motus: requiritur ꝙ subiectum talis transmutationis sit ens in actu per formam substantialem que est eius pars manens idem sub utroque termino transmutationis: sicut patet in Aristo. hic in primo: nam per hoc differunt generatio et corruptio ab aliis transmutationibus: quia earum subiectum non est tale: sed est ens in pura potentia: cum ergo illud quod augetur sit subiectum augmentationis: si non maneret idem: sequeretur quod dictum est. ¶ Secundo arguitur sic. sequitur ꝙ hic terminus sor. non esset terminus discretus: sed communis: patet hoc: nam sine nova impositione significaret plura: quia sortem ante augmentationem & sortem post augmentationem: Etiam sequitur ꝙ nullus nostrum esset natus de muliere: probatur consequentia: ex quo non essemus idem modo quam eramus ante nostras augmentationes.

In ista questione primo tangam unum modum per quem potest salvari veritas questionis: & secundum quem possunt solvi aliqua argumenta tangentia istam materiam: secundo ponam unum alium modum dicendi ad questionem.

Quantum ad primum possumus imaginari ꝙ sicut supernaturaliter una res numero est plures res numero scilicet pater filius & spiritus sanctus. Ita naturaliter una res numero potest esse successive plures res numero: quamvis non simul: Et secundum hoc posito ꝙ sor. sit auctus: & preexistens sit a. & adveniens sit b. dico ꝙ est idem sor. post sicut erat ante: quamvis sor. ante erat solum a. & modo idem sor. est a. & b. sicut sanctus Petrus in terra erat anima & corpus: & idem Petrus modo est anima solum. aliter enim false diceremus sanctus Petrus est in celo. ¶ Sed si diceretur. sit totum corpus sor. preter digitum a. & residuum sit b. & cras digitus sor. sit abscisus: tunc arguitur sic. sor. erit cras sor. est a. & b. ergo a. & b. erunt cras. quod tamen est falsum ex quo b. est abscisum & forte corruptum. ¶ Respondetur secundum predictum modum: ꝙ in casu posito a. & b. erunt cras: sed tamen a. & b. non erunt cras a. & b. sed erunt a solum. ¶ Adhuc arguitur. posito sicut ponebatur ꝙ b. digitus sit cras abscisus & residuum. Sa. re

maneat:tunc arguit sic a.nūc nō est sor.sed a. cras erit sor.ergo a.cras incipiet esse sor. ¶ Concedo conclusionem. Et si vlteri⁹ arguitur a.cras incipiet esse sor. sed a.est aliquid:ergo cras aliquid incipiet esse sor.conceditur conclusio.et si vlterius arguatur:ergo aliquid incipiet esse:neganda est cōsequentia.vnde sicut aliquid potest incipere esse album: absq3 hoc q aliquid mūdi incipiat esse:ita dico q aliq̄d bene īcipit esse sor. absq3 hoc q aliquid incipiat esse.vnde posito q esset vnum scutum:cuius vna medietas esset alba et alia nigra:et medietas nigra cōdensaretur absq3 hoc q medietas alba condensetur:tunc illud scutum incipiet esse album absq3 hoc q albedo vel aliq̄d aliud incipiat esse. et sm istum modum loquendi deberet dici q hoc nomē sor. non esset mere absolutum:nec mere connotatiuum: sicut est hoc nomen albū:sed medio modo se habens inter nomina mere absoluta et noīa mere connotatiua.

Quantum ad secundum sciēdum est

q questio intelligitur de identitate numerali.videlicet an maneat idem numero:et non de identitate specifica et tota difficultas stat in equiuocatione idētitatis numeralis:de qua idētitate declarate sunt tres acceptiones questione octaua. primi phys. que in proposito prosupponuntur. Et omnes isti tres modi identitatis numeralis sufficiunt ad hoc q aliquis terminus dicatur discretus.

Tunc sit prima conclusio. In augmen

tatione proprie dicta:de qua est p̄sens sermo:non manet idem numero primo modo āte et post:patet hoc ex eo q augmentatio fit aliquo adueniente. ¶ Secūda conclusio.in augmentatione hominis bene manet idē numero secundo modo:patet hoc: quia principalior pars manet scilicet anima:propter cuius mansionem bene possumus dicere hominem manere eūdem. Et illum modum loquendi seruamus cum dicimus: idē petrus est in celo q̄ erat in terra:et hoc secundum partem principaliorem:puta animā:sed forte sic nō est de aliis animatis:nam in equo magis pricipalior et maior pars non fuit cū esset paruus: immo forte nihil quod est in equo magno prius erat in equo paruo. Sed in augmentatione huius et consilium posset dici idem manere numero tertio modo:ita q propter continuam successionem partium similium cōseruatur similis figura et dispositio:ita sicut argutum est in alia questione: propter hoc dicimus equum magnum esse eundem numero q̄ erat cum fuit paruus:et hoc loquēdo de identitate tertio modo. ¶ Ad rationes.patet ex iam dictis.

Quæstio.XI.



Veritur verū eius qd̄ augetur quelibet pars augeat. ¶ Et arguitur primo q nō. nā alicuius quod augetur aliqua pars diminuitur:ergo non quelibet pars augetur: consequentia tenet:antecedēs probatur. aliquando visum est q cū aliquis augebatur:digitus vel brachium propter aliquā infirmitatem diminuebatur. ¶ Secundo arguitur sic non cuiuslibet quod nutritur quelibet pars nutritur: ergo non cuiuslibet qđ augetur quelibet pars augeat. consequentia tenet ex eo q augmētatio presupponit nutritionem:antecedens patet:nam nutritio fit propter restaurationem deperditi:sed non quelibet pars quod nutritur aliquid deperdit:taliter eīm nihil remaneret quod ante erat. ¶ Tertio arguitur sic. augmentatio fit aliquo extrinseco adueniente: modo si quelibet pars illi⁹ quod augetur:augeretur:oportet q cuilibet eius parti aliquid adueniat: et tunc non cuilibet eius parti possit aliquid de nouo aduenire: nisi vna separet ab alia p aduenīes subingrediens:et cum sint infinite partes illud quod augetur:oporteret q in augmētatione in infinitas partes diuidatur: et idem oporteret de cibo adueniente.aliter enim nō posset distribui pro infinitis partibus illius quod auget. si autem diceret quālibet partem illius qđ augetur augeri absq3 huiusmodi diuisione:tunc oporteret ponere penetrationem corporū:propter hoc vnum corpus nō potest recipi in alio:nisi per diuisionem:nisi tunc cōcedatur penetratio corporum:quod est contra Arist.quarto physicorum. ¶ Quarto arguitur sic.pro qua ratione supponitur q sit dare minimam carnem:tunc sic: si quelibet pars illius quod augetur augeat:sequitur q quelibet minima caro illius quod augetur augeatur:vel ergo per carnem minorem vel tantam vel maiorem. si dicitur per minorem hoc non videtur verum:quia non datur caro minor. si dicitur q per tantam vel maiorem sequitur q omne quod augetur sit duplū ad se vel maius:ex quo cuilibet carni minime additur tātum quātum ipsa est vel maius.

In oppositū est Aristo. in hoc primo

¶ In ista questione.primo ponam suppositiones pro videndo modum augmentationis.secundo conclusiones.tertio dubia et eorum solutiones.

Quantum ad primum sit prima sup

positio: q nullum corpus potest subintrare nisi p' diuisionem vel receptionē.eius in poros corporis in quos fit subingressio.aliter enī nō posset euitari quin esset penetratio corporum:et plurima corpora essent in eodem loco adequate:qđ est contra Arist.quarto phy. Similiter si posset fieri talis subingressio corporū sine poris et sine diuisione: tunc viuens nō indigeret talibus poris quod est falsum.nā videmus q per omnia membra viuentis reperiuntur huiusmodi pori et foramina: que natura non dedisset viuenti nisi ipsis indigeret:consequētia tenet:nā tunc nutrimentū posset subingredi sine poris in corpus. ¶ Similiter si vnū corpus posset subintrare aliud sine poris vel sine diuisione:tunc etiā econuerso posset exire sine diuisione et poris: quod nō est naturaliter bene imaginabile posse fieri. ¶ Secunda suppositio.corpus porosum habet aliquas partes non porosas:patet:quia aliter totum illud corpus eēt vnus porus. Et ex alio etiam:quia vel aliqui pori carnis vel ossis sunt immediati:sic q īter illos poros nō est alius porus: aut nulli sunt ita immediati: si dicitur primum:vel ergo inter illos poros mediat corpus vel sola superficies:si dicitur q sit corpus:tunc cum in eo non sit porus:aliter.enī illi pori non essent immediati p priuationē pori medii:quod est cōtra hipotesim: et p ɔñs illud corpus nō est porosum. Non potest dici q sola superficies:nā sicut alibi visum est non sunt ponenda talia indiuisibilia secūdum aliquā vel aliquas dimensiones:sicut sunt superficies linee etc. si autem dicit q inter quoslibet duos poros corporis vel ossis sūt alii pori medii:et cū q̄libet por⁹ nō sit in infinitū modice quātitatis:oportet qđlibet corp⁹ porosum esse in infinitum magnum.datur q̄libet corpore poroso essent infiniti pori:quorum quilibet non est infinitum modice quantitatis.

Quantum ad secundum sit prima cō clusio. nō vbicunq; in corpore quod augetur est aliqd de cibo subueniente: patet hoc: q; in illa parte q̄ est inter poros & est nō porosa: nihil recipit de cibo subueniente patet: nam nihil reciperet in illa parte nō porosa nisi p diuisionē illius ptis non porose vel in poris: sed nullū illorū potest dici: ergo &c. maior nota per primā suppositionē: minor patet: nō p diuisionē: nā si sic: sequit augmētationē nō posse fieri nisi p diuisionē partiū corporis augēdi: qḋ est falsum: nec pōt dici secūdū: q2 illa ps posita est nō porosa. ¶ Secūda cōclusio. augmētatio fit p iuxta positionē nutrimēti partibus p̄existētibus et p receptionē ipsius in poris: pbatur: q2 in augmentatiōe fit diuisio & distributio ipsius nutrimēti in partes finitas in numero: & q2 nō possunt ille partes subintrare corpus nisi per poros vt dictū est: sequitur q; recipit in poris: & iuxta ponit corporibus terminantibus poros: que quidē corpora ponunt nō porosa: & dicuntur partes p̄existentes. ¶ Tertia cōclusio. non solum augmētatio p̄ptie dicta fit p talē iuxta positionē sed etiā p alterationē & p cōuersionē illius recepti in substantiā similē p̄existēti. & p actionē illi⁹ caloris naturalis in illud aduenientis in virtute ipsius anime. Ista opinio ponit q; nutritio fiat p iuxta positionē: et cum hoc requiratur alteratio & aliqualis generatio post q̄ enim illud sic receptū in poris sufficiēter est alteratū: forma eius substātialis corrūpit: & de materia forme substantialis educitur similis forme substantiali p̄existenti: & ratione cuius similitudinis ad eā forma in specie materia que fuit alimenti cōtinuatur materie ipsius p̄existentis: & fit vnū cōtinuū ex p̄existēte & illo qḋ de nouo generatur: & illud sic iterū p actionē caloris extēdit: & fit porosum in quibus poris iterū potest recipi alimentū et q̄diu talia sic possunt extendi: sic q; nō impediat nimia duricies pp terrestreitatē ibi relictā & resolutionē subtiliorū pōt fieri augmētatio: sicut in iuuentute: qn autē mēbra fiunt multum dura p̄pter resolutionē subtilis & terrestreitatem relictam: q; nō possunt sic extendi nō amplius fit augmentatio: q̄uis bene nutritio.

Quantum ad tertium dubitatur nā si in corpore quod augetur ponerentur tales pori: vel illi essent pleni vel vacui: non vacui: q2 hoc esset contra Arist. quarto phy. si pleni: adhuc videt fieri penetratio corporū in augmētatiōe. ¶ Secūdo. nā videtur q; omnes ptes ipsius corporis qḋ augetur sint eiusdē rationis: quare videtur q; non magis alique sint porose q̄ alie. ¶ Tertio nā si ponerent alique partes non porose: sequitur q; ille non augentur: ex eo q; in ipsis nō posset fieri receptio ipsius alimēti. ¶ Quarto. nam ex receptiōe ipsius alimēti in poris nō videtur sequi augmentatio: sed bene cōdēsatio &c. Ad primū dico: q; tales pori non sunt pleni corporibus grossis: sed subtilibus qui de facili cedunt sicut est aer vel spiritus: et ex hoc q; huiusmodi corpora faciliter cedunt: nō oportet sic fieri penetrationē. sed cū huiusmodi pori sūt repleti alimento: aliud in eis non recipitur nisi alimēto corrupto: & iterum fit p calorē rarefactio: & fiunt noui pori: in quibus iterum potest fieri tunc similis receptio. ¶ Ad secūdam qn dicitur omnes partes &c. negatur q; omnes partes sunt eiusdē rationis. vna enī est densior alia porosa: vñ statim patet ratiōe: si omnes essent eiusdē ratiōis: eadē ratiōe exhalaret vna pars & alia. ¶ Ad tertiā respōdet: aliquid dicit augmētari dupliciter. vno modo secūdū q; intra se recipit aliquid: & sic solū partes porose augerentur. alio modo minus proprie q; aliquid est ei adiūctum qḋ factum est vnum cū ipso p cōtinuationem: & illo mō partes nō porose bene augerentur: cum: sibet ergo qḋ auget nisi sit impedimentum & innaturalis dispositio alicui⁹ eius partis: quelibet pars auget: vel p alicuius intus positionē: vel alicuius iuxtapositionem. immediate illi vel alteri cui cuius est pars qḋ dicit pp partē illā que est immediate partis non porose: quia q̄uis ibi nō sit aliquid iuxta positū immediate: tamē toti cuius est pars & aliquid ē iuxta positū. Et ex hoc patet responsio ad quesitum. ¶ Ad quartam dico: q; bene verū esset nisi pori extenderentur: & fierent noui pori eo modo quo dictum ē. ¶ Ad rationes principales. patet quid sit dicendum. per superius dicta.

Quæstio. XII.




Veritur vtrū augmētatio fiat secūdū partes formales & non materiales. Et arguitur primo q; non. nā ex quo forma nō potest esse sine materia: nec pōt protendi vltra materiā in qua est: sequit. si forma auget q; oportet etiā materiā augeri et p 2ñs si augmētatio fit secūdū partes formales: videtur fieri sm partes materiales. ¶ Scḋo arguit sic. nō solū forma auget: sed totū cōpositū: sed hoc nō esset nisi ita bñ secūdū materiā sicut secūdū formā. ¶ Tertio arguitur sic: ex quo augmētatio p̄supponit nutritionē: solū hoc augetur qḋ nutritur sed totum cōpositū secundum partes materiales nutritur & non formales ergo &c. añs probatur: nam nutritio est deperditi restauratio. cum ergo sm ptes materiales fiat deperditio ex q̄ ptes materiales fluūt & refluūt: & nō sm partes formales: ex quo ille remanent: videtur nutritionem solū fieri secundum partes materiales & non formales.

In oppositū est Aristoteles dicens augmentationē fieri secundum speciem. Et exponitur. i. sm partes formales: & non secūdum partes sm materiam: hoc est secundum partes materiales.

In ista quæstiōe ponūt opiniones quid Arist. intelligat p partes secūdū speciē & p partes sm materiā que oēs opiniones iudicio meo possent sustineri. Unde aliqui dicūt q; partes secundū speciē sunt partes etherogenee: & partes sm materiā partes homogenee. Unde sciendū q; partes etherogenee dicuntur quarū partes nō suscipiūt predicationē toti⁹. verbi gratia: sicut sunt manus: digitus: caput: oculus. &c. nō enī quelibet pars manus est manus: similiter est de digito. Partes vero homogenee dicūtur ille: quarum partes suscipiūt predicationē totius: sicut est caro os &c. q̄libet pars carnis est caro: sic q̄libet pars ossis ē os. Modo isti dicūt vlteri⁹: q; augmētatio fit sm partes formales seu etherogeneas: & nō secūdum partes materiales seu homogeneas. Nō intelligēdo q; nulle ptes homogenee augeant: nā tunc nulle partes etherogenee augentur: dicit enī Arist. partes etherogeneas augeri: quia partes homogenee augentur. Sed ad istū intellectū augmētatio dicit esse sm partes formales seu etherogeneas: & nō secūdū ptes materiales seu homogeneas: q: eius qḋ auget quelibet ps formalis seu etherogenea auget: sz nō q̄libz ps materialis seu homogenea propter hoc q; aliqua talis de nouo aduenit vel recedit per resolutionē. vnde cum homo augetur nisi sit propter indispositionē alicuius ei⁹ ptis

heterogenee: quelibet eius ps heterogenea augetur: scilicet tam oculus q̃ caput: tã manus q̃ digitus: tam pes q̃ brachium: tam tibia q̃ genitalia: ⁊ sic de aliis. sed cum hoc stat q alique partes materiales recedūt nec de nouo adueniunt: q̄uis alique partes materiales augeantur: aliter enim nunq̃ formales augerētur nunq̃ enim manus vel digitus augetur nisi caro et os augeatur. ¶ Et tūc credo q ista opinio valde faciliter posset sustineri: q̄uis aliqui nolētes ipsam intelligere improbent per hoc q Aristoteles dicit partes heterogeneas non augeri nisi partes homogenee augeantur. ¶ Breuiter illud non est contra predictam opinionē: quia ista opinio non vult q augmentatio nullo modo fiat secundum partes materiales seu homogeneas: sꝫ vult q in augmentatione non quelibet pars homogenea augeatur: sed quelibet pars heterogenea: propter hoc q partes homogenee alique recedūt: ⁊ alique adueniunt: modo illud quod aduenit vel recedit non augetur: sed quia partes heterogenee nec adueniūt nec recedunt secundum materiam: ideo augmentatio attribuitur ei quod augetur secundum partes formales hoc est heterogeneas: ⁊ non secundum partes materiales seu homogeneas. ¶ Alia est opinio. q per partes formales intelliguntur partes que seorsum existentes essent sensibiles: ⁊ per partes materiales intelligantur partes que q̄uis inexistentes toti sentiūtur cum aliis tamen si essent seorsum posite non sentirētur. modo dicit ista opinio q in augmentatione quelibet pars que seorsum posita esset sensibilis: augetur. nulla enim talis secundum se totam aduenit simul de nouo vel recedit: ⁊ sic talibus partibus debetur augmentatio: ex q̄ quelibet talis cum aliqua adueniente fit maior: sed in augmentatione non quelibet pars que si esset seorsum esset insensibilis: augetᷣ: ꝓpter hoc q aliqua talis secūdum se totam de nouo aduenit vel recedit. mō illud qđ recedit vel aduenit non augetᷣ. non tñ vult dicere ista opinio q nulla pars insēsibilis augeatur: sed bñ vult dicere q nō quelꝫ augetᷣ: cū hoc tñ stat q multe alie insensibiles augeantur: partes enim sensibiles nō augerenᷣ nisi partes insensibiles augerētur. istā opinio bñ est vicina prime. ¶ Tertia opinio est. q ꝑ partes formales intelligit partes porosas: ⁊ tunc vlterius dicit ista opinio q augmentatio proprie fit secūdū partes formales hoc est porosas. nam augmētatio proprie fit per intussusceptionem. modo solum ptes porose pñt aliquid intra se recipere: sed augmentatio non fit scđm ꝑtes materiales hoc est non porosas: qꝛ ille nō pñt aliquid intra se recipere: sed tamen secundū illas īproprie bene fit augmētatio. s. ꝑ iuxta ꝑpositionē. ¶ Quarta opinio est Cōmen. q augmentatio inest animato secūdum partes formales hoc est ratione aie: cuius est nutrire ⁊ augere ⁊ conuertere alimentum in substantiam aliti mediāte calore naturali ⁊ non secundū ptes materiales: hoc est nō rōne materie: cū materie nihil actiue faciat ad augmētationem: ex quo est passibilitatis infinite. sicut dictum est primo phisi. ¶ Preter istas opiniones pōt adhuc cōputari alius modus de augmentatione ⁊ similiter de partibus materialibus ⁊ formalibus: ita q simpliciter per partes formales intelligamus formā vel partem forme et per ptes materiales ptes materie. Et posset sic imaginari q cū alimētum recipitᷣ in poros ⁊ iuxta ponitur partibus nō porosis in quibus est forma animati: forma alimēti successiue non gradualiter: sed q̄titatiue deperditur: ⁊ sicut successiue deperditur: et materia eius successiue forma expoliatur: ipsa materia ingreditur successiue partē non porosam: ⁊ sicut successiue ingreditᷣ ptē nō porosā ita illa forma successiue est in pluri materia: ⁊ sicut successiue fit in pluri materia: ita successiue illa ps porosa extenditur: ⁊ fit maior: ⁊ talis extēsio ⁊ maioratio inest ibi ratione sue forme. vnde si nuda materia nudam materiam ingrediretᷣ: nō fieret talis extensio: ⁊ qꝛ talis extensio principaliter debetᷣ forme vel saltē ex ꝑte ei⁹ ⁊ nō ratione materie: ideo est q dicimus augmētationē fieri secundum partes formales et nō materiales. ¶ Sed dicet aliquis quō pōt hoc esse q vna materia q̄ est vnū corpus extēsū ita aliud corpus subingrediatᷣ cū tñ nō ponas hoc fieri ꝑ diuisionē: nec ꝑ poros: ⁊ videtur q hoc sit ꝯ dicta in alia q̄stione: dicebatᷣ enī q vnū corp⁹ nō posset subingredi aliud nisi ꝑ diuisionē vel ꝑ poros. ¶ Secūdo. nā tūc seqᷓtur q vna forma simul īformaret duas materias: videlꝫ materiā ꝑexñtē ⁊ materiā subingredientē. ¶ Ad primū. dico verū eē q corpora nullū informat aliud: nec ambo informant tertium nec ambo informantᷣ ab vno tertio: nec possunt informari simul: nō possunt se penetrare: nec subingredi siue diuisione vel sine poris: nihilominus si ambo īformant vnū tertium: sicut albedo ⁊ dulcedo in lacte: vel vnū informat aliud: sicut forma materiā: tūc pñt se mutuo penetrare: silr si ambo possunt īformari ab vno tertio: tūc possunt se subingredi: sicut due materie q̄ post eā erunt vna ꝑ subingressum vni⁹ ad aliā. ¶ Ad scđm dico. q ex hoc illa forma nō informat duas materias: sꝫ bñ informat plus de materia. Nā sunt oīno vna materia postq̄ vna forma informatᷣ. Et vlterius imaginādū est q sicut vter plus ⁊ plus extenditᷣ adueniēte vino ita forma manēs eadē oīno extenditᷣ plus et plus ī pluri ⁊ in pluri materia. Et ita dici posset q illud qđ augetᷣ manet idē añ ⁊ post. s. forma. ¶ Ad rationes factas in principio: patet quid sit dicēdum ex dictis.

Quæstio. XIIII.



Queritur vtrū augmentatio sit motus cōtinuus. ¶ Et arguitur pmo q non: per differentiam quam ponit Aristoteles inter augmētationē et nutritionē vnde videtur velle nutritionem durare cōtinue per totam vitā animati augmentationem vero vsq ad aliquod tempus: ⁊ adhuc per illud tempus animatum aliquando augetur ⁊ aliquādo stat: ergo videtur q augmētatio fiat discontinue vsq ad illud tēpus in quo animatum nō amplius augetᷣ: sed bene nutritur. ¶ Secundo arguitur: auctoritate Auer. viij. physi. vbi arguit sic: si augmētatio esset motus ꝯtinuus: sit ergo q aliquod animatū augeatᷣ acq̄rendo quātitatē digitalē in vno anno: tunc si talis augmentatio est continua cuilꝫ pti anni correspōdet vna pars illi⁹ quātitatis digitalis: quod ipse dicit nō esse credibile. ¶ Tertio arguitᷣ sic. diminutio nō est motus ꝯtinuus: ergo nec augmentatio: ꝯña tenet a simili: antecedens pꝫ nā non videtᷣ q cōtinue fiat resolutio ⁊ deperditio aliquarum partium ipsius animati: nam illa fieret ꝑ actionem caloris naturalis: sed hoc non nam in nutritione fit generatio carnis ⁊ aliarū partiū animati per actionem caloris naturalis: ergo nō fit corruptio nec resolutio taliū partiū mediante actione caloris naturalis: aliter enim idem. s. calor naturalis eiusdem. s. carnis esset generatiuum ⁊ corruptiuum: pmo enī gn̄aret ⁊ postea idē genitū corrūperet. ¶ Quarto arguitᷣ sic. omnis motus debet esse inter contraria ex eo q mot⁹ est transitus de contrario in contrarium: sed ita est q

augmētatio non est inter contraria: est eñ inter paruum et magnum: sed paruum ⁊ magnum non sunt contraria sed relatiue opposita: ergo augmētatio non est motus ⁊ per ꝯsequēs nō est motus continuus: ꝯña tenet a superiori ad inferius negatiue. ¶ Quinto arguit sic augmētatio est cum plus cōuertit in substātiam animati ꝙ fuerit deꝑditum: sed tālis cōuersio non est motus ⁊ per ꝯñs nec motus continuus ꝓpter hoc ꝙ talis cōuersio est eductio forme sbalis de materia alimēti sed talis eductio est gñatio: gñatio aūt nō est motus ex eo ꝙ gñatio nō fit successiue sicut motus.

In oppositum arguitur. nam augmētatio est motus ad quantitatem ꝑ Aristotelem quinto physi. ⁊ si sic. ergo est motus: ⁊ vltra. ergo augmētatio est continua ex eo ꝙ motus est de numero continuorum. ¶ In ista questione videndū est de nutritione quomodo fiat ⁊ de causis eius. ¶ Secundo. videndū est vtrū nutritio animati duret vsq̧ ad finē vite. ¶ Tertio. videndum est de quesito.

Quantum ad primum dico primo ꝙ calor naturalis continue agit in humidū radicale per hoc ꝙ nisi fieret sumptio alimenti extrinseci ab ipso animato: ipꝫ sensibiliter diminueret: modo talis diminutio ⁊ debilitatio animati nō videt esse ex alio: nisi ꝓpter deperditionem aliquarum particularum ipsius animati: quarum restauratio fit per sumptionem alimenti. ⁊ ita fit talis deperditio et similiter debilitatio ipsius animati per actionem ipsius caloris naturalis in humidum radicale. sic igitur patet de fine nutritionis: qui est restauratio deperditi mediāte actione caloris naturalis. ¶ Secundo dico ꝙ efficiens nutritionis est idem calor naturalis: nā idē calor alimentum assūptum exiccando ⁊ agendo in ipsum conuertit in carnem: et ipso cōuerso in carnem vlterius ipm exiccando resoluit in tantum ꝙ corrumpitur ⁊ deperditur. Et sic idem respectu eiusdem est generatiuum et corruptiuum: secundum aliam et aliam tamē dispositionē materie: nec hoc est inconueniēs: ⁊ ꝑ hoc soluta est tertia ratio. ¶ Notandū tñ ꝙ calor naturalis non est agēs principale: sed est agens instrumentale: ꝑncipale autē est ipsa aīa. ¶ Ex isto patet quomodo fit nutritio: nā nutritio fit isto modo ꝙ alimentum primo sumitur a stomacho: ⁊ ibi mediante calore naturali: cuius est segregare heterogenea ⁊ congregare homogenea: purū separatur ab impuro: ⁊ impurum mittitur extra ꝑ foramen: sed purum manens mittitur ad epar: et ibi fit vlterior purificatio mediante calore naturali: ⁊ tunc illud impurum mittitur ad vesicam: ⁊ fit ex hoc vrina ⁊ tunc vlterius purum manēs mittitur per vnam magnam venam ad cor: et tunc ibi fit vlterior segregatio ⁊ purificatio puri ab impuro: ⁊ dicit ꝙ illud impurum mittitur pro generatione vnguiū: et de puro remanente cor retinet sibi portionē suā ꝓ suo nutrimēto q̇d cōuertitur in sbam cordis ꝓ restauratione deꝑditi: ⁊ residuū remittitur ꝑ vnā paruam venā de corde ad epar: a quo multe vene vadunt ramificate hincinde ad singulas ꝑtes corporis: per quas illud purū distribuitur et remittitur per singulas partes ipsius corporis: tunc ꝯuenit ibi calor taliū partiū mediāte quo alterat illud aduenientē: tādē ꝙ forma subalis illius corrumpit ⁊ cū illa corrūpitur de eius materia educitur de nouo vna forma: que cū forma animati preexistente fit vnū cōtinuum: ⁊ si illud quod generatur de nouo est maius ꝙ illud quod deperditur: non solum est nutritio: sed etiā augmentatio: si vero non est maius: sed tantum vel minus: tūc est solum facta nutritio: sic igit habetur quomodo fiat nutritio: ⁊ similiter augmentatio: ⁊ quid sit finis nutritionis: ⁊ similiter agēs nutriens ⁊ augens. De fine vero augmentationis dico ꝙ finis eius est: vt animatū fiat tantū: vt debite possit exercere operationes sibi debitas: quas non posset exercere si maneret ita paruū sicut erat in principio cū generabatur.

Quātum ad secundum sciendum est nutritio potest capi dupliciter. vno modo pro alteratione nutrimenti. alio modo pro conuersione alimenti illius in substantiā animati. ¶ Tunc sit prima conclusio talis: non ꝑ totum tēpus vite ipsius animati est nutritio: accipiēdo nutritionē pro conuersione alimenti: patet hoc: quia aliquando bene prope ante mortē calor naturalis in tātū debilitatur ꝙ nō sufficit obtinere sup alimentū in tātū ꝙ possit ipsum cōuertere in substātiā animati. ¶ Secūda ꝯclusio. aīatū nō posset diu manere sine eius nutritiōe: ⁊ idem est ꝙ talis nutritio est necessaria aīato: supposito ꝙ diu debeat viuere: patꝫ nā aliter nō fieret restauratio deꝑditi: ⁊ fieret debilitatio nimia animati. ¶ Tertia conclusio. possibile est: et forte ita est: ꝙ nutritio est continua ꝑ totā vitā: sumendo nutritionē ꝓ alteratiōe: ⁊ hoc in animalibus habentibus magnū calorē ⁊ multū sanguinē: patꝫ nā ꝙdiu talia viuūt hñt calorē naturalē ⁊ obtinētē supra alimētū in tñ ꝙ sufficit ꝓ alteratiōe: ꝗuis nō ꝓ ꝯuersiōe: ꝑꝫ ex eo ꝙ talia aīalia nō viuūt sine notabili calore: sed aīaliū ad quorū viuere non requiritur tantus calor: sicut sunt rane ⁊ hmōi: pōt dici: ꝙ nō ꝑ totā vitam durat eorū nutritio: siue nutritio accipiat ꝓ alteratiōe seu ꝓ ꝯuersione ¶ Quarta cōclusio. hoc tñ nō est demōstratū: posset etiā dici ꝙ modicū ante mortē calor in tantū debilitat ꝙ nullo modo obtinet super alimentū in tñ ꝙ sufficiat ipsum alterare vel cōuertere.

Quantum ad tertium sit prima conclusio. oīs augmētatio est cōtinua: patꝫ qr oīs augmētatio est motus q̇ fit successiue: oīs aūt motus talis est cōtinuus: ergo ⁊c. ¶ Scđa ꝯclusio. Possibile est ꝙ aliquid augeat ꝑ lōgū tps: ⁊ ꝙ sint augmētatio: nō ꝓpe vna sed aggregata ex pluribus: patꝫ nā aliqñ videmus de aīatis ꝙ ꝑ aliqđ tps augētur: ⁊ tūc ꝑ aliqđ tps stāt: ⁊ iterū augēt. ¶ Tertia ꝯclusio nunꝙ est status: sed ꝯtinue tpm viuēs augeat vel diminuitur: ⁊ nūꝙ in eodē statu ꝑmanet: patꝫ qr calor naturalis nūꝙ manet in eodē statu qn sit aliqñ fortior ⁊ aliqñ debilior: et hoc ꝓpter intensionē vel remissionē sui. vel caloris extranei in animatis q̇ calor extraneus nō posset manere in eodē statu nisi calidum quiesceret ⁊c. Si calor naturalis sit equaliter eque potens ad conuertendum sicut ad resoluendum sequitur ꝙ immediate post hoc erit fortior ad vnum ꝙ ad aliud: ⁊ hoc supposito ꝙ continuo sit resolutio vel conuersio ⁊c. ꝓpter hoc ꝙ continue per actionem celi in ista inferiora fit alteratio ⁊ variatio istorum inferiorum in tantum ꝙ nunꝙ in eodem statu permanent.

¶ Sed diceres tu. augmentatio tñ durat vsq̧ ad aliquod tempus post quod non fit vlterior augmentatio ¶ Respōdetur. bene verum est ꝙ fit vsq̧ ad aliquod determinatum tempus: post quod non fit vlterius augmentatio sensibilis: sed insensibiliter fit maior augmentatio ꝙ diminutio: sed postea ꝗuis alternatis vicibus fiant augmentatio et diminutio: non tamen fit sensibiliter maior augmentatio ꝙ diminutio: ⁊ propter hoc dicimus augmentationem stare / nutritionem vero non: nam per longum tempus ante mortem non fit sensibiliter maior augmentatio ꝙ diminutio

nec tanta: sed bene sit tanta restauratio deperditi vel maior restauratio deperditi quanta est deperditio.

Ad rationes. Ad primam patet ex dictis qđ sit respõdendũ. ¶ Ad scdm dico bñ est credibile ꝙ aliqua quãtitas digitalis possit cõtinue acquiri in vno anno: ⁊ cuilibet parti illius anni correspõderet vna ps illi⁹ quãtitatis digitalis. ¶ Ad tertiam pz ex dictis. ¶ Ad quartam quãdo dr: motus est inter contraria: dico ꝙ ibi accipitur contrarietas large non solum pro illis que sunt actiua ⁊ passiua adinuicem: sed etiam pro illis que non possunt eidem respectu eiusdẽ simul inesse: sed bene successiue. Et sic accipiendo contrarietatem: bene concedo ꝙ magnum ⁊ paruum possunt dici contraria. ¶ Ad vltimã dico ꝙ nutritio põt accipi ꝓ alteratione vel ꝓ conuersione. Et per hoc soluitur argumentum.

Questio.XIIII



Ueritur vtrum omnis actio ⁊ passio fiat ꝑ contactum. Et arguitur primo ꝙ non: nam deus ⁊ intelligentie agũt in ista inferiora ⁊ tamen nihil tangũt ex eo ꝙ tactus ꝓprie est magnitudinum: deus autem ⁊ intelligentie nõ sunt magnitudines. Secundo. nam visibile agit in visum absq3 hoc ꝙ tangat visum: ergo non oportet ꝙ omne qđ agit in aliud tangat ipsum. ¶ Tertio nam celum agit in ista inferiora puta in terram ⁊ mixta absq3 hoc ꝙ tangat ea: qr valde distat ab eis. ¶ Quarto anima agit in corpus mouendo ipsum: ⁊ simul grauitas in lapidem mouendo ipsum deorsum: ⁊ similiter aqua calefacta agit in seipsam reducendo se ad frigiditatem pristinam: ⁊ tamen nec aĩa tãgit corp⁹ nec grauitas tãgit lapidẽ: nec aq̃ calefacta tangit seipsam: ex eo ꝙ ad hoc ꝙ aliqua tangant se: requiritur ꝙ vnum illorum habeat situm extra aliud. ¶ Quinto magnes agit in ferrum attrahẽdo ipsum absq3 hoc ꝙ tangat ipsum: ergo ⁊c. ¶ Sexto agens agit in interiora passi: cum tamen non tangat. ꝗ ⁊c. ¶ Septimo: si in oĩ actione oporteret agẽs tangere passum: sequitur ꝙ nullũ agens ageret ad aliquam distantiã: sed hoc est falsum: et consequentia tenet de se. ¶ Octauo sequitur. ꝙ nulla possent agere ⁊ pati adinuicem: sed hoc est falsum: ⁊ consequentia tenet ex eo ꝙ Aristo. in ij. de aĩa dicit: semper inter talia esse medium.

In oppositum est Aristoteles primo huius: vbi videtur dicere ꝙ ad hoc ꝙ aliqua agant et patiantur adinuicem requiritur ꝙ se tangant. ¶ In ista questione: primo ponam aliquas distinctiones. secundo conclusiones.

Quantum ad primũ sit prima distinctio ista: ꝙ agens potest dici mediatum passo tripliciter. vno modo: quia virtus illius agentis non attingit ad illud passum: sed ad aliud: cuius virtus attingit ad passum. secundo modo potest dici mediatum quia virtus eius non attingit ad passum: sed tamen eius actio determinatur per agens particulare. tertio modo: qr agens non tangit passum: sed virtus eius. Exemplum primi: sicut si a. agens non sufficeret agere ad c. passũ: sed bene ad b. inter medium quod in virtute ipsius a. vlterius ageret vsq3 ad c. Exemplũ secundi: sicut deus respectu istorum inferiorum. Exemplum tertij. sicut agens respectu passi quod non tangit corporaliter: sz sua virtute solum. ¶ Secunda distinctio: agentium quoddam est agens incorporale: sicut deus: ⁊ quoddã est agens corporale: et tale est duplex: nam quoddam agit actione spirituali: sicut est corpus luminosum qđ agit lumẽ ĩ medio: et similiter visibile respectu visus: quoddam autem agit actione materiali siue deseruiẽte ad corruptionem vel ad alterationem illius ĩ quod agit tale agens: sicut est calidum respectu frigidi: ⁊ econuerso. ¶ Tertia distinctio. tactus aliquando sumitur improprie: aliquando vero proprie. Improprie illa possunt se tangere: quorum vnum est vbi est aliud saltem diffinitiue: licet non descriptiue. Et isto modo possumus dicere intelligentiam tangere orbem. Sed tactus proprie acceptus adhuc dicitur multipliciter: nam quidam est qui dicitur ratione magnitudinum solum: et iste vocatur tactus mathematicus. Alius autem est qui nõ attenditur solum ex parte magnitudinum: verum etiam ex parte actionis et passionis et iste vocatur tactus naturalis. Ad tactũ mathematicum requiruntur tria. primum est: vtrũq3 tangentium esse quantum: et ꝓpter hoc non dicimus intelligentiã tangere orbem tali tactu: quia intelligẽtia non est magnitudo: secundo requiritur ꝙ illorum que se tangunt vtrunq3 habeat situm ⁊ locum extra illud et propter hoc accidens et subiectum nõ dicimus se tangere: nec materiam et formam: ex eo ꝙ vnum illorum non est extra aliud. tertio requiritur ꝙ vltima illorum sint simul: ⁊ ꝓpter hoc illa inter que est aliquod mediũ non dicimus se tangere: quia vltima illorũ non sunt simul: similiter ꝓpter hoc duas medietates continui non dicimus se tangere qr vltima illorũ nõ sunt simul: sed sũt vnum. Ad tactum vero naturalẽ requiruntur ista tria ⁊ cum hoc ꝙ tangens agat in ipsum quod tangit.


Quantum ad secũdum sit prima conclusio talis: de agentibus corporalibus nõ oportet ꝙ tangant illa in q̃ agũt: forte aliquo tactu mathematico ⁊ improprie dicto: pz hec: qr deus ⁊ intelligentie sũt agentia in orbes ⁊ in ista inferiora: ⁊ non tangunt ista inferiora: licet bene dicant̃ tangere orbes metaphorice ⁊ improprie. ¶ Secũda conclusio. omne agens corporale in agendo actionẽ suam agit circa se suã actionem orbiculariter nisi sit impedimentũ: patet hoc de visibili ꝙ ex h̃ns in medio multorũ hominũ a quolibet illorum potest videri: quod non esset nisi ageret actionem suam circa se predicto modo. pz hoc etiã de igne qr si aliquis ignis esset in medio multorum hominum circum circa illum sedentium: quilibet illorum calefieret se: qđ non esset nisi conclusio esset vera. Et notanter dixi nisi sit impedimentũ: nã quandoq3 agit ꝓpter difformitatẽ mediũ: ⁊ aliqñ aliter ex eo ꝙ maior est ĩclinatio agẽdi ꝟsus vnã ptẽ q̃ aliã: vñ ignis magis ĩclinatus est ad agẽdũ supra q̃ ad latus: ⁊ etiã aliqñ est impedimẽtũ ꝑ figurã ipsius agẽtis: videlz ꝙ nõ ẽ sphērice figure sed q̃drate vel alicui⁹ alteri⁹. ¶ Tertia cõclusio. qđlz agẽs reqrit mediũ in qđ agat: pz hoc: nã ꝑ ꝑcedẽtẽ ꝯclusionẽ agẽs agit ꝟtutẽ suã ꝓpe: mõ si ꝓpe agẽs eẽt vacuũ nõ eẽt aliqđ ĩ qđ posset recipi virt⁹ ipsi⁹ agẽtis: ⁊ ꝑ ꝯñs nõ ageret ꝓpe se: ꝗ si dz agere ꝓpe se: requirit mediũ. ¶ Pro ista ꝯclusiõe ẽ hoc qđ dicit Cõmẽta. ij. de aĩa: ꝙ si esset vacuum inter visibile ⁊ visum nõ fieret visio propter defectum recepti speciei visibilis. ¶ Quarta conclusio est. ꝙ agẽs agendo in distans agit aliqđ in intermedium: patet: quia si agens

possit agere in distans ab eo absq; hoc q agere aliqd prius in intermedium: sequitur q non requiritur medium ad actionem ipsius agentis quod est contra precedētem conclusionē: consequentia nota est. ¶ Quinta conclusio. quodlibet agens corporale in agendo tāgit aliquod passum in quod agit: probatur: nam per tertiam cōclusionem in agendo requirit medium qd tangit ipsum agens: et per quartam cōclusionem nō pōt agere in aliquod distans nisi agat per illud intermediū: ergo quodlibet tale agens tangit aliquod passum scilicet medium sibi contiguum: in quod oportet ipsum agere si debet agere in distans. ¶ Sexta conclusio. si loquimur de tactu proprie dicto: nullum agens corporale tangit quodlibet in quod agit: probatur: quia agit in aliquod distans ab ipso: et quodlibet agit per aliquā distantiam: quod autem distat ab ipso nō tāgit ipsum: ergo ꝛc. ¶ Ultima conclusio: qōlibet agens corporale tangit passum in quod agit corporaliter vel sua virtute: patet: quia nisi ad minus virtus agētis pretenderetur vsq; ad ipsum passum cū adiutorio alicuius intermediū vel sine tali adiutorio non ageret in illud. ¶ Sed dicet aliquis. contra conclusionem in qua dicitur q nihil agit in distans nisi agat in intermedium arguitur: tamen videmus q ignis agit prius intensiorem gradum caloris in ferrum distans q agat in aerem intermedium. ¶ Secundo. videmus q magnes agit in ferrum distans ab ipso attrahendo ipsum absq; hoc q agat in aerem intermedium ipsum attrahēdo. ¶ Ad ista respondeo: et dico q ipsa nō sunt contra cōclusionem: nam conclusio nō dixit q agens cum agit in aliquod passum distans agat illud idem vel omnino sibi simile in intermedium: sed dicit q non ageret in distās nisi ageret aliquid in intermedium. Et dico q cū ignis calefacit ferrum distans: agit virtutem suam in aerem intermedium: sed tamē propter aliam et aliam dispositionem passi virtus actiua in ferrum est eductiua intensioris caloris in ferrū q virtus actiua in aerē intermedium. vnde posset esse q nulla caliditas ageretur in intermedium: et tñ caliditas ageretur in extremum. vnde si ad imaginationem vna massa cere esset inter ignem et ferrum: adhuc forte ferrum calefaceret absq; hoc q in illa massa cere produceretur aliqua caliditas: vnde vna ymo q ab igne vel ab aliquo agente multiplicatur vna qualitas insensibilis que a quocunq; indifferenter est receptibilis: et secundū q illud recipiens est aliter et aliter dispositum: secundum hoc illa qualitas producit in illo passo aliū et alium effectum materialem seu aliā et aliam qualitatem sensibilem intensiorem vel remissiorem. ¶ Ad secundam con similiter respondetur.

Ad rationes: ad primam secundam

et tertiam dico ille bene probant q illa agētia non tangunt corporaliter quodlibet in quod agunt: cum hoc tamen stat q tangunt quodlibet in quod agunt eorū virtutes prout dicit alia conclusio. ¶ Ad quartā dico q questio intelligitur de actione et passione que est ab extrinseco: modo instantie posite in quarta ratione vadunt de actione et passione que est ab intrinseco. ¶ Ad quintam et sextam dico similiter: q bene probant nō qōlibet agens tangere corporaliter quodlibet passū in qd agit: et hoc est verum: cum hoc tamē stat conclusio: et ce rationes probant contrariū q̄a quodlꝫ agens tāgat vel corporaliter vel sua virtute. Ad septimam et octauam dico: et probant similiter q non est necesse quodlibet agens tangere quodlibet passum in quod agit corporaliter: sed tamen sic vel sua virtute ꝛc.

Quæstio. XV.



Væritur vtrū simile possit agere ī sibi simile. ¶ Et arguitur primo q sic: nā simile potest suum simile fortificare: ergo pōt agere in ipsm: ꝯña tenet ex eo q fortificare est agere: et añs probatum: cū similia opponitur sublūnia: ī quodlibet eorum ex hoc fortificatur ī sua actione: sicut patet de duobus calidis vel de duobus frigidis. ¶ Secundo magis calidum agit ī minus calidum: ergo questio vera: antecedens patet: nā magis calidum agit in minus calidum tandiu q fuerit sibi assimilatum: consequētia tenet ex eo q magis calidū et minus calidum sunt similia ex eo q habent qualitates eiusdem speciei. ¶ Tertio. in organo tactus sunt qualitates tangibiles scilicet caliditas frigiditas ꝛc. ꝙ organum tactus est simile calido et frigido: et tamen quodlibet eorum agit in ipsum: ergo simile potest agere in sibi simile. ¶ Quarto. actio et passio vel est rōne similitudinis vel dissimilitudinis: si primum habetur habet propositum: si scdm non: quia tunc talia agerent in aliuum: ex quo sunt multum dissimilia: quod est contra Aristotelem in litera. ¶ Quinto. idem agit in seipsm ꝙ videtur questio vera: consequentia tenet: antecedēs patet: de anima que mouendo corpus mouet seipsam et similiter patet de forma grauis que mouendo graue deorsum mouet seipsam: et similiter patet de aqua calefacta que agendo in seipsam reducit se ad frigiditatem pristinam. ¶ Sexto. minus potest agere in maius ꝙ plus videtur q equale potest agere in equale: si enim illud de quo minus videtur in esse ꝛc. antecedens patet in reactione: vbi minus agit in maius. ¶ Septimo. q̄to passum sit magis simile agenti: tanto actio fit velocior et tanto resistentia fit minor: si ergo similitudo mouet ad velocitatem actionis videtur simile posse agere in sibi simile. ¶ Octauo. in hyeme aer ꝯgelat aquā et per consequens inducit maiorem gradum frigiditatis q ipsemet habeat: ex quo nūq aer in hyeme est ita frigidus sicut aqua congelata tunc vltra inducit maiorem gradum frigiditatis q ipsemet habet: ergo inducto tanto gradu q̄tum habet vlterius agit in omnino sibi simile. ¶ Nono. ferrum fit calidius ab igne q sit ipse ignis: ergo cū ignis induxit in ferrum tantum gradum. caliditatis q̄tum ipsemet habet vlterius agit in omnino sibi simile. ¶ Decimo. nam cum ignis agit in aliquod passum primo assimilat sibi partem propinquiorem q remotiorem: sed propinquiori assimulata sufficienter non posset in remotiorem agere nisi agat in propinquiorem: et cum illamet sit omnino sibi similis sequitur q simile agat in omnino sibi simile. ¶ Undecimo. nam capiatur aliquis ignis qui possit ī aliquod passum agere caliditatem in summo: et sit ille ignis a. et passum sit c. et apponatur a. igni b. ignis sibi equalis et sit aggregatum ex his duobus d. tūc q̄ritur vtrum d. agat intensiorem caliditatē in c. q egisset a. solū vel precise equalē: nō potest dici q precise equalē: nam si essent duo corpora lucētia in aliq medio equali: ambo sil' producerēt lumē intēsius q vnū eorū solū: ꝙ et d. aggregatū ex a et b. ignibus intēsiorem producet caliditatē in c. q faciet b. solū vel a. solū: si ꝙ dicatur q producat intēsiorē caliditatē q a. vel b. solum: ex quo d. non est nisi ignis summus. Et cū a. per casum poterat ex c. generare ignem

similium: sequitur q d. agit intensiorem gradum caliditatis q̃ ipsemet habeat: et per consequens inducto tanto gradu q̃tum ipsemet habet vlterius agit in sibi simile. ¶ Duodecimo actio vel fit ratione similitudinis et habetur ppositũ: vel ratione dissimilitudinis et hoc non: quia tunc sequitur q magnes ita attraheret vnum baculum sicut ferrũ: ex quo ille baculus est sibi dissimilis sicut ferrum.

In oppositum est Aristoteles primo huius: vbi vult q omnia similia: nec agant nec patiãt adinuicẽ. ¶ Notandum est q ista q̃stio debet intelligi de similitudine que est qualitatiua secundum quã fit actio et passio. vnde si essent duo albe quorum vnum esset calidum et aliud frigidum agerent adinuicẽ non obstante q sint similia secundum qualitates que non sunt actiue actione disponẽte ad corruptionem. ¶ In ista questione primo ponam aliquas distinctiões. Secundo conclusiones.


Quantum ad primum sit prima distinctio: aliquid dicimus pati dupliciter. Unomodo tanq̃ subiectum alio modo tanq̃ terminus a quo illius actionis. primum dicitur pati subiectiue: secundum autem terminatiue: verbi gratia: in calefactione aque dicim⁹ aquam pati tanq̃ subiectum et frigiditatem pati tanq̃ terminus. ¶ Secũda distinctio. de actione et passione et de agente et passo possumus loqui in principio in fine et in medio actionis et passionis. ¶ Tertia distinctio. in alteratione passi ab agente sunt tria: videlicet subiectum: terminus a quo: et termin⁹ ad quem sicut in calefactione aque: aqua est sicut subiectum: et frigiditas eius sicut terminus a quo: et caliditas inducta sicut terminus ad quem. ¶ Quarta distinctio. aliqua dicuntur similia omnino et ppriissime: sicut illa q̃ sunt similia in qualitate et in gradu qualitatis: verbi gratia: sicut essent duo summe calida. alia dicuntur similia in qualitate non tamen in gradu illius qualitatis sicut si vnum haberet precise duos gradus qualiditatis: et aliud quattuor etiam caliditatis.

Quãtum ad secundum sit prima conclusio talis. in actiõe terminus a quo aliqualiter resistit agẽti: patet: quia aliter illa actio non esset motus successiuus. Ex ista conclusione sequitur q passum est dissimile agenti: scilicet quod patitur tanq̃ terminus a quo patet: q: quod alicui resistit est aliqualiter sibi dissimile. ¶ Secũda conclusio est: q terminus ad quẽ habet aliquam conuenientiam cum agente: patet: q: fit ab agẽte: sed omne quod fit. fit a sibi simili: ergo etc. ¶ Tertia conclusio est: q agens et patiens sunt in principio dissimilia et in fine aliqualiter similia: nec oportet q ĩ fine sint omnino similia nec dissimilia: sed sufficit q in principio sint aliqualiter dissimilia in qualitate vel ĩ gradu secũdum quem fit actio vnde aliquando propter distantiam agens non potest omnino assimilare sibi passum: q̃uis bene in qualitate. ¶ Sed diceres tu: quãdo agens agendo in passum ppter distãtiam non potest sibi passum omnino assimilare: sit ut ne tunc illud agens tandiu q non agit in illud passũ vel non? ¶ Dico q sic. ¶ Sed diceres: tamẽ adhuc illud passum est sibi dissimile: concedo. et quare ergo illud agens nõ tandiu agit in illud passum q ipsum sibi assimilet? Dico q non potest in alia distantia q̃uis bene posset in distantia propinquiori. ¶ Quarta conclusio agens et patiẽs sunt similia in genere: sed sunt dissimilia in specie: patet: quia sunt contraria: contraria autẽ sunt que sub eodem genere posita sunt etc. ¶ Et notandum est q hoc intelligendum est secundum predicata non substantialia: sed accidẽtalia: seu secundum denominationes accidentium: secundum q dicuntur agere et pati adinuicem: vnde si ignis calidus agit in hominem frigidum agens et patiens bene sunt in eodẽ genere secundum predicata accidẽtalia non tamẽ sũt in ita ppinquo genere secundum predicata substantialia. ¶ Et etiam notandum est q cum dr ipsa esse dissimilia in specie et similia in genere: hoc oportet intelligere vniuoce vel equiuoce. vnde aliqua sunt similia in genere vniuoce: vt calidum et frigidum: aliqua autem sunt similia in genere equiuoce: sicut quando sol agit in ista inferiora ipsa calefaciendo: tunc in fine agens et patiens dicuntur similia in specie: et in principio similia ĩ genere: sed dissimilia in specie: et hoc equiuoce ad istum intellectum: q in fine passum est tale ĩ actu: quale erat agens in virtute faciendo ipsum esse tale. Similiter ergo ad hoc q agens agat in passum requiritur q in principio agens et patiens sint aliqualiter dissimilia vel in qualitate vel gradu: et in fine sint omnino vel aliqualiter similia.

Ad rationes. Ad primam dico q simile fortificat suum simile: non q agat aliquid in ipsum sed q ex illis duobus resultat vnũ: quod plus potest q̃ illa duo diuisim possent. ¶ Ad secundam dico illa bene pbat q simile agit ĩ sibi simile: quod est sibi simile in qualitate: non tamen in gradu. vnde si essent similia in gradu non agerent in seinuicem: non enim esset ratio quare vnum plus ageret q̃ aliud: et cum agens naturale non agat: nisi ppter assimilare sibi passum in gradu: si ergo iam esset assimilatum in gradu ad quid ageret? ¶ Ad tertiam dico: q qualitates tangibiles similes in gradu qualitatibus ipsius tactus non agũt in tactum: nec tactus sentiret quãcũq: sed qualitates que debent agere in organum tactus: oportet q sint dissimiles in gradu qualitatibus ipsi⁹ tactus: et illas tact⁹ bene percipit: cũ sibi debite approximant. ¶ Ad quartam dico: q actio et passio non est ratione omnino de similitudinis sed est ratione similitudinis in genere et dissimilitudinis in specie in principio: et similitudinis in specie in fine. ¶ Ad quintã põt negari ɔña et põt dici q actio qua forma grauis mouet seipsam deorsum est ratione dissimilitudinis. nã graue existens sursũ est in aliquo dissimile sibi cũ est deorsum. Et similiter dicatur de anima que mouet corpus. De aqua vero calefacta: dico q illa reductio ad frigiditatem pñ nõ fit ratione dissimilitudinis: nam illa fit per frigiditatem virtualem que est dissimilis caliditati actuali existenti in aqua calefacta. ¶ Ad sextam que tangit de reactione videbitur in questione sequenti. ¶ Ad septimam. negatur consequentia: nam cõtinue actio fit velocior donec passum factum est omnino simile agenti et tunc desinit illa actio: et ecce sicut mobile graue descendit continue velocius et velocius in medio vniformi donec est in medio celi: et tunc quiescit: ita in proposito. ¶ Ad octauam dico q hoc non solum facit aer: sed ad hoc concurrunt constellationes et influentie superiores. ¶ Ad nonam dico q ferrum calefactũ non est calidius igne: sed q sẽtiatur calidius igne: hoc est propter compactionem eius materie: et propter raritatem materie ignis. ¶ Ad decimam dico: q cum ignis assimilat sibi partem propinquiorem: tunc vna cum illa agit in remotiorem absq hoc q vlterius principale agens agat in partem sibi assimilatam: q̃uis forte per illam bene agat aliquam speciem vsq ad ge

tem passi modum sibi assimilatam que in partem sibi assimilatam nihil operatur sed bene in partem nondum sibi perfecte assimilatam. Pro ista ratione imaginandum est q species qualitatum contrariarum non agunt nisi reflectantur. vnde nisi sic reflecterentur ille species non fieret actio inter qualitates contrarias. tales autem species nō reflecterentur nisi ab illo: quod est aliquo modo contrarium illi a quo tales species multiplicantur: et ideo cum agens assimilauerit sibi partem ꝓpinquam passi: licet agens adhuc multiplicet suas species per illam partem: tamen agens non amplius agit in ipsam pro tanto: quia species ab ipso multiplicate per illam partem sic et assimilatam non reflectuntur ab ea: cum illa non sit amplius agenti contraria: et tamen sine tali reflexione specierum non fit talis actio: et vt dictum est. ¶ Ad vndecimam: dico q duo non agit intensiorem gradum q̄ egisset a solum. sed debe ne ritius. Et quando dicitur de corporibus lucidis. Dico q aliud est de illis agentibus que non possunt sibi assimilare passa: sicut sunt luminosa: et aliter de illis que possunt: sicut sunt illa que agunt mediantibus qualitatibus primis. vnde illa agentia q̄ non sufficiunt sibi assimilare passa duo bene producunt intensiorem effectum q̄ vnum eorum solum: sicut duo luminosa: sed in casu quo possunt sibi passa assimilare: non ambo ꝓducunt intensiorem effectum q̄ vnum eorum solum. ¶ Ad vltimam dico q actio nō fit solum ꝓpter dissimilitudinem: sed propter debitam dissimilitudinem cum debita dispositione passi.

Questio XVI.



Veritur vtrum omne agens in agendo repatiatur. Et arguitur primo q non: nam celum agit i ista inferiora: et tamen nō repatitur ab eis: ex eo q celum est impassibile: ergo et c. ¶ Secūdo sic. medicus sua arte agit in corpus ipsum sanādo: absq; hoc q repatiatur ab eodē: ergo non omne quod agit in aliquod repatitur ab eo in quod agit. ¶ Tertio. sensibile agit in sensum sicut color in visum: et similiter intelligibile in intellectum: absq; hoc q sensus reagat in sensibile: et similiter intellectus in intelligibile: ergo q̄stio falsa. ¶ Quarto arguitur sic: nam sor. potest verberare Platonem absq; hoc q reuerberetur: ergo et c. totum est certum de se. ¶ Quinto. in materiam primā fit actio: et tamen cum materia prima nullius sit actiuitatis ipsa non reagit: et p consequens non in omni actiōe fit reactio. ¶ Sexto arguitur sic. In augmētatione illud quod augmentat non augmentatur: ergo in alteratione non oportet q illud quod alterat realteretur: consequētia videtur tenere a simili: antecedēs patet: nam in augmentatione cibus adueniens augmentat et non augmentatur. ¶ Septimo. in motu locali illud quod mouet non remouetur: ergo non in omni actione agens repatitur: consequētia tenet de se ex quo motus localis est quedam actio: et antecedens similiter: nam primus motor mouet absq; hoc q remoueatur. ¶ Octauo. nā possibile est q aliquando actio ipsius agentis protendatur remotius q̄ possit actio ipsius passi: et quando sic est: tūc agens et patiens possunt sic situari: q agens non repatitur: verbi gratia: sit vnum calidum cuius actio possit ꝓtendi ad distantiam trium pedum: et sit vnum frigidum: cuius actio non potest protendi nisi ad distantiam vnius pedis: situentur ergo ista sic: q distent abinuicem per duos pedes: tunc calidum agit in frigidum: ex quo actio eius potest protendi vsq; ad ipsum: sed frigidum non aget in calidum: et ex eo q actio ipsius frigidi non potest protendi vsq; ad calidum. ¶ Nono. sequitur q idem esset nobilius et ignobilius respectu eiusdem: et esset enim nobilius eo in quod ageret: et esset ignobilius eodem: quia ab eo repatitur. ¶ Vltimo sic sequitur q idem esset in actu et in potentia respectu eiusdē: sed hoc est falsum: et consequentia tenet: quia esset in actu respectu eius in quod ageret: et esset in potentia respectu eiusdem quia repatitur ab eodem: ergo et c.

In oppositum est Aristoteles vbi dicit: q agens in agendo repatitur: et cum in scientiis demonstratiuis propositiones indefinite debeant equiualere vniuersalibus: videtur q voluerit dicere q omne agens in agendo repatitur. ¶ Notandū est q hoc debet intelligi de actione q̄ est īter contraria: q̄ quidē actio est corruptiua alicuius contrarij illius in quod agit: vel disponentis ad corruptionem alicuius talis. Et per hoc respondetur prime secunde tertie quarte quinte sexte et septime rationibus.

In ista questione primo pono vnicam conclusionem. ¶ Secundo mouebo dubia contra eam. ¶ Tertio tangam sex modos saluandi reactionē: quorum vltimā approbabo tanq̄ veriorē. ¶ Quarto soluam illa dubia mota contra conclusionem.

Quantum ad primū pono talem conclusionem: q reactio passi in agens est possibilis: probatur: primo experientijs secundo rationibus. Primo sic: nam videmus q cū ferrum ignitum proijcitur in aquam frigidam agit in aquam ipsam calefaciendo: et econuerso aqua agit in ferrum ipsum frigefaciendo et eius caliditatem remittendo: et ecce reactionem. Secundo nam experimur q lapis frigidus acceptus ad manū calidam aliqualiter calefit a manu et manus frigefit a lapide: quod non esset nisi mutuo in se inuicem agerent. Tertio arguitur sic: nā cibus receptus in corpore alterat corpus: et econuerso alteratur a corpore: qđ iterū non esset nisi reactio esset possibilis. Quarto arguitur sic: nam videmus q aque calide et aque frigide si simul infundantur in vnum vas fit aqua tepida quod non esset nisi caliditas aque calide remitteret frigiditatem aque frigide: et ecōuerso remitterent ab eadem: cum ergo sic mutuo se reducant ad quoddā medium temperatum: videt q fiat actio mutua aquarum adinuicem. ¶ Nunc probatur ratiōe: nam si reactio non esset possibilis: sequitur q ex duobus elementis per eorum actionem et passionem adinuicem non posset tertium generari: sed hoc est falsum: et consequētia patet: nam capiantur duo elementa contraria: sicut ignis et aqua: et approximentur adinuicem: vel ergo vnum istorum ageret aliquid in reliquum absq; hoc q repatiatur ab eo: vel repatietur ab eo. si dicitur secundam habetur propositum: si vero dicitur primū: tunc illud elementum quod agit conuertet reliquum in suam naturam: et sic fiet: et bene generatio vnius elementi ex reliquo: sed non generatio alicuius elementi tertij differentis specie ab vtroq;. ¶ Secūdo arguitur sic. nā nisi reactio est possibil sequit q ꝑfecta mixtio nō esset possibilis: quod Aristote. reputat falsum: proba-

tur consequētia:nā ex eo quo fieret rectio per actionē elementi agentis fieret conuersio passi in agens modo talis conuersio non est mixtio sed generatio vnius elementi ex alio. vnde ad perfectam mixtionem requiritur q mixtibilia mutuo se reducant ad vnum temperamentum medium:quod non posset fieri sine reactione seu sine actione mutua.

Quantum ad secundum articulū dubitatur nam si questio esset vera: sequitur q a proportione minoris inequalitatis fieret actio:sed hoc est falsum:nam in omni actione oportet potentiam agentis seu mouentis excedere potentiam rei mote: hoc enim sumitur ab Aristotele et Commentatore: et tanq̄ pro principio:probatur consequentia:nam capiatur aliqd agens vt quatuor:et applicetur alicui passo sicut duo tunc si illud passum reagit in illud agens:minus agit in maius:et per consequēs actio fit a proportione minoris inequalitatis. Secundo. sequitur q equale posset agere in equale et per consequens simile in sibi simile: quod est cōtra dicta in alia questione probatur cōsequentia:captis duobus contrarijs equalibus adinuicem applicatis. ¶ Tertio. sequitur q idez simul calefieret et frigefieret:sed hoc est impossibile: quia impossibile est idem moueri motibus cōtrarijs probatur cōsequentia:nam capiatur aliquod agens q sit a. cuius pars propinquior passo sit c. et sit passum b. tunc si a. repatiatur a b. hoc est secundum partem c. propinquiorem b. passo. Sit ergo a. calidum et b. frigidum tunc q̄ cito b. remitteret caliditatem ipsius c. partis tam cito c. pars esset dissimilis in gradu residuo agentis:sed q̄ cito erit sibi dissimilis tam cito residuum a. quod est coniunctum ipsi c. calefaceret c. Et ita simul c. pars a. agentis frigefit et calefit: quod erat probandū ¶ Quarto. si reactio esset possibilis: sequit̄ q nunq̄ agens posset sibi assimilare passum:sed hoc est falsum et falsitas patet:nam sepe ignis agens in aquam ipsā sibi assimilat faciendo ex ea ignem. Et probatur consequentia:nam sit a. vnum calidum i summo:et sit b. vnū frigidum: et tunc si a. agendo in b. repatiatur a b. sequitur q statim a. desinit esse in summo et cum nihil agat vltra gradum proprium: sequitur q amplius a. non agit in b. gradum summum caliditatis et p consequēs a summum non potest sibi assimilare b. &c. Et idem arguitur de quocunq alio significato in aliquo certo gradu alicuius certe qualitatis. ¶ Quinto. sequitur q dato aliquo passo ipsum ad quantamcunq distantiam posset agere:modo hoc est falsum vt patet de se probatur cons[illegible] nam sit a. [illegible] passum fri[illegible]dum sicut duo:et sit b. Et applicetur sibi aliquod calidum:sicut quatuor in aliqua distātia puta pedali:tūc b. reagit in a. ex quo a. agit in b. et si in omni actione fit reactio:sit ergo vnum aliud calidum quod per duplā distantiam posset agere ad distantiam per quam posset agere a. et sit c. et applicetur b. passo per duplā distantiam ad distantiam inter a. et b. tunc c. agit in b. et si semp fit reactio:e conuerso b. reagit in d. et sic per intensionem agentis continue maiorem et maiorem: et remotionem eius a passo continue maiorem et maiorē probabitur passum aliquod datum per quantācunq distantiā posse agere:si semper in omni actione fiat reactio. ¶ Sexto arguitur sic. sit aliquod agens vniforme per totum applicatum alicui passo: tūc clarum est q illud passum non potest reagere in totum agēs sincathegorematice:ita q reagat in quālibet partem ipsius agētis:q̄ si reagit:hoc est in aliquam partem ipsius agentis solum:sed probo q non. nam ex quo illud agens ponitur vniforme per totum:nō est maior ratio quare plus reagit in vnam partem quam in aliam.

Quantum ad tertium sciēdum est q aliqui dixerunt reactionem bene esse possibilem: et cōcesserunt minus posse agere in maius in motu alterationis. Et dixerunt esse possibile in alteratione motum fieri a proportiōe minoris inequalitatis:q̄uis hoc bene sit impossibile in motu locali: et propter hoc in motu locali dixerunt nō posse fieri reactionē. ¶ Sed breuiter hoc non valet: nam Aristoteles et Commentator statuerunt pro principio q in omni motu locali:et etiam alterationis potentiam motoris excedere potētiam rei mote: ergo non potest dici q in motu alterationis actio proueniat a proportione minoris inequalitatis. ¶ Secundo. nam si sic. tūc non videtur penes quid tanq̄ penes causam deberet attendi velocitas et tarditas in motu alterationis ex quo non haberēt attendi penes proportionem maioris inequalitatis agentis ad passum:sicut in alijs motibus. ¶ Tertio sequitur q essent due alterationes eiusdem speciei et tamen vna earum absq proportione excēderet aliam in velocitate:que quidem alterationes finite velocitatis vel tarditatis:sūt consequens est falsum: et falsitas patet ex eo:quia duo finita eiusdem speciei non sunt taliter adinuicem comparabilia consequentia probatur:nam capiantur duo agentia a. et b. et duo passa c. et d. et habeant c. ad a. proportionem inequalitatis:et d. ad b. proportionem equalitatis:tunc per aduersarium c. reagit in a. aliqua certa velocitate: et similiter d. in b. sed probo q huiusmodi velocitates absq pportione aliqua habeant se adinuicem: nam taliter se habent adinuicem qualiter se habent proportiones quas consequuntur vna est proportio equalitatis:scilicet quam consequitur velocitas alterationis d. in b. et alia est proportio minoris inequalitatis scilicet quam consequitur velocitas alterationis c. in a. sed modo proportio equalitatis et proportio minoris inequalitatis nullam habent proportionem adinuicem. ¶ Secunda opinio est q cum agēs applicatur passo: ex quo aliqua pars ipsius agentis est debilior q̄ sit ipsum passum: illa repatit̄ a passo:et hoc est adhuc a pportione maioris inequalitatis:ita q ista opinio vult q agens bene repatitur a passo:nō scd̄m totū sincathegorematice:sz scd̄m aliquā eius ptem sup quā passum habet pportionē maioris ineqlitatis. Sed breuiter hoc non valet:nā in mixtiōe et in gn̄atione:q̄ gn̄atur ex duobus elementis elemētū tertium distinctū ab eis specie totū agit in totū: et totū reagit in totū sincathegorematice:et nō solū in vnā eius ptē:q̄ ista opinio nō valz:p̄n̄a tn̄ añs p̄z:nā alit̄ non fieret pfecta mixtio:nec ex duobus elementis posset tertium generari: sicut prius arguebatur. ¶ Secundo arguitur sic:quia actio et velocitas est secundū totam v̄tutem agentis et totam virtutē passi:q̄ videt̄ q totū agat in totum et repatiatur. ¶ Tertio. sequit̄ q semp esset reactio quando agens et passum adinuicem essent approximata: et hoc est falsū: vt apparebit cū ponent̄ tria impedimenta reactionis. consequentia probatur quia ex quo quantūcūq agens et passum sint approximata semper passum super aliquā partē agentis obtinet:deberet fieri actio passi in illam partem: et per p̄n̄s semper reactio:si opinio esset vera. ¶ Tertia opinio est:q in omni actione agēs repatitur: sed hoc non est a passo:sz a circūstāte ppinquo:qd̄ est aer:vel remoto:qd̄ ē celū. Et isti negāt reactionē:q̄uis cōcedāt i oī actiōe agēs pati. ¶ Sed ista opinio nō valet:nā ad sēsuz apparet q cū ignis p̄jicit̄ ad aquā eandem aquaz

calefacit ꝗ ipsum extinguit. ¶ Secundo. celũ ita illuit passo sicut agenti: ꝗ quãtũ est ex pte celitatꝫ passum patit sicut agens: ergo non propter hanc passionem que est actio vel a circumstante propinque debet dici agẽs repati in agendo. ¶ Quarta opinio dicit: ꝙ agens in agendo repatitur id est fatigatur: aliter non concedit repassionem. vnde si repati capiatur ꝓ fatigari bene conceditur: et ita exponit dictum Aristotelis omne agẽs in agendo repatitur: id est fatigat. ¶ Sed contra omnis fatigatio est per viam actionem et passionem: ergo non quando aliquis fatigatur repatitur. ¶ Secundo. nam in actione contrariorum videmus vtrumque eorum remitti: et hoc non esset nisi quodlibet eorum vere diminueretur et remitteretur. ¶ Quinta opinio imaginatur ꝙ nulla qualitas actiua est ĩ aliquo subiecto sine qualitate passiua: et ideo natura sic ordinauit ꝙ caliditas que est qualitas magis actiua ꝗ̃ sit frigiditas stet cum siccitate que est minoris actiuitatis ꝗ̃ sit humiditas que stat cum frigiditate. Et sic ista opinio imaginatur ꝙ cum ignis applicatur aque ignis agit in aquã per eius qualitatem: et econuerso aqua agit in ignem secũdum eius humiditatem: et adhuc est vtrobique proportio maioris inequalitatis: caliditas enim ipsius ignis excedit frigiditatem ipsius aque: et humiditas ipsius aque excedit siccitatem ipsius ignis. ¶ Sed ista opinio adhuc non sufficit. nam si sic: sequitur ꝙ inter elementa habentia symbolum: sicut sunt ignis et terra non fieret reactio: consequentia tenet: ex eo ꝙ vtrũque eorum est siccum: ergo solum ibi secundũ duas qualitates fit actio et passio scilicet per frigiditatem et caliditatem: et sic sequitur ꝙ si fiat ibi reactio ꝙ minime agit in maius: nisi aliter dicant ꝗ̃ adhuc dictum sit.


¶ Secundo sequitur ꝙ non ꝗ̃diu duraret actio esset reactio: immo valde cito desineret reactio: ꝓbatur cõsequentia: quia si ignis in aquam: actio caliditatis in frigiditatem est velocior ꝗ̃ actio humiditatis in siccitatem: ergo cum corruptionem humiditatis sequit corruptio frigiditatis: sequitur statim ꝙ humiditas erit debilior siccitate: et sic nõ vlterius fit reactio. Sexta opinio est quam reputo esse veriorem. Pro quo supponitur primo ꝙ sicut nõ est idem scribere et loqui ꝗuis bene sit idem scribens et loquẽs: ita non est idẽ agere et pati: similiter posse agere et posse resistere: ꝗuis bene sit idem agens et patiens: potẽs agere et potẽs resistere. ¶ Secunda suppositio est: ꝙ alique qualitates sunt magne actiuitatis et modice resistentie: sicut est caliditas. Alique aũt bene sunt alqualiter magne actiuitatis et maioris resistentie ꝗ̃ sit caliditas sicut est frigiditas ambe enim dicuntur magne actiuitatis in comparatione ꝗ̃ sit humiditas et siccitas et modice resistentie in cõparatione ꝗ̃ sunt ille: sed simpliciter cõparando caliditas est maioris actiuitatis ꝗ̃ sit frigiditas et est minoris resistentie ꝗ̃ sit actiuitas frigiditatis. similiter frigiditas ẽ minoris resistẽtie ꝗ̃ sit actiuitas caliditatis. Secũdũ hoc ꝗ põ dici: ꝙ in approximatione calidi ad frigidũ fit actio et reactio. vnde caliditas agit in frigiditatẽ: qꝛ caliditas est magis actiua ꝗ̃ frigiditas sit resistitiua: et econuerso frigiditas agit in caliditatẽ: qꝛ caliditas minus est resistentia ꝗ̃ frigiditas sit actiua: quia vtrobique est actio a ꝓportione maioris inequalitatis. vnde in tali actione et reactione nõ dꝫ dici ꝙ actio ꝓueniat a caliditate ad frigiditatem vel ecõuerso: sed debet dici: ꝙ actio frigiditatis in caliditatem attenditur penes posse agere frigiditatis ad posse resistere caliditatis: ꝗ est ꝓportio maioris inequalitatis: et ita breuiter ꝙ actio non debet attendi penes ꝓportionẽ huiꝰ ad illud: sꝫ bñ penes posse agere virtus ad posse resistere alteriꝰ. Sic ergo potest saluari reactio: ita ꝙ in omni actione: intelligendo de actione que fit cum cõtrarietate: fit reactio: amotis tribus impedimentis. Unde in tribus casibus non fit reactio. ¶ Quorum primus est. si resistentia ipsius agentis esset maior ꝗ̃ actiuitatis ipsius passi. Ex hoc sequitur ꝙ cum ignis agit in aquam: tunc anteꝗ̃ aqua sit omnino assimilata igni desinit reactio aque in ignẽ vnde actiuitas ipsius aque remittitur in tantum ꝙ tãdẽ est minor ꝗ̃ sit resistentia ipsius ignis: vnde resistentia ignis nõ est indiuisibilis: sed consistit in latitudine intensionis: et ꝓpter hoc ante corruptionem aque a actiuitatis fit remissio ꝗ̃ resistentia ignis: et tunc desinit reactio: ꝗuis adhuc velocior fiat actio ignis in aquam: ad hoc ꝙ fiat perfecte assimilata igni. ¶ Secundus casus est in quo non fit reactio: quando aliquod agens tantum distans est a passo ꝙ agens potest protendere virtutem et actionem suam vsque ad passum: sꝫ passum non econuerso potest protendere virtutem et actionem suam vsque ad agens et tunc etiam non fit reactio. ¶ Ex hoc soluitur sexta ratio posita ante oppositum et cum hoc quintum dubium contra questionem. ¶ Tertius casus est: si aliquod agens iuuaretur tantum ab aliquo extrinseco ꝙ eius resistentia cum illo adiutorio recompensaretur actiuitati ipsius passi: tunc iterum non fieret actio.

Quantum ad quartum articulum restat soluere dubia contra conclusionem.

¶ Ad primũ et secundum patet per iam dicta. ¶ Ad tertium negatur consequentia: ad ꝓbationem cum dicitur ꝗ̃ cito b. remitteret caliditatem ipsius c. etc. conceditur illud. sꝫ negatur qđ vlterius dicitur ꝗ̃ cito c. pars erit dissimilis residue a. agentis tã cito residuũ illud coniũctum ipsi c. calefaceret ipsam partem c. cum facilius sit cõtinuare motum ꝗ̃ incipere: sequit ꝙ tpꝛs labet anteꝗ̃ residuum agat in c. partem caliditatẽ. Ex quo sequit ꝙ nõ simul frigesit et calesit: prius enim frigesit a passo: et tũc calesit et postea calesit a residuo et tũc nõ frigesit a passo. Et ita diceretur de medio inter calidum et frigidum: negando ꝙ simul secundum eandem partẽ adequate calesiat et frigesiat. vnde cũ calidũ et frigidũ approximantur adinuicẽ: tunc calidum calefacit illũ mediũ vsque ad aliquam partem: et frigidum frigefacit illud vsque ad aliam: tunc ille ptes mediĳ agunt et patiuntur adinuicem reducendo se ad aliquod temperamentum: medium in virtute agẽtis calidi remittit frigidum in frigiditate et in virtute agẽtis frigidi remittit calidum in caliditate. ¶ Ad quartum quando dicitur: sequitur etc. negatur consequentia: pro quo imaginandum est ꝙ actio ipsius agẽtis principalis est velocior ꝗ̃ sit reactio: et sic anteꝗ̃ fiat assimilatio passi desinit reactio: et tunc agẽs principale reducit se ad gradum pristinum: sicut aqua calefacta calefaciẽte amoto reducit se ad frigiditatem pristinã. Ex ista imaginatione patet faciliter qualiter non obstante reactione adhuc calidum in summo põt assimilare passum post ꝗ̃ reactio nõ durat ꝑ totũ tempus actionis. ¶ Ad quintam. patet ex dictis. ¶ Ad sextam dico: ꝙ ꝗuis agẽs sit vniforme: tamen adhuc põt fieri reactio in vnã ptem: et nõ in aliã puta i illã que est ꝓpinquior agẽti et nõ in aliã ꝗ est remotior. ¶ Ad rationes dico ꝙ prime sex ex dictis supius sunt solute. ¶ Ad septimã dico: ꝙ dissimile est in motu locali et in alteratione: qꝛ in motu locali motũ nõ est tãte potẽtie ꝗ̃te resistẽtie est motor ꝓpter hoc ibi nõ fit reactio: sic autem non est in motu alterationis: ergo etc. ¶ Ad octauam patet ex dictis. ¶ Ad

nonā ⁊ decimam. dico ꝙ caliditas quo ad posse agere est nobilior frigiditate: ⁊ est in actu: sꝫ quo ad posse resistere respectu actiuitatis frigiditatis est ī potētia ⁊ ignobilior ⁊c̄. non fm̄ idem est nobilior ⁊ ignobilior: in actu ⁊ ī potētia: ex quo est respectu posse agere ⁊ posse resistere: sicut prius dictum est.

Questio.XVII.



Ueritur vtrum indiuisibile possit alterari. ¶ Et arguit̄ primo ꝙ sicut̄ intellectus est indiuisibilis: ⁊ tn̄ pōt alterari: ergo ⁊c̄. ¶ Secundo arguit̄ sic: indiuisibile si eēt posset moueri localiter: ergo etiam indiuisibile si esset posset alterari: cōsequentia tenet: quia non minus videt̄ posse alterari ꝙ̄ posse moueri localiter: aῆs p̄ꝫ: nam indiuisibile si esset eēt in aliquo continuo localiter mobili: sed illo moto indiuisibile moueret̄: ex quo motis nobis mouentur omnia que in nobis sunt. similiter moto vno alio mouentur oīa q̄ in illo sunt. ¶ Tertio. superficies est quoddam idiuisibile: est enim indiuisibilis fm̄ profunditatem: sed illa potest alterari: ex eo ꝙ ipsa existens alba pōt fieri nigra. ¶ Quarto. indiuisibile potest eē quale qualitate fm̄ quā fit alteratio: ergo potest alterari: consequentia tenet: aῆs p̄bat̄: nam cum aliquod densum videtur: videtur solū superficies ⁊ nō alique partes in p̄fundo: cū nihil videat̄ nisi sit lucidū vel coloratū: sequit̄ ergo superficiē esse lucidā vel coloratam: ⁊ p̄ consequēs ipsam esse qualem modo predicto. ¶ Quinto. nisi punctus esset qualis ⁊ alterabilis: sequitur ꝙ nihil eēt vniformiter quale: p̄bat̄ consequētia ex eo ꝙ vniformiter quale: sicut vniformiter calidum: dicit̄ cuius quilibet pūctus est equalit̄ calidus cū alio: modo non esset aliquod tale: si punctus non eēt qualis: nec alterabilis. ¶ Sexto. nā sicut dicunt pspectiui in aliquo puncto speculi concaui congregātur radij solares reflexi a speculo cōcauo qui quidē radij sic cōgregati sufficiunt ad incēdēdum siue ignitendum aliquod ignibile: quare videt̄ ꝙ radij in illo puncto cōgregati illuminēt ⁊ calefaciant illum punctum: ⁊ p̄ consequēs sequit̄ talem punctum esse alterabilem: non obstāte ꝙ sit indiuisibilis.

In oppositum est Aristo. tertio textu huius primi: et capitulo tertio eiusdem: vbi in vna ratione arguens contra antiquos reputat indiuisibile alterari esse vnum inconueniens sequens ad dicta eorum. ¶ In ista questione intendo probare tria: primo ꝙ indiuisibile nō est quale finite: secūdo ꝙ nec infinite: tertio ꝙ non potest alterari. ¶ Et ante omnia ista. primo p̄mittā aliquas distinctiones. quaꝝ prima sit ista: ꝙ dupliciter dicit̄ indiuisibile: quoddā nō habēs positionem in continuo: sicut est intelligentia vel anima intellectiua vel aliquid tale: quoddā est habens positiōem in cōtinuo: sicut punctus vel linea vel superficies: de indiuisibili scd̄o modo intelligit̄ hic: ⁊ non de indiuisibili primo modo. ¶ Scd̄a distinctio est. ꝙ indiuisibile secundo modo dicit̄ tripliciter: quoddā est tam fm̄ longitudinē ꝙ̄ latitudinē ⁊ p̄funditatem vt est punctus: ⁊ quoddā est indiuisibile fm̄ latitudinē et p̄funditatē diuisibile tamē fm̄ longitudinē. sicut est linea: ⁊ quoddam est indiuisibile fm̄ p̄funditatē solū: sicut est superficies. ¶ Scd̄o notādū: ꝙ q̄uis in v̄itate non sint talia indiuisibilia: sicut mathematici imaginant̄ eē: propter hoc ꝙ eis p̄cesserūt p̄ suis cōsyderationibꝰ: ⁊ ideo q̄lia intelligāt̄ acsi in v̄itate essent talia indiuisibilia actu vtrū possent alterari. ¶ Tertia distinctio est. ꝙ quedā potest dici alteratio spiritualis qua alteratione intellectus alteratur de ignorantia in sciētiam: ⁊ de tali alteratione non intēditur hic: q̄dā vero est alteratio corporalis sicut est calefactio ⁊ frigefactio. collocatio ⁊ illuminatio: ⁊ de tali hic intenditur.

Istis distinctionibus positis accedo ad primū. ⁊ primo pono aliquas p̄clusiones p̄ambulas quarum prima est ista: caliditas existēs in aliquo toto vniformit̄ calido dupla est ad caliditatē existētē in eiꝰ medietate: p̄bat̄: nam dato aliquo vniformiter calido caliditas totius continet caliditatem medietatis: et cū hoc tātum: ergo erit dupla ad ipsam: antecedēs p̄ꝫ de se: cōsequētia tenet per diffinitionem dupli: nam duplum ad aliud dicitur: quod continet ipsum ⁊ tantum. ¶ Sed diceret aliquis: si hoc esset verum: sequitur ꝙ illud non eēt calidum vniforme: cōsequētia probat̄: nā calidum vniforme dicit̄ cuius quelibet pars est ita calida sicut totum: modo si caliditas totius esset dupla ad caliditatē medietatis: videtur ꝙ totum eēt in duplo calidius. ¶ Ad hoc respondet̄ negando cōsequentiā: ⁊ cum dicebat̄: calidū vniforme dicitur cuius quelibet pars est eque calida cū toto: concedo: ⁊ quando dicitur: si caliditas totius est dupla ad caliditatem medietatis: sequit̄ ꝙ totuꝫ est in duplo calidius: negatur consequentia: ⁊ ratio huius est: quia caliditas totius est extēsa p̄ duplum subiectū ad subiectū p̄ qd̄ extensa est caliditas medietatis. Et sic ille caliditates equaliter denominant sua subiecta: ita ꝙ medietas dicitur esse ita calida p̄ suā caliditatē sicut totū p̄ suā: non obstante ꝙ caliditas totius est dupla ad caliditatē medietatis. vnde nō sequit̄: totum nō est in duplo calidius sua medietate: ergo caliditas totiꝰ nō est dupla ad caliditatē medietatis: vnde potest esse dupla in extensione non obstante ꝙ non sit dupla in intēsione: ⁊ sicut dictum est de caliditate: ita conformiter dicat̄ de alijs qualitatibus corporalibus. ¶ Secūda conclusio. si caliditas que est in toto esset totaliter in eius medietate: medietas denominaret̄ in duplo calidior ꝙ̄ ante: et si esset in eius tertia: ita denominaretur in triplo calidior: ⁊ si in eius quarta in quadruplo ⁊c̄. fm̄ partes proportionales: p̄bat̄ sic: quia si caliditas que est in toto esset tota in eius medietate: ipsa haberet sub equali extensione duplam caliditatem ad caliditatē quā prius habuit p̄ p̄cedētem cōclusionem. ergo esset in duplo calidior: cōsequētia tenet ex eo ꝙ quādo aliquod subiectum manens sub equali extēsione habet qualitatē duplā: sicut caliditatē: ad illam quā prius habuit: denominatur in duplo calidiꝰ: ⁊ si triplā in triplo: ⁊ sic vltra. ¶ Ex ista cōclusione sequitur. ꝙ si aliqua caliditas esset in puncto ille pūctus denominaret̄ infinite calidus: p̄ꝫ hoc: quia si illa caliditas esset in aliquo subiecto q̄nto illud dicit̄ finite calidum: ⁊ p̄ cōclusionē si eadem caliditas esset in subiecto subduplo: illud subiectū diceret̄ in duplo calidiꝰ: ⁊ si in subtriplo in triplo calidiꝰ: ⁊ sic vltra. ¶ Scd̄o sequit̄: ꝙ q̄uis punctus sit infinite calidus: tn̄ illa caliditas eēt eadē caliditas q̄ ante erat ī subiecto finite calido: ita ꝙ eadē est caliditas qua subiectū extēsum ⁊ diuisibile denominat̄ finite calidū: ⁊ q̄ pūctꝰ indiuisibilis vel superficies vel linea denominaretur infinite calidus ⁊ calida. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ nulla qualitas est in infinitū modica seu in infinitū remissa: probatur: nā sicut est in quantitate ita est in qualitate quo ad remissionē: sed nulla q̄titas est in infinitū parua: ergo etiā nulla est qualitas in infinitum remissa: ⁊

sic: si nulla est quãtitas in infinitũ magnitudine etiã nulla est qualitas in infinitum intẽsa. Secũdo, quia si eẽt aliqua caliditas in infinitũ remissa: illa non eẽt calefactiua nec actiua: ex ꝑ ꝯñs nõ eẽt caliditas. & ꝑ ꝯsequẽs nec qualitas. Tertio, nam sicut nõ est dare substãtiam infinite modice ꝑfectionis: ita nec etiã est dare aliquã qualitatẽ in infinitum remissam seu in infinitũ modice intẽsionis. ¶ Quarta cõclusio. si aliquid põt agere ad aliquã distãtiã circa sui medietas illius seorsum sumpta nõ põt agere ad tãtam: ꝓz hoc de igne. vnde ignis subduplus nõ obstãte ꝙ sit ita intẽsus sicut ignis duplus: non tamen agit ad tantam distantiam ad quantã bñ agit ignis duplus. Secũdo: nã dato opposito conclusiõis: sequit ꝙ vnũ paruũ coloratũ posset multiplicare speciem suã seorsum acceptã: sicut vnũ magnũ: sz hoc est falsum: patet falsitas: qꝛ tũc ita remote posset videri sicut vnum magnum: cuius oppositũ experimur. ¶ Ex ista conclusione sequitur: ꝙ dato ꝙ punctus vel aliquod indiuisibile esset quale: ad nullã ageret distantiam: ex quo sm ꝙ subiectũ minorat agit ad minorem distantiã ꝙ prius. ¶ Quinta conclusio est. ꝙ nullum indiuisibile: sicut punctus est quale: nec põt esse quale probatur: quia vel hoc eẽt qualitate in infinitũ remissa: vel qualitate in infinitũ intensa: vel qualitate finite intensa & remissa: sed nullũ istoꝝ põt dici: non potest dici primũ nec scdm: ex eo ꝙ ꝑ tertiã ꝯclusionẽ: nulla est qualitas in infinitũ intensa vel in infinitũ remissa: nec potest dici tertium: ex eo ꝙ sicut ꝓbatum est: qualitate finita indiuisibile denominatur infinite quale: sicut caliditate finita punctus denominatur infinite calidus. ¶ Secundo. si punctus posset esse finite calidus vel finite frigidus: tunc posset agere ad aliquã distantiam: sed hoc est falsum: prout patet ex quarta conclusione: cõsequẽtia tenet: qꝛ omne calidum vel frigidum ad aliquã distãtiã potest agere. Tertio. si punctus esset calidus: aliquod eẽt calidũ: qd nihil posset calefacere: patet: ex quo punctus ad nullam distantiam põt agere. ¶ Sed diceret aliquis: q̃uis punctus calidus nõ põt calefacere corpus: tamẽ posset calefacere vnũ aliũ pũctum. Sed ꝓbat ꝙ nõ: quia vel ille punctus eẽt sibi immediatus vel mediatus: si est sibi mediatus: tunc non potest ipsum calefacere: ex eo ꝙ punctus ad nullã distãtiam potest agere. Si vero dicatur ꝙ est sibi imediatus hoc non potest esse ex eo ꝙ punctus non potest puncto esse immediatus sicut ꝓbat per Aristotelem sexto physicorum.

Quãtũ ad secũdũ sit prima cõclusio:

qualitas sufficiẽter intensa & minus extensa ad minorem agit distãtiam q̃ magis extẽsa: patet: nam capiat aliquod corpus luminosum: quod remittatur in quantitate: non tamen in luce: quo facto patet ipsum agere ad minorẽ distantiam q̃ prius egit: q̃uis bñ intensius lumen agat ꝓpe se q̃ prius egit. Ex isto sequitur istam consequẽtiam non valere: virtutes sunt equales: ergo ad equalẽ distãtiam possunt agere: hoc enim non sufficit: sed requiritur ꝙ sint equales tam intẽsione q̃ in extẽsione. ¶ Sed diceret aliquis: eadem qualitas in minore subiecto est intẽsior q̃ quando erat in subiecto maiori: ex eo ꝙ virtus vnita est fortior seipsa dispersa: ergo videtur ꝙ ipsa existens in subiecto minori ad maiorem distantiam potest agere q̃ ipsa existens in subiecto maiori. ¶ Respondet negando consequẽtiam: sed argumẽtum bñ ꝓbat ꝙ intensius agit ꝓpe se q̃ prius egit. ¶ Secũda conclusio est. ꝙ ꝑ diminutionẽ subiecti sup diminutiõem qualitatis põt deuenire ad talem q̃titatẽ ꝙ aliqñ actio illius agẽtis est ꝑcise ad subduplam distantiam ad quã erat prius: & aliqñ ad subtriplam: & sic vltra: patet de luminoso si diminueretur in extensione & non in luce. vnde si ignis in infinitũ diminueret in quantitate: et proportionabiliter augeret in caliditate in infinitũ ad minorẽ distantiã posset agere q̃ ante: et in infinitũ minus subiectũ posset alterare q̃ ante: & hoc est: qꝛ extẽsius facit ad remotius & ad distantiam maiorem agit. ¶ Tertia conclusio. indiuisibile si eẽt non posset eẽ infinite quale patet: quia si sic: sequitur ꝙ esset aliquod infinite calidum: qd ad nullam distantiam posset agere: patet de puncto: si poneret infinite calidus: ꝓbatur cõsequẽtia: quia pũctus si poneret infinite calidus: hoc eẽt vel caliditate in infinitum intensa vel in infinitum remissa: & hoc non: qꝛ nulla talis est: vel caliditate finita: & cũ illa ꝑ iam dicta in subiecto minori agat ꝑ minorem distantiam: sequit ꝙ existẽs in puncto ad nullam distãtiam ageret: & sic aliqd existẽs infinite calidum ad nullam ageret distantiam: & sicut punctus non põt esse calidus nec frigidus: ita etiã nec leuis vel grauis. vnde si aliquis punctus esset grauis in concauo orbis lune: subito deberet descẽdere: & sic mutatio localis fieret subito: antecedẽs apparet: primo: quia eẽt infinite grauis. secundo: quia nihil resisteret sibi: ex eo ꝙ nõ caperet sub se mediũ alicuius latitudinis sibi resistens.


Quãtũ ad tertiũ. dico pro questione

ꝙ indiuisibile si eẽt non posset alterari: patet ex eo ꝙ nõ posset eẽ qualis nec finite, nec infinite ꝑut ostẽsum est: ergo &c̃. ¶ Secundo. si posset alterari: tunc posset agere ꝑ aliquã distãtiã: cuius falsitas patet ex dictis. Et si posset alterari tunc posset calefieri & frigefieri: et vltra cum caliditatem sequat rarefactio: et frigiditatem condensatio: sequitur ꝙ puncta seu indiuisibilia possent rarefieri & condensari: maiorari & minorari: qd non est bene imaginabile.

Ad rationes. Ad primam patet: quia

de tali indiuisibili non intẽdit in ꝓposito. ¶ Ad secũdam dico: ꝙ si essent indiuisibilia non possent moueri localiter ꝑ se: sed bñ ꝑ accidens: nec ex hoc sequitur ꝙ ipsa possent alterari si essent. ¶ Ad tertiam dico: ꝙ superficies alterat de albedine ĩ nigredinẽ: hoc est subiectũ sm partes eius exteriores sic alterat. ¶ Ad quartam dico: ꝙ nihil est ita densum quin aliq̃ eius ptes videant in ꝓfundo: ꝓpter hoc ꝙ põt capi aliqua ps ita tenuis versus oculum ꝙ ipsa est transparens. ¶ Ad quintam dico et ad sextam similiter. ꝙ ꝑ pũcta intelliguntur aliq̃ parue particule corporis q̃ seorsum posite sunt insensibiles ad sensum: tñ nõ simplr indiuisibiles.

Questio. XVIII.



Veritur vtrũ forme substantiales elementoꝝ possint intẽdi & remitti. ¶ Et arguit primo ꝙ sic: qꝛ forme substãtiales elemẽtorũ sunt contrarie: sz ꝯtraria sunt itẽsibilia & remissibilia: ergo &c̃. ¶ Secundo forme substãtiales elemẽtoꝝ generant & corrũpunt successiue: ergo videt ꝙ itẽdant & remittant: ꝯñtia tenet ex eo ꝙ cã successionis gñationis & corruptiõis videt eẽ intẽsio & remissio in gradibus: añs patet: nam ex igne successiue et ꝑ partem ante partem gñatur aqua

vel aeris: per consequens forma substantialis aque vel aeris. ¶ Tertio. ppria passio elementi: puta ignis vel aque est intensibilis vel remissibilis: ergo et forma substantialis. consequentia patet de se: antecedens patet: nam aliquando plus calefacit aliquando minus: vel aliquando plus humectat aliquando minus: modo calefacere frigefacere humectare exiccare videntur esse pprie passiones elementorum distribuendo singula singulis. ¶ Quarto. si questio esset falsa: sequitur q possibile esset esse aliquod simplex elementum simul calidum et frigidum: modo hoc est falsum: ex eo q hoc repugnat puro elemento: sicut patet secundo huius: probatur consequentia: quia cum aqua est calefacta vel forma eius substantialis est remissa: sicut eius frigiditas: vel non. si dicatur q sic: habetur propositum: si dicitur q non: adhuc est aqua: et cum aqua primo insit frigiditas: sequitur q aqua est frigida: et cum est calida: sequitur propositum: videlicet q purum elementum simul sit calidum et frigidum. ¶ Quinto. sequitur q grave simplex posset moveri in vacuo successive: sed hoc est falsum: et probatur consequentia: nam capiatur una terra pura que sit sursum existente vacuo: et applicetur sibi aliquod calefaciens et remittens eius gravitatem et inducens levitatem: tunc si forma eius substantialis est remissa: questio est vera: si autem non: tunc adhuc est elementum simplex et cum iam habeat aliquod de gravitate: sequitur q ipsum descendet per vacuum successive: propter hoc q iam habet resistentiam intrinsecam. ¶ Sexto. Commen. dicit quarto celi q generans tantum dat de loco quantum de gravitate: sed quia dat gravitatem successive secundum magis et minus: sequitur etiam q dat formam substantialem secundum magis et minus successive. ¶ Septimo. ex elementis fit mixtum: ergo forme substantiales elementorum sunt intensibiles et remissibiles: antecedens supponitur tanquam verum: consequentia probatur ex eo q elementa non miscentur adinvicem nisi utrumque eorum remittatur: sed elementa non remittuntur substantialiter: nisi forme eorum substantiales remittantur: ergo etc. ¶ Octavo arguitur auctoritate Commen. tertio celi: ubi dicit et reprehendit Avicen. qui dicit oppositum: quamvis tamen alibi dicat oppositum.

Istis distinctionibus positis primo videndum est que qualitates de numero harum conueniant elementis. secundo que qualitates sint actiue & que non. tertio que sint per se & que non. ¶ Quantum ad primum sit prima conclusio. omnes qualitates tangibiles que consequuntur primas simpliciter absque hoc quod agant adinuicem competunt elementis: non tamen omnes simul: sed aliquibus alique & aliis alie: patet hoc de raritate & densitate grauitate leuitate: & huius ratio est: nam postquam elementis insunt qualitates contrarie commixte adinuicem: tunc elementis insunt qualitates ille que consequuntur qualitates ipsorum sine commixtione illarum qualitatum adinuicem. ¶ Secunda conclusio. quod elementis non insunt qualitates que consequuntur qualitates primas non simpliciter: sed cum commixtione qualitatum non primarum adinuicem: probatur postquam in vno elemento est commixtio qualitatum primarum contrariarum adinuicem &c. in nullo elemento est aliqua qualitas sequens huiusmodi commixtionem. Ex hoc sequitur quod in nullo elemento si sit aliquod tale de quo intelliguntur conclusiones ponende & posite. reperitur odor nec color: nec sapor. Ulterius sequitur quod nulla aqua habens odorem vel saporem est purum elementum. Ex hoc ulterius sequitur quod aqua quanto plus caret colore et sapore tanto est propinquior puro elemento: & quanto magis habet de his tanto est remotior. ¶ Sed diceret aliquis contra nam si hoc esset verum: sequitur quod pura terra non posset videri quantumcunque obiiceretur oculo: consequentia tenet: quia non haberet colorem nec lucem: cum terra pura sit summe opaca: sed si deberet videri oporteret quod hoc esset vel ratione coloris vel ratione lucis. Secundo nam dicit Aristo. quod aqua est alba: ergo videtur quod elementis insit color. Tertio. nisi elementis inesset color: sequitur quod color posset generari absque hoc quod generaretur ex colore sibi contrario: consequentia probatur: nam sit aliqua materia sub forma elementi: tunc in illa materia non est color: deinde sit sub forma mixti: tunc statim in illa materia erit color: & non erit generatus ex colore sibi contrario postquam illum colorem nullus alius color immediate precessit. Quarto ad idem. videtur quod color: sapor & huiusmodi non consequuntur commixtiones & proportiones qualitatum primarum adinuicem: nam si sic: sequitur quod tam cito mutaretur talis proportio: tam cito deberet mutari qualitas consequens eam & sic tam cito aliquod corpus: puta paries vel aliquod huiusmodi calefieret vel frigefieret: deberet mutari eius color: hoc tamen est falsum. Et consequentia tenet: quia ita cito quod paries calefit vel frigefit mutatur proportio qualitatum primarum. ¶ Ad ista respondetur. Ad primum de terra concedo quod non videtur. ¶ Ad secundum quando Aristote. dixit: aqua est alba: non intellexit de aqua pura: sed de vno mixto saltem qualitatiue quod tendit & est propinquum puro elemento aque. ¶ Ad tertium concedo quod non est impossibile colorem generari: & non ex colore sibi contrario quando non manet idem subiectum per se subsistens sub vtroque termino transmutationis: sicut est compositum ex materia & forma: sicut fit in generatione mixti ex elementis quamuis forte hoc non esset possibile quando maneret idem subiectum in actu seu compositum ex materia & forma sub vtroque termino transmutationis. ¶ Ad quartum primo est sciendum quod iste qualitates: color: odor: sapor: & huiusmodi consequuntur proportionem qualitatum primarum adinuicem naturalem ipsi mixto. Secundo sciendum est quod huiusmodi proportio naturalis non variatur ad cuiuscunque qualitatis extrinsece aduentum: imo aliquando qualitas extrinseca aduentitia est ita remissa quod non sufficit variare talem proportionem naturalem: aliquando autem est ita intensa quod sufficit. Ex hoc ad argumentum dico quod cum aliquod corpus mixtum frigefit vel calefit ita intense quod variatur proportio naturalis qualitatum primarum in illo mixto: tunc etiam variantur: color: odor: & sapor: illius mixti: vnde paries posset ita intense calefieri quod mutaretur eius color: quando vero qualitas aduentitia est ita remissa quod non sufficit &c. non variantur qualitates consequentes huiusmodi proportionem: & huiusmodi mixtionem talium qualitatum naturalem ipsius mixti. ¶ Tertia conclusio. in elementis non inuenitur aliqua qualitas virtualis insensibilis: sicut est qualitas virtualis lapidis preciosi: probatur quia tales qualitates virtuales consequuntur commixtiones qualitatum primarum: modo talis commixtio non reperitur in elementis: ex hoc sequitur: quod elementa non conferunt ad medicinam nisi quantum est ex prefatarum qualitatum primarum que sunt caliditas frigiditas &c.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio. nulla qualitas est agens principale: probatur quia si sic tunc esset principale principium actiuū sui motus et quietis: vt patet p diffinitionē datam secūdo physicorum: sȝ ꝙ nō sit nature pȝ etiam euidenter: ex eo ꝙ omnis natura est substantia: nulla aūt qualitas est substantia. ¶ Secunda conclusio. nulla qualitas pter tāgibiles est actiua: Et intelligo de actione que fit cū cōtrarietate: et que est corruptiua patet: quia albū nigro iuxta positum: nigrū nō dealbat: nec nigrum iuxta positum albo: album denigrat. ¶ Sed diceret aliquis contra: sapor odor non sunt qualitates tangibiles: et tamē aliquando inficiunt aerem: ergo videntur esse actiue. ¶ Respondeo ꝙ hoc non faciunt nec odor: nec sapor: sed qualitates prime corporum habentium odorem et saporem: hec conclusio debet intelligi de qualitatibus sensibilibꝰ. ¶ Tertia conclusio. quedam alie qualitates sensibiles sunt actiue: patet de lumine et de qualitatibꝰ virtualibus herbarum et lapidum preciosorum. ¶ Quarta conclusio. qualitatum tangibilium solum quatuor sunt actiue scilicet caliditas / frigiditas / humiditas / et siccitas. ¶ Sȝ diceret aliquis: grauitas et leuitas sunt qualitates actiue: qꝛ motiue localiter: et tamen sunt qualitates tangibiles: ergo et cetera. ¶ Respondetur ꝙ debet intelligi de actiōe alteratiua et nō alia. vnde videmus ꝙ graue cum iuxta ponitur graui vel leui non facit ipsum grauius: et si grauitas alterat: hoc non est nisi per accidens: sic ꝙ mouet corpus quādo quidē corpus motuȝ ex motu calefit et leuefit et cetera.

Quantum ad tertium dico ꝙ sunt caliditas / frigiditas / humiditas: et siccitas: que inter ceteras sunt actiue: qꝛ sunt priores alijs causalitate: pȝ qꝛ sunt cause aliarū. Secundo. quia actio semp fit ratione contactus: et sic qualitates actiue debent esse priores: sicut sensus tactus est prior alijs sensibus. Tertio dico: ꝙ solū iste quatuor qualitates sunt priores alijs causalitate: patet: quia ex mixtione earū adinuicem et nullarū aliarū sequuntur alie qualitates. Quarto. dico: ꝙ iste q̄tuor sunt priores alijs principalitate: pȝ qꝛ ex cōbinationē earū adinuicē capitur numerus elementorum que dicuntur corpora prima. Quinto dico: ꝙ ille qualitates sunt priores alijs cōitate: patet: quia reperiuntur tam in elementis q̄ in mixtis. Sexto dico: ꝙ sunt priores alijs simplicitate: pȝ: quia reperiuntur in corporibus simplicibus sine cōmixtione qualitatū cōtrariarum adinuicem. Ex his patet ad quesitum.

Ad rationes. Ad primam si ly prima exponatur negatiue possunt eē multe alie eque prime in suo genere: sed non possunt esse plura prima si exponatur affirmatiue: et ex hoc glosatur auctoritas .s. ꝙ p superabundantiam dicitur. ¶ Ad secundam dico: ꝙ oēs quatuor sunt actiue: q̄uis caliditas et frigiditas sint magis actiue q̄ humiditas et siccitas. ¶ Ad tertiam dico: ꝙ questio intelligitur de qualitatibꝰ habētibus contrarium actiuitate: actione que est ratione contrarietatis proprie dicte. ¶ Ad quartam dico: ꝙ non quilibet motus localis est primus motuum: sed solum motus localis celi: et ideo si grauitas et leuitas essent principia actiua talis motus: bene concederē ꝙ tunc deberent dici priores inter qualitates actiuas q̄ pdicte quatuor: sed quia nō sunt principia actiua motus localis celi ex prioritate motus localis non potest argui prioritas grauitatis et leuitatis inter qualitates.

Quæstio.II.



Quæritur vtrum quatuor qualitatum primarum q̄ sunt caliditas frigiditas et cetera. due sint actiue. scilicet caliditas et frigiditas et due passiue .s. humiditas et siccitas. Et arguit̄ pmo ꝙ nō: qꝛ si sic: tūc ille due q̄ dicūt̄ actiue .s. caliditas et frigiditas deberent agere in alias que sunt passiue: sed hoc non ex eo ꝙ omnis actio fit ratione cōtrarietatis: modo talis caliditas et frigiditas non contrariantur humiditati et siccitati: aliter enim plura essent vni contraria: ergo et cetera. ¶ Secundo. quia dictuȝ est in alia questione: ꝙ iste quatuor qualitates dicunt̄ qualitates actiue: nō ergo due earum solum sunt actiue et due alie passiue. ¶ Tertio probatur ꝙ caliditas et frigiditas sunt qualitates passiue: nam vna earuȝ minuitur et patitur ab alia postq̄ contrariantur. et hoc non esset nisi essent passiue. ¶ Quarto probatur. ꝙ humiditas et siccitas sunt qualitates actiue: nam sunt qualitates contrarie: cum ergo ratione contrarietatis fiat actio: videtur ꝙ humiditas et siccitas sunt adinuicem actiue. ¶ Quinto. nam dicit Aristo. quarto meteo. ꝙ siccum agit coagulationem: et hoc non esset nisi siccitas esset qualitas actiua. ¶ Sexto. nam humiditas et siccitas sunt quedam forme: forme autē est agere: materie vero pati: ergo humiditas et siccitas dicuntur qualitates actiue sicut caliditas et frigiditas.

In oppositum est Aristoteles i isto secundo et quarto metheororum. ¶ In ista questione primo ponam distinctiones. Secūdo cōclusiones. Tertio mouebo vnum dubium.

Quantum ad primum sit prima distinctio: ꝙ pati dicitur dupliciter. vno modo subiectiue: et de illo nō intelligitur questio. alio modo terminatiue: et sic capit̄ in pposito. ¶ Secūda distinctio. aliquid dicitur pati adhuc dupliciter. vno mō per se: et isto mō caliditas patitur a frigiditate: et econuerso. alio mō per accidēs .s. ꝙ patit̄: qꝛ hoc est huic annexū: et isto mō humiditas patit̄ annexa caliditati: et cȝ caliditas patit̄ a frigiditate. ¶ Tertia distinctio: in pposito pōt fieri triplex cōparatio. vna calidi ad frigidū: vel econuerso. alia humidi ad siccum vel econuerso. tertia calidi et frigidi ad humidum et siccum vel econuerso.

Quantum ad secundum loquēdo de actione et passiōe terminatiue proprie accepta sit prima conclusio. ꝙ caliditas et frigiditas sunt actiua et passiua adinuicē patet primo ad experientiam: pȝ et ratione: quia sunt qualitates tangibiles et sunt cōtrarie et primo: modo primo huiꝰ actio et passio fit ratione contrarietatis. ¶ Secūda cōclusio. humiditas et siccitas sunt etiā actiue adinuicem et passiue modo pdicto patet ex eadē ratione. vn̄ quando ignis agit in aquā ipsam corrūpēdo: caliditas ignis corrūpit frigiditatē aq̄: sed nō humiditatē. pp hoc ꝙ nō est sibi cōtraria. sȝ illa humiditas corrūpitur a siccitate ipsius ignis. ¶ Sȝ diceres: infundatur aqua in ignem q̄ sit calida: caliditas ignis corrumpetur: sed non a frigiditate: propter hoc ꝙ illa aq̄ non est frigida: sed ē calida p casuȝ: q̄ videt̄ ꝙ corrūpetur ab humiditate aque: que tn̄ nō ē sibi cōtraria: q̄ videt̄ simr ꝙ humiditas aque corrūpit̄ a caliditate ignis nō obstāte ꝙ nō sit ei contraria. ¶ Rñdeo

tur. q cũ aqua calida funditur in ignẽ: tunc caliditas ignis nõ corrũpit ab aqua immediate: sed p modũ sedule ⁊ mediate: ⁊ hoc isto modo: quia caliditas ignis requirit subiectũ rarũ: ⁊ cũ aqua calida q̃ est frigida funditur in ignem condensat ipsum in tantũ q repugnat forme ignis stare in materia ita densa: ⁊ sic ambo corrumpuntur ad corruptionem raritatis subiecti. ¶ Adhuc diceret aliquis videtur q siccitas non sit qualitas actiua. nam siccũ iuxta positum alicui humido non exsiccat ipsum: immo calidum magis videtur exsiccare: ergo non est ponendum q siccitas sit qualitas actiua siccitati sibi similis ⁊ corruptiua humiditati. ¶ Ad illud dico: q immo siccum iuxta positum humido exsiccat ipsum: si est fortius: ista tamen actio est tarda ⁊ minus perceptibilis: ⁊ quando dicitur: calidum exsiccat dico q hoc est per accidẽs: quia corrumpit frigiditatem cui attribuitur humiditas. ¶ Tertia conclusio ẽ q caliditas non agit in humiditatem nec in siccitatẽ per se: patet: quia non est cõtraria: similiter frigiditas non agit in ipsam ex eadem ratione. vnde quia omnis actio de qua est presens sermo solum fit ratione cõtrarietatis: sequitur q que non sunt contraria non agunt adinuicẽ. ¶ Et cõfirmatur. nã caliditas ⁊ humiditas naturaliter se cõpatiuntur in eodem: puta in aere: similiter caliditas ⁊ siccitas in eodem: sicut in igne: similiter frigiditas ⁊ humiditas in eodem puta in aqua: similiter frigiditas ⁊ siccitas in eodem: puta in terra. Et hoc non esset si frigiditas et caliditas essent actiue in predicta. ¶ Sed contra diceret aliquis: calor tamen solis multum videtur exsiccare. ¶ Respõdetur q hoc nõ ẽ isto modo q caliditas corrũpat humiditatem: sed isto modo: quia caliditas solis agens in ista inferiora ⁊ in corpora humida: sicut in lutum vel huiusmodi calefacit aliquas particulas illius corporis quibus calefactis leues fiũt: ⁊ tũc partes leuiores ⁊ subtiliores ab illis corporibus eleuantur ⁊ recedunt: grossiores autem ⁊ magis terrestres derelinquuntur: quibus derelictis humido subtili exhalato residuũ inuenitur siccum: ⁊ isto modo calor solis exsiccat nõ q corrumpat humiditatẽ modo quo dictum est. ¶ Quarta conclusio est. q magis humiditas ⁊ siccitas debẽt dici passiue q̃ alie due ⁊ ecõuerso alie due magis debẽt dici actiue: patꝫ hoc qꝛ humiditas ⁊ siccitas non sunt ita velocis actiõis nec sunt tante actiuitatis: sicut sunt caliditas ⁊ frigiditas. secundo ex eo q humidũ ⁊ siccũ sunt disposita ad plures passiones: calidũ aũt ⁊ frigidum ad plures actiones: humidũ autẽ facilr̃ terminatur termino alieno: siccũ autẽ faciliter terminatur termino proprio: ⁊ modo terminari est pati: calidum autẽ congregat homogenea ⁊ disgregat heterogenea: qꝛ propter caliditatem fornacis plumbũ segregatur ab argẽto: patet: qꝛ particule argenti segregate abinuicẽ congregãtur adinuicem: ⁊ similiter particule plumbi cõgregãtur adinuicem: frigidũ aũt cõgregat tam heterogenea q̃ homogenea: cõgregare aũt ⁊ segregare est agere: quia ergo humiditati ⁊ siccitati conueniunt plures passiones: caliditati aũt ⁊ frigiditati plures actiones: ille. s. humiditas ⁊ siccitas debẽt dici passiue: iste vero. s. caliditas ⁊ frigiditas magis actiue.

Quantum ad tertiũ dubitatur vtrũ qualitates existentes in eodẽ subiecto: sicut caliditas frigiditas humiditas ⁊ siccitas agãt ĩ se inuicẽ sicut in mixto. ¶ Pro dubij ratione sit prima suppositio q vnumquodq̃ gñabile ⁊ corruptibile hꝫ naturalem cõplexionẽ cũm suarꝫ qualitatũ ⁊ dispositionũ naturalẽ tam primarꝫ q̃ aliarꝫ: siue sit mixtũ siue elementum vnde naturalis cõplexio ⁊ dispositio ignis est q sit siccus ⁊ in summo calidus: q̃ libet enĩ alia est ei violenta scilicꝫ humiditas ⁊ frigiditas: ⁊ est extra eius naturalem dispositionem: ⁊ est ei infirmitas: vnde ita elementa infirmantur ⁊ sanantur: sicut mixta: quando enĩ aqua ẽ calefacta: ipsa est infirma: quia posita est extra suã naturalem dispositionem: cum aũt reuersa est ad frigiditatẽ pristinã est sanata. ¶ Secũda suppositio. talis dispositio naturalis in mixtis non est equaliter cuilibet: sed consistit in debita proportione earꝫ: ⁊ in vno est vna proportio ⁊ in alio alia. ¶ Tertia suppositio est. q vnumquodq̃ naturale tendit reuerti ad dispositionẽ sibi naturalẽ cũ fuerit extra ipsam quantũ est possibile: patet de aqua calefacta que reducit seipsam ad frigiditatẽ pristinam: ⁊ est simile de hoc ⁊ de virga recta que incuruatur: ⁊ ecõuerso tendit ad rectitudinem. ¶ Quarta suppositio. quedã sunt homogenea ⁊ quedã heterogenea modo heterogeneitas est quedam dissimilitudo: ⁊ pñt esse: vel dissimilitudo partium in figura: vel dissimilitudo partium in qualitate. vnde si esset aliqua aqua: cuius vna medietas esset calida ⁊ alia frigida: in illa aq̃ esset heterogeneitas partium in qualitate: sed non in figura. Sed si imago regis lapidea esset vniformiter per totum calida ibi esset heterogeneitas partium in figura: sed non in qualitate.

Tunc sit prima conclusio. nihil quod est in ppria ⁊ naturali dispositione sua agit in seipsum primo: patꝫ: qꝛ oĩs mutatio alicuius a sua naturali dispositione est sibi violenta: sed nulla talis est ab intrinseco: ⁊ postq̃ est extra naturalẽ dispositionẽ illi⁹: ⁊ hoc patꝫ ẽt ex alio: qꝛ sicut virga recta nõ appetit incuruari nec recedere ab ei⁹ rectitudine: ita similr̃ cuncta naturalia q̃ sunt in suis dispositionib⁹ nãlib⁹ appetunt manere in tali ⁊ non recedere [illegible] ¶ Secunda [illegible] aliquõ agit in seipsum nõ primo. s. vna pars in ptẽ sibi ppinquã: patꝫ: qꝛ possibile est q tale sit heterogeneũ: ⁊ alia sit cõplexio vni⁹ ptis: ⁊ alia alteri⁹: vna calidior: ⁊ alia frigidior: sicut patꝫ de corpe humano ĩ quo cor est calidũ cerebrũ frigidũ: ⁊ in tali corpe vna ps bñ agit in aliaꝫ ¶ Tertia cõclusio rũsiua est. q caliditas ⁊ humiditas in eodẽ subiecto adequate nõ agũt adinuicẽ cũ stãt sic pportionate adinuicẽ q in tali cõplexione cõsistit complexio naturalis sibi in quo sunt: patꝫ: qꝛ aliter illud subiectũ ab intrinseco recederet a dispositione sibi naturali ⁊ haberet in se principiũ intrinsecũ sue mutationis qđ est falsum ⁊ cõtra dicta: falsitas maxime patꝫ ex eo q q̃ cito ponitur extra dispositionẽ illã sibi naturalẽ redit se ipso ad illã q̃tũ est possibile: ergo qñ erat sub ea nõ habuit principiũ intrinsecũ reducẽdi se ab illa. ¶ Ex his sequitur primo ⁊ maxime ex cõclusione penultima: q mixta habent in seipsis principiũ sue corruptionis. Itẽ sequitur q elemẽta nõ. Itẽ sequitur q si nõ esset corrũpẽs extrinsecũ elemẽta manerẽt ppetuo. Itẽ sequitur q nõ sequitur ille qualitates sunt inequales: ergo agũt in seinuicẽ: patꝫ: qꝛ optima dispositio cõsistit in inequalitate: sed vna illarꝫ qualitatum nõ agit in aliã ⁊ hoc p formã sbalẽ ipsius mixti cui illa dispositio est naturalis et cõueniens. Itẽ sequitur q mixta heterogenea min⁹ ĩ heterogeneitate ptiũ in q̃litate sunt magis duratiua: sicut lapides ⁊ hoĩes. Itẽ sequitur q mixta magis heterogenea heterogeneitate ptiũ in qualitate sunt min⁹ duratiua: patꝫ hoc ex pdictis.

Ad rationes patet ex dictis quid sit respondendum.

Questio. III.



Veritur vtrum elemẽta sint quatuor τ nõ plura: nec pauciora. Et dicitur propter remouere aliqua dubia seu cauillationes logicales: questio debet intelligi: vtrũ sint quatuor termini distincti significantes oia elementa: quorum nullus coincidat in significando idem elementum: et non plures nec pauciores non coincidentes cum aliquo istorum quatuor in significando idem elementum. ❡ Et arguitur q̄ nõ sint nisi duo: quia elementum dicitur ex quo fit aliquid cũ insit: sed quia talia non sunt nisi duo principia materia τ forma: postq̄ vocata elementa nõ manent in mixto: prout prius dictum est: ergo τc. ❡ Secũdo. solum sunt due differentie corporum simplicium: ergo videtur q̄ solum sint duo elemẽta: consequentia tenet postq̄ elemẽta dicuntur corpora simplicia: antecedens probatur solũ sunt iste due differentie graue τ leue nã omne corpus simplex est graue vel leue. ❡ Tertio probatur q̄ sint sex: quia quatuor sunt vocata elementa scilicet aqua/terra/aer/ignis: τ cũ hoc vltra probatum est q̄ sunt duo principia materia τ forma. ❡ Quarto. tot sunt elementa quot sunt differentie corporum simplicium: sed ille sunt sex scilicet caliditas/frigiditas/humiditas siccitas/grauitas τ leuitas. ❡ Quinto. tot sunt elementa quot sunt combinationes qualitatũ primarũ tangibiliũ: sed ille sunt sex scilicet caliditas cũ siccitate. secunda caliditas cum humiditate: tertia frigiditas cum humiditate. quarta frigiditas cum siccitate. quinta caliditas cũ frigiditate. sexta humiditas cum siccitate. ❡ Sexto. videtur q̄ sint quinq̄: quia quinq̄ sunt corpora simplicia: scilicet quatuor vocata elementa τ celũ: celum enim est quintum corpus simplex: vt probatur per Aristo. primo celi. ❡ Septimo arguitur sic. plures sũt orbes celi τ maiores q̄ quatuor: ergo plura debẽt esse elementa q̄ quatuor: antecedens communiter conceditur: sed cõsequentia tenet ex eo q̄ quilibet planetarum de vno orbe dicitur esse de natura vnius elementi.

In oppositum est Aristoteles in isto scdo: vbi secundum cõbinationes quatuor primarũ qualitatum que sunt caliditas frigiditas τc. ponit esse quatuor elementa specie distincta τ nõ plura neq̄ pauciora: eo q̄ tot combinationes quatuor primarum qualitatum sunt possibiles et non plures nec pauciores.

❡ In ista questione primo videndum est quid est elementum. secundo vnde sumatur numerus elementorum. tertio quot et qualiter sunt elementa.

Quantum ad primum sciendum est q̄ elemẽtũ dicitur ab hyle. vñ hyle est idẽ q̄d prima materia. vnde versificator. Dicere quid sit hyle non est dictum puerile. τ dicitur elementũ quasi ilementũ. Sed sic mutatur ly e. causa melioris soni. vnde ex hoc patet q̄ propriissime materia prima solum dicitur elementũ: sed vocata elementa que sunt ignis aqua τc. dicuntur elementa respectu mixtorum: non eo q̄ qualitates ipsorum vel ipsa maneant in mixto: sed quia qualitates similes qualitatibus elementorum sunt in mixto: ad cuius generationem oportuit concurrere elementa vel vocata elementa mediate vel immediate. Aliter potest dici elementum quasi alimentum: quia elemẽtis aluntur mixta: licet non immediate: sed mediate. Potest ergo esse vna descriptio elementi: elemẽtũ est q̄d in resolutione corporũ inuenitur vltimũ: τ in generatione ipsorũ inuenitur primũ. Et si ly corporũ nõ restringatur: tunc hec descriptio solum conuenit materie prime: quia solum materia est que in generatiõe corporũ simpliciter reperitur primũ τ in resolutione eorum debet inueniri vltimũ. Sed si ly corporum restringitur per ly mixtorum: hec descriptio potest competere tunc vocatis elementis. vnde in generatione corporũ mixtorũ ex elementis: elementa inueniuntur primo: et in resolutione vltimo: τ ideo sicut litere dicunt prima elementa dictionũ et syllabe: secũda corporũ mixtorum generabilium τ corruptibilium primum elementũ dicitur prima materia: sed secunda elementa sunt vocata elemẽta a vulgo: que propter hoc a vulgo vocantur elementa: quia vulgus nõ percipit materiam primam: ideo communiter credit ista quatuor corpora simplicia esse prima elementa simpliciter.

❡ Alia potest esse descriptio elementi: elementũ est in quod dissoluuntur corpora. Dissolutio autem est triplex. quedam est in partes integrales. Et sic Democri. intellexit corpora resolui in elemẽta. i. in corpora athomalia. alia autem in partes essentiales coextensas τc. τ sic dicimus resolutionẽ mixti esse in materiam τ formam: τ tamen q̄ in elementa. tertia est in partes coextensas secundum similitudinem τ virtutem: τ talem dicimus esse in quatuor vocata elementa que non manẽt in mixto: sed ex eis generatur mixtũ τ econuerso eo modo quo dictum est. Notandũ est q̄ partes essentiales sunt duplices: quedã dicunt coextẽse τ nõ manẽt separate: τ oẽs generabiles τ corruptibiles intrant essentiam: τ sic materia τ forma dicũtur partes essentiales: τ iste in veritate sunt elementa: verius tamẽ materia: ex eo q̄ ipsa presupponitur generationi: τ manet post corruptionẽ illius cuius est materia: forma vero non. Alie dicũt partes essentiales que possũt separate esse: τ tales dicunt elemẽta secũda: sicut sunt aer ignis τc. ❡ Tertio notandũ est q̄ ista elementa secũda licet corpora actu existẽtia sunt maxime simplicia: τ ex his cõstituitur mũdus tanq̄ ex partibus integralibus vnũ est celo q̄d est etiã vnũ corpus simplex: quinta. s. essentia. Sed alia elemẽta dicũtur simplicia τ alr̃ quinta essentia. vnde quinta essentia dicitur simplex tã per priuationem compositionis ex materia τ forma q̄ per priuationem cõpositionis ex contrarietate: vocata autẽ elemẽta: nõ sunt ita simplicia. vñ q̄d libet ipsorum est compositũ ex materia τ forma: sed dicũtur simplicia per priuationem compositionis ex contrarietate.


Quantum ad secundum sit prima cõclusio. numerus elementorũ sumitur a numero primarum qualitatũ q̄ sunt caliditas frigiditas τc. probatur: quia ex quo ille qualitates dicuntur prime: τ vocata elementa dicuntur prima respectu mixtorũ. numerus eorũ debet capi penes numerũ illarũ qualitatũ. vnde capitur sic q̄ igni inest primo caliditas: τ aeri humiditas: aque frigiditas: τ terre siccitas. Secundo. quia secundũ actionẽ τ alterationum ipsarũ quatuor qualitatum adinuicem fiunt mixta τ secundum aliam τ aliam commixtionem alia τ alia mixta. ❡ Secunda conclusio. numerus elemẽtorũ non debet capi penes numerum aliarũ qualitatum q̄ iste sint contrarie: patet: quia nec alie ab his sunt prime: modo quia vocata elementa dicuntur esse prima corpora: intelligendo eo modo quo dictum est: sequitur etiam q̄ non sunt alie qualitates prime: patet ex prima questione huius secundi.

Quantum ad tertiũ sciendum primo q̄ primarũ q̄litatũ q̄ sunt caliditas frigiditas τc. nunq̄ aliqua reperitur se sola: sed semper ad vnã cõsequitur alia ita q̄ ad actiuam passiua. vnde nunq̄ reperitur caliditas nisi cum ea sit humiditas vel siccitas: nec vnq̄

reperitur frigiditas: nisi secum sit humiditas vel siccitas. Ex hoc pz q non valet dicere octo esse elementa quorũ vnũ haberet solum caliditatẽ: aliud solum frigiditatẽ rc. ¶ Tunc sit prima conclusio. non est ponẽdũ q tantũ sit vnũ elementũ & non plura: probatur: quia si sic nõ reperiretur aliqua ɔtrarietas cũ in eodẽ elemẽto nõ reperiatur aliq̃ ɔtrarietas in qualitatib⁹: sed cõstat q nulla reperit̃ cõtrarietas si esset vnũ elemẽtũ solũ sic q non plura. ¶ Secunda conclusio. non est ponendum q sint tantum duo elementa & non plura: pbaẽ: q si sic: tunc illorũ vnũ oporteret esse calidum & humidum vel frigidũ & siccũ: vel ecõuerso: scilicet calidum & siccum: vel frigidũ & humidũ: sed si sic esset: tunc illa cito mutuo se corrũperent: & sic non haberemus aliõ elementum: consequentia tenet postq̃ illa duo essent contraria secundum ambas eorum qualitates. ¶ Tertia conclusio. non est ponendum q sint tria et non plura: quia si sic: tunc duo eorum essent contraria secundum ambas qualitates: et tertium haberet symbolũ cum vno illorum: & sic illa duo habẽtia symbolũ facto cito tertiũ corrumperẽt. ¶ Ex his sequitur quarta conclusio q ad minus oportet esse quatuor elementa si ppetuo debeant manere elemẽta: & si res debent se habere sicut modo se hñt quo ad earum generationẽ & corruptionẽ & alias proprietates. ¶ Quinta conclusio est q quatuor sunt elementa specifice distincta & non plura: probatur: quia quatuor sunt ɔbinationes quatuor qualitatũ cõpossibiles & nõ plures: ergo questio vera: ɔñia tenet ex eo q numerus primorũ corporũ generabiliũ & corruptibiliũ debet accipi secundũ numerũ cõpositionũ quatuor qualitatũ ad inuicẽ: s3 quarũ actionẽ & passionẽ sunt gñationes & corruptiões: añs patet nam prius dicebaẽ q cõbinatiões primarũ qualitatũ q̃ sunt caliditas rc. possent imaginari sex modis: quorum duo sunt impossibiles: que sunt calidi cũ frigido: & humidi cũ sicco: & reliq̃ quatuor sunt possibiles: ergo rc. ¶ Sed diceres tu: immo videẽ q caliditas & frigiditas sint ɔpossibiles. pz de aqua calefacta. ¶ Rñdetur q non sunt sic cõpossibiles q ambe insint eidẽ elemẽto: nisi vna earũ insit et violente modo secũdũ talẽ cõpossibilitatẽ nõ debet sumi elemẽtũ distinctũ ab aliis. ¶ Et ɔfirmaẽ: q2 quatuor sunt qualitates prĩe specifice distincte & non plures: ergo tot debent esse elementa specifice distĩcta & nõ plura: añs pz ex prius dictis: et consequentia tenet ex eo q cuilibet elemento inest primo vna de qualitatibus primis: & qõ inest vni prĩo non inest alteri primo.

Ad rationes. Ad primam de materia & forma dictũ est ex eo q solũ hic intelligitur de elemẽtis que sunt corpora simplicia generabilia & corruptibilia seorsum existere potentia: modo talia nõ sunt materia & forma. ¶ Ad secũdam quando dicitur due solũ sunt differentie corporum simpliciũ: verũ est gñaliter: s3 nõ specifice: vnde adhuc vlterius leue subdiuiditur & similiter graue: in tantũ q p talẽ diuisionẽ inueniuntur quatuor corpora simplicia generabilia & corruptibilia que sunt dicta elementa. ¶ Ad tertiam patet ex responsione ad primũ. Ad quartam dico q quia grauitas & leuitas non sunt qualitates actiue alterabiliũ sed motuũ localiũ: penes grauitatẽ & leuitatẽ non sunt elementa accipienda primo & principaliter: sed penes qualitates que sunt actiue alterabiliũ: quia tales sunt actiue gñabilium & corruptibilium. ¶ Ad quintã. dico q verum est q tot sunt quot sunt combinationes qualitatũ primarum possibiles: quarum quelibet est naturaliter & non violente illi cui inest: modo ille cõbinationes sunt quatuor & non plures sicut dictum est. ¶ Ad sextum dico q solum in proposito est sermo de corporibus simplicibus & generalib⁹ & corruptibilibus: modo de numero illorum non est celum. ¶ Ad septimum quando dicitur plures sunt orbes rc. negatur consequentia. Pro quo aduertendũ est q in isto mundo tres possunt imaginari quaternitates quarũ prima terminatur inclusiue ad ignem: secunda autem terminatur inclusiue ad solẽ: & tertia terminatur inclusiue ad vltimã spheram. prima quaternitas est terra / aqua / aer / ignis. secunda est luna / mercurius / venus: & sol: ita q in ista quaternitate luna comparatur terre: mercurius aque: venus aeri: & sol igni. tertia quaternitas est mars / iuppiter / saturnus: & octaua sphera ita q in ista quaternitate mars comparatur igni: iuppiter aeri: saturn⁹ aq̃: octaua sphera terre. Ex hoc patet q non oportet tot esse elementa quot sunt orbes: postq̃ plures orbes cõparantur bene et assimilantur vni elemento.

Questio. IIII.



Veritur vtrum ignis sit primo calidus: aer primo humidus: aqua prĩo frigida: & terra primo sicca. ¶ Et arguiẽ primo q nõ: nam si sic: sequitur q ignis & aqua essent cõtraria: & similiter aer & terra: qõ ẽ fĩm: et consequẽtia nota de se: ex eo q primo calidum cõtrariatur primo frigido: & primo humidum primo sicco: falsitas consequentis probatur p Aristotelem in predicamentis substantie nihil est contrarium. ¶ Secundo confirmatur idem. nam si illa essent contraria: sequitur q ipsa essent apta nata succedere sibi inuicem in eodem subiecto existente in actu eus per se subsistens: modo hoc est falsũ: quia non idem manens idem nomine et diffinitione potest primo esse ignis postea aqua. consequentia tenet per vnam conditionem contrariorum. ¶ Tertio. vnum est vnicũ tum contrarium: modo ignis contrariatur terre: quia ignis est calidus & terra frigida: nõ ergo contrariatur aque. ¶ Quarto. videtur q ignis & terra magis sint contraria q̃ ignis & aqua: quia illa sunt magis cõtraria que a se inuicem magis distant: sed ignis & terra magis distant a se inuicem q̃ ignis et aqua: sicut patz in situ naturali elementorum: ergo rc. ¶ Secundo. ad principale supponiẽ q eadẽ qualitas in specie non inest eque primo duobus elementis: tunc sic: terra est primo frigida: ergo non aqua: consequentia tenet per suppositionem: añs patet: nam hoc videtur esse primo frigidum quod maxime distat a fonte caliditatum: sed sic est de terra: quia maxime distat a celo quod est productiuũ caloris in istis inferioribus. ¶ Tertio per effect⁹ debemus arguere causas: & cum densitas sit effectus frigiditatis: sequitur q illud quod est maxime densum sit primo frigidum: sed terra est maxime densa: ergo ipsa est prime frigida. ¶ Quarto. videtur q aqua sit magis humida q̃ frigida: propter hoc q humiditas inest aque inseparabiliter: frigiditas autem inest aque separabiliter: patz: quia q̃uis aqua bene calefiat: adhuc tamen manet humida.

In oppositum est Aristoteles hic capitulo tertio ¶ In ista questione primo videndum est de illo de quo tangebatur in primo argumento scilicet de contrarietate elementorum. secundo videndum est de quesito.

Quantum ad primum supponit primo. ad hoc ꝙ aliqua dicant̃ ɔtraria requirit̃ ꝙ apta nata sint succedere sibiinuicem in eodẽ subiecto in actu: hoc est in eodẽ cõposito ex materia ⁊ forma. ¶ Tũc sit prima conclusio. elementa bene sunt ɔtraria fm eorũ qualitates naturales: p3 nã q̃litates elemẽtoꝝ naturales sunt caliditas / frigiditas / hũiditas / ⁊ siccitas / grauitas / leuitas / raritas / dẽsitas: s3 mõ huiusmodi q̃litates sunt sibiinuicẽ ɔtrarie cũ singl'e singulis: s3 dēterĩate detēriati. Sed q: q̃litates naturales elemẽtoꝝ sunt duplices: q̃dã motiue localiter: sicut grauitas leuitas q̃dã aũt alteratiue: sicut caliditas ⁊ frigiditas. Tunc sit secunda conclusio. ignis ⁊ terra magis contrariantur adinuicem quo ad qualitates motiuas localiter q̃ ignis ⁊ aqua: patet: quia ignis est simpliciter leuis: ⁊ terra simpliter grauis: aqua autẽ est leuis ⁊ grauis fm quid: q: est leuis respectu t̃re: ⁊ est grauis respectu aeris ⁊ ignis q̃ sibi supeminẽt. ¶ Tertia conclusio est ignis magis cõtrariat̃ aq̃ q̃ t̃re q̃ ad q̃litates alteratiuas: p3: q: ignis ⁊ aq̃ ɔtrariãt̃ fm ãbas qualitates alteratiuas: ex eo ꝙ ignis est calidus ⁊ siccus: ⁊ aq̃ ẽ frigida ⁊ hũida: sed ignis ɔriat̃ t̃re solũ s3 vnã q̃litatẽ alteratiuã. s. s3 caliditatẽ ⁊ nõ s3 aliã: ex eo ꝙ ignis ⁊ terra cõicãt in siccitate. ⁊ q: Aristo. ɔsiderat hic elemẽta fm ꝙ sunt gñabilia ⁊ corruptibilia: ideo dicit hic: illa magis ɔriant̃ q̃ ɔriant̃ fm qualitates alteratiuas q̃ q̃ ɔtrariant̃ s3 q̃litates motiuas localiter. Et sic dicit ꝙ ignis magis ɔriat̃ aque q̃ terre. Sic ergo visum est quõ elemẽta ɔtrariant̃ fm qualitates eoꝝ naturales. ¶ Sed tunc restat difficultas: vtrũ etiã ɔtrarient̃ fm eoꝝ subas. Pro quo sit prima ɔclusio. ꝙ elemẽta nõ cõtrariãtur s3 eoꝝ materias: p3 p diffinitionẽ ɔtrarioꝝ. ¶ Scda ɔclo. ꝙ nec elemẽta ɔtrariãt̃ s3 eoꝝ formas substãtiales: p3 p suppositionẽ q̃ dicit ad hoc ꝙ aliq̃ ɔtrariẽt̃ requirit̃ ꝙ possint sibiinuicẽ succedere in eodẽ subiecto in actu: hoc est in eodẽ cõposito ex materia ⁊ forma: s3 sic nõ est de formis substantialib⁹ elementorũ: vt patet ex p̃cedẽtib⁹: igit̃. ¶ Tertia cõclusio est ꝙ elemẽta nõ sunt ɔtraria fm eorũ substãtiã: p3: q: nec fm eoꝝ materiã: p primã conclusionẽ: nec fm eorũ formã sbstantialẽ per secundam: ergo ⁊c.

Quantum ad secundum sit prima cõclo. vnicuiq3 elemẽtoꝝ inest primo vna q̃litas: p3 hoc primo: q: cuiuslibet elemẽti forma substãtialis ẽ simplex eam substãti aliter q̃ in ɔ̃tute: q̃ videt̃ ꝙ solũ determinet sibi vnã qualitatẽ que inest sibi primo: licet eñi determinet sibi duas: nõ tamẽ eq̃ primo. ɔ̃tria videtur notã: ã sic p3: nam p hoc forma sbalis elemẽti differt a forma substãtiali mixti: licz eñi forma sbalis mixti sit simplex sbaliter: nõ tñ est simplex ɔ̃tualiter: sicut p3 de diuersis mixtis: vt de herbis ⁊ lapidib⁹ p̃ciosis q̃b⁹ insunt diuerse ɔ̃tutes rõne formarũ substãtialiũ eoꝝ. ¶ Secunda cõclusio. igni inest primo caliditas: p3 q: ignis inter alia elemẽta est nobilissimũ: cuius signũ est: q: locatus est super loca alioꝝ elemẽtoꝝ: ⁊ cũ caliditas inter q̃litates actiuas sit nobilissima: cui⁹ signũ est ei⁹ maxima actiuitas: videt̃ ꝙ ipsa primo insit igni. ¶ Tertia ɔclusio. aer est primo humidus: pbat̃: nã aliq̃ qualitas inest sibi primo: p primam cõclusionem vel ergo caliditas vel hũiditas: pbat̃: q: aer est calid⁹ ⁊ humidus: sed non caliditas: quia illa iest primo igni p secundã cõclusionẽ: ergo relinquitur ꝙ humiditas. ¶ Quarta conclusio. frigiditas inest primo aque: p3 quia sibi insunt frigiditas ⁊ humiditas: vel ergo sibi inest primo frigiditas ⁊ habetur ppositum: vel humiditas: ⁊ hoc non: quia illa inest primo aeri per precedentem conclusionem. ¶ Quinta conclusio. terre primo inest siccitas: patet: q: sibi insunt siccitas ⁊ frigiditas vel ergo sibi inest primo siccitas: ⁊ habetur propositũ: vel inest sibi primo frigiditas: ⁊ hoc non: q: illa inest aq̃ per p̃cedentem conclusionem. ¶ Sed restat dubitatio: quomodo itelligitur ꝙ igni inest primo caliditas vtrum hoc intelligatur in comparatione ad alia elemẽta vel in ordine ad aliam qualitatẽ: scilicet siccitatem sic ꝙ sit sensus: ignis est prius calidus q̃ aliquod aliorum elementorum: ⁊ cuius caliditas est cã ꝙ alia sunt calida: vel ꝙ igni prius inest caliditas q̃ siccitas: hoc est ꝙ ignis de natura sua determinat sibi caliditatem ⁊ ꝙ secundo consequatur siccitatem. ¶ Ad hoc respõdetur fm intentionem Aristo. debet itelligi ꝙ igni prius inest caliditas q̃ siccitas: ⁊ aeri pri⁹ humiditas q̃ caliditas: ⁊ aque prius frigiditas q̃ humiditas: ⁊ terre prius siccitas q̃ frigiditas. ¶ Sed pro pleniori intellectu notandũ est ꝙ illud debet intelligi de caliditate ⁊ siccitate virtualibus. vnde aliqua sunt bene calida actualiter: ⁊ tamen sunt frigida virtualiter: vbi gratia: sicut aqua calefacta. similiter aliqua sunt bene frigida actualiter: ⁊ tamen sunt calida virtualiter: sicut piper zinziber ⁊ huiusmodi. vnde q̃uis aliquis potaret aquam calidam non propter hoc confortaretur ei⁹ calor: qđ tamẽ bene ɔtingeret si potaret vinũ frigidũ Et sic q̃uis vinum sit actualiter frigidum: tamẽ est virtualiter calidum. ¶ Et p istã possunt solui alique rationes facte.

Ad rationes. Ad primam patet ex primo articulo. sed ibi erat vna confirmatio de distantia que erat ista: magis distantia sunt magis ɔtraria hoc itelligitur nõ de distãtia locali: sicut de distantia inter terram ⁊ ignem: sed de distantia formali que est quedã repugnantia et incompossibilitas. ¶ Ad secundam dico: ꝙ illa bene probat ꝙ terra sit frigidior q̃ aqua frigiditate actuali: non tamen frigiditate virtuali. vnde frigiditas actualis dicitur que statim percipitur ad tactum. ¶ Ad tertiam ⁊ quartam: simili modo respondetur. ¶ Ad quintam dico ꝙ q̃uis frigiditas actualis sit bene separabilis: non tamen frigiditas habitualis siue virtualis: vnde q̃uis aqua bene calefiat: adhuc tamen manet in ea frigiditas virtualis: per quã caliditate ammota iterum reuertitur ad frigiditatem actualem

Quæstio.V.



Queritur vtrum caliditas ignis ⁊ caliditas aeris sint eiusdem speciei solum differentes secundum magis et minus Et similiter queritur de siccitate ignis ⁊ siccitate t̃re. ⁊ de humiditate aeris ⁊ humiditate aq̃ et de frigiditate terre: ⁊ de frigiditate aque. ¶ Et arguitur primo ꝙ sint diuersarum specierum: nã qualitates proprie elementorum distinctorum specie debẽt distingui specie: sed caliditas est qualitas propria ipsius ignis: ⁊ humiditas propria ipsius aeris: sicut in alia questione dicebatur: ergo videtur ꝙ ex quo ignis ⁊ aer distinguantur specie ꝙ caliditas ipsius ignis distinguatur specie a caliditate ipsius aeris. et ꝙ humiditas aeris distinguatur specie ab humiditate aque: et sic de alijs qualitatibus symbolis aliorum elementorum.

In oppositum arguitur. nam si sic sequitur ꝙ essent octo qualitates prime distincte specie qđ est contra prius dicta. dictū enī est ꝙ sunt solū quattuor: ꝯña patet: qꝛ tūc haberemus duas caliditates distinctas specie et similiter duas frigiditates: et sic de aliis. ❡ In ista questione sunt due opiniones directe opposite. Et illas primo recitabo cū suis motiuis. secūdo videbit̄ qualiter vna illarū opinionū soluit motiua alterius. tertio q̄si mediādo intereas ponā vnā opinionē q̄ videt̄ esse aliis probabilior.

Quantū ad primū sciēdum est ꝙ vna opinio ponit ꝙ caliditas ignis et caliditas aeris non sunt eiusdē speciei: nec differūt solū penes intensiue et remissius: et ista opinio intelligit̄ de q̄litatibus actualibus. vult enī ꝙ caliditas aeris in tot gradus in sua specie est diuisibilis in quot gradus ē diuisibilis caliditas ignis: ꝙ cū ex aere generat̄ ignis ad corruptionē vnius gradus caliditatis aeris introducit̄ vnus gradus caliditatis ignis. ❡ Et ista opinio habz pro se aliqua motiua. et primo arguit sic. si caliditas ipsius aeris esset remissa: et cū oīs remissio alicuius qualitatis fiat p admixtionē qualitatis ꝯrie: sequit̄ ꝙ caliditati ipsius aeris esset admixta aliq̄ frigiditas: et sic oporteret ponere aerē esse mixtū qualitatiue: et sic nō esset vere purum elemētum aeris. ❡ Secūdo. nā p hoc simplex differt a mixto: qꝛ elemētū simplex determinat sibi qualitates oīno simplices et qualitates in summo: mixtum aūt non: si ḡ caliditas aeris est summa non differt a caliditate ignis solū sm magis et minus. ❡ Tertio. si caliditas aeris esset eiusdē speciei cū caliditate ignis differens ab ea solū secūdū magis et minus: sequitur ꝙ si ignis approximaret̄ aeri statim aer fieret subito calidus in summo: sed hoc est falsum: et ꝯña tenet: qꝛ nō resisteret in aliquo caliditati ipsius ignis: qꝛ quis esset remissior: nō tū p frigiditatē sibi admixtā: sicut prius arguebat̄. ❡ Quarto si caliditas aeris non esset summa: sequit̄ ꝙ q̄n ex aere generaret̄ aqua: tota latitudo caliditatis aeris esset corrupta anteq̄ tota latitudo frigiditatis aque esset introducta: sed hoc est falsum: et ꝯña tenet cū ad introductionē vnius gradus frigiditatis aque expellat̄ vnus gradus caliditatis aeris: postq̄ oēs gradus caliditatis aeris erūt expulsi: adhuc nō essent oēs gradus frigiditatis aque introducti: postq̄ frigiditas aque est summa: falsitas ꝯñtis probat̄: nam si sic sequitur vel ꝙ p tpe materia staret sine forma substantiali: vel ꝙ esset aqua in sua naturali dispositione que nō esset in summo frigida. Et ad hoc probandū suppono ꝙ immediate ex aere pōt generari aqua absq̄ generatione alicuius intermedii. Tunc sic: q̄n tota latitudo caliditatis aeris est corrupta et nondū tota latitudo frigiditatis introducta: queritur vtrū forma s̄balis aque sit inducta vel non. si dicitur ꝙ sic: sequitur ꝙ tunc est aqua genita: que tū non est frigida in summo. si dicit̄ ꝙ nō: et clarū ē ꝙ forma substātialis aeris ē corrupta postq̄ tota latitudo sue caliditatis est expulsa: et cū nō sit introducta aliq̄ forma media inter formā substātialē aeris et aque per suppositionē sequit̄ illā materiā p tēpore stare sine aliqua forma substātiali. ❡ Quinto. leuitas aeris ē alterius speciei a leuitate ignis: ergo et caliditates aeris a caliditate ignis: ꝯña tenet de se: aūs probat̄: ex q̄ leuitas ipsius aeris est motiua ad aliū locū: et leuitas ignis ad aliū: qđ non videt̄ nisi essent diuersarū specierum. ❡ Sexto. non oēs caliditates mixtorū sunt eiusdē speciei: ergo nec omnes caliditates elementorū: ꝯseq̄ntia tenet: ex eo ꝙ caliditates mixtorum sunt similes caliditatibus elemētorū: aūs probat̄: ex eo ꝙ caliditates diuersorū mixtorū vt diuersorū aīaliū sunt productiue diuersorū effectuū distinctorū specie: patet: nā calor gallinae est productiuus pulli ex ouo: nō aūt calor hominis: vñ videmus ꝙ si ouū supponat̄ galline generat̄ pullus: sed si supponat̄ homini: nō ex eo pullus generat̄. ❡ Septimo. humiditas aeris et humiditas aque habent effectus oppositos: quare nō vident̄ esse eiusdē speciei: aūs patet: quia humiditas aeris non est extinctiua ignis. vnde videmus candelam bene ardere in aere: sed humiditas ipsius aque est extinctiua ipsius ignis: nec pōt dici ꝙ aqua nō extinguit ignē rōne humiditatis: sz ratiōe frigiditatis: nā aqua calida ita extinguit ignem sicut frigida. ❡ Octauo. si humiditas aeris esset eiusdē speciei cū hūiditate aq̄: sequit̄ ꝙ aqua non esset necessaria ad mixtionē: modo hoc est falsū: et probat̄ ꝯña: qꝛ aq̄ ppter hoc est necessaria ad mixtionē: qꝛ rōne sue hūiditatis ē ꝯtinuatiua: modo si hūiditas aq̄ esset eiusdē speciei cū humiditate aeris: aer sufficeret: qꝛ posset esse cōtinuatiua sicut humiditas ipsius aq̄. ❡ Ista sunt motiua ponētiū caliditatē ignis et caliditatē aeris esse diuersarū specierū et similiter modo illas qualitates elemētorū quas vocamus symbolas. ❡ Alia opi. ponit ꝙ sunt eiusdem specie differētes solū sm magis et minus. Et ē prima ratio istius: nā caliditas ignis est ꝯria frigiditati terre: eadē p ꝯseq̄ns est vtriusq̄ corruptiua: ḡ frigiditas aq̄ et frigiditas terre sunt eiusdē speciei: et p ꝯñs cōsimili modo caliditas aeris et caliditas ignis: qꝛ vni sz speciē tm̄ vnū est ꝯrium sm speciē: p hoc est Aristo. p̄mo celi probat ꝙ motui circulari nō ē aliquis motus ꝯrius: modo si frigiditas aq̄ et frigiditas terre essent diuersarū specierū: et tū q̄libet ꝯrariaret caliditati ignis: sequit̄ ꝙ plura sm speciē vni secūdū speciē tm̄ essent ꝯria. ❡ Secūdo. caliditas ignis intēdit caliditatē aeris: ḡ inducit gradus caliditatis eiusdem speciei cū gradibus preexistētibus in aere: sz gradus q̄s inducit sunt eiusdē speciei cū gradibus caliditatis ignis: ḡ caliditas ignis ē eiusdē speciei ꝛc. ❡ Tertio. oīs albedo oī albedini ē eiusdem speciei: ḡ oīs caliditas oī caliditati est eiusdem speciei: ꝯña videt̄ tenere a simili: aūs cōit̄ ꝯcedit̄. ❡ Quarto. ille q̄litates sunt eiusdē speciei: quarū effectus imediati sunt eiusdē speciei: sz effectus imediati frigiditatis aq̄ et frigiditatis terre sunt eiusdē speciei: ḡ ꝛc. maior ē nota ex eo ꝙ effectibus arguimus causas: et minor p3: qꝛ si manus mea frigefiat ab aqua vr̄ esse eadē frigiditas in specie sicut si frigefieret a terra. ❡ Quinto nisi essent eiusdē speciei: sequit̄ ꝙ essent plures ꝯplexiões in specie q̄ quattuor: qđ videt̄ esse cōtra medicos: et ꝯña tenet: nā alia videt̄ esse ꝯplexio in specie in q̄ dñaret̄ caliditas aeris: et alia in qua dñaretur caliditas ignis. Sexto sequit̄ si nō essent eiusdē speciei ꝙ in habētibus symbolū nō esset facilior trāsitus: qđ ē ꝯ Aristo. in isto secūdo. probat̄ ꝯña: qꝛ si caliditas aeris esset alterius speciei a caliditate ignis: tūc si ex aere deberet generari ignis oporteret ꝙ due q̄litates corrūperent̄ et due inducerent̄ eodē modo ac si ignis generaret̄ ex elemēto non hñte symbolū cū illo. s. ex aqua. Septio q̄n ex aere fit ignis nō poterit dici ꝙ corrūpat̄: qꝛ non a siccitate ipsius ignis: qꝛ illa non est sibi cōtraria: nec etiā a caliditate ignis: qꝛ quis diceret̄ ꝙ illa non essent eiusdē speciei non tamē diceretur ꝙ essent sibi contraria: si aūt ē dicitur ꝙ manet et cū hoc ponitur alterius speciei: sequit̄ ꝙ in igne generato erunt due caliditates distincte specie. ❡ Octauo raritas ignis est eiusdē speciei cum raritate aeris: et densitas terre cum densitate aque: ergo caliditas ignis est eiusdem speciei cum caliditate aeris: et frigiditas aque cū frigiditate terre: ꝯña tenet a simili et aūs p̄ymo cōiter ꝯcedit̄ ꝙ ignis et aer non differunt in raritate nisi sz magis et minus: et similiter aqua et terra in densitate magis et minus nō diuersificāt speciē: ḡ ꝛc.

Quoniam illi qui sunt de secũda opinione soluunt rationes factas pro prima opinione et econuerso. Soluunt ergo primo rationes facte ꝓ prima opinione: deinde facte ꝓ secũda. ¶ Ad primam. qñ dicit̃ si caliditas aeris nõ esset summa: ⁊c. negat̃ ꝯña: q̃a nõ oporteret remissionẽ fieri ꝑ admixtionẽ ꝯtrarij: sed oporteret remissionẽ alicui⁹ caliditatis fieri ꝑ minus recedere a nõ gradu illius caliditatis: vel ꝑ minus accedere ad gradũ summũ eiusdem: ⁊ ꝑ hoc patet ad argumẽtũ. ¶ Ad scdm qñ dicit̃: ꝑ hoc elemẽtũ differt a mixto: ꝯcedit̃: vnde caliditas aeris: ꝗuis sit remissior caliditate ignis: tamen est ita simplex sicut caliditas ipsius ignis: qꝛ nõ ponitur remissa ꝓpter alicuius cõtrarij admixtionẽ: sed ꝑ ꝑ ipam minus distare a nõ gradu caliditatis. ¶ Ad t̃tiã qñ dr̃: ꝙ cũ ignis approximat̃ aeri subito faceret ipsum calidũ in summo negatur cõsequentia: ⁊ ratio huius est: q̃a ex quo ignis nõ subito potest corrũpere humiditatẽ aeris: nec subito põt introducere tantã siccitatẽ quanta est siccitas ignis: ratione illius nõ subito faceret aerem calidũ in summo: vnde interim ꝙ aer non hꝫ tãtã siccitatem sicut est siccitas ignis: nõ põt in ipsum introduci tanta caliditas sicut est caliditas ignis. ¶ Pro solutiõe quarte rationis est imaginãdũ: ꝙ cũ ex aere generat̃ aqua nõ oportet ꝙ tantũ de caliditate expellat̃ quãtum de frigiditate introducit̃: sed quando introducitur medietas totius latitudinis frigiditatis aque: expellit̃ medietas totius latitudinis caliditatis aeris: ⁊ quando quarta frigiditatis aque introducit̃: tunc q̃rta caliditatis aeris expellit̃ ⁊c. ⁊ secundũ hoc ꝗuis tota latitudo caliditatis aeris sit minor q̃ sit tota latitudo frigiditatis aque: non tamen oportet ꝙ tota latitudo caliditatis aeris sit corrupta: ãteq̃ tota latitudo frigiditatis aq̃ sit introducta. ¶ Ad quintam. potest negari ꝙ leuitates aeris ⁊ ignis sint diuersarum specierum sed ꝙ mouent ad loca diuersa hoc est ratione formarum substantialium specie distinctorũ ignis ⁊ aeris. ¶ Ad sextam respõdet̃ ꝙ omnes caliditates mixtorum sunt eiusdẽ speciei: ⁊ similiter omnes frigiditates: sed ꝙ mediantibus ipsis producuntur effectus diuersi ⁊ distincti specie: hoc est ratione formarũ substantialiũ mixtorũ specie distinctorum. ¶ Ad septimam. dico ꝙ aqua nõ extinguit ignem ratione sue humiditatis quia humiditas non est ita velocis actionis: sed quando aqua calida proijcitur super ignẽ: tũc ignis extinguitur isto modo: quia aqua est grauis ⁊ ideo nõ permittit ignem se dilatare: quod est naturale igni: ⁊ cum non potest se dilatare suffocatur. ¶ Ad octauam. respondetur ꝙ ꝗuis humiditas aeris ⁊ humiditas aque sint eiusdẽ speciei tñ quia humiditas aque est grossior q̃ sit humiditas aeris: humiditas aque valet ad cõtinuandum ⁊ nõ humiditas aeris. ¶ Volẽtes autem tenere primam opinionem soluunt rationes secunde. ¶ Ad primam. que dicebat in hoc: vni tantum est vnũ contrarium. respondent ꝙ hoc debet sic intelligi: ꝙ omnis contrarietas est reducibilis ad duo: modo ꝗuis tã frigiditas aque q̃ frigiditas terre cõtrarientur caliditati ignis: ⁊ sint diuersarũ specierũ: tamẽ illa cõtrarietas reducitur in ista duo. s. in caliditatem ⁊ frigiditatem. ¶ Ad aliam. quando dicitur caliditas ignis ⁊c. respõdet̃ ꝙ hoc esset per istum modũ: ꝙ cum siccitas ignis remittit humiditatem aeris: tunc humiditate aeris remissa: caliditas intenditur: non ꝑ intentionem graduum eiusdẽ speciei cũ caliditate ignis: sed ꝑ additionẽ graduum eiusdẽ speciei cũ caliditate aeris ꝓexistẽte. ¶ Ad tertiã. respondet̃ simili modo. ¶ Ad quartã: qñ dicit̃ esse ctius immediatũ ⁊c. dicit̃ ꝙ ꝗuis appareãt eiusdẽ speciei: non tamen sunt. ¶ Ad quintam: respõdetur ꝙ ꝗuis non sint plures cõbinationes in specie subalterna tamen sunt plures q̃ quattuor in specie specialissima. ¶ Ad sextam dicit̃ ꝙ in habentibus symbolum facilior est transitus: non ꝙ aliqua qualitas maneat eiusdẽ speciei in genito que erat in corrupto: sed propter minorem contrarietatem. vnde ꝗuis caliditas ignis nõ ponatur eiusdem speciei cum caliditate aeris: non tñ ponitur sibi contraria. ¶ Ad septimam quando dicit̃ cum ex aere fit ignis ⁊c. Respõdetur ꝙ corrumpitur: nõ tñ ꝙ corrumpatur immediate a caliditate vel siccitate ignis: sed corrumpitur ꝑ modum sequele: isto modo ꝙ cũ siccitas ignis corrũpit humiditatẽ aeris per modũ sequele corrũpitur ⁊ eius caliditas. ¶ Ad octauam. respondet̃ negando consequentiam. vnde ꝗuis concedatur ꝙ raritas ⁊ dẽsitas essent eiusdem speciei hic ⁊ ibi: tamen hoc negatur de qualitatibus primis.

Quantum ad tertium sciendum est sicut tangebatur ꝙ duplex est caliditas. s. virtualis et actualis: actualis est que statim ad sensum tactus ꝑcipit̃: caliditas autẽ virtualis ẽ que ad sensuꝫ tactus non percipitur: sicut est caliditas piperis vel alicuius alterius aromatis. consimili modo de frigiditate humiditate ⁊ siccitate distinguatur. Ista distinctione posita possumus imaginari ꝙ elementa magis determinant sibi qualitates virtuales q̃ actuales: patet: qꝛ ꝗuis frigiditas actualis separet̃ ab aqua: ipsa manẽte non tamen frigiditas virtualis: vnde illa manet: et ꝑ illam postea reducit se ad frigiditatem. possum⁹ ergo dicere ꝙ caliditas actualis ipsius aeris est eiusdẽ speciei cuꝫ caliditate actuali ignis: similiter de alijs qualitatibus actualibus symbolis: sed caliditas virtualis aeris est alteri⁹ speciei a caliditate virtuali ignis. Et sĩli mõ dr̃ de alijs qualitatibus ꝟtualibus elementorũ. ¶ Sed dicet aliq̃s: si sic sequitur ꝙ essẽt octo q̃litates prime distincte specie: sed modo hoc est contra prius dicta: ergo. cõceditur ꝙ sunt octo q̃litates prĩe distĩcte specie: nec hoc est contra prius dicta: quia qđ prius est dictũ debet intelligi de qualitatibus ꝟtualibus ⁊ actualibus simul. Et ex hoc soluta est vna ratio de rationibus positis ad secundam partem questiõis. ¶ Ad aliam dico ꝙ illa bene ꝓbat ꝙ qualitates virtuales elementorũ differant specie. s. caliditas aeris a caliditate ignis ⁊c. non tamen probat de caliditate actuali aeris: ⁊ caliditate actuali ignis.

Quæstio. VI.



værit. vtrũ sit aliqđ elemẽtum purum. ¶ Et arguitur primo ꝙ non: quia nõ ẽ dare aquam puram: ergo nec terrã nec ignẽ: nec aerem purũ: cõsequẽtia tenet: q̃a quo ad hoc videt̃ esse simile de omnib⁹ elementis: antecedens probatur: qꝛ si esset aqua pura vel hoc esset aqua maris vel fontiũ vel pluuialis aqua stagnorum: sed nullã istarũ põt dici propter hoc ꝙ quelibet istarum est sapida: sapidũ autẽ non est purum elementum: ex eo ꝙ sapidum causatur ex actione quattuor qualitatum primarum adinuicem. ¶ Secundo si esset aliqua aqua pura: maxime videt̃ esse aqua maris: cũ locus maris sit loc⁹ naturalis aque vt habetur secundo meteororũ: falsitas cõsequentis patet: quia illa aqua est multũ sapida: ⁊ mul-

tū de terrestri est ei ꝑmixtū: ergo nō ē pura. ¶ Tertio nec aer est elementū purū: probat: q̄a vel hoc esset aer qui est in inferiori regione aeris: vel qui est in superiori: vel q̄ in media: non qui est in inferiori: quia ille est ꝑmixtus multū vaporib⁹ ⁊ exhalatiōib⁹: ⁊ per cōsequēs non est purus: nec qui est in superiori: quia ille est calidior q̄ debeat esse aer quando est in sua naturali dispositione: ⁊ hoc ē ꝓpter propinquitatē ad spheram ignis: nec aer qui est in media regione est purus. quia est frigidior de multo q̄ sit aer quādo est in sua naturali dispositione: patet: quia semper media regio aeris est frigida. vnde propter hoc generant̄ ibi grādines: pluuie ⁊ huiusmodi: sicut hꝫ videri in libro metheoꝝ. ¶ Quarto probatur: ꝙ nec sit ignis purus: quia maxime videtur de igne in sphera sua: sed ille non est purus: probat̄ quia ille ignis cōtinue mouetur circulariter: et ex illo motu videt̄ ꝙ ptes eius aliqualiter condensantur ⁊c. q̄a ibi cōtinue mouet̄ videt̄ ꝙ nō sit ibi tanq̄ in suo loco naturali: ⁊ ꝑ ꝯñs videt̄ ꝙ non sit ibi in sua naturali dispositione: ⁊ ꝑ consequens non est ibi purus: vnde si esset ibi tanq̄ in suo loco naturali: videt̄ ꝙ nō moueretur: sed quiesceret propter hoc ꝙ elementa q̄escunt: ⁊ cum sunt in suis locis naturalibus nō amplius mouētur. ¶ Quinto de terra: omnis terra est colorata: ergo nulla terra est pura: cōsequētia tenet ex eo ꝙ color resultat ex actione quatuor q̄litatum primarū adinuicē. añs patet: nam omis terra est visibilis: ⁊ cum nō sit lucida sequitur ipsam esse coloratā: ex eo ꝙ omne visibile est lucidū vel coloratū. ¶ Sexto nec est simpliciter densum nec est simpliciter rarum: nec simpliciter graue: nec simpliciter leue: ergo nō est aliq̄d elementū purū: cōsequētia tenet: ex eo ꝙ terra pura deberet eē simpliciter grauis ⁊ simpliciter densa: purus ignis deberet esse simpliciter leuis ⁊ simpliciter rarus: ātecedēs patet: quia nec est aliquod ita densum quin posset esse densius: nec aliquod ita rarū quin posset esse rarius: ex quo latitudo raritatis ⁊ densitatis est infinita.

In oppositum est Aristoteles in isto secundo: ⁊ probat̄: nā si nō tunc quodlibet elemētū staret sub dispositione innaturali: ⁊ ꝑ cōsequēs esset violentum: ⁊ cum nullū violentum sit perpetuū: sequitur ꝙ elementa non diu manerent. veruntamen ista ratio non est demonstratiua: quia diceretur ꝙ q̄uis nullum violentum sit perpetuum: tamē perpetuo est aliquod violentum: ⁊ sic q̄uis nullum elementum sit perpetuum: tamen perpetuo est aliquod elemētum.

In ista quæstione ponam primo vnā opinionem: ⁊ iuxta eam ponam vnam aliam. Secūdo ponam vnam opinionem de quesito.

Quantum ad primum sciendum est ꝙ vna opinio ponit ꝙ nullum est elementum simplex et purum. patet hoc sicut dicit ista opinio: quia si aliquid esset incorruptibile: ⁊ immutabile: ignis eñ nunq̄ purus descenderet ad locū sue corruptionis: nec terra pura ascēderet: ⁊ sic si terra pura esset circa centrū nō corrumperetur nec vnq̄ alicui misceretur. ¶ Secūdo ad idem auctoritate Cōstantini in libro de elementis dicentis. Illa corpora que apparent ad sensum elemēta simplicia sunt rei ꝟitate mixta: sed ꝓpter similitudinem mouentur taliter: sicut mouentur elementa pura: aliqua sursum ⁊ aliqua deorsū: ⁊ similiter nominātur nominibus elementorum: q̄uis magis aliter debe rēt denoiari: vnde quod apparet eē terra magis deberet denominari terreū: ⁊ quod aqua aqueū: ⁊ quod aer aereū: ⁊ quod ignis igneum. ¶ Sed contra istam opinionē arguit̄: nam communiter ponūtur quatuor elemēta pura ⁊ simplicia. vñ ꝑ Aristo. primo celi: aliquid est simpliciter graue: ⁊ aliq̄d simplicit̄ leue: modo ex hoc videt̄ sequi ꝙ sit dare aquā purā ⁊ ignē purū: sic ꝙ natura nō posset facere terrā puriorem nec ignem puriorem. ¶ Nihilominus iuxta hoc est vna opinio ꝙ non sit elemētum ignis: nec ꝙ sit talis sphera ignis: sicut nos solemus imaginari: patet hoc: sicut dicit iste opinio: q̄a illa vel seruiret ad implendum vacuum: modo hoc ita bene faceret aer sicut ignis: ex eo ꝙ aer posset esse ita ꝓtēsus a cōuexo ipsius aque ad cōcauū orbis lune: ⁊ sic ꝙ aer terminaret̄ ibi vbi terminat̄ ignis. Et hoc videt̄ etiā dicere Macrobius: qui dicit ꝙ in cōcauo orbis lune est aer purior: propter q̄d videlicet ꝙ totū q̄d est a cōuexo aque vsq̄ ad concauū orbis lune sit aer: q̄uis circa orbē lune sit purior ⁊ citra minus pur⁹. Et ex alio q̄a videmus hic inferius ignē rubeū: quare si oporteret ponere vnā talē spheram, vtiq̄ appareret nobis esse rubeus: sed hoc non: q̄a sicut patet ad sensū nullum tale apparet inter nos ⁊ celum. Etiam ex alio patet: nam si poneret̄ talis sphera ignis: cito alia elementa corrūperet ꝓpter maximā eius actiuitatē. Et etiā patet ex alio: nā videmus ꝙ aliqua sūt animalia habitantia in terra ⁊ aliqua in aqua ⁊ in aere: modo si poneret̄ talis sphera ignis: tunc in illa etiā essent animalia habitantia: sed hoc non potest esse: quia statim propter magnam actiuitatē ignis corrumperentur. ¶ Breuiter sustinendo ꝙ sit talis sphera ignis dicit̄ ꝙ est ad replendū locum: ⁊ etiā hoc ad ꝑficiendū vniuersum: vñ vniuersuꝫ ex hoc est ꝑfecti⁹ q̄ si totū a cōuexo aque ad ꝯcauū orbis lune poneretur esse aer. ¶ Ad auctoritatē Macrobij potest dici ꝙ fuit illius opinionis. ¶ Ad aliam quando dicitur ignis hic inferius ⁊c. dico ꝙ verū est: nec iste ignis hic inferius est ignis pur⁹: sed quia ignis in sphera sua est multum rarus ⁊ multo rarior q̄ aer: inde est ꝙ non apparet nobis rubeum inter nos ⁊ celum. ¶ Ad aliā quando dicitur: tūc ignis alia elementa deberet corrūpere: dico ꝙ nō: adhuc posito ꝙ esset in ista inferiori: ⁊ propter eius actionem ⁊c. etiam ipsa non corrumpet ꝑ saluationem vniuersi. ¶ Ad aliam. dicunt aliqui: ꝙ immo in igne consueuit habitare vnum animal quod vocatur salamandra. vel aliter dico: ꝙ non oportet ꝙ in quolibet elemento habitarēt animalia: vnde q̄uis in terra circa eius cōuexum habitent animalia: non tamen circa centrum vel adhuc propius nulla habitant: ergo non est mirū si nec in igne.

Quantum ad secūdū sit prima distinctio: ꝙ aliquid dicitur simplex: vno modo tam substantialiter q̄ qualitatiue. alio modo substantialiter: non tamen qualitatiue. eodē modo distinguuntur de ly purum. ¶ Tunc sit prima cōclusio. est dare spherā ignis probatur primo per combinationes qualitatum: nam sicut dicebatur prius: quatuor sunt combinationes q̄litatum primarum possibiles: quarum vna debetur igni: modo tale elementum non haberet locum suum alibi: si non poneretur sphera ignis. ¶ Secūdo. nā flāma tēdit sursum: ⁊ alia ignita: ⁊ hoc videtur esse signū ꝙ sursum est eorū locus naturalis. ¶ Tertio. quia exhalationes superius eleuate inflammantur: sicut sunt comete: ⁊ hoc est signum ꝙ prope est elementum calidum. s. ignis. ¶ Secunda cōclusio est ꝙ contingit dare terrā ⁊ ignē purum substantialiter ⁊ accidentaliter hoc est qualitatiue: patet: quia ignis ⁊ terra sunt in locis extremis: sed mixtiones habēt fieri in intermedio ⁊c. ¶ Tertia cōclusio est ꝙ forte est alicubi aer purus

vel aqua pura substātialiter:licet omnis aqua vel aer sit mixta accidentaliter & qualitatiue: patet: q̄ quāuis aeri bene fiat cōmixtio vaporum & exhalationum: que quidē mixtio fit p diuisionem partium aeris adinuicē: tamē cū non q̄libet pars aeris diuidatur: videt aliquā esse nō diuisā: 7 illā esse purā substātialiter:licet sit mixtā qualitatiue & accidētaliter: similiter de aqua que nō est pura qualitatiue propter commixtionem partium terrestrium. Ex his patet responsio ad questitum.

Ad rationes. Ad primam quando dicit de aqua dico q̄ illa bene probat q̄ non sit dare aquā puram substantialiter et accidentaliter: nihilominus bene est dare aquā puram substātialiter:licet mixtam qualitatiue. ¶ Ad secundā & tertiā similiter respōdetur. ¶ Ad quartā quādo dicitur: ignis mouet in sphera sua: cōcedo: ergo videt q̄ nō sit ibi locus eius naturalis: negatur cōsequentia: nā q̄uis continue moueatur circulariter in sphera sua: tamen ille motus nō est sibi naturalis: nec etiā motus: sed inest sibi preter naturam: & mouetur sic: non q̄ celum rapiat ipsum: sicut aliqui imaginantur. vnde superficies cōcaua celi est ita lenis: & similiter superficies cōuexa ignis: q̄ vna nō potest attingi ab illa taliter q̄ ipsam rapiat tali modo. ¶ Sed dicet aliquis: quomodo ergo ignis mouetur sic circulariter. dico q̄ hoc est propter influentiā sibi influxam a celo que mouet ipsum tali motu consimili sicut mouetur in celum. ¶ Ad quintam quando dicit omnis terra est colorata: negatur: vnde posset tātum fodi in terrā q̄ inueniretur terra non colorata. ¶ Ad sextum quando dicitur: non est dare &c. dico q̄ potest aliqd esse ita dēsum q̄ natura nō pōt facere dēsius et similiter dē de raro: & hoc sufficit ad hoc q̄ sint elemēta pura vnū graue & aliud leue. Et quādo dicit: latitudo raritatis est infinita: hoc potest negari naturaliter loquendo: immo latitudo raritatis que potest fieri naturaliter est infinita: & similiter dēsitatis &c. ¶ Ad rationem opinionis quando dicitur si esset dare ignē purum & aquam puram &c. nūq̄ corrūperet: negatur consequentia. vnde q̄uis bene sit ignis purus: tamen ille aliquando erit impurus propter aliquā cōstellationē celi: et tunc descendet ad locum sue corruptionis. Similiter terra que modo est in centro aliquando veniet ad superficiem: & ad locum sue corruptionis: vnde imaginandum est q̄ quia continue fluunt alique particule terre cum fluuijs fluentibus ad mare continue terra ex alia parte centri fit grauior: & ex ista parte fit leuior et sic continue est aliud & aliud centrum grauitatis terre: & quod aliquando erat centrum terre continue pellitur versus superficiem terre tādiu q̄ aliquādo erit in superficie terre.

Quæstio.VII.




Quæritur vtrum vnū elemētū possit immediate gñari ex alio: sic q̄ imediate ex aere generet aqua absq̄ hoc q̄ prius generetur ex eo aliquid aliud & ita cōsimili modo de alijs elementis. ¶ Et arguit primo q̄ n. ... tunc illud q̄d est posset generari: quod est falsum: nihil enim q̄d est gñabitur nec generatus. consequentia tenet: ex eo q̄ omne elementum est: quocunq̄ enim elemento dato de ipso verū est dicere q̄ ipsum est: ita q̄ posset sic argui in forma: nihil quod est potest generari: omne elementū est: ergo nullum elementum potest generari: & per consequens non potest generari ex alio: quod erat probandum. Cōsimili modo arguitur q̄ nullus homo potest generari. ¶ Secūdo arguitur sic: nō quodlibet mixtū potest corrumpi in quodlibet mixtū: ergo nec elemētum in quodlibet elementum: Et hoc immediate. consequentia videtur tenere a simili: antecedens probat: quia homo non immediate potest corrumpi in asinū vel in huiusmodi: sed immediate corrumpi in cadauer ergo &c. ¶ Tertio arguitur sic: demonstrata medietate ignis in sphera sua: illa nō potest corrumpi in aerē et est elementum: ergo non ex quolibet elemento pōt generari aliquid. consequentia tenet: assumptum patz quia natura nō permitteret q̄ vnū elemētum esset ita diminutum de medietate. iā enim ordo & pportio elemētorum vniuersi essent puersi. ¶ Quarto. si questio esset vera nunq̄ ex elementis generaret mixtum: cōsequentia tenet: ex eo q̄ vnum elementum conuerteret aliud in suam naturā: cū ex quolibet elemento cū posset immediate aliud gñari. ¶ Quinto. vel elemēta sūt adinuicē equalia in virtute vel non: si sic: tunc vnū non potest conuertere aliud: cum sint equalia in virtute. si vero non: tunc illud quod est fortius trāsmutabit alia et conuertet ea in suam naturam: & alia non poterunt cōuertere nec transmutare illud propter hoc q̄ minus nō potest agere in maius. aliter enī a proportione minoris inequalitatis fieret actio: cuius oppositū tenet communis schola. ¶ Sexto ignis non potest trāsmutari nec corrumpi ab aere: ergo questio falsa: cōsequentia tenet ex eo: q: non videt esse maior ratio de vno elemento q̄ possit generari ex vno q̄ de alio: antecedens pbatur: q: si ignis posset corrūpi ab aere tunc eius caliditas posset corrūpi ab aere: sed hoc nō: quia nec a caliditate aeris: nec ab humiditate eiusdem: cum nulla illarum qualitatum sit contraria caliditate ignis: omnis tamen actio fit ratione contrarietatis. ¶ Septimo arguit de igne & aqua q̄ vnum non possit generari ex alio immediate: quia cū forma ignis educat de potētia materie oportet q̄ illa materia disposita sit qualitatibus conuenientibus igni: & sic sequitur formam ignis non educi de potentia materie ipsius aque: nisi prius aqua sit calidior & siccior aere: sed hoc videt incōueniens: nā ex hoc sequit aliquā aquā. sic in via generationis ignis ex aqua: esse calidiorē aere: q̄d videt incōueniens: ex eo q̄ aq̄ de natura sua est frigidā & humida: aer aūt est calidus & humidus. ¶ Octauo arguit sic: nō cōtingit ire de extremo in extremū: nisi p media: cū ergo ignis & terra sint extrema inter que manent aqua & aer: videt q̄ ex terra nō possit gñari ignis nisi prius ex ea gñetur aqua vel aer. ¶ Nono arguit sic: si immediate ex aq possit fieri ignis: sequit q̄ aqua posset stare sub maiori raritate: et maiori leuitate: et sub maiori caliditate q̄ sit raritas leuitas & caliditas naturalis ipsius aeris: sed hoc videt esse falsum: probat cōsequentia: nam ponatur q̄ ex aqua debeat generari ignis: tunc oportet q̄ prius disponatur inducendo raritatē leuitatē & caliditatē: tūc qñ est inducta tāta raritas: tanta leuitas: & tāta caliditas: q̄ta est in aere: nō potest dici q̄ tunc ex illa aqua gñetur aer: nā tūc non immediate ex ea generat ignis: q̄d ē cōtra hypotesim nec adhuc inducitur forma ignis: nā tūc esset aliquis ignis: qui nec esset rarior: nec leuior: nec calidior: q̄ sit aer: q̄d iterū videtur incōueniens: ergo oporteret q̄ adhuc aq̄ vlterius rarefiat leuifiat & calefiat antequā educatur forma ignis: & si sic: sequit q̄ immediate post hoc aq̄ stabit sub maiori leuitate raritate et caliditate q̄ sit aer naturaliter. ¶ Adhuc decimo posset queri vtrū hoc esset successiue vel subito.

In oppositū ē Aristoteles in isto secū
do. vnde vult q̄ omnia elementa sint adinuicē transmutabilia immediate. ¶ De ista questione sciendum est
q̄ intelligitur de transmutatione sm̄ substātiam ⁊ nō
secundū qualitatem. vnde sciendum est q̄ fuit vna opi
nio antiquorum ante Aristo. q̄ omnia elemēta essent eius
dem speciei: ⁊ q̄ differunt solum sm̄ raritatē ⁊ densitatem
isti dicerēt elementa bene transmutari adinuicē secū
dum qualitates: nō autē secundum substantiā. Arist.
autem et eius sequaces dicūt elementa nō solum trās
mutari adinuicem secūdum eorū qualitates: verū etiā
secundū eorum substantias. ¶ Unde cōtra istā opinio
nē antiquā arguūt sic: nā si capiatur vna portio aeris nū
q̄ pōt tantū comprimi q̄ veniat ad tantā densitatem
quanta est dēsitas ipsius terre: tamē fieret alteratio dispo
sitiua ad corruptionē. ¶ Secundo. nam aliquando fit
mutatio responsionis p̄ noīa substantialia ad questio
nem factā p̄ quid est hoc de elementis: ⁊ hoc non esset
si elementa nō essent trāsmutabilia adinuicē sm̄ eorū
substātias. ¶ Tertio: si aer sic cōdensaretur violente re
diret ad raritatē pristinā si dimitteretur ꝓprie nature
⁊ hoc nō esset nisi a principio intrinseco: puta ab eius
forma substantiali: ⁊ si sic tunc illa forma substātialis
esset alterius speciei a forma substātiali terre: cui dēn
sitas non est violēta: sed naturalis: ergo ⁊c. ¶ Hoc er
go supposito q̄ elementa differāt specie: ⁊ non omnia
sunt eiusdem speciei: pono istā distinctionē: q̄ elemen
tū pōt capi pro toto elemento: sicut ignis p̄ toto igne
in sphera sua: vel pro parte eius tāta q̄ vna gutta aque di
ceretur elemētū ⁊ similiter vna scintilla ignis. ¶ Tunc
sit prima cōclusio: capiēdo primo modo elementū: ip
sum nō vna trāsmutatione cōtinua pōt trāsmutari in
aliud: patet: nā demonstrando totū ignē in sphera sua
ipsum est elemētū: ⁊ nō pōt vna transmutatione conti
nua transmutari in aliud: eo q̄ tūc esset defectus illa
transmutatione cōpleta in elementū ignis: q̄ est incō
ueniens: nā tunc oporteret totalem materiam ipsius
ignis stare sub multo minori extēsiōe q̄ modo stat: ⁊ sic
oporteret derelinqui vacuū: vel latera celi ꝓpinquius
se cōtingere: cōsequētia tenet ex eo q̄ iā cōcauum or
bis lune repletū est elementis. ¶ Secūda cōclusio ē.
q̄ nec quelibet pars elemēti pōt trāsmutari in aliud
elemētū vna transmutatiōe cōtinua: patet: qr non me
diētas: sicut argumētatū ē in vna ratiōe. ¶ Tertia cō
clusio est q̄ quelibet pars pedalis vnius elemēti pōt trās
mutari in aliud elemētū vna trāsmutatiōe cōtinua. pa
tet: qr habēt cōtrarietates adinuicē. Etiā omne elemen
tū sm̄ oēm totalē ptē est natū gñare sibi simile in mate
ria disposita vel quā pōt disponere: sz mō cuiuslibet ele
mēti materia pōt disponi p̄ aliud elemētū ad hoc q̄ illud
ex ipsa gñet sibi simile: ergo ⁊c. ¶ Sed diceret aliquis:
dicis q̄ vna ps vnius elemēti pōt trāsmutari in aliud
elemētū: ⁊ nō alia: q̄ritur ꝑ quid hoc sit. ¶ Scd̄o. qr q̄
libet ps vni⁹ elemēti est cōtraria alteri elemēto: ergo
q̄libet pōt trāsmutari in aliā: similiter vna vni⁹ elemē
ti in aliā alterius elemēti. ¶ Ad primū dico: ꝑ hoc ē
q̄ naturaliter est vna certa mēsura ad quā aliqd̄ elemen
tū pōt diminui: ⁊ si vltra diminueretur eēt forciatio vni
uersi: ⁊ sequitur illud qd̄ dicebatur de vacuo ⁊ approxima
tiōe laterū celi: modo quelibet ps vnius elemēti ad eius
corruptionē sequeretur illo: nō pōt vna trāsmutatiōe
cōtinua trāsmutari in aliam: quelibet aūt alia potest.
¶ Ad aliā dico: q̄ q̄uis q̄libet ps vnius elementi ad
aliam alterius habeat cōtrarietatē: nō tñ quelibet po
test trāsmutari in aliā ꝑ inordinationē vniuersi: ⁊ alia
inconuenientia q̄ sequuntur corruptionem illius partis.

¶ Quarta cōclusio est. q̄ gñatio vni⁹ elemēti ex alio
est successiua secūdū partes q̄titatiuas: patz: quia suc
cessiue vna ps transmutatur in aliā post aliā: ⁊ iō vna
parte gñata: illa iuuat ad gñationē alterius: sicut pa
tet in stupa: cuius vna pars prīo ignitur que vlterius
ignit alias. ¶ Sexta cōclusio. īpossibile ē duos ignes
esse. s. a. ⁊ b. ⁊ q̄ a. gñabit b. ita pfecte q̄ nihil aliud ab a.
patz: qr gñatur successiue sm̄ ptes q̄titatiuas: ⁊ vna
pars ipsi⁹ b. gñabit aliā: ergo nō a. pfecte gñabit b. qd̄
intēdit. ¶ Correlariū. nullus ignis pōt gñare alium se
solo sine adiutorio gñati: nec etiā alterare: patet: quia
nihil agit in distans nisi cū adiutorio intermedij: ⁊ hoc
in actione q̄ est cū cōtrarietate. Et sic bene dicit Arist.
q̄ agens ⁊ passum debent se tangere.

Ad rationes. Ad primam dico q̄ ma
le concludit: ergo nullū elemētū pōt gñari: sed deberet
sic cōcludi: q̄ nullū quod est pōt gñari: ⁊ hoc est verum
¶ Ad secūdā dico: q̄ nō est simile de elemēto ⁊ de mi
xto: ꝑ hoc q̄ mixtū req̄rit debitā figuram ⁊ debitam
organizationē, ⁊ ideo q̄uis quodlibet elementū possit
corrumpi in aliud ⁊ immediate in quodlibet aliud: nō
tamen sic est de mixto ꝑ rationem dictam. ¶ Ad ter
tiam respōdetur p̄ vnā cōclusionem positā. ¶ Ad quar
tam dico: q̄ qn̄ elementa adinuicē approximata sunt
tante potētie q̄ mutuo se corrumpunt: tūc nō gñatur
vnū ex alio: sed ex eis gñatur vnū tertiū vel mixtum
qn̄ eīn vnū est fortius alio tanto q̄ pōt ipsum corrum
pere: ⁊ nō ecōuerso: tunc vnū gñatur ex alio. ¶ Ad quin
tā dico: q̄ nō obstāte q̄ essent inequalia in virtute ad
huc fortius nō corrūperet aliud ꝑ ordinationē vniuer
si ⁊ alia q̄ dicta sunt de vacuo ⁊ approximatiōe laterū
celi ⁊ recessu adinuicē. ¶ Ad sextam dico: q̄ caliditas
ignis nō immediate remittitur a caliditate aeris nec ab
humiditate sed remittitur ab humiditate per modū seq̄n
tē isto modo: q̄ humiditas ipsius aeris remittit sicci
tatē ipsius ignis: q̄ remissa ipsa ꝯsequitur remissio calidita
tis ipsius ignis. ¶ Ad septimā dico: q̄ nō est inconue
niens q̄ violēte in via gñationis ignis ex aqua ipsa sit
sub maiori caliditate q̄ sit caliditas naturalis ipsius
aeris: q̄uis hoc nō sit possibile de aqua stāte in sua na
turali dispositione. ¶ Ad octauā dico: ex quo terra et
ignis valde distant: bene cōcedo q̄ non cōtingeret ve
per motū localē de terra ad ignem nisi transiretur per
aquā ⁊ aerē: nihilominus si vna portio ignis approxi
metur vni portioni terre: ex terra posset immediate ge
nerari ignis absq̄ hoc q̄ prius ex ea gñatur aqua vel aer.
¶ Ad nonā respōdetur: sicut ad septimā. ¶ Ad decimā
patet p̄ vnā cōclusionem positam superius.

Questio. VIII.



Ueritur vtrum habē
tia symbolum facilius trāsmu
tentur adinuicē. ¶ Et arguit pri
mo q̄ nō: quia ignis ⁊ terra ha
bent symbolum: q: conueniunt cū
in siccitate: ⁊ tamen tarde sunt
transmutantur adinuicem: patet
quia valde difficile est cōdensa
re ignem ad densitatem terre: immo difficilius q̄ aerē
et tamē aer ⁊ terra non habent symbolū: sed ignis et
terra bñ hñt: ꝑ quod videtur q̄ difficilius sit elementa
habētia symbolum transmutare adinuicem q̄ nō ha
bētia symbolum. ¶ Secundo ignis ⁊ aqua nō habent
symbolum: ⁊ tamē videmus: q̄ ignis ⁊ aqua faciliter
transmutantur adinuicē. videmus eīn q̄ ignis nō pōt

sis durare in aqua:imo citissime corrumpit. ¶ Tertio arguitur sic. actio est ratione dissimilitudinis: et contrarietatis:ergo vbi est maior contrarietas:ibi est maior actio et fortior:sed in nõ habentibus symbolũ ẽ maior dissimilitudo et contrarietas:quia ibi est contrarietas in ambabus qualitatibus:in habẽtibus aũt symbolum solũ est cõtrarietas in vna:ergo videtur q̃ non habẽtia symbolũ facilius trãsmutent adinuicẽ: q̃ habentia symbolũ. ¶ Quarto. qđ magis est actiuũ põt aliud citius transmutare:sed ignis est magis actiuus respectu aque q̃ sit terra vel aer:ꝗ citius potest cõuertere aquam in suam naturam q̃ terra vel aer:et tamen terra et aer habẽt symbolũ cum aqua:quia terra in frigiditate et aer in humiditate:ignis aũt nõ habet symbolũ cũ ea:ꝗ nõ habẽtia symbolum facilius transmutantur adinuicem q̃ habẽtia symbolũ:et etiã quia ignis agit in aquã secundũ duas qualitates:sꝫ terra agit in eam secundum vnam. ¶ Quinto in habentibus symbolũ impossibile est vnũ in aliud transmutari:ergo saltẽ nõ omnia habentia symbolũ facilius transmutantur adinuicem:cõsequentia tenet:et antecedens probatur quia impossibile est q̃ ex viuẽte immediate gñetur viuens: et tamen quodlibet viuẽs cũ viuente habet symbolũ. ¶ Sexto. sicut se habet vna qualitas ad vnã q̃litatem sibi cõtrariam:sic se habent due qualitates ad duas sibi contrarias:ergo sic eque est difficile corrumpere duas sicut vnam:ergo elementa contraria secundum duas qualitates ita cito transmutantur adinuicem:sicut elementa habentia symbolum in vna: et contrarietatem secundum aliam.

In oppositum est Aristoteles in isto secundo vbi vult q̃ elementa habentia symbolum facilius transmutantur adinuicem. ¶ Notandum q̃ questio potest intelligi facilius id est velocius. ¶ Secundo notandum est: q̃ illa velocitas potest attendi: vel ex parte potentiarum actiuarum vel passiuarum: vel ex parte cõdensationes earuꝫ:vel ex parte resistẽtiarum:vel ex parte singularum qualitatum:que sunt raritas densitas durities mollities. et c. ¶ Tertio notandum q̃ facilior trãsmutatio potest esse breuiter vel ex parte potentiarum actiuarum vel resistentiarũ vel ex parte vtriusq;. primo ergo ponam cõclusiones q̃tum ex parte potentiarum actiuarum et resistentiaruꝫ. secundo q̃tum ex parte condensationis predictarum. tertio q̃tuꝫ ẽ ex parte istarum qualitatum: raruꝫ densum molle et durum.

De primo sit prima conclusio q̃ q̃tũ est ex parte potẽtiarũ actiuarũ:nõ habentia symbolũ facili⁹ trãsmutãt adĩuicẽ ceteris parib⁹ p̃ꝫ:quia in actione elementorũ non habẽtiũ symbolum: sunt due potentie actiue:in habẽtibus autem symbolũ est vna potentia actiua:seu vna q̃ agit:quia secũdũ illas qualitates secũdum quas habent symbolum nõ agunt adinuicem. ¶ Secunda conclusio est. q̃ q̃tũ est ex parte resistentiarũ in habentibus symbolũ facilior est transitus:patet:quia ibi solum est vna qualitas resistentie: in aliis autẽ due que resistunt. ¶ Tertia conclusio est: q̃ ratione vtriusq; eque facilis est transmutatio vtrobiq;:patꝫ:q: ita faciliter ceteris paribus duo corrumpunt duo sicut vnum corrumpit vnum.

Quantum ad secundum sciẽdum est q̃ sicut dicebatur p̃s ꝑ hui⁹/caliditas et frigiditas sunt magne actiuitatis:et modice resistentie:frigiditas autem et siccitas sunt modice actiuitatis:et magne resistentie. Tunc sit prima conclusio: q̃ illa que transmutantur per actionem calidi et frigi:vel econuerso: citi⁹ transmutãtur ceteris paribus adinuicem:patet:quia caliditas et frigiditas sunt magne actiuitatis et parue resistẽtie. ¶ Secũda ↄclusio est. q̃ in illis q̃ transmutantur adinuicem:ratione siccitatis in humiditatem: vel econuerso transitus est tardior: patet: quia actio est tardior post q̃ siccitas et humiditas sunt magne resistentie:et parue actiuitatis:patꝫ hoc de terra et aqua terra enim diu durat in aquã: propter hoc q̃ actio aq̃ in terram est debilis.

Quantum ad tertium sit prima conclusio: q̃ q̃tum est ex p̃te istarum qualitatum raritas densitas ignis et terra sunt difficilis transmutationis patet:quia difficilius est disponere materiam terre ad stãdũ sub forma ignis q̃ alteri⁹ cuiuscũq; elemẽti materiam q̃tuꝫ ad illas q̃litates densuꝫ raruꝫ:eo q̃ terra est valde densa et ꝑ͂ difficili est diuisibilis:et ꝑ ↄsequẽs de difficili passibilis. ¶ Secunda conclusio est. q̃ ceteris paribus mollia et rara facilius transmutant:patꝫ: quia sunt facilius passibilia: diuisibilia facilius et agens potest melius applicari: p̃tibus eorum ꝑ faciliem diuisionẽ ipsorũ et c. ¶ Tertia conclusio est q̃ improprie aliquid dicitur fieri facilius:non quia in minori tempore vel citius:nec cũ minori difficultate:sed quodãmodo pauciora requirunt et c. Et sic itellexit Aristo. cuꝫ dixit q̃ facilius transmutant symbola q̃ alia p̃ꝫ ex sua ꝓbatione. Dicit enĩ q̃ requirit ibi gñatio vni⁹ qualitatis:et corruptio vnius:et si nõ haberet symbolum requireretur corruptio duarum qualitatũ.

Ad rationes dico q̃ solute sunt secũdũ conclusiones positas excepta quinta:ad quaꝫ respondet q̃ Arist. intellexit hoc de elemẽtis:et nõ de mixtis:sicut sunt viuentia et c.

Quæstio.IX.



Quæritur vtrũ ex duobus elementis nõ habentibus symbolum potest tertiuꝫ elemẽtum generari. ¶ Et arguitur p̃mo q̃ non. nã oẽ qđ generatur generatur a sibi simili:ꝗ duob⁹ elemẽtis nõ habẽtib⁹ symbolũ adinuicẽ applicatis:puta igne et aqua magis deberẽt gñari aq̃ vel ignis q̃ aliud elemẽtum tertium distinctum a quolibet illorum:sicut esset terra vel aer. ¶ Secundo. si ex duobus elementis non habentibus symbolum posset tertium generari:puta ex igne et aqua:terra:tunc hoc nõ posset fieri nisi aq̃ cõdensaretur ab igne:mõ hoc non põt esse:q: ignis nõ habet condensare sed rarefacere. ¶ Tertio sic. quia ideꝫ corrumperet aliud et corrumperet ab eodem:et sic idẽ esset forti⁹ et debilius respectu eiusdeꝫ:quod est falsuꝫ consequentia tenet:q: ex duobus elementis non posset tertiũ gñari nisi vtrũq; eorũ corrũperet. ¶ Quarto arguitur sic. quia igne et aqua adinuicẽ applicatis ignis si corrũpit frigiditatem aque:et ex consequẽti corrũpit humiditatem:et sic non potest generari aer: ex q̃ aer requirit humiditatem:silr̃ si frigiditas aque corrumpit caliditatẽ ignis:ↄ͂r corrumpit vel saltem debilitat siccitatem eiusdem:et sic non potest generari terra cũ terra reqrat siccitatẽ. et sic vt videtur:ex duobus elementis non habentibus symboluꝫ. puta ex aq̃ et igne adinuicem approximatis:non potest tertium


gñari. ¶ Quinto arguitur sic. duobus elementis non habentibus symbolum approximatis adinuicem: vel vnum est potentius altero: et sic conuerteret aliud in suam naturam: vel non est potentius altero: et tunc ex eis videtur generari mixtum: et nõ aliud elementum. ¶ Sexto. si &c. tunc ex trib⁹ videtur generari quartũ. modo hoc est falsum: et consequentia tenet a simili.

In oppositum est Aristoteles in isto secundo vbi probat q ex duobus elementis non habẽtibus symbolum: puta ex aqua et igne: terra et aere potest tertium generari

Pro ista ergo quæstione sit prima cõclusio ex duob⁹ elemẽtis hñtibus symbolũ nõ põt tertium gñari: patet quia ignis et aer que sunt elementa habentia symbolum agunt adinuicem: et non corrũpitur caliditas cum vtrobiq; sit caliditas et p cõsequẽs nec aqua nec terra gñabit: cum vtraq; requirat frigiditatem: Ita similr si aqua et aer agant adinuicẽ: nõ corrumpit humiditas: nec p consequens ex eis gñatur ignis nec terra et silr deducatur de aliis elemẽtis habentibus symbolum. ¶ Secundo conclusio. ex duobus elementis non habentibus symbolum potest tertium gñari p actionem eorum adinuicem absq; actione tertiũ elemẽti: patet: quia ex igne et aqua que non habent symbolũ potest fieri terra: et hoc potest sic fieri: nam frigiditas ipsius aque potest obtinere super caliditatem ipsius ignis et siccitas ipsius ignis super humiditatẽ aque et sic corrumpitur humiditas aque et caliditas ignis: et manẽt ibi frigiditas aq̃ et siccitas ignis: et sic gñabitur ex eis terra: et silr caliditas ipsius ignis potest obtinere sup frigiditatẽ aque: et ecõuerso: humiditas aq̃ sup siccitatẽ ignis: et sic corrũpetur ibi frigiditas aq̃ et siccitas ignis et remanebit ibi solum humiditas aque et caliditas ignis: et sic ex eis gñabitur aer qui est calidus et humidus: sic ergo ex duobus elementis. s. igne et aqua nõ habẽtib⁹ symbolũ potest tertiũ gñari. s. aer vel terra. ¶ Tertia conclusio. ignis non potest facere aerem ex aqua nisi aqua etiã faceret aerẽ ex igne: pbatur: quia ignis ex aqua non potest facere aerem nisi quando sola caliditas obtinet sup frigiditatem: ideo tunc humiditas corrumpit siccitatẽ: et materia ignis sit humida et calida que est dispositio ad formam aeris modo non sit humida nisi ab actione humiditatis aq̃ in siccitatem ignis. ¶ Quarta cõclusio est q si p hũc modũ aqua agit in ignem: et econuerso: et iste actiones sunt eque veloces: concedendum est q aer generatur et tamen pro tunc ipsum generans est corruptum: probatur: q: in illo instanti in quo introducitur forma aeris esset corrupta forma ignis et aque. ¶ Quinta conclusio est. q si vna illarum actionũ est velocior: ita q ignis agat velocius in aquam q̃ econuerso: tũc forma aeris introducitur in materiam aque: et tunc generatur aer: et postea ille aer gñabit aerem: ex illo igne qui genuit ipsum: et causa huius est: quia ille ignis iam est dispositus ad corruptionem: ex eo q aqua antea remittebat eius siccitatem: et induxit eius humiditatem: et p consequens iam est dispositus: vt ex ipso generetur aer. ¶ Ex conclusione sequitur ignem posse gñari extra locum suum proprium: patet: si aer et terra agerent in se inuicẽ: et caliditas aeris obtineret sup frigiditatẽ terre: et siccitas terre econuerso sup humiditatẽ aeris ¶ Sed dubitatur hic: quia nihil agit vltra gradum ppriũ: sed aer non agit caliditatem intensiorem i materia terre quã h: ergo non potest ex ea generare ignẽ quia ad generationẽ ignis requiritur maior caliditas q̃ sit caliditas aeris. ¶ Respondetur: q aer põt calefacere ipsam terrã vltra gradum ppriũ: et hoc propter cõpassibilitatẽ materie terre. ¶ Vel aliter dico: q terra quando est ita calida sicut aer: et cum hoc valde sicca: tunc introducitur forma substantialis ignis mediante qua vlterius reducitur ad caliditatem ita intensam sicut est caliditas ignis.

Ad rationes. Ad primam dico q nõ est inconueniens generatione equiuocã: licet non vniuoca dissimile gñari a sibi dissimili. ¶ Ad secũdam dico: q quando ignis obtinet secundũ ambas suas qualitates: tũc semper ipsius ignis est rarefacere: quãdo vero obtinet solum secundum vnã et obtinet sup ipsam quo ad aliã: tũc nõ oportet esse talem actionem ignis in aquam: et econuerso: cum ex eis gñatur terra. ¶ Ad tertium dico: nõ esse inconueniẽs vnũ esse fortius alio secundum vnã qualitatẽ et debilius secundũ aliã: nec ratio probat oppositum huius. ¶ Ad quartam dico q in approximatione ignis et aque ad inuicem: cum ignis corrumpit frigiditatẽ aque: bene aliqualiter remittitur humiditas eiusdem: sed non totaliter corrumpit: et tunc cum genitus est aer: econuerso redibit ad se ipsam: Similiter dicatur de siccitate ignis q etiã bñ aliqualiter remittitur cũ caliditas ignis corrũpit frigiditatem aque: postea cum genita est terra redibit ad seipsam. ¶ Ad quintam dico: q cum vnum elemẽtorum est potentius altero secundum ambas qualitates: tunc bene conuertit aliud in suam naturam cũ vero vnum est potentius alio secundum vnam qualitatẽ aliud autem econuerso secundum aliam: tunc vnũ nõ cõuertit aliud in suam naturam: nec ex eis generatur mixtũ: sed ex eis generatur tertiũ elementum. ¶ Ad sextam dico: q cum tria elemẽta sunt applicata adinuicem: tunc necesse est q vnum eorum habeat symbolum cum vno: et non habeat symbolum cum alio: et sic potest fieri q illorum que habent symbolum vnum cõuertat aliud in suam naturam: quo facto maneãt duo non habentia symbolum: et ex illis tunc generabitur tertium: et ita q nũq̃ ex tribus generabitur quartũ: sed bene ex duobus tertium modo predicto.

Quæstio X.



Vęritur vtrũ quodlibet mixtum circa locum mediũ sit cõpositũ ex omnibus simplicibus. ¶ Et videtur q non: quia lapis qui ẽ in pfũdo maris sit vnum mixtum circa mediũ: et tamẽ in ipso nihil est de igne: quia satis cito extingueretur: ergo non quodlibet mixtum circa mediũ est cõpositũ ex omnib⁹ simplicibus. ¶ Secundo si questio esset vera: tunc in auro esset aqua: cum aurum sit vnum de compositis mixtis: sed q in auro non sit aqua patet: quia dum aurũ purgaretur in fornace illud deberet corrumpi satis cito hoc tamen falsum est: quia dicitur q per longum tempus aurum durat in igne q non corrumpitur. ¶ Tertio aliqua mixta sunt ita grauia vel grauiora elementis: sicut aurum vel plumbum: modo hoc non esset si in eis essent elementa leuia: et per consequens de talibus videtur q non sint composita ex omnibus simplicibus non obstante q sint mixta circa medium residentia. ¶ Quarto. quedam sunt mixta ex igne et terra solum: sicut sũt exhalationes calide et sicce: quedã vero ex aere et aqua solũ: sicut vapor calid⁹ et humid⁹

vt patet primo meteororum. Quinto elementa nō manēt in mixto formaliter: sicut dicebatur prius: ergo q̄stio falsa. Sexto pari ratione posset esse vnum elementum ex tribus vel duob⁹ simplicib⁹: sicut ex quatuor. modo hoc est falsum.

In oppositum est Aristoteles in isto secundo. ¶ In ista questione. Primo ponā aliqua notabilia pro titulo questionis. Secundo ponentur conclusiones.

Quantum ad primum sciendum q̄ in proposito per simplicia nō intelligimus deum ⁊ intelligentias: sed corpora simplicia generabilia et corruptibilia que sunt vocata elementa. ¶ Secundo notandum: q̄ mixta circa medium dicuntur mixta manentia circa terram ⁊ habent residentiā ⁊ mansionem circa ipsam: et alia non dicuntur mixta circa locum medium: et q̄ terra est medium mundi: et nō intelligitur questio de mixtis imperfectis naturaliter ascendentibus in aerē: sicut sunt exhalationes et similia. ¶ Tertio notandum: q̄ quando dicitur ex omnibus simplicibus: non debet intelligi q̄ fiat distributio vsq; ad indiuidua simplicium: sed solū vsq; ad eorū species: ita q̄ fiat distributio non pro singulis generum: sed pro speciebus. ¶ Quarto notandum: q̄ multi sunt modi ponendi elementa in mixtis: primo q̄ non maneāt in mixto: nec forme: nec qualitates eorū: sed solum quedā qualitates remisse similes qualitatibus ipsorū: sicut dicebatur in vna questione super primum huius: ⁊ ibi ponebatur alius modus ponendi elemēta manere in mixto. ¶ Quinto notandum: q̄ questio potest intelligi q̄ quatuor elemēta essent in mixto modo predicto: vel q̄ elementa sint in mixto. i. q̄ requirantur ad generationem mixti. ¶ Sexto notandum: q̄ adhuc questio potest intelligi vtrum mixtum habeat illas qualitates naturaliter: ⁊ tunc dicitur substātialiter mixtū: vel habeat illas violenter: ⁊ sic dicitur mixtū qualitatiue. Et sic simpliciter elementū substantialiter potest esse mixtū qualitatiue: vel quando est alteratū violenter. ¶ Septimo notandū: q̄ adhuc questio potest intelligi vtrū in omni mixto circa mediū sint quatuor elementa ⁊ qualitates similes qualitatibus elemētorum: ⁊ potest hoc intelligi vel de qualitatibus actiuis aut passiuis: vel de qualitatibus motiuis localiter: sicut sunt grauitas: leuitas ⁊c.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio. nullum est mixtum ex duobus elementis nō habentibus symbolum. Et intelligo cōclusionem de mixto quod est pure mixtum: probatur: quia si vnū illorum elementorum obtineret super aliud secundū ambas qualitates: tunc conuerteret ipsum in suam naturam: si vero obtineret super aliud secundū vnam eius qualitatē ⁊ aliud econuerso sup ipsum secundū aliam: tūc ex ipsis generabitur tertiū elementū. Et sic nunq̄ ex eis generabitur mixtum. ¶ Secunda conclusio est: q̄ nullū est mixtū ex duobus elementis habentibus symbolum: patet: quia illud quod obtineret sup aliud in qualitate in qua non cōmunicant: conuertit ipsum in suam naturā: ⁊ ex eis nō generabitur mixtū. ¶ Tertia conclusio est: q̄ nullū est mixtū ex tribus elemētis patet: nam nunq̄ sunt tria elemēta nisi duo eorum habeant symbolum: ⁊ duo nō habeant: et tunc habentia symbolum vnum conuerteret aliud in suam naturam: et si manent duo non habentia symbolum: ex quibus non generatur mixtū: sed ex eis generat̄ tertiū elemētū. ¶ Quarta conclusio est: q̄ ad cuiuslibet mixti generationem oportet concurrere quatuor elementa vel v̄tutes ipsorū: patet hoc: quia nō sufficiūt duo: per duas primas cōclusiones: nec sufficiūt tria: per tertiā conclusionē: ergo requirūtur quatuor vel virtutes ipsorum ⁊ hoc est quod intenditur. ¶ Secundo in quolibet mixto requiruntur secunde qualitates sicut sunt odor ⁊ sapor: sed p̄ Arist. in isto secūdo ille qualitates causantur per actionē quatuor qualitatū primarū ad inuicē: que sunt caliditas frigiditas ⁊c. ¶ Tertio arguitur ratione Aristo. nā primo ad generationem mixti (⁊ intelligo de mixto p̄fecto) oportet cōcurrere terram vt illud mixtū sit grossum ⁊ firmū. secundo oportet cōcurrere aquam: quia terra sine aqua non potest continuare in suis partibus: nam terra sine aqua non esset nisi sicut puluis: ⁊ sic vt p̄tes terre seu terrestres teneant se adinuicē oportet cōcurrere humiditatē aq̄: nec ad hoc sufficeret humiditas aeris: quia ipsa nō est multū tenax: nec ita bene p̄tes tenerent se adinuicem humiditate aeris: sicut humiditate aque: sic ergo patet q̄ ad generationē mixti oportet concurrere aquā et terrā: deinde oportet concurrere aerē ⁊ ignē: propt̄ hoc q̄ mixtio debet fieri ex cōtrariis: modo aer cōtrariat̄ terre: ⁊ ignis contrariat̄ aque: q: ergo ad generationem mixti oportet concurrere terram ⁊ aquā: vt dictū est: similiter ad eā oportet concurrere aerē ⁊ ignē: que sunt predictis contraria: postq̄ omnis mixtio p̄prie dicta: de qua est presens sermo: debet esse ex cōtrariis. ¶ Sed dicet aliquis: postq̄ ad cuiuslibet mixti generationē concurrāt quatuor elemēta vel virtutes ipsorū quare ergo est q̄ in quolibet mixto dominatur terra secundū excessum: quod Arist. vocat secundū molē. Breuiter huius potest assignari ratio prima: q̄ in mixto debet esse proportionalis distinctio elementorū modo quia ignis est magne actiuitatis ⁊ terra est modice actiuitatis in mixto: elementa que sunt minoris actiuitatis sunt ibi in maiori extēsione: quia ergo terra inter elementa est minime actiuitatis inde est q̄ ipsa in mixto dominat̄ secūdū molē seu secundū extensionem. Alia causa potest eē ista: quia circa mediū mūdi: puta circa terrā est locus magis tēperatus ⁊ magis conueniens mixtis p̄p reflexionē radiorū solis a terra: ⁊ p̄p hoc natura sagax volēs p̄ducere mixtū fecit q̄ in mixtis dominaretur terra secūdū molem: ad istum sensū vt mixta cū sunt extra locū eis cōuenientem qui est medium mundi: mouentur ad ipsum propter grauitatē terre: nec recedant a loco eis conueniente.

Ad rationes. ¶ Ad primam dico q̄ in lapide q̄ est in mari nō est ignis: sed bñ qualitas cōsimilis qualitati ignis. Sed dicet aliquis: quare ergo illa qualitas nō corrūpitur: dico q̄ hoc est ex eo q̄ forma substantialis lapidis habet virtutē resistēdi dispositiōibus in naturalibus lapidi: ⁊ illa forma substātialis lapidis preseruat qualitates lapidis ne corrumpātur in mari. ¶ Ad tertium quando dicit̄ aliqua mixta sunt ita grauia ⁊c. dico q̄ hoc nō est in equali massa cū terra. vnde si capiat̄ vna massa pure terre ⁊ vna massa plumbi sibi equalis: dico q̄ massa terre pure est grauior: p̄p hoc q̄ nihil est de leuitate: sic tamen non est de plumbeo: propter hoc q̄ elemēta leuia concurrebāt ad eius generationem. ¶ Ad secundam de auro consimili modo respondetur. ¶ Ad quartam dico: q̄ non ē contra nos: quia questio intelligitur de perfectis mixtis. ¶ Ad quintam ⁊ sextam patet ex positione.

Questio. XI.



Ueritur vtrũ sit dare mixtũ temperatũ ex elemẽtis vel ex qualitatibus elementorũ. ¶ Et arguitur primo q sic: nã nisi sic eẽt: sequit̃ q nullum animal posset esse sanũ: sed hoc est falsum: pbatur consequẽtia: ex eo q sanitas cõsistit in adequatione humorũ ꝛ qualitatũ elementorũ: modo si nõ contingeret dare mixtũ equaliter ex elementis vel qualitatibus elementorũ: non contingeret dare adequationem humorũ ꝛ qualitatũ elemẽtoꝝ in mixto. Et sic nõ cõtingeret dare aliquod mixtum sanum: nec aliquod animal: quod intẽdebatur. ¶ Secũdo possibile est dare aliquod mixtum quod naturaliter quiesceret in medio elementorũ: sic q derelinqueret duo elementa supra ꝛ duo infra: ꝗ est dare mixtum equale ex elemẽtis: consequentia tenet: nam tale quod sic quiesceret esset equaliter mixtum ex elementis: antecedens patet: q si nõ quiesceret in medio: sed infra: potest grauitas remitti ad equalem gradũ leuitatis: si aũt naturaliter quiescit supra: leuitas potest remitti ad equalem gradũ grauitatis: ꝛ sic iterũ quiescit in medio. ¶ Tertio vbi est dare magis ꝛ minus: ibi est dare equale: modo possibile est esse aliquod mixtum in quo vnum elementum excedat aliud ꝛ qualitates eius: ergo est dare aliquod mixtũ in quo illa elemẽta erũt equalia. ¶ Quarto non contingit fieri transmutationem de extremo in extremũ nisi per mediũ: sed vna qualitas aliquãdo excedit aliam: ꝛ aliquando exceditur ab alia in mixto: ergo aliquando est sibi equalis in gradu: ꝛ tunc tale mixtum est equaliter mixtum ex elementis quo ad eorũ qualitatẽ. ¶ Quinto. si vna qualitas non est adequata cũ alia in mixto: sed excedit eam: p remissionem eius aut intensionẽ ꝯtrarie possunt elementa adequari simul ꝯ qualitatibus: ergo si mixtũ aliquod iã est mixtũ inequaliter ex elementis quo ad eorum qualitates: tunc per intensionem vnius ꝛ remissionẽ alterius poterit fieri mixtũ equaliter ex ipsis. ¶ Sexto: sicut in maiori mundo: ita in minori: sed in maiori mundo elemẽta sũt adequata: ergo sic est in minori: puta in homine q elementa sunt adequata in eorũ potẽtijs ꝛ p cõsequẽs homo est vnũ mixtũ equaliter ex elemẽtis vt videtur.

In oppositum videtur esse Aristo. & Cõmentator in isto secundo. vbi volunt q impossibile sit dare mixtum equaliter ex elemẽtis. ꝛ hoc etiã dicit Commentator in libro de. celo: dicens: q illud mixtum vbicunq; poneretur quiesceret: nec illud mixtum haberet motũ naturalem: propter hoc q mixtum naturaliter moueretur ad motũ elementi pdominãtis. Si ergo esset aliquod mixtum in quo nullum elementũ dominaretur: sed quodlibet cuilibet esset equale ĩ gradu: illud non plus mouetur ad motũ vnius elemẽti ꝙ alterius: et per consequens nõ videtur habere motũ naturalẽ.

tam latitudinem raritatis ⁊ dēsitatis sub qua potest
manere in sua specie quā non trāsgreditur sine corru-
ptione:ita ꝙ si rarius fieret statim fieret aliud elemē-
tum: Et ex isto patet ꝙ si ignis multū augeret̄ vndiq3
puta corrūpendo totū aerē remanente terra ⁊ aqua si-
cut nunc sunt:tunc ignis qui pro tunc eēt ⁊ foret mul-
to densior igne qui nunc est:⁊ esset quedā violentia vl-
tra latitudinem ignis in raritate ⁊ densitate ⁊ ideo nō
posset sic diu durare:eo ꝙ nullū violentū est perpetuū
¶ Similiter si aqua multū augmentaret̄:sicut fuit tē-
pore Noe in diluuio:tunc oporteret ꝙ aer ⁊ ignis fie-
rēt magis rara quodāmodo violēter: ⁊ ideo nec diu
durarēt sicut nec diu durauit diluuiū. ¶ Et ex isto seq̄-
tur.ꝙ ignis potest tm̄ corrūpere de alijs elementis ⁊
sibi assimulare:ꝙ si stupa applicaret̄ igni nō posset il-
lā inflāmare nec corrūpere:⁊ hoc stāte isto ordine ele-
mētoꝝ in raritate ⁊ dēsitate:et sic ignis ꝓpter augmē-
tū debilitaret̄:nō quidē ex se:sed ex alio extrinseco gu-
bernante naturā. ¶ Sed diceret:tunc agens approxi-
matū passo sufficienter disposito non posset agere in
eo:ꝙ videt̄ cōtra philosophū secundo de anima:⁊ ibi-
dē dr̄ ꝙ ignis crescit in infinitū si cōbustibilia appo-
nant̄. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ q̄uis passum sit sufficiēter
dispositū ⁊ agēs approximatū:tm̄ agens est impeditū
propter hoc ꝙ nō pōt plus cōdensari:sicut oporteret
si aliud apponeret̄. Ad aliud dr̄:ꝙ bene verū est:si ha-
beret locū in quo posset dilatari ⁊ recipi:sz illic deficit
sibi in proposito:⁊ istā habitudinē habent elemēta in
raritate ⁊ densitate:sed tamen non oportet ꝙ habeāt
istam continuā proportionalitatē inter se in talibus
quia quod nūc est rarius potest fieri densius:si quādo
ꝙ essent continue proportionabilia in raritate vel dē-
sitate:tamen hoc non esset bene ꝑceptibile:nec facilē
scibile a nobis.non enim possumus venire ad sphærā
ignis ad videndū talia. ¶ Adhuc ponunt aliqui eq̄-
litatē elementoꝝ quātū ad materiam primā: sic ꝙ cō-
tinue sunt proportionabilia proportione equalitatis
quātū ad hoc qḋ habēt de materia prima: quia terra
tantum habet de materia prima quātum aqua: vnde
si tantum rarefieret materia terre quātū materia aq̄:
terra ⁊ aqua eēnt equales:⁊ sic eēnt de aqua respectu
aeris:⁊ de aere respectu ignis. Sed tm̄ hec opinio non
videt̄ vera:vt patet ex prima cōclusione:nā terra de facto
est maior aqua:⁊ si nūc terra rarefiat:sicut iā est mate-
ria aq̄:sequeret̄ ꝙ fieret multo maior:⁊ ideo essent eq̄-
les. ¶ Tādē dicēdū est de ꝓportione potentiarū ele-
mentorū:sicut sunt qualitates:⁊ sit prima cōclusio.ꝙ
nō oportet elementa esse continue ꝓportionabilia se-
cūdum potētias adinuicē sicut actiuas cōparatas.
probatur:q2 ignis ⁊ aqua sunt maxime actiua:sed ter-
ra ⁊ aer nō sunt in tm̄ actiua nec in eadem ꝓportione
sunt ita actiua:ergo non sunt cōtinue proportionata:et
consequentia satis patet ꝑ p̄dicta:⁊ antecedens quo
ad primā partē patet ad experientiam:nā ignis statim
comburit cōbustibilia ⁊ aqua putrefacit cito ligna et
carnes:vt patet ꝑ experientiā.sed quo ad secūdā partē
patet antecedens:q2 quandoq3 vnum elementum est
maius in vno tēpore q̄ in alio:ideo etiā nō seruat istā
proportionalitatem cōtinuam cū aere ⁊ terra. ¶ Itē
quādoq3 aer est actiuior in vno tempore q̄ in alio vi-
puta in hyeme vl̄ in estate plus q̄ in autūno:ideo non
seruant cōtinuā ꝓportionalitatē:etiam si essent conti-
nue proportionata secundum potentias actiuas siue
q̄litates:sic igit̄ videt̄ ꝙ nullo modo elemēta possunt
esse adinuicem continue proportionata.

Ad rationes. Ad primam potest dici
vt hic videtur sufficiēter negādo añs ꝙ quodlibet sit
infinite ⁊c. immo quodlibet est finite rarū ⁊ densum.
Ad probationē sit sub aliquo gradu ⁊c. admittat̄ cas⁹
pōt pro nūc dici ꝙ gradus raritatis nō est aliqḋ distin-
ctū ab ip̄o corpore raro:nec tota raritas:nec tota den-
sitas est aliqḋ aliud a dēso:⁊ ideo nō seq̄tur nec opor-
tet ꝙ sit gradus subduplus ⁊ subtriplus:nā sic̄ for-
ma arguendi fieret de tarditate ⁊ velocitate:ad ꝓbā-
dū qḋ quodlibet mobile sub gradu velocitatis moue-
ret̄ sub duplo ad illū et sub triplo:⁊ sic in infinitū mo-
ueret̄:vel infinita tarditate:qḋ tm̄ nō esset verū de illo
qḋ certa velocitate mouet̄. ¶ Ad secūdā aliq̄ negant
Aristotelē simpliciter in hac parte:aliter pōt dici:ꝙ
philosophus intelligit habitudinē elementorū:quam
nō nimis transgrediunt̄ naturaliter:sicut dictum fuit
de raritate ⁊ dēsitate. ¶ Ad tertiā negat̄ añs. Ad ꝓ-
bationē dicit̄ ꝙ Aristo. in litera voluit ꝙ adinuicē se
habeāt in raritate ⁊ densitate sicut dictū fuit:sed non
oportet de qualitatibus:nec magnitudinibus simpli-
citer nec in comparatiōe ad raritatē ⁊ dēsitatē: quia ali-
quid est bene equale alteri secūdū magnitudinē licet
sit in duplo rarius. ¶ Ad quartā.cuiuslibet elementi
maioris ⁊c. negat̄ oñs. Ad ꝓbationē qñ supponit q̄-
tuor elementa cōtinue proportionalia:hoc negatur:si-
cut patuit ex probatione conclusionum prime ⁊ secun-
de:nec ipse probat suppositionē istam. ¶ Ad quintū
dicendū ꝙ verū est secundum modum predictum:ita
ꝙ non transgrediuntur multū naturaliter:sed tamen
si fieret violentia bene transgrederētur:nec est conti-
nua proportionalitas. Etiam concesso antecedēte ne-
garetur consequentia ⁊ consequens:quia non sunt ꝓ-
pter hoc in quantitate ⁊ magnitudine continue pro-
portionalia elementa. ¶ Ad sextam negatur antece-
dens. ¶ Ad probationem:si aliquod esset maius:tunc
illud corrumperet alia:consequētia negatur nisi sit ma-
ius excessiue:⁊ alia non sufficiant resistere:modo alia
bene resistunt:⁊ etiam celum nō permittit. ¶ Ad se-
ptimum:negatur antecedens.ad probationem nega-
tur ꝙ ignis sit grauis:nec oportet adhuc de alijs ꝙ se
habeant in grauitate ꝓportionaliter.

Quæstio. VI.



Sexto queritur. vtrum motus celi causet caliditatem hic in istis inferioribus: et arguitur primo q nō: quia motus celi nihil aliud est q̄ celum: sed celum nō causat caliditatē hic: quia celū nō est calidū nec frigidū: ergo nō causat caliditatē nec frigiditatē. ¶ Secūdo sic. aut capit motus p fluxu forme: aut pro forma fluente: sed nullo istorum modorum: ergo ꝛc. consequentia patet: antecedens pbat quantū ad primā partē p diuisionē sufficientē. Cōmen. tertio physicorū. sed p secunda parte probatur: non enim p fluxu forme: quia iste est de genere passionis qui nō est agens: nec etiā in celo est aliquis fluxus forme: quia ibi nulla forma fluit nec acquirit: nec pro forma fluēte: quia nō est ibi nisi ipsum vbi quod non causat calorē. ¶ Tertio sic. tūc oīs motus localis calefaceret: consequens est falsum: vt patz: quia si aque decurrat sup lapides frigidos infrigidat plus p motū q̄ si quiescerent: ꝯña tenet: quia cōsimilis est ratio de vno motu sicut de alio. ¶ Quarto arguitur specialiter de celo q non calefiat: quia non mouet ignem sibi propinquum: ergo non calefacit illū: et per cōsequēs nec aliquid aliud: cōsequētia satis nota: añs probat: quia celum est corpus ita planum et politū q in nulla parte sui potest ignis ita adherere q circūuoluatur. ¶ Item talis motus ignis si fieret a celo esset violētus: ergo celū quandoq non moueret ignem: ꝯña ista tenet: quia nullū violētū ppetuum. Similiter si sic: tūc celū per motū suū prius calefaceret ignē in sphera sua. cōsequens est falsum: quia ignis in sphera sua est calidus in summo: ergo nō potest calidior fieri: ergo celū non calefacit ipsum: consequentia tenet: quia actio non fit de extremo ad extremū nisi p medium: et ignis est intermedius inter celum et ista inferiora: vt patet ex ordine elementorum: ergo ꝛc. ¶ Quinto. celum nō tangit aerem: ergo non agit in ipsum. nec mouet ipsum: et etiam sol qui maxime calefacit nimis distat ab aere: ergo non calefacit aerem per motum.

In oppositum est Aristoteles in litera capitulo quarto et quinto: primi tractatus: vbi dicit: loto enim primo elemento. i. celo circulariter et corporibus que in ipso sunt: quod propinquū est et semper inferioris mundi et corporis moti disgregatum accenditur: et facit caliditatem.

In ista Quæstione primo videbitur quomodo motus localis sit causa caloris. Secundo quomodo per celum mouetur sphera ignis. Et tertio quomodo per hoc calefacit ista inferiora. ¶ Unde primo premittēda est vna distinctio: et est: q quidam motus localis fit sic q distrahit et agitat et collidit aliquas partes mobilis sibi contiguas: et sic fit quedam confricatio partiū distractarum. Alio modo fit motus per quē non fit hoc aliquo modo: quia nō fit aliqua distractio partiū adinuicem: quia forte corpora sunt ita plana et polita et dēsa q non potest aliqua distractio fieri partiū. ¶ Et secundum hoc sit prima conclusio. q omnis motus localis qui fit primo modo: si nō sit impedimentū est causa caloris: et calefacit: et hec cōclusio probat inducendo in singulis experientijs. nam videmus q ferrum in molendino calefacit in motu suo: qui est cū tali confricatione. ¶ Item videmus q quanto est minor confricatio tanto minus calefit: et quāto est maior tāto magis: et ppē hoc solet apponi aliquod vnctuosum ne nimis calefiat et cōsumatur. Item videmus q terebellū calefit quando perforat lignū: et similiter cultellus quando acuitur sup cotem. ¶ Item telum calefit quando velociter mouet et cōfricat aerē siccū. etiā videmus malū nauis in tpe tēpestatis nimis velociter accendi: et ita p confricationē membrorū adinuicē fieri calorem. Sed notandū quod dicitur in conclusione si non fuerit impedimentū. propter aliquas alias experientias de quibus tactum est in rationibus. vnde nimia frigiditas aque impedit talē calefactionem: quia si in aqua talis confricatio fiat: non calefacit propter impedimentū aque. ¶ Secūda cōclusio sit ista. q nullus alter motus localis calefacit qui nō fiat cū tali fricatione vt dictū est: pbat etiam p experientiā. vñ ferrum molēdi nisi moueret cū aliquo vbi nō fieret talis cōfricatio propter motum nō calefieret. ¶ Item videmus q quando aliquid calefit propter motum: adhuc partes centrales vel inferiores non calefiunt aliquo modo: quia non confricantur cū aliquo: et si cōtingeret q calefierent hoc magis esset propter alterationem sub alijs partibus calefactis: et non esset propter motum localem istarū partium. ¶ Item si telū vel sagitta de ligno vbi esset plumbum insitum in medio ligni fortissime moueretur: non calefieret neq liquefieret plūbū: sed calefactio fieret in superficie ligni vbi fit confricatio. ¶ Ex istis duabus cōclusionibus patet defectus causarū quas assignat beatus Thomas qui dicit q motus localis est primus oīm motuum: ideo ad illū sequit calefactio q̄ est nobilior omni alia alteratione. q hoc nō valet primo: quia tūc quicunq motus localis calefaceret: et sic partes prope cētrū melius calefacerent: cuius oppositū dictū est prius. ¶ Itē cōmētator dicit secundo celi q motus localis est pfectio corporum calidorū et ideo habita ista pfectione sequit alia. Patet etiā hoc non valere: ppter partes centrales. etiam si in vacuo fieret motus: extremales ptes nō calefierēt: si nō fieret confricatio cū aliquo. Nec valet alia causa quā dant alij: q sit propter diuersas inclinationes mobilis: quia ex hoc q vna cōtrariat alteri fit caliditas vt in motibus aīaliū. sed patet: q non valet: nec est simile: quia in partibus animaliū fit ppter transmissionē spirituū calidiorum ad mēbra: sed graue descendens non habet qualitates cōtrarias inclinātes: et propter hoc melior causa est cōfricatio: Quis aliquis volunt q prius fuerit et fiat aliqua rarefactio q̄ consequat caliditas: et si sic esset: tunc caliditas nō esset prior qualitas: sed raritas esset prior. ¶ Dicendū est ergo de secundo principali scz qualiter ignis moueat cum celo. vñ sit prima conclusio: q celū nō trahit ipsum ignē ppter cōtinuitatem: pbat: quia corpus maxime politū nō est aptū natū aliud corp⁹ secū trahere: quia talis tractio fit ex hoc q ptes vnius intrant partes alteri⁹ ppter asperitatem: sed celū in concauitate sua est maxime politū. ¶ Sed diceres contra rationē: quia capto vrinali et posita aqua in ipso: tūc aqua adheret aliquid superficiei illi⁹ vrinalis et circūuoluit: et sic fieret etiam de igne. ¶ Respondeo q nō: quia licet corpora humida vt aqua bene adhereant alijs corporibus planis: non tamen corpora sicca sicut est ignis: quia sicca proprio termino terminant et humida alieno: sicut dicit Ari. scdo de generatiōe. Et cōfirmat cōclusio sic: quia si attraheret ignem oporteret q sphere celestes tandē tardius mouerent: quia ignis faceret resistentiā motori: et ideo sequitur q tardius moueretur. ¶ Secūda cōclusio. q ignis mouet circulariter ppter quandā impressionē vel influentiam a

ipsum ignē a celo factā:sicut ferrū mouet ad magnetē et ad motū magnetis:sic silr est de igne suo mō. ista ꝓbaꝰ.q2 nō videt aliquis motus alius qui nō sit violētꝰ nec raptus.nec est aliqua intelligentia approximata igni et ideo oportet ꝙ hoc sit ꝑ vnā influentiā influxā a celo igni.Et cōformiter pōt dici de aere in supiori regiōe:lȝ tā ibi possit moueri ꝑ tractū ab igne:q2 non est planus in concauitate:vt pȝ in lrā:q2 fit extrusio ꝑtiū aeris ad ignē:et ecōuerso.¶ De tertio.s.qualiter celū ignē calefacit sit prima cōclusio.ꝙ hoc nō fit ꝑ confricationē celi cū igne.ꝓbatur:q2 celū et ignis nō cōfricātur:q2 sunt politissima corpa in supficiebꝰ se tāgētibꝰ:sed illa nō fricātur:vt pȝ ꝑ ꝓdicta. ¶ Secunda cōclusio.ꝙ hoc fit a virtute causata a celo in ipso igne que fortior est ꝓpe agens vel celū ꝙ longe descēdendo versus inferiora est fortior etiā in igne ꝙ in aere:et sic procedit cōtinue debilitādo:et iō partes ignis superiores calefiūt fortius et mouent velocius:et sic ꝯsequēter de alijs.¶ Alia causa est:ꝙ fiat ꝓpter lumen:q2 ignis ē dēsior spheris celestibus:et silr aer:et ideo refrangunt radios et illi causant calorē.¶ Tertia ꝯclusio ꝙ totū celū syncathegorematice sumēdo influit virtutē motiuā et calefactiuā ipsi igni:ꝓbat:q2 non videt maior rō de vna pte ꝙ de alia:sed tn̄ Aristoteles in lrā attribuit soli maxime:q2 est nobilior pars celi et mouet velociter et est satis ꝓpinquus. ¶ Ex istis dictis pȝ qliter ignis mouet et qliter iste motus nō est preter naturam violentus:sed est a virtute a celo impressa.

Ad rationes: ad primam motus localis et cetera.dicit ꝙ celum calefacit. Ad improbationē nō ē calidū dicēdū ꝙ lȝ nō sit calidū tā hȝ virtutē calefactiuam.¶ Ad secundam dico ꝙ motus non facit hoc:sȝ mobile motū ꝑ suā virtutē:et ista distinctio de motu ibi posita intelligēda est de motu alterationis et nō locali ¶ Tertia solutio est cum quarta ex dictis:celum enī calefacit ignem remisse calidum:licet nō calefaciat summe calidum.¶ Ad aliam negatur ꝯn̄a:sed ꝙ ergo nō calefacit:q2 calefaciat alia que calefacta vlterius calefaciunt aerem:et etiam causat virtutem in aere:que vlterius causat caliditatem et cetera.

Questio.VII.



Eptio queritur vtrū media regio aeris sit semper frigida.Et arguit pmo ꝙ nō q2 est semꝑ calida:ergo non frigida:ꝯn̄a tenet:q2 alias cōtraria essent simul i eodē. añs pȝ q2 aer semꝑ est calidus et humidus:vt pȝ scdo de gn̄atiōe ¶ Secūdo si sic:tūc esset valde densa:ꝯn̄s est falsum:q2 non viderēmꝰ stellas neqȝ impressiones in superiori regione:q2 ꝓpter nimiā densitatē radij non possent multiplicari:ꝯn̄a tenet:q2 frigiditatem cōsequit dēsitas sicut experiētia de glaciebꝰ:ꝓȝ ergo media regio aeris erit sūme frigida erit sūme dēsa.¶ Tertio.si sic:tūc aer medie regionis esset grauis:imo grauior aere qui est ꝓpe terrā:ꝯn̄s est falsum:q2 tūc descēderet ad nos:quod nō experimur:ꝯn̄a pȝ:q2 ceteris paribus densiora sunt grauiora:et frigidiora:sed iste aer erit densior et frigidior:ergo et cetera.¶ Quarto si sic hoc esset ꝓ tanto:q2 radij reflexi a terra non pertingerent vsqȝ ad mediam regionem causantes ibi calorem:sed hoc est falsum:consequentia tenet per Aristotelem in littera assignatam causam:vbi dicit:nec ꝓpe radios a terra reflexos supple est aer ille:sȝ falsitas probatur:quia radij principales qui sunt fortiores radijs reflexis ibi pertranseunt et sunt magis propinqui luminoso ꝙ sint hic in infima regione:cum ergo radij possint calefacere:et ibi sint fortiores radij:sequitur ꝙ ibi sit fortior calor.¶ Quinto.media regio aeris cōtinue mouet circulariter localiter et est ꝓpe supremam regionem semꝑ calidam:ergo semper calefit per motum et per circumstantiā:consequentia patet:similiter antecedens in littera:quia totus aer qui est vltra peripheriam tangentem summitates montium mouet circulariter ad motū ignis et celi:modo media regio aeris est vltra peripheriam illam:quia in ea sunt nubes et multa alia que non sunt in infima regione.¶ Sexto in media regione aeris generātur multa calida:ergo est calida et nō frigida:ꝯn̄a tenet:q2 sic arguit Aristo. supremā regionē esse calidā:sed ans ꝓbatur:q2 ibi fiunt impressiones ignite:vt fulgur et coruscationes:et sic de alijs.Cōfirmat:q2 alia elemēta non sunt sic disposita ꝙ in medio sui sint magis frigida vel calida ꝙ i extremitatibus:ergo nec aer.¶ Septimo.media regio plꝰ distat ab elementis frigidis ꝙ infima:ergo est calidior ꝯn̄a tenet:q2 quod est plus propinquū frigido est frigidus:et remotum minus frigidum et cetera.

In oppositum est Aristoteles in litera vbi dicit mouendo questionē cur in suprema regione aeris fiunt ipressiones magis calide:vbi subiūgit causam:et dicit:cōueniebat enī ꝙto remotior a terra locꝰ est frigidior:q2 nec sic est ꝓpe astra calida existētia neqȝ ꝓpe radios refractos a terra:ita ꝙ videt velle ꝙ locus ille medie regionis est frigidus:quia in eo fiunt nubes.et non in superiori regione nec inferiori ꝓpē radios reflexos a terra disgregātes vapores ex quibus deberēt fieri nubes.

In ista questione notandum est ꝙ per mediam regionem aeris intelligitur pars aeris q̄ non est immediate prope terram:nec est immediate prope ignem in sua sphera:sed est in medio scilicet inter extremas partes aeris scilicet inter infimam regionem et supremam aeris:et vocatur medium interstitiū aeris a philosophis:et dicitur ab inter et sto:q2 stans inter extrema.¶ Deinde notandum est de qualitate huiꝰ medie regionis.de qua primo est dicendum. Et de qualitate extremarum regionum:et incidentaliter videbitur de situ et figura et quantitate et variatione secūdū diuersa tēpora et de diuersis causis talium.¶ Primo ergo de qualitate sit talis pma ꝯclusio:ꝙ semper media regio aeris est frigida:probatur:quia semper conuertit vapores in aquam:puta in pluuiam vel in niues vel in grandines:et hoc omni tempore anni.ergo semꝑ est frigida:consequentia patet ex hoc ꝙ ista frigida non generantur a calidis:nec calida a frigidis:sed antecedens patet per experientiam:quia ab isto loco veniūt Item videmus ꝙ altissimi montes sunt perpetue frigiditatis:ergo et media regio. ¶ Secunda conclusio. media regio aeris non est semper summe frigiditatis. probatur:quia hoc solum conuenit aque:sicut caliditas in summo conuenit igni:vt patet secundo de generatione:sed media regio aeris non est aqua:ergo et cetera. consequētia patet:quia alias si media regio aeris esset frigida in summo et nō esset aqua non permitteret nos videre stellas. ¶ Sed diceres contra istam conclusionem:talis aer medie regionis generat summam

frigiditatem ergo est summe frigidus: ɔña patz: quia
alia remisse frigidum faceret summã frigiditatẽ: ⁊ sic
aliq̃d ageret vltra gradũ ꝓpriũ: qđ est impossibile: cuȝ
nõ esset rõ: q̃re ad tantum gradũ finitũ magis ageret
q̃ ad infinitũ: qđ tñ non posset: sed añs ꝓme ɔñe pȝ: q̃
ibi fiũt grãdines et niues ⁊ aque sũme frigide. ¶ Ad
istud dicendũ q̄ nõ sequit̃ q̄ sit sũme frigida dato q̄
summe frigida in ea gñent̃. Ad ꝓbationẽ: q̄ alias ⁊c.
negat̃ ɔña: q̄ hoc non est ꝓpter istã frigiditatẽ medie
regionis: sed ꝓpter dispositionẽ vel inclinationẽ ipsi⁹
passi: vel ꝓpt̃ virtutẽ celi mediãte qua talia ibi gñant̃
sicut videm⁹ in alijs inferiorib⁹ hic q̄ aqua calefacta
in hyeme p̄ aerẽ circũstãtẽ cõgelat̃ ⁊ fit frigidior aere
hoc fit ꝓpter inclinationẽ ipsi⁹ passi vel ꝓpter virtu-
tẽ celi: mediãte qua ibi talia gñant̃: ⁊ non ex solo aere
minus frigido: ⁊ sic cõformit̃ est imaginandũ de medio
regiõe aeris: ⁊ hoc de ꝓmo. ¶ Nunc autem dicẽdũ est
de cã q̃re sit frigida ⁊ vñ ad hoc cause efficientes con-
currũt: ꝓma est remotio regionis a terra: ⁊ medie ista
est cã recte sicut defectus naute est cã periclitationis
nauis: ⁊ hoc pȝ: q̄ aer ꝓpe terrã est calidus ꝓpter re-
flexionẽ radiorꝫ solis ⁊ astrorꝫ: q̄ radij incidẽtes super
terrã si reflexi a terra sũt ꝓpe terrã vniti ⁊ ꝓpinqui et
ꝓcedũt cõtinue se elõgãdo ⁊ debilitãdo sic q̄ radij re-
flexi venientes ad mediã regionẽ sũt ita debiles q̄ nõ
pñt calefacere. ¶ Secundo. ad hoc concurrit remissio
luminis vel debilitas: q̄ ad experiẽtiam videmus q̄
lumẽ in subiecto apto nato habet virtutẽ ꝓducẽdi ca-
lorẽ et ceteris paribus maius siue intensius lumẽ cau-
sat maiorẽ caliditatẽ: ideo q̄ lumẽ nõ est nisi reflexio
lucis in diaphano: vt pȝ scđo de aĩa: ideo vbi est refle-
xio maior fortius ⁊ et intentius est lumen: modo hoc ẽ
ꝓpe terram: nã ibi est maior reflexio ꝓpter vapores et
ꝓpter terrã q̃ in media regione: immo quasi nulla vel
pauca valde ⁊ debilis est in media regione: ⁊ ꝓpt̃ hoc
ibi est caliditas ⁊ nõ ibi. Et si diceres. iste cause cessant
hic de nocte. dico q̄ non totaliter: q̄ calor in materia
densa: sicut est terra et aer hic cõseruatur: ita q̄ adhuc
hic est maior caliditas ĩ nocte q̃ in media regione ꝓꝑ
cãs ꝓdictas: sed qñ noctes sunt nimis lõge tũc hic to-
taliter remittit̃ caliditas: ⁊ ꝓpter hoc de mane añ or-
tũ solis aer est hic frigidior q̃ in alia ꝑte tẽporis vel
noctis nisi aliud ĩpediat. ¶ Tertio. ad idẽ ɔcurrit q̄
vapores eleuati a terra ⁊ ab aqua ꝓpt̃ calorẽ solis: ex-
istẽtes ibi extra naturã caliditatis aeris inferioris re-
deũt ad maiorẽ frigiditatẽ q̃ sit in media regione: si-
cut hic aqua calefacta dñ fit frigidior aere circũstãte
⁊ sic tũc ista frigida augmẽtãt frigiditatẽ huius me-
die regionis. ¶ Quarto. ad hoc iuuat motus superio-
ris regionis aeris q̃ calefit ⁊ rarefit: ⁊ iõ necesse ẽ aerẽ
ꝓpinquũ medie regionis cõdẽsari: ⁊ iõ magis infrigi-
dat̃ alijs causis cõcurrẽtibus. ¶ Quinta cã huius ẽ
q̄ vnũ ɔ̃rũ naturaliter fugit reliquũ sicut videmus in
viridibus vel recẽtibus lignis appositis igni q̄ aqua
exit in extremitatibus fugiens corruptionẽ ab igne: q̃
est ei naturaliter ɔ̃rius: ⁊ similiter graue descendit na-
turaliter ne fiat vacuũ: ⁊ sĩr aqua olle bulientis ascẽ-
dit fugiendo ignẽ: ideo q̄ aer ꝓpe terrã est calefactus
a sole ⁊ vapores frigidi fugiendo descẽdũt infra terrã:
ꝓpter quos fontes in estate sunt frigidiores: ⁊ alij fri-
gidi vapores ascẽdũt in mediã regionẽ aeris ĩfrigidã-
tes ipsam. Et etiã q̄ aer inferior est calidus: ⁊ sĩr supe-
rior: vt dĩ in litera: media regio aeris habet vndiq̄ cõ-
trariũ circũstãs: ⁊ ex hoc cõfortatur in sua dispositiõe
⁊ erit frigidior. ¶ Sexta causa huius est melior influẽ-
tia celestis ⁊ aspectus astrorũ: q̄ naturaliter infrige-
dãt istã regionẽ: vt fiat gñatio mixtorꝫ que nõ possunt


aliter generari: ⁊ sic causa finalis potest esse: q̄ imperfe-
ctius est ꝓpter perfectius: sicut elemẽta ꝓpter mixta
et naturale est q̄ generentur ⁊ corrũpantur adinuicẽ
propter generationes mixtorum: modo impressiones
generate in media regione multum augmentant gña-
tionem istorum mixtorum plurimorum ⁊ perfectiorũ
q̃ sint elementa sicut est generatio roris ⁊ pluuie ⁊c. ⁊
hoc voluit Aristoteles in secundo physicorũ. vbi dicit
q̄ pluit vt crescant frumenta: ideo media regio aeris
est fridida vt fiant ibi mixta. ¶ Nunc dicẽdum est de
quantitate istius: ⁊ primo de latitudine: vnde est exi-
sa ad modum sphere circumdantis orbiculariter totã
terram et aquã: ⁊ circunstãs infimã regionẽ: quod põt
ꝓbari: q̄ p̄ experientiam videmus q̄ super omnẽ ter-
ram ⁊ aquam cadunt impressiones causate ĩ media re-
gione: ideo oportet q̄ sit vndiq̄ extensa. ¶ Secundo
dico q̄ est multum spissa ⁊ ꝓfunda q̃uis difformiter ꝓ-
funda: primum pȝ. q̄ extenditur in altum a superficie
terre computando tantum quantũ vapores grossi ele-
uantur: ⁊ hoc est valde alte: sicut patet in tractatu de
crepusculis. vbi ostẽdit̃ q̄ eleuãt̃ vsq̄ ad quinquagin-
ta duo miliaria sursum: vt patet etiam in conclusione
quinquagesima octaua decimi Alhacen: que est sum-
morum vaporum consistentia ad quam possint eleuari
vel ꝑtingere possibile est inuenire: ⁊ in fine huius com-
menti dicit q̄ vsq̄ ad quinquaginta duo milia passuũ
sursum: ⁊ ꝓpter hoc ostendit eã esse satis spissam: q̄ est
ita spissa: sicut dictũ est excepto illo quod cõtinet infi-
ma regio vel qđ est inter terrã et gñationem nubium:
⁊ hoc est paruũ: ex hoc apparet q̄ ibi nõ est aer multũ
purus sed permixtus multis vaporibus grossis: nec est
ita rarus sicut aer superioris regionis: imo dicit Alac.
ibidem: q̄ ꝓpter suã dẽsitatẽ refrangit lumen solis: et
ꝓꝑ hoc añ ortũ solis: ⁊ post occasũ causant̃ duo crepu-
scula. s. matutinũ ⁊ vespertinũ. ⁊ idẽ põt ꝓbari p̄ aliã ex-
perientiã: q̄ aliq̃ nubes apparẽt dñ alte eleuari sup̄ ali-
as: ⁊ tñ ambe sunt in illa media regione: ⁊ ideo oportet
illam esse spissam: sed q̄ sit difformiter spissa: pȝ: q̄ est
min⁹ spissa vel magis tenuis sub torrida zona ⁊ spissa
multũ sub polis: ⁊ recte sicut albumẽ oui: qđ est spissum
inter vellum ⁊ ambas acuties: sed tenue circa latera: ⁊
hoc est ꝓ tãto q̄ sub torrida zona continue mouet̃ sole
nã ꝓꝑ calorẽ aluminie solis fit tenuis ibi: q̄ nitẽ ꝑtes
calefiunt in extremitatibus: sed sub polis est spissa ꝓꝑ
frigiditatem: et propter vapores continue frigidos.
¶ Nunc dicendũ est de situ: vnde dico q̄ nõ est media
p̄ equalem distãtiam ab extremis ipsius aeris: immo
est propinquior terre vel aque q̃ ignitati q̄ pars ae-
ris que est super ipsam multo maior est q̃ q̃ est sub ipã
in infima regione: probatur: quia distantia inter super-
ficiem terre: ⁊ orbẽ lune est multo maior puta. xxix. vi-
cibus vel. xxx. vicibus q̃ est distãtia a superficie terre
ad centrum que tamen secundum auctorem sphere est
multum longa plus q̃. cc. et quinquaginta miliaria: et
quia totum qđ est sup̄ terrã est repletum aere ⁊ igne: ꝓ-
babile est qđ multũ de aere ẽ supra mediã regionẽ pl⁹
q̃ infra. Et cõfirmat̃: q̄ stelle comate sunt alte sup̄ me-
diam regionem ⁊ vltra generationem nubium: ⁊ nõ fi-
unt in sphera ignis: licet prope: ex qđ oportet q̄ valde
multum sit superius de aere. Item multi volunt q̄ ali-
qui mõtes altissimi excedant mediam regionem se ex-
tẽdentes ad supremam regionem. ita q̄ sunt altiores
q̃ sit profunditas inferioris regionis et medie: et ta-
men nõ attingũt spherã ignis: ꝓpter qđ opȝ mediã re-
gionem esse multum paruam respectu superioris aeris.
¶ Notãdũ q̄ media regio aeris apđ nos variat̃ sic q̄
ĩ estate ei⁹ spissitudo est strictior q̃ in hyeme: ⁊ econuer-

so erit in hyeme: tamen q cum in eodē statu pmanet: ⁊ causa huius iam dicta est: ⁊ ppter istas causas cōtigit q quādoq media regio aeris est minus frigida: ⁊ quandoq; ppellit frigus ad nos in hyeme: ⁊ sic ex ea causat hic nobis frigiditas in hyeme.

Ad rationes principales. Ad primam

cum dicit q semper media regio ⁊c. negat añs. Ad pbationē dicēdū q aer ibi ⁊ etiā hic pōt esse actualiter frigidus valde: sed tñ virtualit calid⁹ qd sufficit p elemēto aeris: ⁊ recte sicut pip ⁊ allea in hyeme si tāgat haberet actualit frigiditatē: sʒ tñ virtualiter ē calidū sicut pʒ gustāti. ¶ Ad secūdā: conceditur q sit aliqualiter densior alia parte: sed tñ nō est ita dēsa sicut aq̄: sed sufficit q sit densior aere superioris regionis. Et cū dicit q tūc non videremus ⁊c. dico q adhuc possum⁹ videre stellas: quia est multū diaphanū: ⁊ ideo stelle possūt multiplicare radios p ipsam. ¶ Ad tertiā conceditur q est grauis: sed non est grauior aq̄: nec oportet q sit grauior aere hic: qr iste est valde mixtus grossis vaporibus grauibus: nec oportet q si sit frigidior q sit grauior: nec si sit dēsior erit grauior: qr nos videm⁹ q aliq̄ flāma est dēsior aere: ⁊ tñ non est grauior. ¶ Ad aliam hoc esset pp lumē: dico q nō solū p lumē: sed etiā p alias cās prius tactas: lʒ etiā sit ppter lumē ibi deficiēs ¶ Ad pbationē: qr ibi sunt radij: dicendū q q̄uis ita essent tñ alie influētie celestes impediuntur ne ibi fiat caliditas: nec ita multiplices radij ibi incidūt sicut super terrā: qr semp radij a sphericis pcedētes remotius sunt multipliciores q̄ ppinque. ¶ Ad aliā. media regio semp mouet ⁊c. dicēdū q nō oportet. Et vlteri⁹ cōceditur q quandoq montes se se extendunt vltra ipsā lʒ est sub peripheria altissimorū montiū: ⁊ nō est supra ⁊ sic non oportet q moueat: ⁊ dato q moueat: dico vt apparuit ex prioribus questionibus q solus mot⁹ nō sufficit ad causandū calorē: immo potest fieri mot⁹ in aliquo: ⁊ nō tñ caliditas ppter aliquod impediēs circunstans igitur si pijciat aqua calida per aerem frigidū i hyeme per minutissimas partes q̄uis moueat tñ citius infrigidat: ⁊ q̄uis fiat cōfricatio cū aere: tñ congelatur: ⁊ sic in pposito: ⁊ alie cause impediūt ne media regio ppter motum fiat calida. ¶ Ad aliā: ibi fiunt ⁊c. dicēdū q ille nō fiūt ibi nisi p antiperistasim: qr non generant ex qualitate illius regionis immediate sed ex qualitate vaporis vel exalatiōis quam frigus circunstans medie regionis cogit congregari: ⁊ sic generantur talia. ¶ Ad aliam cum dicitur. alia elemēta nō sunt sic disposita: cōceditur nec oportet q q aer nō sit in media regione frigidus: et si alia elementa non sint alternis dispositiōis in medio q̄ in extremitatib⁹ ¶ Ad vltimā cū dicit: media regio plus distat ⁊c. conceditur añs: et negatur ɔñtia et est causa dicta virtus celestis: cū alijs causis concurrentibus que non sic ad infimam regionem ⁊c.

Questio. VIII.



Ctauo queritur vtrū omne luminosum suo lumine causet calorē: ⁊ arguit q non: qr tūc species q̄cūq pduceret aliā indifferenter. sicut hō bouē ⁊ equū indifferēter ⁊c. Sed hoc est falsum ⁊ ɔtra experiētiā: ɔña tenet: qr lumē luminosi specie differt a caliditate: si q̄ causaret ipm tūc vnū specie differētiū pduceret aliud qd est falsum: ⁊ eadē rōne q̄cūq alia species sunt illa. ¶ Secundo. si sic. hoc maxie esset verū de sole ⁊ astris qr ista sunt maxime luminosa: sed hoc est falsum: qr lumen solis nullibi durat diutius q̄ per instās: q nō causat caliditatē: ɔña tenet: qr causare calorē est p actiōē temporalem agētis pmanētis tpaliter: sed antecedēs pbatur: qr cōtinue est alius et alius aspectus solis: ergo oportet q sit aliud lumen nec pōt manere diuti⁹ q̄ per instās: qr dato aliquo instanti in quo est lumen immediate post hoc astrum causans ipsum est alibi: ⁊ sic aliud lumen causat. ¶ Tertio. aliqua luminosa lumine suo infrigidant: q quesito falsa: ɔña patet: quia nō possent simul calefacere et infrigidare aliqua nec possunt aliqua simul calefieri ⁊ refrigidari: antecedens probatur: nam in hyeme radiantibus astris de nocte infrigidant ista inferiora: ⁊ hoc per lumen eorum: qr videmus q neq a frigiditate aque neq a frigiditate terre neq a frigiditate aliorū corporū frigidorū contingit hec frigiditas: quia tunc a pfundo aque deberet citius incipere ɔgelatio ⁊ infrigidatio. cui⁹ oppositum experimur qr in supficie terre ⁊ aq̄ fiūt hec. ¶ Quarto si sic: tunc pisces marini de nocte lucētes: et silr ligna putrida: ⁊ oculi catorū et luporū ⁊ noctiluce deberent calefacere hoc aūt est falsum: et contra experientiam: immo talia plus infrigidāt: sicut patet de piscibus: sed consequentia tenet p q̄stionē: oīne luminosum ⁊c. ¶ Quinto. vel hoc eēt p radium rectum vel incidētē vel reflexum vel refractum: sʒ nullo istorū modorū: ergo ⁊c. nō p rectū: qr recte incidēs cōtinue debilitat ⁊ dilatat in tantum q non sufficit pducere calorem: nec p reflexum: qr est magis debilis īcidēte: nec p refractū consimilr. ¶ Sexto. si sic: tūc celū ⁊ media regio aeris deberent calefieri a sole ⁊ a stellis: ⁊ hoc est falsum: ɔña tenet. qr sol ⁊ alia luminosa agūt calorē: ⁊ nō pñt agere in distās nisi p mediū. q agūt in mediū. s. in spherā lune ⁊ in mediā regionē aeris: hoc aūt est falsum: qr semp media regio aeris est frigida vt dictū est: ⁊ etiam qr celū nō recipit peregrinas impressiōnes vt de scdo celi. ¶ Septimo. si sic tunc lumē esset qualitas prima: hoc est falsum: qr tunc in celo essent qualitates prime: ɔña prima tenet: qr caliditas est prima qualitas: vt pʒ scdo de gñatiōe: si ergo lumē causat caliditatem sequitur q sit prior qualitas q̄ caliditas: ⁊ p consequēs prima.

In oppositum est Aristoteles in litera

vbi dicit sic q̄rit: ppter quā causam caliditas a superiorib⁹ astris causat in inferiorib⁹: ⁊ dicit q sol magis facit caliditatem alijs astris: q sol ⁊ alia luminosa causant caliditatē mediāte lumine: qr p experientiam videm⁹ q vbi pertingit lumē ibi calor maior: ⁊ vbi magis lumē: nec est minor rō de vno luminoso q̄ de alio.

In questione primo sunt aliqua notā-

da inde respōdebitur ad quesitum. ¶ Unde notādum primo: q sol ⁊ astra q̄uis causent lumen hic in inferioribus vt experimur: tamen cū illo multiplicantur quedam alie virtutes diuerse ⁊ cōtrarie: que quandoq vocantur influentie celestes mediantibus quibus fiunt generationes animalium ⁊ plantarum ⁊ metallorum in terra: ⁊ similiter alie impssiōes ⁊ figure: sicut p multas experientias in effectibus inuenimus: sicut quandoq cadunt grādines figurate figura facici hominis ⁊ sic de figuris aliorū animaliū: ⁊ diuersitas dispositionū habituū hoim in diuersis terris: qd est ppter istas influentias. ¶ Deinde notandū q tales influentie nō sunt lumē: q̄uis cū lumine extēdant ⁊ multiplicentur in medio: media aliqua sunt susceptiua caliditatis q̄

cõsequit̃ influentiã: ⁊ etiã lumen. Aliqua aũt nõ sunt susceptiua istius caliditatis: ꝗuis lumẽ ⁊ influentia ibi deueniat: ⁊ hoc est q̃nq̃ ꝓꝑ cõtrariã q̃litatẽ: ⁊ q̃nq̃ ꝓꝑ ineptitudinẽ subiectoꝝ: sicut fumus nõ est aptꝰ natus cõburi a caliditate: ꝗuis cũ caliditate extẽdat̃ in eodẽ medio. ¶ Tũc sit prima cõclusio: ꝙ oẽ corpus luminosũ mediãte lumine suo causat vel põt causare calorẽ in medio susceptiuo caloris: hoc pꝫ ꝑ experiẽtiã: nã videmus hoc de sole manifeste: ⁊ de alijs luminosis: lꝫ lumina sint remissiora: nisi tũc ꝑ aliquas influẽtias frigidas ea a caliditate ĩpediant̃. ⁊ istã cõclusionẽ intẽdũt ꝑspectiui: sicut auctor in lib. de speciebꝰ ⁊ Lincolniẽsis in lib. de radijs: q̃ volũt ꝙ lumẽ sit naturaliter ꝓductiuũ caloris sicut ignis ẽ naturalit̃ calefactiuꝰ. ¶ Scḋa cõclusio. ꝙ oẽ luminosum fortiꝰ agit lumẽ ⁊ calorẽ ꝑ radiũ incidẽtẽ q̃ ꝑ reflexũ radiũ vel refractũ ceteris paribus ꝓbat̃: q: radius principalis est intensior ⁊ immediatior ab origine q̃ reflexus vel refractus: ꝗ intẽsius calefacit: ꝯñs pꝫ: q: ad intẽsiorẽ cãm sequit̃ intẽsior effectꝰ ceteris paribꝰ de agẽtibꝰ naturaliter ⁊ nõ libere ꝑ volũtatẽ: sed añs ꝓbat̃: q: radiꝰ reflexꝰ est debilior: q: oĩs reflexio debilitat radiũ: sicut pꝫ q: nõ ita bñ repñtat similitudinẽ. Similiter refractus est debilior ꝓpẽ mediũ dẽsius occurrẽs in quo refrãgitur: sed addit̃ ceteris paribꝰ: q: ꝓpter nimiã aggregationẽ seu cõiunctionẽ pluriũ radioꝝ reflexoꝝ ⁊ refractoꝝ põt lumen reflexũ vel refractũ fortius ⁊ intẽsius ꝓducere calorẽ q̃ lumẽ principale ⁊ incidens: qḋ pꝫ de speculis cõcauis cõburẽtibus: ⁊ sĩlr de crystallo vel vrinali qḋ retro in pũcto cõcursus radioꝝ refractoꝝ cõburit: sed vnus solus radius refractꝰ hoc nõ faceret. ¶ Tertia cõclusio. ꝙ non oẽ luminosum oẽ mediũ qḋ illuminat calefacit: ꝓbat̃ ꝑ experiẽtiam: q: videmꝰ ꝙ capto vrinali pleno aqua frigida ⁊ tento in radijs solaribꝰ retro in concursu radioꝝ cõburit̃: sed tñ aq̃ illa frigidissima nõ calefit: q: alias due q̃litates ꝯrie essent simul in eodẽ: qḋ est falsũ ⁊ incõueniẽs scḋo de generatione. Sĩlr corpꝰ celeste illuminat̃ a sole: ⁊ tñ nõ calefit: q: celũ nõ est calefactibile: ⁊ sĩlr de media regione ꝓpẽ virtutes aliaꝝ stellarum vel influentias põt illuminari ⁊ nõ calefieri. ¶ Sꝫ diceres. q̃ũo lumẽ ꝓducit caliditatẽ cũ sit diuersarũ specierũ? dicẽdũ: ꝙ hoc ẽ possibile fieri ex ordinatione vniuersi: q: vna species ꝓducit aliã: sed nulla influentia celesti existente hoc fieri non posset.

Ad rationes. Ad primã dicitur ꝙ hoc est possibile de quibusdã speciebus imꝑfectis. s. ꝙ vna ꝓducat aliã: sicut asinus multũ: ⁊ caliditas siccitatẽ in materia disposita. Uel põt dici: ꝙ illḋ eẽt a tota specie luminis vel lucis ꝙ ipm nõ ĩpeditũ posset illud facere: sed bñ posset ĩpediri: sicut calor magnetis põt multiplicare speciẽ suã ꝑ mediũ: dato ꝙ sit vinctus allio: ⁊ tñ nõ põt attrahere ferrũ: q: impedit̃ ꝑ influentiã contrariã. ¶ Ad scḋam cõcedit̃ añs ⁊ negat̃ ꝯña: q: si valeret pari forma argueret̃ ꝙ nõ de nocte posset illuminari domꝰ cũ cãdela ardẽte: q: nulla flãma durat diutiꝰ q̃ ꝑ instãs. sꝫ ⁊c. añs ꝓbat̃ scḋo huiꝰ. vbi Aristo. arguit de sole si esset flãma ꝙ non maneret idẽ sol: sed cõtinue alius. Ad ꝓbationẽ ꝗ calefactio est actio tꝑalis ꝯcedit̃: sed nõ oportet ꝙ fiat ab agente ꝑmanẽte totaliter eodẽ: sed successiue põt ꝓduci ab agẽte successiue ꝓducto. ¶ Ad tertiã. aliqua luminosa ⁊c. dicẽdum ꝙ hoc põt esse ꝑ aliquã influẽtiã fortiorẽ q̃ sit virtꝰ luminis ꝓductiua caloris: ⁊ ꝓpter hoc ĩpedit̃. ¶ Ad quartã. tũc pisces ⁊c. cõcedit̃ ꝙ calefaciunt vel calefacere possunt: si nõ sint impedita ꝑ aliq̃s influẽtias. ¶ Ad quintam dicit̃: ꝙ per vtrũq̃ licet nõ equaliter ceteris paribus. Ad ꝓbationem quia incidens continue frangitur ⁊ debilitatur: dicendũ est ꝙ sic est de incidente ꝑcedẽte ab eodẽ puncto: sed incidentes a diuersis punctis possunt ꝯiũgi ⁊ concurrere: ⁊ sic sunt satis fortes ad ꝓducẽdũ calorẽ. ¶ Ad aliam ꝓbationẽ de reflexo conceditur ꝙ est debilior: sed tñ põt calefacere ꝓpter multiplicitatẽ: ⁊ sic similiter de refracto. ¶ Ad sextã de celo. dicitur ꝙ nõ oportet: vt patet ꝑ vltimã cõclusionem. ¶ Ad septimam. tunc lumen erit qualitas ⁊c. dicendũ. ꝙ Aristo. in scḋo de generatione ponit qualitates primas ꝓ illis que primo conueniunt elementis ⁊ non ꝓ alijs que conueniunt corpori celesti sicut sunt lumen et influentia ⁊c.

Questio. IX.

NOno queritur vtrum omnium impressionũ meteorologicarũ materia sit vapor vel exhalatio. Et arguit̃ ꝙ nõ: q: vapor nil est: ⁊ exhalatio similiter: ergo nõ ẽ materia: ꝯña pꝫ: q: sꝫ materia est aliquid: sed añs ꝓbatur: nam vapor nec est elementũ nec elementatũ: nec alia substantia incorruptibilis nec accidẽs: ergo nil est: ꝯña patet: cum aliquod istorum deberet esse si aliquid esset. antecedens ꝓbatur: nõ enim est accidẽs: vt patet per se: nec est substantia incorruptibilis: q: videt̃ generari et corrumpi: sed ꝙ non sit elemẽtũ probatur: quia nec est ignis nec aer ⁊c. vt patet de se: nec est mixtum: q: vapor non causatur ab igne: quod tamen oporteret si eẽt elementum: nec etiam exhalatio causatur ab aqua: ergo nõ sunt elementata. ¶ Secũdo. si sic: vapor esset de natura aque: hoc est falsum: quia vapor est calidus et humidus et leuis: ⁊ huiusmodi non est aqua: sed aer vel ignis: ⁊ ideo non est talis nature: puta aque: nec etiam est de natura aeris: quia de aere vel igne non eleuatur materia impressionum: nec est de natura terre propter qualitates suas predictas: et similiter arguitur de exhalatione. ¶ Tertio. si vapor esset materia: tunc aliquod mixtũ haberet plures formas substantiales in qualibet sui parte: hoc est falsum: quia cuilibet sufficit vna: sed consequentia tenet: quia vapor est quoddam compositũ ex materia et forma: ⁊ similiter exhalatio: ⁊ tũc cum quelibet impressio habeat aliquam formam aliã a forma vaporum: et vapor sit materia: ideo talis impressio que est mixtum inanimatum habebit formã substantialem vaporũ: et similiter formam substantialem impressionis que sunt due. ¶ Quarto. si vapor esset materia: cum impressiones alique generentur in aere ex vapore: queritur quomodo vapor sit ibi: vtrum sit vnum corpus in eodem loco existens cũ aere: quod est impossibile: q: fieret penetratio: nec põt esse corpus existens in aliq̃ loco puta cũ aq̃ ꝑ idẽ: q: tũc eẽt penetratio: nec põt poni inter duas ptes aeris: cũ sẽp eleuet̃ vapor, apud nos vndiq̃: ⁊ sic seq̃ret̃: ꝙ hoĩes ⁊ aĩalia nõ inspirarẽt aerẽ: sꝫ vaporẽ: ⁊ ex quo vapor est de natura aq̃ inficeret aĩalia respirãtia. ¶ Quinto. si sic seq̃ret̃ ꝙ aer nõ posset eẽ materia fõtiũ ⁊ fluuioꝝ: hoc ẽ falsũ: vt patebit in ꝑcessu: q: aer grossꝰ ꝓpulsus ad ꝯcauitates mõtiũ ꝯuertit̃ in aquã: ⁊ ex aq̃ fiũt fõtes q̃ sũt impressiões: ꝯñs ꝓbat̃: q: aer nõ ẽ vapor: nec exhalatio: ergo nõ si vapor vł exhalatio sũt mã oĩꝫ impressionũ: sed dicit̃ ꝙ aer nullꝰ impressiões sit mã. ¶ Sexto. ꝓbat̃ ꝙ exhalatio nõ sit mã alicuiꝰ impressiões: q: sic maxie eẽt mã impressionũ ignearũ: ꝯñs pꝫ ꝑ Arist. in lr̃a: q: ꝑ hoc distinguit exhalationẽ a vapore: ⁊ falsitas ꝓbat̃: q: ille impressiões sunt ignee: ⁊ nõ exhalatio nõ ẽ mã

[illegible] q materia [illegible] est materia [illegible] q nō est exhala[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quo ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cōtra [illegible]

In oppositum Aristo. est & expositores qui dicunt q̄ principaliter materia sit vapor vel exhalatio [illegible] hoc oīm impressionum.

In ista questione primo videndum est de natura vaporis & exhalationis. scđo videbitur qualiter & qualium impressionū ipsa exhalatio sit materia vel vapor & vltio videbitur de dīa exhalationis et vaporis.

Quantum ad primum sciendum est q̄ aliqui antiqui opinabantur vt Plato q̄ nullū elementū sit purū nisi fm imaginationē: & q̄ nullibi est aliqđ elementū purū: sz oīa sunt permixta: & vult q̄ nō possumus pprie dicere aliqđ esse ignē: sed igneū: nec aliqđ esse terrā sed terreū. Sed tñ ista terrea & ignea noīantur istis noībus ignis aqua &c. ꝓpter similitudinē ad ignē purū imaginatū. Et sic vult q̄ terra q̄ est hic apud nos nō ē pura sed permixta: & hoc ꝓpter hoc vt possit nutrire plātas: & q̄a qđ nutrit plantas nō est purū elementum: q̄a purū elemētū hoc facere nō posset. Et ideo ponit species ēre in Timeo: sicut etiā Seneca imaginatur terrā tripartitā: sic q̄ tres crustę .i. frustra vel petie terre quarū pma ē apud nos qđ est mixtū cū aqua fluuiali & aquis fōtiū et riuorum. sed scđa est terra q̄ est permixta cū exhalatiōibus calidis & siccis q̄ est magis ꝓfūda: & ex istis fiūt minere & metalla vt sulphur & hmōi. Tertia terra est adhuc inferi⁹ & magis ꝓpe cētrū mūdi & sub oīb⁹ istis: & ista est magis pura fm q̄ vult Seneca: & sic sił vult q̄ aq̄ nō est pura: q̄a pura aq̄ nō sapit: sed aq̄ apud nos sapit & sił mare sapit cū sic salsū & amarū: mō sapor cāt ex mixtiōe & nō est alicui⁹ puri. ¶ Alteri⁹ notādū q̄ terra hic apud nos est porosa vel foramina hñs sicut sūt foramina cutis: p q̄ exeūt sudores: & sic ex talibus foraminibus terre ꝓpter calorē solis exeūt fumi qñqz calidi & sicci & qñqz humidi: sicut ad sēsū videm⁹ ꝓpe cellaria vel ꝓpe cauas q̄ fumi ibi exeūt. ¶ Tertio notādū q̄ terra cū calefit a sole & ab astris: vt dictū est pri⁹: tūc aliq̄ ptes ei⁹ calefacte rarefiūt: & etiā exeūt aliq̄ ptes magis rare: ex qb⁹ exit fum⁹ calidus & sicc⁹: & qñqz ɔtigit q̄ talis fum⁹ includitur ī terra ꝓpter clausionē poroꝝ terre in hyme p frigus & p pluuiā sup supficiē terre cadentē: & tūc ptes terre interi⁹ rarefiūt & calefiūt & leuificantur & ptes vaporis vel exhalationis incluse ɔgregantur ꝓpter similitudinē & erūt multe: & sic si sūt humide erūt aq̄ fontiū: si aūt sūt sicce qñqz exeūt de terra cū magno īpetu causantes terre motū. ¶ Iuxta qđ notandū q̄ in tali ꝓductione exhalationis ex ēra est vna gñatio ſbalis & corruptio: ita q̄ talis exhalatio nō ampli⁹ est ēra: q̄a terra nō pōt tm̄ rarefieri nec leuefieri manēs terra sine corruptione sui: & iō iste exhalationes & vapores siūt ita subtiles & pspicui q̄ sunt inuisibiles: sic q̄ videm⁹ p ipsos sicut p aerē: nec ꝓpēdim⁹ differētiā. iō Arist. vocauit eos spūs: & sunt sicce exhalationes ꝓpter materiā ex qua fiūt. s. terram: & sic retinēt q̄litatē symbolā cū eo ex q̄ gñantur: sed sunt calide ꝓpter agēs gñans: & sic quodlibet tale exiēs terrā vocatur exhalatio: et sic patet que sit materia ex qua fiūt exhalationes: q̄a est eadem cū materia terre q̄ terra ꝯcorrūpitur: & iō terra pōt dici materia transiēs illarum q̄a trāsit & corrūpitur relinquēdo materiā suā exhalationū. ¶ Secundo patet q̄ exhalatio habet formā mixti imꝑfecti & non simplicis elementi

¶ Sed dubitatur quare dr̄ de natura terre cū habeat [illegible] [illegible] sicut caliditatē & siccitatē. ¶ Dicendum q̄ hoc est ex eo q̄ eleuatur a terra: & q̄a [illegible] [illegible] siccitate terrena nō dr̄ de natura ignis: q̄a nō habet [illegible] [illegible] sed magis terrā. [illegible] [illegible] [illegible] de aqua: dicēdū q̄ vnus si aqua nō sit pura [illegible] [illegible] aliquo terreo. Sed de pura aqua non pōt fieri exhalatio ¶ Iuxta hoc ergo sit prima ɔclusio q̄ isto modo [illegible] exhalationē tunc oīm impressionū ignitarum exhalatio est materia: capiendo materiā p eo qđ trāsit & ꝯcorrumpitur derelinquēdo materiam ad gñationem alterius: q̄a talis exhalatio cū sit leuis valde eleuatur sursum ad tertiam regionem aeris ꝓpe ignem et tunc p inflāmationē ex ea fiunt comete. aut nō eleuatur in tantū ad tertiā regionē vsqz ꝓpe ignē: sed circa et tūc gñantur ex ea capre saltantes: vt patet in litera aut exhalatio solū est circa mediā regionē: et tunc aut includitur in nube: aut non: si sic tunc fiūt ex ea coruscatiōes & tonitrua & fulmina et sic de alijs: vt pz ī līa. si nō includitur in nube: tūc vel est multitudo talis exhalatōis q̄ mouetur a frigido medie regiōis expellēte calidū: & tūc ex illa fiūt venti vel talis materia conglobatur ꝓpter frigus circūdās mediā regionē q̄ est frigida: & tūc fiūt sidera cadentia: et qñqz alie flāme apparentes de nocte aut ista exhalatio stat seu quiescit et non mouetur ad latus: nec descendit: & tūc qñqz coloratur per lumen astrorum: & tūc fit vorago vel hyatus: vt dicit Aristo. Si vero talis materia eleuetur sursū vsqz ad iferiorē regionē aeris: & ꝓpter frig⁹ medie regiōis ꝓpinquū: & ꝓpter sui caliditatē segregantur ptes adiacē: tūc cadit deorsū & fit ex ea salsedo maris & q̄dā infectio sup ērā si cadat sup terrā: q̄a qñqz lz eleuetur sup aquā nō manet ibi: sed p ventū trāsfertur. si vero exhalatio manet infra terrā inclusa & aggregetur: tūc cātur terre mot⁹ et subuersio ptiū terre. Cū ḡ oīb⁹ istis modis exhalatio sit sēp materia trāsiens & nō plurib⁹ modis nisi istis vel ɔsilibus fiūt impressiones calide: vel etiā ignite: sequitur q̄ oīm ignitaꝝ impressionū exalatio sit materia qđ fuit ꝓpositū: ɔña pz sed añs q̄ ad oēs ptes pz p ꝓcessum Aristo. in litera. ¶ Alteri⁹ notādū de vapore q̄ nō est idē nomē cōe impositū exhalationi & vapori: q̄ possum⁹ vti ad loquēdū de vtroqz: vt dicit Aristo. iō aliter fit vapor. vn̄ fit ex aq̄ & ex corporib⁹ humidis ꝓpter calorē solis leuantis: & est fum⁹ subtilis inuisibilis in pua quātitate: sed ī magna quātitate pōt videri mediante lumine solis: et retinet ille fum⁹ humiditatē aqueā ex q̄ gñatur: & remissam caliditatē a gñante hñs quādā leuitatē: & nō est aq̄: sed est vn̄ mixtū: & ñ qñqz aliq̄ guttule pue secū eleuantur q̄ sūt aq̄: sicut cū exhalatione sicca eleuantur plures ptes ēre: & tūc vapor adueniēte frigiditate: q̄a habet humiditatē: cito ɔuertitur in aquā. ¶ Et iuxta hoc sit scđa ɔclusio: q̄ oīm impressionū humidaꝝ vapor est materia trāsiens: ꝓbatur: q̄a aut impressio fit sup⁹ in media regiōe aeris: & tūc cū vapor eleuat⁹ ē vsqz ibi: ꝓpter frig⁹ medie regionis ɔuertitur in aquā & fit pluuia: aut ibidē multū infrigidatur: ita q̄ fiat ɔgelatio & fit grando: & si parum cum hoc cōgelatur & multū infrigidetur fit nix: aut non eleuatur ad mediam regionē: sed manet in infima regione ꝓpe terram: & tunc propter frigiditatem aeris conuertitur in aquam et fit ros: aut si maxima est frigiditas aeris: tunc erit pruina: & si nō est tāta frigiditas aeris & materia est minima: tunc erit caligo & nebula: si vero aliqua impressio fit sub terra sic q̄ vapor remaneat in cōcauitatib⁹ terre: tūc ꝓpter frigus ɔuertitur in aquā: & fiunt riui: & etiam p vaporē sup terrā eleuatum & condēsatū modicū fiunt nubes: & qñqz in eleuatiōe vaporis aque sup terram apparet iris: et qñqz halo. sed cū nō pluri-

duo modis fiũt impressiones aq̃ ꝙ istis vel cõsimilibꝰ seq̃r ꝙ oim impssionũ humidaꝝ vapor ẽ materia expo nẽdo sicut prius: sed qñq̧ remanet in spẽ sua: sicut est in appõne iridis ⁊ halone: sed in alijs corrũpitur sicut qñ fit grando nix ⁊ hmõi. ⁊ ista pñt ex sensatis effectibꝰ: ⁊ cũ cõsideratione rõnis inueniri: videmꝰ enĩ oĩa ista fieri: ⁊ opꝫ causã eẽ materiã ex qua fiant: nec põt cõuenientiꝰ haberi modus ꝙ ponendo vaporẽ esse cãm mãtalẽ: nõ assignamꝰ vaporẽ taliũ eẽ cãm. ¶ Tertia. conclusio ⁊ vltima. ꝙ oĩm metheorologicarũ impressionũ vapor est mãia vel exhalatio: ⁊ ista pꝫ p ꝯclusiões pdictas. Tandẽ de differẽtia istarũ pꝫ: qꝛ in multis differunt: puta in q̃litatibus: ⁊ in multis cõueniũt: puta i mõ gñandi: nã exhalatio est calida ⁊ sicca. ⁊ vapor est calidus ⁊ humidus: ⁊ sic cõueniũt ambo in caliditate sꝫ differũt i humiditate ⁊ siccitate. Itẽ cõueniũt ambo in leuitate: qꝛ ambo sunt leuia: sed differũt: qꝛ vapor ẽ minꝰ leuis. Itẽ subtilitate ꝯueniũt: qꝛ ambo sunt subtilia ⁊ pspicua ꝙuis exhalatio sit magis subtilis.

Ad rationes Ad primam cum dicitur vapor nihil est: negaĩ añs: ad pbationẽ dĩ ꝙ est cõpositũ ⁊ elemẽtatũ: nec oportet ꝙ oẽ elementatũ ex oĩbꝰ elementis esset compositũ: qꝛ aliq̃ impfecta sunt cõposita ex duobus. ¶ Ad scdam: dicendũ ꝙ habent distinctã naturam a natura cuiuslꝫ elemẽti: sed qñq̧ magis assimilanẽ in aliquibus qualitatibus vni ꝙ alteri elemẽto sicut exhalatio terre assimilaĩ: ⁊ vapor aq̃. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ exhalatio et vapor nõ sic sũt materia ꝙ semp maneant cũ forma sua substãtiali in ipsis ĩpsis omibꝰ: sꝫ qñq̧ ipse impssiones hñt aliã formã substãtialẽ formis exhalatiõis vel vaporis ꝯcorruptis. ¶ Ad quartã cũ qrĩẽ de loco: dicendũ ꝙ inter ptes aeris dato ꝙ duo corpora nõ sint in eodẽ loco adequate. ⁊ concedĩẽ ꝙ hoĩes ĩspirẽt hic aerẽ vaporosum: nec vapor ẽ ita aqueus ꝙ interficiat hoĩes. ¶ Ad quĩtã de fõtibꝰ negaĩ ꝯña: qꝛ aer immediate põt transmutari in vaporem: ⁊ postea vapor ĩ aquã: ⁊ sic aer erit materia ꝙuis remota: etiã licet aer possit ĩmediate corrũpi in aquã qꝛ vnũ elemẽtũ põt corrũpi in aliud: vt pꝫ scdo de gñatione. ¶ Ad aliã. qñ dĩ de exhalatione ꝙ talia sunt ignes dicendũ ꝙ nõ sed bñ ignea: sed non sunt ignes: ĩmo sunt mixta impfecta. ¶ De vltima rõne. s. de galaxia videbiĩ alias vtrũ opinio Aristo. sit vera vel non ⁊c.

Questio. X.



Decimo queritur vtrũ impssiones ignite que gñantur sursum in aere fiant naturaliter et arguiĩ ꝙ nõ: nã talia sunt de natura ignis: ergo iste nõ gñantur ĩ aere naturaliter. ꝯña tenet qꝛ aer non est locus naturalis ignis. etiã si ibi gñarentur naturaliter deberent ibi manere tanꝙ in loco naturali: qꝛ locus naturalis gñationis est locus naturalis genito sed añs pꝫ: qꝛ talia habẽt motũ ignis: ergo ⁊ naturã: ꝯña tenet: qꝛ natura est pncipiũ motus. ¶ Scdo sic. hmõi impssiones fiunt ab agente extrinseco: ergo non naturaliter: ꝯña tenet: qꝛ qd naturaliter fit fit ab agente itrĩseco: qꝛ natura est pncipiũ eiꝰ in quo est: sed añs pbaĩ qꝛ inflãmanĩ p calorẽ ignis extrinsecũ. ¶ Tertio. si fierẽt in aere naturalr: tũc etiã fierẽt ab aere: ꝯñs est falsum: quia tunc aer faceret aerẽ ex ipsis: ⁊ non ignẽ: nec flammã. etiã qꝛ aer est humidus: ⁊ tales impressiones sunt calide ⁊ sicce: ꝯsequẽtia principalis patet: qꝛ nõ videĩ aliud agẽs in supiori pte aeris nisi aer. ¶ Quarto. talia fiunt a casu: qꝛ vt in paucioribus: ergo nõ naturaliter: ꝯña tenet: qꝛ casus ⁊ fortuna distinguũtur a natura: sed antecedens pꝫ: qꝛ valde raro fiunt hmõi impssiones nec semp nec frequenter: adeo a casu pꝫ per diffinitionẽ casus. ¶ Quinto. talia violẽter fiunt: quia flãma propter violentiam frigoris medie regionis propellentis vaporem vel exhalationẽ calidam ⁊ siccam gñatur in nubibus: ⁊ multe flamme mouenĩ ad latus nec recte sursum nec recte deorsum ppter violentiam ĩ generatiõe ipsorum ⁊c.

In oppositum arguitur. nam ad sensũ videmus ꝙ fiunt superius in aere: ⁊ ꝙ sunt quedã species in vniuerso: ergo oportet ꝙ fiant naturaliter: ꝯña pꝫ per illud quod dicit cõmentator scdo physicorum. scꝫ ꝙ nulla species vniuersi fit violenter nec a casu: ⁊ confirmaĩ: qꝛ si non: tunc agens non ageret naturaliter in sibi dissimile assimilando ipm sibi: hoc ꝯñs est falsum ꝯña tenet: qꝛ ista fiunt p agẽtia naturalia approximata passis: ergo nisi naturaliter agãt seqtur ppositum: nec obstat ꝙ agentia sint extrinseca a passis: qꝛ agunt per naturã sibi ipsis intrinsecam agentibus.

In Questione ista primo videndũ est de accidẽtibus vel experiẽtijs q̃ contingunt circa generationes talium. Secundo videbitur de causis. tertio de modo generationis

De primo sciendum ꝙ tales impressiones ignite differũt in magnitudine ⁊ paruitate: multitudine ⁊ paucitate. vnde quãdoq̧ gñantur valde magne flãme sic ꝙ fit vna caliditas vł claritas ac si dies foret in nocte: ⁊ quandoq̧ fiunt minores. Iterũ differũt figura: quia quandoq̧ apparent sicut stelle cadentes: ⁊ quandoq̧ sicut globi saltantes: ⁊ quandoq̧ sicut cãdele: ⁊ quandoq̧ sicut manipulus ardens: ⁊ sic multotiens vise sunt vt legitur in diuersis historijs. Iterum differunt qualitate vel dispositione sicut densitate raritate vel colore: nam quandoq̧ quedã sunt magis rubee: et quandoq̧ sunt magis clare sicut remisse flãme: et quandoq̧ sunt faciliter mobiles sic ꝙ apparent fugere quando hoĩes volunt cape manibus: ⁊ hoc fit pp mobilitatẽ mãie q̃ mouenĩ p aerẽ motũ p manũ: q̃ aer mouet ipsas vlterius: ⁊ aliq̃ talia sũt de materia viscosa: ⁊ sicut vult dñs Albertus: quandoq̧ venenose: ⁊ iõ tales impressiones ledunt quandoq̧ ppter venenositatem: et quandoq̧ homines leduntur ab ipsis: quia decipiuntur: qꝛ quãdoq̧ sequuntur tales candelas ac si candele ducant eos per viam ⁊ inspiciũt candelas tãtum ꝙ obliuiscuntur de via recta ⁊ veniũt ad aquas. Quarto modo differũt iste impressiones motu: qꝛ quedã mouẽtur sursum: quedã deorsum. Itẽ plures mouenĩtur ad latus: ⁊ quãdoq̧ quasi saltando: ⁊ faciũt sonũ p motũ in aere. Item differũt tẽpore seu duratione: nã quedã satis momentanee trãseunt: sed alique durant diu: puta per mẽsem ⁊ p annũ: ⁊ quandoq̧ fiunt tẽpore magis sicco: ⁊ tunc ventoso: sicut tpe pestilentie multe fiunt: ⁊ plures ⁊ fortiores ꝙ in alijs temporibus. Item in temporibus intermedijs: sicut in vere: ⁊ autũno plures fiunt ꝙ in estate vel hyeme: et maxime plures fiunt in autumno. Item differunt loco: quia quedã sunt in locis calidis et humidis: magis quando loca sunt humida humiditate aerea et pingui: et sepe vbi sunt cadauera mortuorum: et quandoq̧ super nauibus et malis nauium: et super comas equorum: et quandoq̧ apparent in superiori regione aeris: quandoq̧ vero in infima: et quandoq̧ sunt ita fortes ꝙ non solum

de nocte apparent:sed etiam in die.

De causis autē istarū dictū est aliqualiter prius:q: cā materialis est exhalatio calida ⁊ aliquātulū viscosa:sed cā formalis intrinseca est aliqua forma substātialis mixti imperfecti:cui nō ē nomē substātiale impositū. Et ex istis pz q omnes impressiones ignite sut eiusdē speciei:sed differūt accidētaliť p accidētia et p cās extrinsecas:vz cā efficiēs qñq est calidū: vel caliditas:sicut qñq in supiori regione aeris fiūt flāme ⁊ huiusmodi.istaz eñ cā est aliq̄ caliditas aeris ⁊ stellarū sed aliaz cā est aliq̄ caliditas mediantē frig⁹ circūstās pellēs ⁊ cōprimēs calorē ad intra:qđ vř p antiparistasim vel p circūstātiā cōtrarij ⁊ influētie celestis:⁊ cōstellationes p lumē ⁊ influētiā multū efficiūt talia: sed cam̄ finalis istoz est ppter gñationē mixtorū pfectoruz nā imperfecta ordinanť finaliť ad pfecta:⁊ etiā ad pronosticādū futura finaliť ordinanť.nā dicūt multi naturales q qñ ē discursus stellarū in aliq̄ pte celi q ibi postea eueniūt magni vēti:⁊ ex ventis fiūt procelle ⁊ tempestates maris sicut vult Plyni⁹:⁊ qñq magne flamme designāt mortalitates futuras aut bella aut guerras:⁊ quādoq designant trāquillitates:sicut quādo candele apparēt sup malū naue. Seneca dicit q hec designant tranquillitatē. ¶ Ex istis oibus ponit̄ conclusio rñsalis ad q̄stiā. q oēs impressiones ignite videlī q fiāt fiūt naturaliter: pbat̄:q: oēs cause sunt naturales:ergo etiā effectus causarū naturaliter agentium: cōsequētia patet:⁊ cū nihil aliud dicat̄ fieri naturaliter et añs pz ex pdictis. Et cōfirmat̄:q: naturalis est gñatio ois.ḡ gñatio impressionū est naturalis: cōña tenet: ⁊ añs patet:⁊ ex hoc q omnis gñatio fit ex materia ⁊ forma q̄ sunt naturalia. Et ideo dicimus istā gñationē eē naturale:⁊ immo si excutit̄ ignis de lapide ⁊ ferro:nos dicimus istud fieri naturaliter.

Tūc de tertio pricipali scilicet de modo quo fiāt est dicēdū. vnde dico primo:q qñ talis exhalatio est pe terrā ⁊ circūdatur a frigido vapore vł aere:tūc apparent tales cādele:q: talis exhalatio p circūstans frigus fugiendo cōtrariū mouet̄ ⁊ cōdensatur ⁊ magis calefit:q: virt⁹ vnita est fortior seipsa dispsa:⁊ ideo apparet tūc ppter caliditatē quedā lux ignita:⁊ qñq vapor vel exhalatio eleuat̄ ad mediā regionē:⁊ tūc ppter [illegible] ⁊ cōpellit̄ q̄si violēt:⁊ ex hoc ignit̄ ⁊ apparet stella cadēs: q̄uis nō sit. Sed qñq ascēdit vapor vel exhalatio ad regionē aeris supiorē:⁊ tūc si in vna pte:puta superiori:⁊ ex caliditate illius regionis ignit̄ ⁊ inflāmet̄ ⁊ ex ista flamma generetur alia flamma:⁊ tūc flamma apparet discurrere:⁊ aliquādo simul igniuntur et vniuntur tales exhalationes:⁊ tunc apparet magna flamma: nec apparet ibi motus a sursum vsq ad deorsum: danotū simul ignit̄ siue vnit̄:⁊ qñq supior exhalatio est elōgata:⁊ ignit̄ in superiori parte:⁊ cito īflāmat materiam versus inferius et superius flamma consumitur et tunc apparet tāq̄ stella cadens q̄uis nulla cadat: et si materia fuerit cōpacta in aliquibus partibus:sic q habeat globos ⁊ nodos ⁊ partes intermedie nō sint ita cōpacte sed magis rare:⁊ tūc apparēt flāme saltare ⁊ quasi stelle saltātes de vno loco ad aliū:⁊ si materia sit magis densa vel cōtinue adueniēs noua ad eūdem locū:tunc diutius durat ⁊ manet in eodē loco:⁊ sic fiūt comete diu durātes:⁊ sic eo cause possunt reddi de multitudine ⁊ magnitudie ⁊ de figura ⁊ q̄litate impressionum:nā in locis calidis ⁊ humidis magis abundāt māis q̄ in locis frigidis:⁊ pp hoc plures sunt in estate q̄ in hyeme:⁊ plures in autumno q̄ in estate.

Ad rationes Ad primam negatur cōsequētia:q: nō sunt ignis:sed sūt mixta imperfecta ⁊ ĩe ignis pōt hic naturaliť gñari q̄uis eēt extra locū suū ¶ Ad aliā:cōcedit̄ q fiāt ab intrinseco:⁊ tñ passum cōfert illi agēti vim. Et ideo cū naturale sit agēti agere ⁊ materie pati:hoc naturaliter dr̄ fieri. Et qñ dr̄: natura est principiū eius ⁊c.cōcedit̄:⁊ sic ista habent principiū materiale intrinsecū:⁊ formā generi: q̄uis agēs fuerit extrinsecū. ¶ Ad aliā:qñ dr̄ si fierēt in aere ⁊c. cōcedit̄ mediātibus suis qualitatibus:⁊ mediātibus q̄litatibus passi:⁊ q̄litatibus stellarū. Ad improbationē:⁊ tūc nō fierēt ⁊c. dicēdū q bñ fierēt in aere superiori si nō esset impedimētū:⁊ q̄uis aer sit humid⁹: tñ nō agit p humiditatē istas impressiones: sed p caliditatē cū alijs cōcurrētib⁹. ¶ Ad aliā:dicēdū q nō fiūt a fortuna q̄uis raro fiant:q: nō oia q̄ e raro fiūt:fiūt a fortuna. ¶ Ad aliā dicēdū:q nō oportet q ergo fiant violenter si moueanť violenter:q: talis motus bene fit ab aliquo alio q̄ a generante.

Questio.XI.



Ndecimo quæritur vtrū de nocte exñte serenitate appeāt hyat⁹ ⁊ voragines. Et arguit̄ q nō:quia [illegible] apparēt [illegible] vapore eleuato:⁊ qñ est aliq̄ nubes inter nos ⁊ celū ī aere igit̄ nō exñte serenitate:cōsequētia tenet. ⁊ añs pz:ĩo lsa:q: si null⁹ vapor eēt nihil taliū appareret. ¶ Scđo si sic:tūc color posset apparere ī tenebris meli⁹ q̄ ī lūine:cōñs ē falsū:q: color videt̄ mediāte lūine:cōña tenet:q: hyat⁹ ⁊ voragies ⁊ sanguinei colores apparēt de nocte:qñ nō ē lumē. ¶ Tertio ar. nā nō debēt apture seu voragines appere in celo:q: si sic:tūc sequit̄ q sens⁹ deciperet̄ debite approximatus obiecto:qđ ē cōtra Arist. scđo de aīa:cōña tenet:q: si appererēt apture in celo:⁊ cū nō possunt eē:sens⁹ decipit̄. ¶ Quarto. videt̄ q ista magis deberēt apparere colores viridis q̄ sanguinei:q: lumē stellaz magis causat colorē viridē:sicut pz de sole tpe appatitionis iridis:ergo et ita fieret de lumine stellaz aliquorū.

In oppositū videt̄ esse Arist. in litera ⁊ aliī phi antiqui sicut Seneca in q̄stiōib⁹ naturalib⁹


In questione ista: primo sciendum q aeris serenitate existēte apparēt in celo flāme sm q dictū est in pcedēti questione:apparēt etiā colores: ⁊ qñq audiunt̄ soni:de quibus nunc specialiter est dicēdū. vñ serenitas in pposito denotat priuationē nubium:licet nō omniū simpliciter:⁊ tñ multarū vel in multitudine magnitudie:sicut trāquillitas nō signat priuationem ventorū sed magnorū ⁊ tempestatum.

Primo igitur de coloribus enumerāde sunt experientie:⁊ assignande sunt cause:⁊ et postea de sonis. ¶ Prima experientia est q aliquando celū apparet perforatum siue appertum:ita q in ista apertura apparet vna profūditas:que si sit parua ⁊ obscura:dicitur hyat⁹:⁊ si magna dicit̄ vorago. ¶ Secūda experientia q aliqñ in celo apparent colores sanguinei ⁊ purpurei siue punicei. ¶ Tertia experientia ē q

stelle aliqñ mutãt colorẽ: sic ꝙ apparẽt nigrescere vel rubefieri: ⁊ similr luna apparet aliquando sanguinei coloris: sicut in eclypsi. ¶ Quarta experientia est. ꝙ aliquando prope solis occasum: ⁊ aliquando mane ortum apparent nubes varie colorate in extremitatibus sanguinee vel purpuree. ¶ De causis autẽ istorum quãtũ ad primũ de hyatu ⁊ voragine possũt eẽ due cause materiales in diuersis tẽporibꝰ. prima est exhalatio subtilis mixta cũ vapore vel vapor accedẽs ad naturã exhalationis: qñ exhalatio ingrossatur in aere medie regionis. ¶ Alia causa est: quia aliquando ipsemet aer adueniente frigido inspissatur ⁊ ingrossatur: ⁊ sit materia talis apparentie. Sed de causa efficiente dicunt naturales ꝙ due cõcurrũt. prima est caliditas comburens vaporẽ. secũda est frigiditas medie regionis istũ vaporem condensans: siue etiam cõdensans aerem: et cũ hoc aliqua alia causa contingit sm Aristo. s. aliquo stelle lucentes super illam materiam: ⁊ ex hoc apparet lumẽ in extremitatibus huius vaporis magis ꝙ in medio ꝓpter densitatẽ vaporis in medio: et qñq lumẽ solis: quia quãdoq talia siũt de vespere vel de mane: quãdo adhuc sol lucet in media regione: in ista parte que est supra nos: ⁊ in quibusdam altis mõtibꝰ: q̃uis non luceat nobis: ⁊ ideo voluit philosophꝰ ꝙ talia fiant existente serenitate: q2 si essent multe nubes impedirent lumẽ ne nobis sic appareret. Ex isto apparet causa formalis: ⁊ modus gñationis talium vaporum. vnde nõ ẽ ibi corruptio vaporis vel exhalationis sicut in inflãmatiõe: vbi gñatur flamma ⁊ corrumpitur exhalatio: sed est quedã apparẽtia: ꝙ lumen apparet in extremitatibꝰ ⁊ nõ in medio propter defectũ luminis ⁊ dẽsitatẽ: ⁊ ex hoc apparet remotius: ⁊ ꝑ consequens quedam profunditas sicut apparet in picturis ꝙ color niger apparet profundior vel remotior aliis coloribus magis lucidis. ¶ Unde notandum ꝙ nõ solum est refractio luminis: seu reflexio: sed quedam incorporatio luminis: sicut ⁊ nubes quedã luminant. Et ex isto patet causa coloris: q2 vapor densus aliquantulũ coloratus recepto lumine sicut apparet: q̃uis non sit verus color sed lux vel lumen propter dispositionem diaphani sic apparẽs: ⁊ ex hoc pz q̃re aliqñ apparẽt sanguinei coloris: ⁊ est ꝑꝑ densitatẽ exhalationis mixte cũ vapore. Sed si aquea exhalatio esset cum vapore: tũc appareret albedo. ⁊ ex isto cõtingit stellas vel lunam quãdoq apparere sanguinei coloris: qñ talis exhalatio adusta interponitur inter visum ⁊ stellam vel lunã: ⁊ ex isto apparet quare sol apparet rubeus de mane vel de vespere. ¶ Ex his etiã omnibus apparet cõclusio responsalis ad questiõ. s. de nocte existente serenitate apparẽt quãdoq hyatus ⁊ voragines: ꝓbatur q2 cause apparẽtie qñq sunt existẽte serenitate: ẽ ⁊ effectus: ꝯña patet ꝑ diffinitionẽ cause: q2 ad eius eẽ sequit aliud: sed antecedẽs pz ex dictis. ¶ Tũc de scdõ. s3 de sonis vel sono: ⁊ solũ de isto qui fit existente serenitate: quãdo apparẽt inflãmatiões: ⁊ nõ de tonitruo vñ aliqñ audit sonꝰ quasi vox tonitrui vel tube: sicut dicit Seneca: ⁊ qñq audit sonus diuersorũ numerorũ sicut fragor arborũ multarũ sil' qñ sint voces hoĩm vel bestiarũ: sicut legit in historiis Romanorũ: qñq etiã fit sonus sicut teli pẽnati vel sagitte fortit misse. ¶ De causis istorũ dicẽdũ ꝙ aliqñ sũt facta miraculose: ⁊ aliqñ naturalit l3 cã eẽt occulta. vñ dicit Plinꝰ ꝙ oĩa ista fiũt ex certa rõne manifesta nature abscõdita nobis: sed põt dici ꝙ tales soni fiũt ex collisiõe exhalationis cũ vapore vel aere: vt qñ subtilis exhalatio icludit sub vapore subtili ⁊ cõprimit ⁊ petit exitũ: tunc fit sonꝰ: sicut qñ ferrũ ignitũ ingredit aquã: tũc bñ fit sonus. ¶ Sed tũc de varietate sonorũ oportet dicere ꝙ sm diuersaꝫ dispositionẽ collisionis taliũ adinuicẽ: et qñq ꝑꝑ taliũ inflãmationẽ: q2 flãma q̃ nitit ascẽdere facit huiq sonũ in aere sicut flãme cãdelarũ magnarũ. etiã põt eẽ cã virtꝰ cõstellatiõis specialis: q2 sicut in grãdinibꝰ ꝓpter cõstellationes diuersas fiũt figure diuerse: sic etiã ex eis modulatiões sonorũ fieri possunt.

Per hoc ergo ad rationes: ad primam dicendum est ꝙ serenitas non excludit vaporẽ vel nubẽ: sed multitudinẽ. ¶ Ad secũdam: negatur cõsequẽtia: q2 visum est ꝙ lumen facit apparere colores: ⁊ si densitas maius lumen impediret illud minus lumẽ ne a remotis appareat sic nobis. ¶ Ad aliam quãdo dr: tũc sensus decipitur: cõcedit: q2 nõ est sufficiens approximatio. ¶ Ad aliã dicta est iã causa quare talia apparent coloris rubei ⁊ non viridis ⁊c.

Quæstio. XII.



Vodecimo quæritur vtrũ cometa sit de natura celesti vel elemẽtari: puta ꝙ sit exhalatio ignea: ⁊ arguit primo ꝙ nõ sit nature elemẽtaris: quia nulla impressio elemẽtaris durat tamdiu sicut cometa: ergo cometa non est nature elementaris: ꝯña pz: de se: sed antecedẽs ꝓbatur: q2 cometa durat qñq ꝑ sex mẽses: ⁊ exhalatiões ⁊ impressiones cito cõsumunt: sicut patet ad sensũ. ¶ Scdõ. oẽs impressiones elemẽtaris nature sunt variabiles non manẽtes sub cõsimili dispositione: sed cometa nõ est variabilis: igit ⁊c. ꝯña tenet: añs quo ad primã ptẽ patet inductiõe: ⁊ quãtũ ad secũdã ptẽ patet ad sensum. ¶ Tertio. cometa mouet circulariter: sed oĩs impressio ignita mouet sursum vel deorsũ: vel ad latus sm ꝙ prius dictum est: ergo cometa nõ est impressio elemẽtaris: ꝯña tenet: añs ꝓ prima pte pz ꝑꝑ leuitatẽ vel ꝑꝑ violẽtiã motiuã: ⁊ cometa mouet circulariter: vt pz in littera. ¶ Quarto. comete sunt magne significatiõis lõge distãtis a presenti: ẽ comete sunt nature celestis: ꝯña pz: q2 celestia sidera sunt talis cõditionis: ⁊ elemẽtares impressiones sicut rubedo matutina cito trãseũt ⁊ ꝯsumunt sicut effectꝰ significati. ¶ Quinto ꝓbat ꝙ nõ sit exhalatio ignita: q2 oĩs talis est pauca vel multa: sed cometa nõ igit ⁊c. minor ꝓbat: q2 si cometa eẽt pauca statim cõsumeret. si multa: ⁊ terrã tota esset ignita: q2 statim totũ accẽderet ꝑ ignẽ: sicut aliis ignis: quãtũcũq magna ⁊ dẽsa sit materia. ¶ Sexto. si sic: tũc exhalatiões ita alte ascẽderẽt: sic vt apparet cometa: q2 opꝫ exhalatiões trãsire ꝑ mediã regionẽ: ꝑ cuiꝰ frigiditatẽ cõprimerent ⁊ ignirent: ⁊ sic cõsumerent vel repellerent et nõ viderent ita alte: sed ꝯñs tenet: q2 si est exhalatio oportet ꝙ ita alte ascẽderet: qđ tñ videt falsuꝫ. ¶ Septimo. si sic: tũc nõ semꝑ essent cõsimiliter figurate: qđ est falsum: ꝯña tenet: q2 exhalationes nõ semꝑ sunt cõsimiliũ figuratã sed diuersarũ. ¶ Octauo. si sic: cũ moueat circulariter: sicut patet: vel moueret naturaliter vel violẽter. nõ naturalit: q2 ascẽderet directe vsq ad locũ vbi appareret ⁊ nõ est ipedita ibi: ẽ põt vltra ascẽdere ⁊ nõ circulariter moueri. sed ꝙ nec violẽter: ꝓbatur q2 nõ posset cã tãdiu durare q̃ causaret motũ eius vniformẽ cũ motus violentus in fine sit tardior.

In oppositũ est Aristot. in littera vbi post improbationẽ opinionũ ãtiquorũ: sic dicit: cũ igit talẽ cõdẽsationẽ inciderit supple exhalatio ꝑꝑ superio

rē motū principiū igneū: nec sit multū valde: nec paucum ne scito consumat: neqȝ debile ne cito extinguatur tunc fit cometa: ex quo patȝ ꝙ sit exhalatio elementaris τ ignita.

In questiōe primo videbitur nūquid sit nature elementaris. secundo an nature celestis.

Circa primum plures erant opiniōes

Unde Anaxagoras τ Democritus volebāt ꝙ nō eēt nature elementaris: sed nature celestis: quia esset coniunctio planetarum celestium. ¶ Alia fuit opinio pythagore ꝙ eēt vna stellarum errantiū raro apparens extra radios solis. ¶ Tertia opinio erat hippocratis τ sequentiū eum ꝙ stella comata eēt de natura celesti sed coma sua de natura elementari: sed iste opiniones improbantur in litera: vt patet ibidē. ¶ Alia fuit opinio Senece ꝙ cometa est vna stella nō de stellis fixis neqȝ de quinqȝ planetis: nec sol nec luna: sed pter istas vna diuersum τ varium habens motū. ¶ Et ad argumenta que possent fieri. Respondet Seneca ꝙ ꝗuis alie stelle habeant formam sphericā τ non appareat coma aliarū: tamen cometa venit cum cauda que ē ex pte radiorū: licet ipē sit spherice forme: sicut et alie stelle. ¶ Sed ista opinio nō valet: quia tunc deberet vnaqueqȝ esse sic apparēs τ diffundere radios et non solū hec habere comam: immo etiā alie stelle celi que sunt magis lucide deberent habere maiorem caudam. Est ergo respondendum aliter ꝙ forte habet istam caudā in aere propter exhalationes. Sed hoc nō valet: quia vt arguit Aristo. cōtra hippocratē in litera oporteret ꝙ aliquādo appareret sine tali coma: quod experimur falsum. Pro ista pte questionis sit ista prima conclusio. ꝙ cometa in substantia sua nō est aliqua stella nec de natura celesti: licet quandoqȝ appareat apud stellā celi: probatur: quia si esset de natura celesti: tunc semper appareret: τ esset intransmutabilis vel ad minus appareret omni anno: sed consequens est falsum. falsitas pȝ de se ad sensū: consequentia patet: qꝛ oēs stelle celi vel ptes ꝯl anno possunt apparere saltē iste ꝗ quandoqȝ sunt sup orizontē: nec eque velocem habēt motum cū sole: τ sic eēt de cometis ꝗ apparent de nocte τ ī diuersis tpib⁹: qꝛ veniunt sup orizontē τ nō eq̄ velociꝰ mouētur cū sole: alias fierēt sup radijs solis τ nō apparerēt cuius oppositum experimur. Secunda ps conclusionis ptȝ p experientiā visus quā ponit Aristo. in litera: vnde possibile est lineā rectam duci ab oculo recte prope initium comete vsqȝ ad aliquam stellam celi: τ p talem lineam rectam apparet stella: vel si sit fractio radij potest sic frangi ꝙ adhuc appareat ibi. Ex ista parte cōclusionis: τ per probationem patet ꝙ possibile est eundem cometā apparere iuxta stellas multū distantes respectu diuersorū hoīū in diuersis locis vel orizontib⁹ nā vni in vno orizōte pōt apparere cometa ꝓpe occasū solis: τ alijs ꝓpe ortū solis: τ si tunc linee recte ducant ab oculis vtrorūqȝ vsqȝ ad celū ꝓpe initiū comete: oportet ꝙ linee iste intersecēt se ꝓpe initiū comete: τ sic ꝓcedētes ꝓcedāt ad diuersas stellas: ex quo ptȝ ꝓpositū. Et ex illo pȝ ꝙ cometa ꝗ fm rei veritatē eēt sub zodiaco: appareret extra zodiacū ꝓpe stellā versus polū: τ ꝯtigit hoc ꝓpter diuersitatē aspect⁹ hoīū. Itē ex ista ꝯ ex isto pȝ ꝙ Arist. nō sufficiēter ꝓbauerit aliquem cometā omnino esse extra zodiacū τ versus polū plusqȝ aliquis planeta pōt venire ꝓpter ea ꝗ viderūt hoīes existētes ꝓpe equinoctialē vel ī terra sub equinoctiali: qꝛ hoīes ibi existētes poterāt videre cometā ꝗ erat sub zodiaco ꝓpe polū: ꝗ nō oportet ꝙ sit ex ꝓpter appatiōnē. ¶ Sȝ diceres cometa mouetur pluribus motib⁹: sicut mercuri⁹: sic ꝙ nō oēs ei⁹ mot⁹ cognoscim⁹: sicut nec mercurij: ꝗ qñqȝ forte appareret decere: τ qñqȝ ex radios: τ sic pt eē stella celi. ¶ Sed cōtra istud: qꝛ saltē mercuri⁹ nūqȝ descēderet ad longū tps notabiliter. sicut videm⁹ de cometa: τ ō nō est sile. Et per hoc pt ꝯfirmari ꝯclusio: ꝓpter locū: qꝛ nulle alie stelle apparent ita ꝓpinq̄ sicut cometa: imo sub luna appareret cometa sub qua nō ē stella: sȝ celestis. Iterū qñqȝ plēs apparent comete vni hoī: τ sic oporteret poni plēs stellas ꝗ ē falsum. ¶ Scda ꝯclusio est. cometa ē de natura elementari: τ ē exhalatio ignita: τ hec similis ad scdā ptē qstionis: ꝓbat: qꝛ nō ē de natura celi: p pmissa: τ est aliquid corpale sensibile: ergo ē de natura elementari: ꝯña tȝ: cū oīa corpalia mixta sit de nā celi vel de natura elementari: vt pȝ ex pmo celi τ pino huius: sȝ añs ꝓ scda pte patet ad sensum: τ ptȝ in litera p Aristo. τ ꝙ sit exhalatio ignita: ptȝ etiā in litera: τ etiā ꝓbat: nō ē pt esse ignis in sphera sua: qꝛ iste semp ē: τ non sp cometa: nec aer ꝑ eandē rōnem: nec vapor humid⁹: qꝛ ille nō ita alte ascendit: τ ꝯ relinqt ꝙ sit exhalatio ignita. Iuxta qd notandū p experiētias inueniūtur multe differētie cometarū sȝ diuersitates exhalationū: qd ē signū ꝙ sunt exhalatiōes ignite. Nā pmo dfrūt magnitudie: qꝛ aliqñ sunt visi ita magni sicut appet sol vel luna: aliquādo sunt ita parui ꝙ vix potuerūt videri nisi aliqd ꝯpmat oculos: τ tūc apparet coma: vt dr in lra. Iterū differūt multitudine: qꝛ qñqȝ īle sunt plures. sȝ vt in pluribus appet vn⁹ solus esse. Tertio differunt figura: quia aliqui sunt qui non habēt comam dispsam circūquaqȝ: sȝ versus vnā ptē solum: puta versus inferius: τ illi dicuntur barbati: vt dicit in litera: τ qñqȝ coma appet retro: et tūc dicunt stelle caudate. Et accidit qñqȝ ꝙ talis cauda est magna: sicut dicit Aristo. de cometa cuius vestigium extendebat p medium celi. Quarto differūt motu τ quiete. vñ Seneca dicit. ꝙ aliqui sunt qui non mutant locum: τ tales non habent caudam: sed comam. Iterū qui mouentur diuersimode mouētur: quādoqȝ versus orientem: sed vt in pluribus versus occasum τ sepe transuersaliter: τ quandoqȝ tardius ꝗ sit motus diurnus saltem vt apparet nobis: τ quandoqȝ veloci⁹. Iterum differunt loco: quia aliqui apparent altiores τ aliqui apparent terre propinquiores. Iterū aliqui apparēt sub partibus celi septētriōalib⁹: τ hoc sepi⁹ contingit: τ sepe in via lactea: τ raro alibi in alijs locis. Iterum aliqui diu durant: sed ad minus durant p. vij. dies: vt in plurib⁹: τ magis p octoginta dies: sȝ Seneca dicat p sex mēses vel p dimidiū annum: sed hoc nō nominatur ab alijs fore expertum. Iterum differunt: qꝛ quādoqȝ consimiliter appent quasi p totū tēpus apparitionis: sed alij diuersificantur in claritate τ in colore: quia continue erunt minus intensi: ex quibus oībus patet ꝙ sint exhalationes ignite: τ non de natura celi.

Ad rationes. Ad primā: nulla ipressio

diu durat τc. conceditur oño de alijs a cometa: τ etiā cōceditur de cometa ꝙ in eadem materia omnino totaliter non tam diu durat: sed p continuā successionē τ additum noue materie sicut lampas vel candela potest diu ardere p appositionē noui olei. ¶ Ad scdā quādo dicebatur ꝙ oēs impssiones τc. conceditur: τ sic etiā est de cometis: immo quandoqȝ totaliter corrumpuntur: τ quandoqȝ secūdū partē. ¶ Ad tertiā cometa mouetur circulariter: cōceditur: quia hoc est propter motum aeris continentis exhalationē τ circundātis materiā comete: τ non ascēdit vlterius: quia materia sua est min⁹ leuis ꝗ materia ignis ī sphera sua: nec descē-

dit: quia materia leuior est aere inferiori: etiam potest dici ꝙ motus iste quo sic mouetur esset sibi naturalis ꝑ virtutem influentie sibi infuse. ¶ Ad quartam dicetur in sequenti questione. ¶ Ad quintam: quã dicit ꝙ materia sit nimis pauca. dicẽdũ ꝙ nõ: sed cõtinue additur nouaꝫ: sic cõtinuat̃ ⁊ moderat̃ materia a natura ꝙ nõ tota simul accendat̃: nec tota est ibi simul: sed vna prius consumit̃: ⁊ post venit altera recẽs: sicut flãma in lãpade appꝫ cõtinue eque magna quousq; totũ oleum consumat̃. ¶ Ad aliam ꝗ sic ⁊c. Dicendũ ꝙ verũ ẽ: sꝫ tamen non oporteret ꝙ ibidẽ accendat̃: quia est fortis resistẽtie: sic ꝙ nõ põt cõpelli inferius: ⁊ ideo ascendit superius ⁊ ignit̃ ibi melius. ¶ Ad aliã quando dicit̃ ꝙ manet: dicendũ ꝙ quandoq; variat̃ infra: sicut patꝫ in q̃stione: ⁊ quandoq; non: immo vt ĩ pluribus manet in simili dispositiõe: sicut fuit in principio vsq; quo pereat vel deficiat. ¶ Ad aliam consimiliter dicendum est suo modo ⁊c.

Questio. XIII.



Ecimotertio queritur vtrum cometa vel stella comata significet mortẽ principum siccitates ⁊ ventos: ⁊ alia mala. Et arguitur primo ꝙ non significet siccitatẽ ꝑ Aristo. vbi ponit ꝙ cometa significat inundatiõ. cõ: ⁊ ex quo significat inundationes non potest significare siccitates: aliter esset signum contrariorum: quod est inconueniens.

¶ Secundo probatur ꝙ non significat multiplicationem ventorum: quia generantur ex eisdem materiebus ventus ⁊ cometa: sed materia consumitur ĩ generatione comete ex quib⁹ deberẽt fieri venti: ꝗ ⁊c. antecedẽs patet per Aristotelem: quia vtrunq; generatur ex exhalatione calida ⁊ sicca. ¶ Tertio ꝙ non magis significat mortem principum q̃ aliorum hominum: quia eadem ratio est de aliis hominibus sicut de principibus pñt enim esse in eadem distantia: in eodem situ: ⁊ in eodẽ aspectu ⁊ influẽtia respectu aliorũ hominũ sicut principũ. ¶ Quarto experientia ꝓbatur: quia manent continue reges ⁊ principes: ⁊ si causa vel signũ mortis eorum essent comete tot possent esse comete ꝙ oẽs morerent̃. ¶ Quinto: quia galaxia nõ significat mortẽ principum nec alia mala: ꝗ nec cometa: consequentia tenet per Aristotelem in litera vbi dicit ꝙ eiusdem sunt nature galaxia ⁊ cometa quo ad eorum generationem.

Ad oppositum est Aristoteles & plures alii astronomi dicentes ꝙ cometa significat ista ĩ premissa. Itẽ confirmatur auctoritate Ptolemei in secunda parte quadripartiti capitulo tertio ⁊ decimotertio: ⁊ per Commentatores eius ibidem.

In ista quæstione duo sunt fienda primo notandum est de diuersitate intellectus istius questionis. secundo respondendum est ad questionem quo ad omnes partes.

Quantum ad primum sciẽdum est ꝙ ista questio ĩtelligitur modo speciali ⁊ generali. primo modo consideratur a philosophis: ⁊ iste mod⁹ est magis certus. Et secundũ hoc magis certe possum⁹ iudicare. Alio modo considerant astronomi dicentes ꝙ quando fiunt sub aliquo planeta sapiunt naturam illius planete: ⁊ secundum hoc ipsum cometam diuersis nomib⁹ appellãt. Et sm̃ hoc specialia in istis inferioribus dicuntur significare: vnde cum fiunt sub Ioue vocant cometum rosam: ⁊ sic de aliis nominibus secundum diuersitatem ⁊ influentiam ⁊ aspectum ipsorum planetarum. ¶ Item dicunt de signis celi: ⁊ de isto intellectu questionis nihil ad propositum.

Quantum ad secundum sit prima cõclusio. ꝙ omnis cometa significat futurum malum: patet ꝑ experientias plures in litera Aristo. adductas: ꝙ raro vel nũꝗ̃ apparuit nisi malum sequeretur. ¶ Sed contra hoc arguitur: quia aliquando tẽpore im⁹ Cesaris apparuit cometa: ⁊ nullum malum sequebatur. ꝗ conclusio falsa: antecedens patet ꝑ historias q̃ hoc dicunt. ¶ Ad quod dicitur primo ꝙ ꝯclusio intelligẽda est: vt in pluribus. ¶ Aliter dicit̃ ꝙ licꝫ in illis partibus vbi tales historie tunc scribebantur non sequebatur malum propter aliquem bonum aspectum astrorum: tamen in aliis partibus versus quas erat mal⁹ aspectus ibi malum sequebatur. ¶ Secunda conclusio. ꝙ cometa significat ventositatẽ ⁊ siccitatẽ in istis inferioribus: patꝫ ꝑ Aristotelem in litera: ⁊ etiam patet ꝑ rationes post oppositum. ¶ Itẽ ista conclusio põt probari ratiõe: quia quando eleuantur exhalationes ex quibus generatur cometa: tunc est caliditas satis intensa ⁊ alique partes eiusdem materie remanebunt in aere ex quibus gñantur venti: vt videbitur. ¶ Tertia conclusio. ꝙ cometa significat terremotũ: ista patꝫ per Aristotelem in litera. ¶ Item patet ꝑ Senecam ꝙ due insule post apparitionem cuiusdam comete fuerunt ꝑ terremotum submerse: ⁊ causa est ista: quia qñ ꝗ talis materia ex qua gñat̃ cometa ꝑ calorem solis eleuat̃ in interiori pte ipsi⁹ terre: tũc cõtingit aliqñ ꝙ ꝑ frigus extrinsecũ ex pte alicuius influentie tanq̃ porꝫ claudunt̃ in supficie terre: ꝙ tunc talis materia includit̃ prius motu: ⁊ ex qua quando congregabitur in multitudine magna ꝑ antiparistasim causat̃ terremotus. ¶ Quarta conclusio. ꝙ aliquando cometa significat inundationem maris in aliquib⁹ partibus: ⁊ hoc patet ꝑ Aristotelem in litera: vbi ponit exemplum de vna terra que vocatur hyboria. vbi post apparitionem comete fuit inundatio maris: ⁊ causa est: quia per conclusionem precedentem aliquando fit motus terre: sic ꝙ montes subuertuntur ⁊ proiiciunt̃ ad mare: ⁊ tunc opꝫ ꝙ ab alia pte ipsi⁹ maris fiat flux⁹. ¶ Sed contra hoc arguitur: quia cometa significat siccitates: ꝗ non inundationes: consequentia tenet: cum idem non possit esse signum ꝯtrariorum. ¶ Respondet̃ ꝙ verum est ꝙ idem non potest significare contraria immediate ab eo sequentia: potest tamen mediate: vt patuit in exemplo ⁊ ratione prius dicta. ¶ Quinta ꝯclusio est ista. ꝙ cometa aliquando significat destructionem fructuum ⁊ frugum: ꝓbatur: quia est signum siccitatis: vt dicit secunda conclusio: sed modo nimia siccitas est destructio frugum ⁊ illam siccitatem significat cometa. ¶ Sexta conclusio. ꝙ cometa significat mutationes legum: ⁊ plures nouas sectas. ista conclusio ꝓbatur ꝑ historias plures: tempore enim Neronis vise fuerunt tres comete ⁊ post apparitionẽ illorum mutatio legum sequebatur: quia tunc ꝑ sanctum Petrum apostolũ fuerunt aliqui baptizati. ¶ Itẽ patet ꝑ Senecam in libello de naturalibus questionibus: istarum tamen permutationum non solum poterat esse causa apparitio cometarum: immo etiam cõstellatio planetarũ ⁊ aspectus. ¶ Septima conclusio ꝑ cometam significatur vel significabatur immutatio regñ translatio regnorum

iste patet p historias anglicanas: vbi post apparitionem alicuius comete dicit q romani totã angliam sibi subiugauerunt: et fuit istud anno domini millesimo sexagesimo. Idem patet in pluribus alijs historijs. ¶ Octaua pclusio. q comete significant guerras et lites futuras: ista pbatur per pcedẽtem conclusionem: qr translatio et immutatio regñ non põt fieri sine guerris et litib⁹: cã aũt guerrarũ est: qr tũc ppt exhalatiões eleuatas calidas et siccas hoies efficiunt furiosi et nõ sane mẽtis: etiã qr tunc est magna siccitas: et exhalant humores de hominib⁹: sic q simpliciter fiunt colerici. ¶ Nona conclusio. q cometa significat mortem principum. probat p Aristo. in litera. Idem pbat haly sup centiloquium Ptolemei. Idem pbatur pexperientias plures: q semp post apparitiõem comete plures moriebant principes. ¶ Item probat ratione naturali: quia tũc pncipes viuunt delicate: et crapulose: ex quo victu efficiunt colerici. ¶ Item idem pbari p conclusionẽ octauam: quia tunc multe fiunt guerre modo in guerris principes debẽt esse principaliores: et propter hoc contingit q interficiuntur. ¶ Circa istas conclusiones est notãdũ q cometa nõ significat oĩa ista tãq cã: qua posita ponat effectus: sed significat ista astantibus influentijs planetarũ et aspectuum: et etiã opz q cometa sit in debito signo sub debito planeta: et q habeãt respectũ ad regionẽ vbi illa debẽt accidere.

Ad rationes. Ad primam dicendum est sicut dicebat in quarta pclusiõe. s. q est signũ siccitatis imediate et inundationis mediate. ¶ Ad secundum dicitur q nõ ita integre talis exhalatio concurrit ad materiam comete: quin adhuc in inferiori regione aeris remaneãt aliqũe partes: ex quibus vẽti possunt gñari. ¶ Ad tertium. dicitur q immo: et ratio assignata est in noua conclusione. ¶ Ad quartã dicit q non est expientia quin semp contingat aliquos principes mori. ¶ Ad quintam rationem respondetur dupliciter. primo q galaxia nõ est de natura terrestri immo celesti: nec de exhalatione calida sicca. Aliter dicitur q non est inconueniẽs q vnum cum influẽtia speciali sit signum alicuius futuri: et aliud eiusdem nature sine tali influẽtia non est signum etc.

Questio.XIIII.




QVartodecimo queritur vtrum galaxia sit de natura celesti vel elementari. et arguitur q sit de natura elementari auctoritate Aristotelis dicentis q est de eadem natura sicut cometa: sed cometa est de natura elementari: ergo etc. consequentia tenet: et antecedẽs patet in litera. ¶ Secũdo Aristote. in litera arguit sic: vna stella potest tãtã materiam eleuare q apparet cometa: ergo plures stelle possunt tãtũ eleuare: q appet galaxia: g est de natura elemẽtari ex q est eleuata de elementari materia. ¶ Tertio: vna medietas galaxie est dupla ad aliã ppt talem exhalationẽ et multitudinẽ ei⁹: g est de natura elemẽtari illic eleuata: pñia tenet: sz añs ponit Aristo. in lra. ¶ Quarto si nõ: hoc ideo ẽẽt: qr eẽt de natura celi: pz pñia de se: sz pñs pbat falsum eẽ: qr tũc celum nõ eẽt vniforme in sua raritate et dẽsitate: et sic magis lumẽ appareret in vna parte q in alia: cuius oppositum experimur.

In oppositum probatur. q sit de natura celi: quia galaxia est corpus simplex perpetuum solum circulariter motum: ergo est de natura celi: cõsequẽtia tenet: qr nullũ aliud est corpus tale: añs patet p experientiam: qr videmus q est immortale et intrãsmutabile nec variat locum nisi cum celo et circũducit et nũq aliqs vidit variationẽ eius in celo. ¶ Et confirmatur. quia si esset nature elementaris et non celestis: tunc aliquando exhalatio consumeret: sicut et reliqũe exhalationes consumunt et non sunt perpetue: qd non videmus de galaxia.

Oppositum arguitur ratiõibus iam factis ad probandum q non sit de natura corporis celestis.

De questione ista fuerunt opiniones antiquorum de quibus dictum est in litera. ¶ Ad questionem respondeo: et sit prima conclusio: q quelibet impressio apparens in superiori regione aeris vel sup terram existẽte serenitate: etiam visa a diuersis hominibus existentibus in diuersis regionibus: appareret in eodẽ tempore sub diuersis partibus celi illis diuersis hoc declaratur figualiter: sit enim circulus terre a. b.

stella f. d. stella



et sint duo oculi a. et b. in diuersis regionibus distantes et sit punctus impressionis vise siue in media regione aeris siue in suprema: et transeat radius ab oculo b. ad c. qui in continuum et directum procedat vsq ad stellã que sit d. ysus oriẽs: et in istãti medie noctis: et in eodẽ instanti ab oculo a. transeat linea recta vsq ad c. que perducit vsq ad f. stellam occidentalem: et patet q f. et d. sunt stelle adinuicẽ distãtes etc. apparet oclo b. sub d. et oculo a. sub f. ergo sub diuersis partibus celi: et similiter esset in quibusdam alijs locis: et ppter istud etiam cõtingit q luna cum apparet nobis circa meridiẽ apparet sensui in alio loco q sit: et probatur: quia tunc p instrumentum: puta astrolabium vel quadrantẽ possemus habere verum locum lune: quod non est verum nisi esset directe super zenith capitis nostri: qd nunq contigit Parrhisius. ¶ Secunda conclusio. q galaxia sit impressio elementaris nature existens in suprema regiõe aeris est impossibile: pbatur: quia si sic: tũc appareret diuersis hominibus in diuersis regionibus existentibus sub diuersis partibus celi: consequentia patet ex conclusione premissa: sed consequens est falsum et contra experiẽtiam: et impossibile saltem stante cursu nature consueto: nam videmus per experiẽtiam

q̄ si quis fuerit in grecia aspiciens galaxiam in loco vbi galaxia intersecat geminos in eodem instanti apparebit occidentalibus Hispanis et Parrhisiensibus intersectio geminorum in eodem puncto a galaxia: et si similiter esset de opposita parte zodiaci vel capricorni. ¶ Iterum galaxia intersecat zodiacum: nec hoc mutatur: siue ouatur galaxia cum signo siue sit in medio celi: et similiter est de alijs stellis celi: iuxta quas apparet pars galaxie. ¶ Et confirmatur: quia si esset aliqua impressio in aere sic circumducta in celo ista appareret alibi in oriente: et alibi quando veniret ad medium celi. ¶ Sed notandum quomodo galaxia apparet ita lucida pre alijs partibus celi: vnde celum est difforme in raritate sicut apparet in secundo celi: quia stella est densior pars sui orbis: modo ille partes celi sunt densiores alijs partibus: licet tamen sint diaphane vbi apparet galaxia: cuius signum. quia ibi sunt plures parue stelle: et plures q̄ in alijs locis. Et propter hoc tam lumen solis q̄ aliarum stellarum in talibus partibus aliqualiter refrangitur: et sic illud lumen ibi incorporatum magis nobis apparet q̄ in alijs partibus non tam densis sicut in simili in inferioribus: si sit vna nubes sola in aere et sol splendens super nubem propter densitatem multo lucidior apparebit nobis q̄ aer circumstans rarior nube et consimiliter imaginandum est de galaxia.

Per hoc ad rationes in oppositum dicitur q̄ Aristo. loquebatur probabiliter: et si demonstratio est ad oppositum: non oportet teneri dictum suum. Aliter potest dici q̄ sit vitium translatoris. ¶ Ad secundam stella etc. conceditur antecedens cum adiutorio solis et aliarum stellarum: sed negatur consequentia: q̄ ergo plures stelle possunt tantum eleuare q̄ appareat galaxia: sed bene plures stelle propter lumen et densitatem orbis faciunt apparere galaxiam. ¶ Ad aliam. dicendum est q̄ hoc est propter multitudinem stellarum et densitatem orbis: et non est propter exhalationem maiorem. ¶ Ad aliam dicitur q̄ sufficit: si sit in vno tempore sicut in alio: sed non oportet q̄ per totum sit vniformis spissitudinis. ¶ Alie rationes que probant galaxiam esse de natura celi sunt pro secunda conclusione etc.

Questio XV.



Ecimoquinto queritur vtrum media regio aeris sit locus generationis pluuie. et arguitur q̄ non: quia solum inferior regio est locus generationis pluuie: ergo etc. consequentia tenet: et antecedens patet in litera: quia etiam in inferiori fiunt grandines. ¶ Secundo. media regio est locus generationis impressionum ignitarum: ergo non pluuie. consequentia tenet: quia idem non est locus contrariorum: quia locus habet virtutem saluandi locatum et non potest habere contrarias virtutes: quia aliter contraria essent simul in eodem quod est contra secundum de generatione: et contra. x. metaphysice: sed constat q̄ ignite impressiones et aquee sunt contrarie: et antecedens patet: quia ibi generantur flamme sicut prius dicebatur. ¶ Tertio. media regio aeris non est locus naturalis aque: sed potius ibi vbi nunc est mare. ergo aqua pluuie non generatur ibi. consequentia tenet: quia elementum potius generatur in loco suo naturali q̄ extra: sed antecedens patet in litera in primo huius: vbi hoc expresse dicitur per Aristotelem.

¶ Quarto. si sic: hoc esset eo q̄ vapor ibi eleuatus conuerteretur in aquam per frigus. hoc est falsum: quia eadem ratione per frigus conuerteretur in terram si de terrestris eleuaretur vapor: sed falsitas consequentis patet per experientiam: non enim videmus pluere terram: consequentia principalis patet ex litera. ¶ Vltimo. si sic: aut igitur pluuia mouetur deorsum antequam est pluuia quod est impossibile: quia quod non est non mouetur: vel in primo instanti sui esse: quod est impossibile: quia non habet primum instans esse cum generetur successiue ex vapore qui successiue congelatur. Aliter enim motus localis congelationis vel condensationis fieret in instanti: quod est impossibile. si ergo post completum esse mouetur deorsum sequitur q̄ aliquod graue simplex quiesceret in aere non detentum violenter: et habens sufficiens dominium medium diuidendi: consequens est falsum: quia qua ratione quiesceret per vnum tempus eadem ratione per duplex et sic deinceps: et sic pluuia non caderet ad nos: quod experimur falsum.

Ad oppositum videtur esse Aristote. in litera vt apparet per experientiam.

In questione primo videbitur responsio ad quesitum per conclusiones: secundo videbitur de modo et de diuersitate accidentium pluuiarum.

Sit ergo prima conclusio. q̄ aliquando pluuia generatur in media regione aeris tanq̄ in naturali loco generationis: et vt in pluribus ibi fit: probatur: quia ibi sunt cause requisite ad generationem eius: igitur ibi fit: consequentia tenet: quia positis causis non impeditis ponitur effectus. antecedens probatur: quia ibi est materia: puta aer vel vapor vel nubes: et ibi est efficiens .i. frigus medie regionis cum virtute celi: et ibi erit forma: quia efficiens presente materia inducit formam: et finis propter quem: quia ista inferiora debent irrorari per pluuiam ibi genitam quod non eque bene fieret si alibi generaretur. ¶ Secunda conclusio. possibile est pluuiam quandoq̄ generari in inferiori regione aeris: probatur consimiliter sicut precedens. ¶ Et per primam rationem ante oppositum: sed tamen in illa generatione pluuie inferius non est frigus extrinsecum regionis inferioris: sed quandoq̄ calidum vel calor qui per antiperistasim frigidum et humidum vaporem circumstat comprimendo modicam eius caliditatem: quia per compressionem et vnionem frigiditatis fortificatur illa frigiditas fugiens illam caliditatem exteriorem aeris: et sic in aquam vaporem conuertit: sed tamen frigus non est ita forte in vapore tali ex quo fit pluuia q̄ possit fieri congelatio sufficiens ad generationem grandinum et hoc est de primo. ¶ Nunc dicendum quomodo ex illis causis dictis fit pluuia. Supponitur primo q̄ media regio aeris sit frigida valde: et hoc predictum est in alijs questionibus: et ad illam eleuatur vapor per calorem solis vel stellarum qui conuertitur ibidem in nubes: et nubes in aquam pluualem. vnde multipliciter potest ibi generari pluuia: primo ex ipsomet aere sine vapore: quia aer virtute celi et propter frigiditatem condensatur in nubem et conuertitur post in aquam: et etiam quia quodlibet elementum immediate potest conuerti in aliud. ¶ Secundo propter eleuationem vaporis: vt dictum est: ex quo vapore fiunt nubes que non sunt aliud nisi vapores inspissati et vniti: et sunt duplices: nam quedam sunt nubes steriles vt dicitur in litera: et sunt ex quibus non venit pluuia: et hoc est propter paucitatem humiditatis vel propter defectum frigiditatis generantis aquam

et tales dissoluuntur et resoluuntur cito in aerem. Alie sunt nubes fertiles: ex quibus fit pluuia opposito modo se habentes. ¶ Tertiam causam assignat Alga. quod quandoque generantur nubes et pluuia ex repercussione et frigiditate medie regionis: sicut quando super vnam ollam bullientem vel fumantem ponitur coopertorium ibi generantur gutte cadentes successiue: sicut similiter apparet quando fit aqua rosarum vel alie sublimationes quecunque aquarum: vel similiter quando quis emittit anhelitum super gladium politum vel speculum in hyeme. sic enim imaginatur ille pluuiam fieri: similiter propter frigus medie regionis. Sed si iste modus esset verus non oporteret plus apponere: et sic semper serenitate aeris existente posset pluere sine nube et eam fortiter: quod non experimur: et ideo dicere quod talis vapor fit nubes: cum occurrit medie regioni aeris: et postea reflectitur et in aquam conuertitur. Et per consimilem causam contingit quod ventres animalium in hyeme habent plus de flegmate: et in estate plus de cholera quia vapores et fumi: propter hoc quod pori sunt clausi in hyeme propter frigus repelluntur ad interiora et conuertuntur ad flegma: sed in estate apertis poris propter calidum exhalat humidum et siccum sic ut cholera tanquam cineres remanent.

Sed de diuersitate accidentium vel dispositionum pluuie: dicendum primo quod differunt in magnitudine guttarum: quia per antiperistasim illa media regio est frigidior in estate et minus frigida in hyeme et tunc propter vehementiam congulationis vaporum in estate fiunt gutte grossiores: et contingit etiam in inferiori regione aeris. ¶ Alia causa est: quia in illa media quandoque est plus de viscositate et aquositate aeree: et tunc congelatur per maiores guttas: sed aliquando non est viscositas: et tunc vapor cito in minimas guttas conuertitur. ¶ Alia causa est: quia quando nubes est multum profunda et spissa: tunc alique gutte pluuie superiores descendunt ad inferiores guttas minus graues: vel antequam sint genite: et sic coniunguntur eis: et cadunt simul magne. ¶ Sed de figura saltem ut apparet nobis semper gutte sunt rotunde: et causa est: quia licet in principio: ut dicit Albertus: sint alterius figure quam rotunde: tamen propter grauitatem descendunt circulando: et sic in tali motu rotundantur. ¶ Aliam causam ponit auctor sphere: quia elementa sunt homogenea: et propter hoc naturaliter partes assimilantur suo toti: quia tota aqua est rotunda: ideo etiam quelibet gutta. ¶ Alia causa propter conseruationem: quia in rotunda figura res est magis vnita quam sit in aliqua alia ut dicitur in lib. de hysoperimetris: quod omnium figurarum hysoperimetricarum spherica est capacissima: et quia vnumquodque appetit naturaliter se permanere: et quantum melius potest: ideo gutte declinant ad illam figuram sub qua virtus earum est magis vnita: et possunt melius conseruari et permanere: et etiam videmus in aliis: puta in argento viuo: et in aqua quando sparsim funditur super pulueres: tantum enim desyderat permanere naturaliter quod alique partes graues: non tantum descendunt seorsum: sicut ratione grauitatis bene possent: sed manent aliqualiter sursum: ut conseruentur. ¶ Alia causa est propter circumstantias quia acutiores partes extremas impellit ad medias: et notandum de aliis diuersitatibus quod in qualitatibus quedam pluuie sunt dulces et pingues et magis aeree. et tales sunt vtiles plantis: sicut pluuia in maio. sed alia pluuia est magis pontica propter admixtionem alicuius terrestris: et propter exustionem. et aliquando nocet aliquibus nascentibus terre: et desiccat recte sicut faceret vrina vel acetum: et aliquando est venenosa propter aliquam putrefactionem. Et ergo sepe contingit: quod in vere generantur parue rane satis cito post casum pluuie: immo quandoque in nube generantur. Sed notandum quod omnis pluuia habet admixtionem quandam alicuius terrestris: et ideo aqua pluuialis astringit fluxum ventris: sed tamen secundum quod est magis et minus admixta restringit indifferenter. ¶ Iterum differunt pluuie in coloribus: quia in pluribus sunt sicut aque: sed aliquando: licet raro: est pluuia visa alterius coloris: sicut sanguinea: sicut in Egypto accidit propter fortem adustionem alicuius terrestris mixti: et propter fortem calorem. et aliquando sicut lac: et hoc est propter grossum terrestre admixtum non bene adustum. et quandoque sunt visa alia monstra cadere cum pluuia: de quibus difficile est reddere causam: quia dicit Plinius: quod pluebant semel spongie ferree: et aliquando venit pluuia sicut pulueres: et dicit quod omnia ista sunt presagia futuri mali. hoc etiam vult Solinus in libro de mirabilibus mundi. et causa istorum est specialis causa. ut virtus celi que est nobis ignota. Sed de casu pluuie sciendum quod diuersimode cadunt: quandoque recte: quandoque oblique cum per ventum ducuntur ad latus: quando directe: tunc a frigido compellente ducuntur: quandoque fit magna inundatio: sic quod quandoque propter nimiam spissitudinem congregantur gutte et cadunt: sicut si effunderetur aqua de vase: et sic quandoque contingit vnam totam nubem per frigus et defectum caloris totaliter in aquam conuerti: et totum simul cadere: et hoc est periculosum. ¶ Sed de locis in quibus fit: quia super terram: tamen dicunt aliqui auctores quod in quibusdam locis non pluit super terram: sicut in Egypto. et causa vniuersalis: quia ibi raro fiunt nubes: et hoc propter paucitatem materie: et propter caliditatem nimiam resoluentem materiam totaliter. Sed de duratione sciendum quod nubes conuertuntur paulatim et successiue: et ideo nunc pluit super vnam partem terre: sed postea nube mota per ventum pluit super aliam: et sic deinceps quousque consumantur nubes. quandoque continue eleuatur vapor qui conuertitur in aquam: et sic pluit: nec tota consumitur et sic durant pluuie.

Ad rationes. Ad primam ista est pro secunda conclusione. et tandem antecedens potest negari: et causa dicta est in questione. ¶ Ad secundam. conceditur antecedens et negatur consequentia. Ad probationem: dicendum quod non oportet quod res semper saluentur in loco in quo generantur. etiam non eodem modo generantur ibi impressiones ignite: nec ex eadem materia quia ex nimis calida exhalatione fiunt multa calida: et ex humida et frigida fiunt alia. ¶ Ad tertiam conceditur antecedens et etiam conceditur quod generantur extra locum naturalem aque: et ideo exeunt istum locum descendendo inferius. ¶ Ad quartam: si hoc est etc. conceditur: et dicitur quod non oportet semper quod ita grossus eleuetur vapor quod fiat terra: nec ita grauis: sed quandoque ex multis pulueribus paruus fit ibi lapis tonitrui: et cadit inferius de quo post videbitur. ¶ Ad aliam. vel ante etc. dico quod post generationem. Sed diceres: quid est detinens partes ibi genitas: dicendum quod aliquis calor et leuitas separationis materie que remansit ex vapore ex quo pluuia generabatur: et sic ista leuitate deficiente descendit: et quandoque alia gutta superior superuenit in descensu. Et sic patet quid etc.

Questio. XVI.



¶ Sed iste diffinitiones iam dicte ponuntur in principio decimi perspectiue Uitellionis. ¶ Ulterius notandū q fractio radij vel radiū frangi non est aliud q̄ cōcursus radij incidentie cum radius refractionis. Unde sciendum q quando aliquis angulus nominatur per tres litteras: tunc āgulus qui denotatur: significatur per mediam litteram: vt patet in omnibus libris mathematicis. vt ergo predicte diffinitiones intelligant̄ ponat̄ q a.b. sit linea recta diuidens duo media diuersarum diaphaneitatum: sicut aer ⁊ aqua: deinde ponatur q linea recta perpendiculariter cadat super a.b. q̄ sit e.c. in puncto c. et producatur in continuum ⁊ directum vsq̄ ad f. postea incidat radi⁹ a luminoso vel visibili. quod sit d. secundum rectam lineam super punctum c. sic q radius d.c. rectus oblique cadat .i. non ꝑpendiculariter super a.b. in puncto c. ⁊ producatur d.c. in continuum et directum vsq̄ ad punctum g. Deinde inf g.c. ⁊ f.c. ducatur recta linea b.c. ⁊ iter a.c. ⁊ e.c. ducatur h.c. dico ḡ q angulus d.c.b. dicitur angulus īcidentie: ⁊ linea d.c. radius incidentie: sed angulus h.c.a. dr̄ angulus reflexiōis: ⁊ h.c. reflexionis radius sed e.c. linea dicit̄ ꝑpendicularis: ⁊ silr̄ c.f. ⁊ d.c.g. dicit̄ linea incessus recti vel rectus incessus: sed h.c. linea dicitur linea refractionis: ⁊ totus ille angulus d.c.h. dicit̄ angulus refractionis: vel iste h.c.f. q̄ est minor cōtētus a radio refractionis ⁊ linea ꝑpēdiculari. sit ergo d.c. radius incidēs sup punctū c. si tunc ille non ꝓcedit directe vsq̄ ad g. sꝫ ꝓcedit inter g.c. ⁊ c.f. tūc talis declinatio ab incessu recto causat āgulū refractiōis. ¶ Querit ḡ q̄stio nūquid oīs radi⁹ sic frangat̄: in occursu medij densioris. ¶ Pro q̄ notādū q rarū dicit̄ cui⁹ partes remote ab inuicē iacēt. ⁊ dēsū cui⁹ ptes ꝓpinque. ¶ Uel aliť. rarū ē qḋ sub magna quātitate hꝫ modicū de materia sicut ignis ⁊ aer: sed dēsuꝫ est qḋ sub modica quātitate multū hꝫ de materia. Sed tū ī ꝓposito sumit̄ dēsius ꝓ minus diapheno ⁊ rarius ꝓ magis diaphano qꝛ certū est q̄ celū nō habet materiā tū est diaphanos et dēsū ⁊ etiā rarū. Silr̄ vitra q̄uis sint dēsiora aqua ⁊ duriora: tū q̄busdā aquis sūt magis diaphana. ¶ Tūc sit pma ꝯclusio ista. si luminosum aliqḋ vel visibile diffundat radiū ꝑ media diuersarū raritatū luminoso existēte in medio rariori occurrente medio dēsiori radius obliq̄ incidens refrangit̄. ꝓbatur ꝑ experientias sensibiles. nam si in vase ponat̄ florenus ⁊ recedat quis videns quousq̄ altera vasis impediat ipm a visione florenī: ⁊ tunc stet: ⁊ faciat aquā mūdā infundi ad vas remanēte denario in loco ī quo prius fuit ipse poterit eū videre qḋ nō esset nisi radius visualis refrangeretur. ¶ Hoc idē experimur ꝑ aliud. si eni capiat̄ linea recta q̄ ꝓtendat̄ ab oculo vsq̄ ad latera vasis: ⁊ vlterius ꝓcedit ad aquā ista recta linea non tanget denariū: ⁊ ob hoc visio denarij fit ꝑ lineā fractam. ¶ Itē posito eodem denario sicut iam positū est si balistarius cū balista figens visum secundū rectam lineā baliste super denarium: ⁊ si secūdum illā rectam lineā sagittauerit non attinget denariū: qꝛ rectus radius non ꝓcedet super denariū sed fractus. Item sumpto crystallo vel vrinali pleno aqua mūda: ⁊ posito ipso in radijs solis radij oblique incidētes sup supficiem vrinalis versus solem omnes refrangunt̄ et concurrunt ad punctū vnū ex alia pte vrinalis vbi fit valde intensa lux: quod non esset nisi radij oblique incidentes refrangerent̄. ex istis experientijs patet cōclusio. Ex qua conclusione pꝫ: q quantūcunq̄ intensi vel fortes sint radij oblique incidentes super media densiora oēs frangunt̄: nec mutat nec minuit fractionē radiorum inequalitas in intēsione si cetera sint paria. Secunda conclusio est ista q si radius ꝓcedens a luminoso existente in rariori medio occurrente densiori medio non incidat oblique: sed ꝑpendiculariter et directe talis ꝓcedit irrefractus. ista iterum ꝓbatur ꝑ experientias: quia talia visibilia videmus per lineam rectam ꝓtensam ab oculo ī vtrūq̄ mediū: et sagittatores secundum rectas lineas sagittantes recte metam inueniūt. Ex isto patet q quantūcunq̄ intensi sint inequaliter radij dum modo sint perpendiculares super media dēsiora occurrentia in que possunt agere directe ꝓcedunt equaliter: nec impedit inequalitas intensionum: et huius ratio est: quia per conclusionem ꝓcedunt irrefracte et directe modo constat q vna linea recta non est rectior alia: alias statim altera esset obliqua. Patet etiam conclusio ⁊ correlarium ratione: quia si ꝑpendicularis radius frangeret̄ oporteret vel quod ad omnē differentiā positionis frāgeret̄ vel ad aliquā determinate: ⁊ ad aliquā non: sed nullū istoꝝ pōt dari. non ad omnē: quia tunc nō esset radius: sed magis īcorporatio lucis: sicut luna incorpat lumen solis dū illuminat̄ a sole nec pōt dici secundum cum nulla posset dari causa ꝓpter quā ad illā partem reflectat̄ radius plus q̄ ad aliam. ḡ relinquitur q ad nullā pte refrangit̄: sed directe ꝓcedit. ¶ Tertia conclusio. luminoso existente in medio rariori occurrente medio dēsiori sup qḋ oblique radiet radius frangitur

ab incessu recto ad perpendicularē. istud ꝓbatᷓ in exē plo prius posito: sic q̄ d. sit visibile ⁊ procedat radius obliquus vsq̄ ad c. tunc non multiplicatᷓ incōtinuū et directū: sed declinabit inter c.g. ⁊ c.f. faciendo radium c.h. qui radius c.h. declinat vel recedit ab icessu recto ad ꝑpendicularē c.f. ⁊ hoc experientie docebāt: de quib⁹ dictum fuit circa primā ꝯclusionē. Ex istis cōclusionibus p̄dictis p₃ solutio q̄stionis: q: aliquis radius frangitur in occursu medij dēsioris vel rarioris: ⁊ aliq̄s radius nō frāgitᷓ in occursu dēsioris: sicut ꝑpēdicularis: ex q̄b⁹ p₃ q̄ nō oīs radi⁹ frāgitᷓ: ⁊ iō q̄stio falsa. ¶ Si diceres circa tertiā ꝯclusionē ⁊ p̄mā: q̄ est cā q̄ occurrēte medio dēsiori frāgitᷓ ab incessu recto ad ꝑpēdicularē vel q̄ūolibet aliter. ¶ Dicēdū q̄ est ex natura radij: q: sic spē⁹ nat⁹ est agere talib⁹ passis approximatis: sicut medici dicūt aliq̄s herbas calefacere a tota specie: sicut hō̄ ridet a tota specie. ¶ Alia cā ꝓbabilis pōt esse: q: multiplicato radio a.d. vsq̄ ad c. radius d.c. inueniens mediū densius ⁊ maioris resistentie occurrere nō pōt ꝓcedere vniformiter: ⁊ vno mō: sicut si mediū mālisset vniforme ⁊ ꝯsilē: ⁊ iō nō pōt ꝓcedē ꝑ icessum rectū: nec pōt ꝓcedere vltra incessum rectū declinando a perpēdiculari: ⁊ ab incessu recto simul: q: hoc esset difficilius: ⁊ forte ỽtus eius nō sufficeret: iō ꝓcedit inť c.h. ⁊ c.f. approximādo ꝑpēdiculari. ⁊ hoc ex eo q: ꝑpendicularis radius est fortissimus: ⁊ ꝓpinquiores sunt ꝓportionaliter fortiores. iō accidit ad ꝑpēdicularē: vt fortificetᷓ: ⁊ cōsimilis est cā quare fiat ecōuerso in cōcursu medij rarioris si luminosum fuerit in medio dēsiori. Radius eni est fortis in denso medio: ⁊ q̄ si occurrat mediū rari⁹ diffundit ỽtutē suā latius: ⁊ iō declinat ab incessu recto ⁊ ꝑpēdiculari. ¶ Tā notādū q̄ ipē et vnus punctus medij rarioris pōt eē termin⁹ incessus recti ad quē deberet vn⁹ radi⁹ recte ꝓcedendo: terminari si nō īpeditᷓ: ⁊ cū hoc esset terminus incēsus obliq̄ alterius alibi incidētis: ⁊ hoc apparet ī figura. ¶ Ultima conclusio sit ista: q̄ ī medio vniformi radi⁹ luminosi nullo mō̄ frangitᷓ sed directe ꝓcedit. ista ꝑ experientias p₃: q: videmus q̄ luminaria: sicut sol ⁊ luna radiantia per fenestras ⁊ foramina sm̄ rectas lineas suū lumen diffundūt: ⁊ hoc dico excludēdo errores insensibiles saltem in modica distantia immoderata posset falsigraphus apparere.

Per hoc ergo ad rationes in oppositū

Ad primā: ꝑpendicularis ⁊c. negatᷓ ꝯña. Ad ꝓbationē cū dᷓ q̄ difficilius est reflecti q̄ frāgi: dico nō: ceteris paribus. Sed diceres aliqua corpora dū̄ frāgūtur que nō pn̄t reflectere. Dico q̄ nulla sūt talia: imo oīa refrangētia sunt quodāmodo reflectētia: licet nō eque sensibiliť faciant vtrūq̄. vn̄ Aristo. secūdo de aīa vult q̄ lumen sit reflexio lucis in medio quocūq̄: ⁊ hoc idē vult Alacē ī tractatu de crepusculis: q: quātūcūq̄ mediū sit rarum tū̄ est aliquātē densitatis: ⁊ h₃ reflectere ¶ Aliter pōt dici. dato q̄ facilius est frangi q̄ reflecti adhuc ꝑpendicularis: licet reflectatᷓ: tū̄ adhuc ꝓcedit directe ⁊ nō frangitᷓ iuxta p̄ictū nisi incidat ad ꝑpēdicularē: sed certū est q̄ sunt diuersi radij. s. reflexus: ⁊ radius vlteri⁹ ꝓcedēs in mediū dēsius: ⁊ etiā radius icidentis ⁊ reflexionis in eodem medio totaliter coextendunt. ¶ Ad scḋm̄ tūc idē accidēs ⁊c. negatᷓ ꝯña: vnde nō est idē accidēs radius icidētis cū radio refractiōis licet secū̄ vno nomietur: q: radius incidens est in vno medio: et vlterius ꝓcedens in alio: ⁊ isti duo simul vocātᷓ radius refractus: sicut duo ligna coniūcta ortogonaliter dicuntur gnomon: et lapides et ligna dicuntur domus. ¶ Ad tertiam. si sic tūc nihil posset videri ⁊c. negatur ꝯña. Ad ꝓbationē cum dicitur: oculus est ad hoc ⁊c. dicendum q̄ radius incidens sup̄ sp̄heram oculi ꝑpendiculariter non frangitur: sed directe ostenditᷓ rē ⁊ ꝓpterhoc hoīes vertūt oculos ad visibilia: ⁊ iō natura ordinauit q̄ glaciale oculi sit sphérice figure: et vndiq̄ possit cito incidere radius ꝑpendicularis: etiā ordinauit oculum volubilē hincinde. ¶ Ad quartam cum dᷓ tunc radius ⁊c. dico q̄ hoc non h₃ resistentiam ad causādū successionē quin si subito esset approximatū causaret speciē vel illuminaret: sed habet sic resistētiam ex pte dēsioris medij q̄ minus intense ꝓducitur lumē q̄ si tanta densitas medij non esset: sed minus. et hoc sacris est possibile ⁊ hoc creditᷓ. ¶ Ad quintā. tunc radius visualis ⁊c. dico q̄ nō dicitᷓ visualis ideo q̄ ꝓcedat a visu: sed illo mediāte videm⁹. ¶ Ad sextā. qñ dᷓ. quicq̄d pōt in dēsiori ⁊c. cōceditᷓ q̄ in illo medio rariori pōt multiplicare ꝑ lineam rectam sicut in densiori q̄uis illa recta in rariori cum illa in dēsiori non cōponant vnū rectum radium: nec hoc ꝓbatᷓ ꝑ argumentum. ¶ Ad septimā: si sic tunc radius ⁊c. conceditur si obliq̄ incidant: sed si ꝑpendiculariter nō oportet. Ad probationē qñ dᷓ reflectitᷓ. cōceditur in vno loco: imo etiā in quolibet: et cū hoc etiā refrangitᷓ versus alium locum vel differentiā positionis: nec hoc est inconueniens. ¶ Ad octauum. qñ dᷓ: si sic: tunc in aere fieret refractio ⁊c. conceditur: ₃ hoc multociens non experimur. immo si essemus in aqua vel aliquo simili q̄ radiaret oblique sup̄ aerem refrangeretur ab incessu recto vel a ꝑpendiculari.

Quæstio. II.




Queritur vtrum radius visualis ꝓcedēs a luminoso existente in medio vnius raritatis frangatur ad ꝑpēdicularem vel a ꝑpendiculari occurrente medio alterius densitatis. ¶ Et arguitur primo q̄ non: quia si sic tunc occurrente medio densiori maxime videretᷓ frangi ab incessu recto ad perpendicularem: consequentia ista patet ex dictis in precedenti questione sed falsitas consequētis ꝓbatur: q: si sic: sic radius perpendicularis posset frangi: ꝯñs est falsum et contra dicta prius: ꝓbatur ista consequentia: nam posito q̄ aliquod luminosum tam perpendiculariter ꝑ duo media radians inequaliter rara incipiat moueri: sic q̄ immediate post hoc radiet ꝑ medium rarius illo in quo sit: tunc radius ꝑpendicularis in denso manet perpēdicularis: ⁊ habetᷓ ꝓpositum q̄ perpendicularis frangitur: vel non manet perpendicularis: et sic sequitur q̄ immediate post hoc ꝓcedit icessu recto cū radio qui est in medio rariori: et sic obliquus radi⁹ nō frangitᷓ. ¶ Et confirmatur. q: si sic: puta q̄ frāgeretur oporteret cōtinue q̄ in tali motu luminosum causaret nouum lumen in vtroq̄ medio ⁊ in quolibet instāti nouos radios: ꝯña tenet: q: alias si duraret idē radius ꝑ aliquod tēpus post incessionē motus: radius oblique incidēs nō frangeretᷓ: nec potest dici q̄ in quolibet instanti fiat nouus radius: q: tunc non diutius duraret in medio densiori q̄ in rariori: q̄ est ꝯtra experientias quas ponit Alacē. in p̄mo perspectiue. nā viso luminoso ⁊ aduertentibus nobis ad tenebras apparebit adhuc ꝑ densitatē oculi similitudo luminosi: quod non esset nisi in medio densiori diutius duraret. ¶ Secundo. si sic: tunc vnū et idem luminosum posset multiplicare radiū sup̄ seipsum absq̄ reflexione: ꝯñs est falsū

quia radij & species visibilium non sunt apti nati age-
re ad oēm differētiam:sed solum directe ante se ad dif-
ferentiam versus quā agit agens sicut experimur: qꝛ
alias videremus nosipsos sine speculo : & ꝯña ꝓbatur
posito ꝙ luminosum sit i medio valde raro sub quo sit
aliud medium densius:& sub secundo tertiū densius:et
sic sub tertio quartum.si ergo radius frangitur pōt to
tiens frangi ꝙ incurvaē & redit ad aliam viā sup seip-
sum:qḋ est ꝓpositū.❡Tertio.si sic: sequitur ꝙ due ma
gnitudines equales equaliter ab oculo distantes ap-
parēt inequales:hoc ꝯñs est falsum:et contra tertiam
ꝯclusionem libri de aspectibus vel de visu : ꝯña tenet:
qꝛ posita vna magnitudine equaliū in aqua sic ꝙ vide
atur p duo media: & posita alia i solo aere: q̄ videatur
solū p vnum:tūc illa q̄ est in aqua si videbiē p radium
fractū videbiē maior vel minor ꝓpinquior vel remotior
q̄ alia que p vnum solū radiū videē. ❡Quarto.si sic:
q̄ visio nō fieret p lineā rectam vel non oīs.ꝯñs est fal
sum:& ꝯtra secūdum ꝑncipium libri de speculis.vbi dr̄
visa oīa recte videri:sed ꝯña ꝓbatur:qꝛ ex quo frange
reē:& p talē radiū fieret visio:sequiē ꝓpositū.❡Quin-
to.si sic:sequereē ꝙ aqua frigida posita in vrinali i ra-
dijs solaribus citius calefieret in medio vel in ꝓfūdo
q̄ in extremitatibus:ꝯñs est falsum:& ꝯ experientiam
et rationem:qꝛ sol calefacit mediante radio aquam: q̄
prius calefacit ptē ꝓpinquiorē soli q̄ remotiorē:puta
mediū ꝓpe cētrum. Sed ꝯña ꝓbaē: quia ex quo radij
obliq̄ incidentes occurrente medio dēsiori frāguntē ad
ꝑpēdicularem:vt dicit q̄stio:radij ab vno latere intus
oblique incidētes franguntē ad ꝑpendicularem.& sic ꝓ
cedunt ꝓpe centrū vitri et aq̄:& sic similiter ex alio la-
tere.igiē cōcurrunt ꝓpe centrū:& cū infiniti radij sic in
cidāt et cōcurrant ꝓpe centrum:& cum lumē causat ca
lorē:infiniti radij luminosi poterūt causare fortē calo-
rē:& sic ꝓpe centrū citius calefiet q̄ in extremitate
magis ꝓpinqua soli et ex alio: qꝛ facta secunda fracti
one que fit post exitum radiorum extra vitrū radij lu-
minosi si sunt debilitati cū magis distāt a fonte vł ab
origine: et adhuc concurrentes causant calorem : im-
mo ignem:vt expientia docet:ideo fortiori rōne in me-
dio vbi fit primus concursus causabunt calorem

Ad oppositum arguitur per experiē-
tias dictis in prima questione.❡Notandū est circa q̄
stionem ꝑsupponendo ea q̄ prius dicta sunt in ꝑori: ꝙ
linea ꝑpēdicularis dr̄ rectā linea q̄ alteri supstās facit
vtrobiq; duos angulos equales : vt pꝫ ex ꝑmo Eucli-
dis.❡Itē sciendū ꝙ media diuersarū densitatū: in q̄-
bus dꝫ fieri fractio:oportet esse diuersarū superficierum
et nō cōtinua:sicut sunt aer & aq̄ et terra:vel si sint ꝯti
nua oportet ꝙ sint sensibiles diuersitates in raritate
vel densitate partiū medij in pūcto vbi dꝫ fieri fractio
sic ꝙ puto ꝙ si eēt vniformiter difforme rarū medium
cuius medietates essēt dissimiliū dēsitatū: tū ibi nō fie
ret fractio sensibilis. ❡Alterius notādū ꝙ vel talia
media sūt planarum superficierū vel curuarum q̄les essent
portiōes sphere vł colūne rotūde vł pyramides.si pla
narū:tūc radiꝰ ꝑpēdicularis et linea ꝑpēdicularis cō
similiē describiē:sicut iā fuit dictum:& tūc oportet du-
plicem esse ꝑpendicularem:vnam in densiori medio et
aliam in rariori : & sic non solum est imaginandum in
vno puncto:sed in quolibet puncto superficiei:sicut in ꝑ
ori figura e.c.est ꝑpendicularis in rariori:& c.f.ꝑpendi
cularis in densiori:& simili modo est in quolibet pūcto
a.b.imaginandū.Sed si fuerit superficierum curuarum
vtputa ꝙ sint portio sphere vel portiones : tūc ꝑpēdi
cularis super spherā densiorem existentē in medio ra-
riori est sumēda penes lineā rectam ductam a centro
sphere vsq; ad circumferentiam p punctū fractionis:
vbicunq; hoc cōtingit: vt tamen anguli ex vtraq; par
te linee sibi inuicem sunt equales:puta infra spheram
anguli portionis:& extra spherā si ꝓduceē linea:angu
li erunt sibi inuicem equales:qꝛ quilibet angulorum cō-
tentorū a linea recta et superficie sphere exterius exce-
dit angulū rectum p angulū contingentie : et qꝛ recti
sunt equales additis equalibus angulis contingētie
erunt anguli cōstituti ex eis equales. Cōsimiliter est
imaginandū de ꝑpēdiculari sup superficiē colūnalē ro-
tundam:& sup pyramidalem rotundam:sic tū ꝙ egre-
diaē linea recta ab axe colūne ad circūferentiam:& sic
vltra:et ab axe pyramidis.❡Alterius notādū ꝙ siue
superficies sit curua siue recta:dummodo sit regularis
et non nimis tortuosa non variā ꝓpositum.❡Sit er-
go prima cōclusio.ꝙ si luminosum vel visibile existēs
in medio rariori multiplicat radiū vsq; ad mediū den-
sius:radius oblique incidens frangetur ab incessu re-
cto ad ꝑpendicularem in superficie illa duo media diui-
dente.& ista ꝓbata fuit in precedēti questione.& potest
adhuc persuaderi p aliā expientiam: vnde posito ꝙ i
figura priori d.esset cādela radians oblique sup pūctū
c.sic ꝙ f.c.esset latus vasis ita distum ꝙ radius nō pos
set transire p ipsum directe vsq; ad punctum h.vbi sit
denarius:tunc vase impleto aqua clara:ista cādela il-
luminabit istū denariū q̄ prius non potuit illuminare
non existente aqua:ergo cum denarius nō sit in termi
no incessus recti:sed sit magis ꝓpinquus ꝑpendicula
ri:sequitur:ꝙ radius frāgitur ab incessu recto ad ꝑpē
diculare e.f.vt pꝫ in figura.❡Secunda cōclusio.si lu-
minosum fuerit in medio densiori:& sic multiplicet ra-
diū obliq̄ incidētē ad superficiē frangiē radius in medio
rariori ab incessu recto a ꝑpendiculari : & hoc cōuerso
modo poterit ꝓbari sicut p̄cedēs:et etiā tacta fuit p̄-
cedēti questione. Et ex istis duabꝰ pꝫ ꝙ si fuerint plu
ra media primū rarius secundo:& secundū tertio:et sic
de alijs:semꝑ radij incidentes oblique super densiora
refranguntē ad ꝑpendiculares:& incidētes sup rariora
a ꝑpendicularibꝰ franguntur.❡Tertia cōclusio.ꝙ si
res visa videaē p radiū fractū:et p duo media.ista ap-
parebit esse in cōcursu incessus recti cū linea ꝑpēdicu
lari ducta de re visa ꝑpendiculariter sup superficiē cō
munē duo media diuidentem si ad tantum se extendit
Istam perspectiui per experientiam inuenerunt: & po
test declarari in figura priori : & sit d. oculus videns p
radiū fractum d.c.& c.h.ipsum h.tūc ducta linea recta
ad h.super a.b.perpendiculariter q̄ sit h.q.tūc hec li-
nea concurrit cum c.g.in puncto n.et in illo puncto n.
apparebit esse h.& hoc est in concursu linee perpēdicu
laris cum linea incessus recti.tamen secūdum rei veri
tatem non ibi:& hoc practicis geometris potest inue-
niri:qꝛ vt in pluribus practice que ꝓcedunt per instru
menta et p radios visuales secundū rectos radios mē
surant et secundum terminos rectorum. imaginato er
go recto radio d.c.vlterius secundum rectitudinem ꝓ
ducto vsq; ad g.imaginetur vnus angulus circa c.qui
sit medietas recti:gratia exempli.& sit d.c.b.angulus
ille:et imaginetur alius angulus circa oculum d. qui
sit etiam medietas recti : et tertius:puta b.sit rectus
et habebitur vnus triangulus b.d.c.Cōsimiliter ima-
gineē alius triangulus.f.c.q.n.cuius angulus c.sit me
dietas recti & q.rectus:tūc p tricesimā secūdam ꝑmi Eu
clidis n.erat medietas recti:cum igiē hec sint duo tri-
anguli equianguli:q̄ p quartā cōclusionē sexti : latera
sunt ꝓportionalia.sicut q̄ se hꝫ b.c.ad n.q.ita tunc d.c.
ad c.n.sed qꝛ b.c. est maior n.c. erit etiā d.c. maior c.n.


in eadē ꝓportione. ꝙ aūt b.c. sit maior c.n.pȝ: qꝛ b.c. est maior q.c. ⁊ q.c. ⁊ n.q. sunt equales: qꝛ sunt due ppē diculares sup duas eq̄ distātes q̄ sunt c.f. ⁊ h.q. q̄ ꝑ tri cesimā q̄rtā p̄mi Euclidis sunt equales: qꝛ q̄ h.nō pōt ꝑ remotionē lineā appere q̄ sit c.h. opȝ iuxta exꝑiētiā sensualē h. apparere in puncto n. quod fuit ꝓpositum.



¶ Alia conclusio est. ꝙ si etiā visibile exñs in medio rariori videatur ab oculo ī medio dēso ꝑ radiū fractū: ip̄m visibile apparebit ī cōcursu linee ppēdicularis cum linea īcessus recti. ista ꝓbatur ecō uerso: vt posito ꝙ n.c. sit īcessus rect⁹ ab oculo h. existēte in medio densiori et videaṯ d. ꝑ fractum radiū d.c.h. tunc d. apparebit in puncto n. qḋ iterū ꝓspectiui per experientias adinuenerunt. ⁊ potest declarari sicut p̄cedēs vertendo figuram. ¶ Ex istis cōclusionibus pȝ: ꝙ oīa visa ꝑ diuersa media in densitate ⁊ raritate ꝑ radios fractos apparebunt esse in quib⁹ nō sunt. pȝ: qꝛ h. nō est in loco n. tñ ibi apparet esse. ¶ Secundo ex isto pȝ ꝙ ex quo aer ī quo sum⁹ ē dēsior igne ⁊ corporib⁹ celestibus ⁊ stelle oblique nos respiciētes que sunt sup zenith capitis apparebunt extra loca ī q̄b⁹ sunt: īmo remoti⁹ apparebunt esse q̄ sint. Et ex isto apparet etiā vna causa: quare monachi quādo legunt horis ponūt beryllū ante oculos: qꝛ litere apparēt ꝓpinquiores ⁊ maiores ꝓpter densitatē vitri: et ꝓpter fractionē q̄ fit in denso. ¶ Et ex isto sequitur vltima conclusio respōsalis ad questiū ꝙ radij visuales oblīq̄ incidētes in concursu medij alterius densitatis franguntur potius ad vnā differentiā q̄ ad aliam: ⁊ ad ꝑpēdicularē si sit dēsius occurrens: ⁊ a ꝑpendiculari si sit rari⁹ occurrēs: ⁊ pȝ ista ex p̄oribus cōclusionibus. ¶ Ex quo sequiṯ correlarie ꝙ in oī visiōe ꝑ obliquos radios ⁊ fractos sensibiliṯ accidit deceptio ⁊ error: qḋ pȝ ex ꝯclusionib⁹: qꝛ aliq̄d appet ꝓpinqui⁹ ⁊ aliq̄d remoti⁹ q̄ sit. ¶ Iterū res sic visa q̄ est recta appet fracta: ⁊ res equales appent īequales: ⁊ ista est cā. quare rectus baculus: cuius medietas est ī aqua ⁊ alia medietas extra: appet fractus: ⁊ hoc si obliq̄ aspiciaṯ. Et sic p̄nt multi errores cōsimiles ꝯtigere: vt puta ꝙ vna res appeat due vel tres: ⁊ paruus homo apperet magnus gigas ꝓpter refractionē radiorum.

Ad rationes Ad primam si sit perpendicularis ⁊c. dicēdū ꝙ nō frangiṯ ꝑ aliqḋ tēpus sensibile nec remanet nisi tūc mediū sit talis nature, ꝙ possit reseruare speciē vel radiū absente obiecto: sicut est medium aīaliū ⁊ organū visus. Ad aliā ꝓbationem ad misso casu diceret ꝙ immediate post hoc radius erit fractus: ⁊ īmediate post hoc erit ali⁹ a ꝑpēdiculari: lȝ tñ minus distet a ꝑpendiculari q̄ incessus rectus ꝓcedēs a luminoso, nec oportet ꝙ equaliter distet radius obliquus in densiori: sicut radius obliquus in rariori distat a ꝑpendiculari. ¶ Ad confirmationēm oportet luminosū ⁊c. ꝯcediṯ. Ad improbationē qꝛ tunc nō duratis in medio rariori ⁊c. ꝯcediṯ si nō sit reseruatiuū naturaliter cuiusmodi est oculus de quo instas ⁊c. ¶ Ad secundā cōcediṯ totū qḋ infertur: nec est impossibile si ꝑ reflexione politi corporis. ¶ Ad tertiam: sequiṯ ⁊c. cōcediṯ. ⁊ hoc contingit ꝓpter diuersitatē mediorum sed si media essent oīno cōsimilia: tunc non esset possibile. ¶ Ad aliam. concediṯ ꝯñs esse possibile. Ad ip̄obationē agens fortius agit ⁊c. verū est ceteris parib⁹ sed hic cetera non sunt paria: qꝛ ꝓpe mediū vitri fit cōcursus valde multoꝝ radiorū qui concursus non fit in extremitate magis propinqua soli: ⁊ ideo non oportet fieri tantum calorem ⁊c.

Questio. III.



Ueritur tertio vtrum oīs radius visualis reflectatur ī occursu medij densioris. ⁊ arguiṯ p̄mo ꝙ nō: quia sic: sequitur ꝙ duo accidētia solum numero differētia simul et semel essent in eodem subiecto: ⁊ hoc est falsum: vt patet ex quinto metaphy. vbi dicitur: ꝙ differētia specie sunt que in eodē subiecto existentia differentiam habent: si ergo solum numero differunt ⁊ essent in eodem subiecto: differrēt specie: quia haberent differētiam in eodem subiecto: sed consequētia ꝓbatur: posito ꝙ aliquis īspiciat speculum sic ꝙ radius incidens reflectatur super seipsum: tunc in eodem subiecto est radius incidens et reflexus: ⁊ vterq; istorum est accidēs eiusdem speciei cū aliorꝫ sint differentia solum secūdum maius et minus: non componentia vnum: nec vnus illorū est alteri: cum vnus sit remissior alio. Et ex alio: quia si illi radij cōponerēt vnū eadem ratione duo radij eiusdem luminosi vel duorꝫ luminosorum agentium ad vnū mediū facerent vnum quod est falsum: qꝛ tunc si duo luminosa equalia ex oppositis partibus opponerenturꝭ facerent lumen in medio per totum vniforme: quod experimur esse falsum. ⁊ consequentia tenet: ex quo luminosum vniforme facit lumen vniformiter difforme in medio. et ita duo vniformis ex opposito conuenientia facerent vnum lumē ꝑ totum vniforme: ⁊ ex alio si componerent vnum oporteret ꝙ infinita actu entia equalia quorum quodlibet est tantum intensum sicut vnum datum componerent vnum: et oporteret ꝙ causa efficiens cum suo effectu componeret vnum: consequentia p̄ma tenet: quia posito speculo concauo ad quod radius incidat tunc per reflexionem in puncto concursus: infiniti radij equales conueniunt: quorum quilibet est tantus: sicut vnus datus: ⁊ si isti componerent vnum: haberetur propositum. alia consequentia tenet: quia radius incidens est causa efficiens radij reflexi. ¶ Secūdo. si sic: capiatur totum medium rarius: et sit a.b. et dēsius sit c.d. tunc incidat radius a puncto a. ⁊ ꝓcedat super densius medium: et diuidatur a.b. in partes ꝓportionales sic ꝙ minores versus b. terminētur: ⁊ ꝯsimiliter c.d. diuidatur v̄sus c. tunc ille radius nō reflecteṯ in a.b. medio. probatur: quia in nulla parte: non enim in prima nec ī secunda: ⁊ sic de alijs: igitur in nulla: igitur radius nō reflectitur occurrente medio densiori. ¶ Tertio. si sic: sequitur ꝙ idem radius ꝯ seipsum intenderet: hoc est falsum ⁊ inconueniens: qꝛ non esset causa quare magis ad aliquem gradum finitum q̄ ad infinitū: nec est possibile: quia idem agens ageret vltra gradum propriū sed consequentia probatur: quia posito ꝙ radius reflectatur in seipsum per eandem viam per quā venit: tūc isti ambo intensius et fortius agerent q̄ p̄ius egissēt incidens solus: ⁊ si iterum per aliqḋ reflectēs ex alia parte reflectatur vbi p̄ius: iterum erit fortior: ⁊ sic in infinitum. ¶ Quarto. reflexio significat motum localem: sed nullum accidens moueṯ localiṯ nisi subiectū

mouet͡ꝛ.iō cū ōis radi⁹ sit accidēs ꝛ subiectū nō moue at͡ꝛ:nullo mō reflectit͡ꝛ.¶ Quīto.si fieret reflexio maxi me videret͡ꝛ a solis corporib⁹ dēsis:ꝛ hoc est falsū:vt pȝ in irīs:q2 Aristotelēs vidit fieri cōtinue ī aere:ꝛ hoc sine speculo vel corpe dēso vel saltē sine dēsiori aere.¶ Se xto.si fieret maxime hoc esset a planis corporibus ꝛ poli tis:hoc est falsum. pbo:quia nihil est planū in istis in ferioribus sm ꝙ dicit Cōmē.secundo celi.

In oppositum est Aristo. & oēs pspe ctiui:ꝛ ꝑ experiētiā videmus in speculis ꝛ in alijs:puta in aqua ꝛ glacieb⁹ ꝛ vitris:ꝛ ī alijs corpib⁹ politis dē sioribus aere ꝙ radij multiplicati ad ipsa reflectūtur.

In questione ista supponēda sunt que dicta sunt in prioribus questionibus huius tertij. Sed vlterius notandū est ꝙ differētia est inter reflexionē ꝛ refractionē:vnā reflexio fit qñ occurrēte aliquo medio dēsiore radius ī dēsius nō ꝓcedit totaliter. Sed v͛sus eandē ptē redit vbi incidebat:ꝛ si ptim ꝓcedat in den sius:dūmō tū sūt reuertat͡ꝛ talis radius sic reuersus dr̄ reflexus. Exēplū pmi:sicut in speculis calybeis vel in gladijs politis radij reflectunt͡ꝛ:ꝛ nō ꝓcedūt in pfū ꝓꝑ nimiā dēsitatē. Exēplū scd̄i:sicut in aqua vel in his quoibus radius incidit ꝛ reflectit͡ꝛ:ꝛ etiā penetrat vel refrangit͡ꝛ.¶ Refractio v͛o radij dr̄ qñ ꝓcedit vltra in mediū dēsius causans angulū cū radio incidēte:vt pȝ ex prioribus.¶ Ulterius notandū ꝙ qñ dr̄ radiū refle cti nō est imaginādū ꝙ lumē aliqd ꝑ motū localē mo ueat͡ꝛ vel reflectat͡ꝛ:sicut v͛ga reflectit͡ꝛ: ꝛ pila ad murū ꝓiecta rediens dicit͡ꝛ reflecti qñ redit. Sed intelligit͡ꝛ ꝙ qñ radius reflectit͡ꝛ:tunc spēs vel forma directe mul tiplicata vsq3 ad mediū dēsius vel grossius nō ꝓcedit totaliter vlterius:sed sibi sīle versus illā differentiā a qua venit vel v͛sus aliā ꝓducit͡ꝛ: ꝛ hoc nō esset nisi densius positū occurreret.¶ Istis diffinitionibus pmissis pre mittēde sunt suppositiōes quas aliqui ponūt.¶ Pri ma est ꝙ omne agens naturale nō incorporale sed cor porale multiplicat v͛tutē suā circa se qñq3 circulariter et qñq3 colūnaliter:ꝛ sic diuersimode sm diuersitatē fi gurarū corporū agētiū:ꝛ volūt aliqui ꝙ sphericè diffū dant virtutē:sed hoc est falsum nisi esset agens spheri cum.¶ Secunda suppositio ꝙ densitas radij resistit ī multiplicatione virtutis sm modū pri⁹ tactū : non sic ꝙ semꝑ causet successionē in actione:sed sic ꝙ nō ita ī tense:nec ita remote agens aget sicut egisset si mediū nō fuisset ita densū. ista pȝ ꝑ experientias. nā si pone res manū q̄ est dēsa inter oculū et cādelā:manus ipe diret actionē candele in oculū:si etiā posueris vitrum añ fenestrā nō videbis eque bñ sicut si nō esset.¶ Ter tia suppositio est:ꝙ qñq3 ex tali resistētia multiplicat͡ꝛ ꝛ fortificat͡ꝛ actio ipsius agentis:ꝛ vniat͡ꝛ ꝙ forti⁹ aget ꝛ hoc v͛sus agēs sed tñ nō oportet semꝑ:sicut apparet ex tertia rōne pīcipali.alis idē intēderet seipm.¶ Sȝ notādū circa pmā suppositionē ꝙ aliq̄ agētia nō sūt apta nata agere nisi ad vnā differētiā positiōis ꝛ nō ad oēm:sicut satis patet ex primo argumēto pncipali et ex dictis in prioib⁹ questionib⁹.¶ Tūc sit prima cō clusio.ꝙ si radij vel radius icidēs sup corp⁹ dēsius re flectat͡ꝛ:sup supficiē illi⁹ dēsioris reflectit͡ꝛ:vel in quali bet pte ꝓfunditatis eiusdē:dūmō ptingat. pbat͡ꝛ: q2 oē dēsum reflectit vel pōt reflectere:oē corpus est densum ꝗ oē corpus reflectit͡ꝛ vel pōt reflectere:ꝛ vltra:oē corp⁹ reflectit vel pōt reflectere:ꝛ nō aliud nisi radiū:ꝗ radi us reflectit͡ꝛ sup corpus dēsius.minor rationis premis se pȝ ꝑ primam suppositionem que dicebat ꝙ dēsitas medij resistit in multiplicatione:ꝛ ex hoc ptingit refle xio:sed minor pȝ:q2 oē corpus est rarū vel densum:igit͡ꝛ omne corpus est densum. ꝯña satis apparet saltem in ꝓposito:q2 oē corpus est rarū:oē corpus est densum:sȝ añs manifestum est:q2 si esset aliquod corpus rarū qd̄ non esset densum:ꝗrit͡ꝛ nunquid haberet ptes ꝓpinque iacentes vel non:ꝛ si sic iam esset densū:ꝛ si non iam nō esset corpus.q2 nō haberet partes continuas:quia nō haberet partes ꝓpinquas:minor patet etiā ex septio perspectiue Alacē.ꝛ ex tractatu eiusdem de crepuscu lis:vbi vult ꝙ quantūcūq3 corpus sit rarū:tñ aliquan tulū est densū:ꝛ intēdit ibidē etiā cōclusionē istam pri mam:ꝛ vult ꝙ in supficie reflectat͡ꝛ radius:ꝛ hoc est ve rū si non multiplicet͡ꝛ vsq3 ad ꝓfundū: ꝛ si multiplicet͡ꝛ ad ꝓfundū:tūc pti in supficie ꝛ ptim in ꝓfundo refle ctet͡ꝛ. Si vero supficies non esset plana: tunc lȝ nō ma nifeste appareret reflexio per radios ita congregatos sicut a plana superficie:tamen adhuc reflexio fieret:si cut verbi gratia:si sol radiaret sup superficiem speculi planam seu politam radius reflecteret͡ꝛ satis manife ste ꝛ apparenter. Sed si radiaret sup parietē:non ita manifeste reflecteretur:licet reflecteret͡ꝛ: ꝙ appareret quia totum medium melius illuminatur:ꝛ si radius ī cideret sup aquā nō solū fit reflexio:sed cū hoc aqua ī ꝓfundo illuminatur sicut experimur.¶ Scd̄a conclu sio est ista:ꝙ totus radius veniens a luminoso vel vi sibili ꝑ rarius mediū vsq3 sup mediū densius multe dē sitatis ꝛ plane supficiei reflectitur in seipsum si equa les faciat angulos ex oī latere cū supficie ad quā inci dit. pbat͡ꝛ:nā ex p̄cedenti pȝ ꝙ reflectit͡ꝛ:si sic incidit:ꝛ nō pōt ire ꝑ aliā viā:q2 iā angulus incidētie ꝛ reflexio nis non essent equales:qd̄ est cōtra vigesimā conclusio nem quinti Uitellionis.ergo sequitur ꝙ reflectitur vl̄ reuertitur in seipsum. Ex isto accidit ꝙ homines pos sunt seipsos videre in speculis.qui si sint directe oppo siti radij redibunt sup seipsos ꝛ super eosdem oculos. ¶ Tertia cōclusio sit ista.ꝙ si radius incidit oblique super mediū tale vt premissum est:ꝛ nō faciat ex omni parte equales āgulos:ille reuertitur oblique sic ꝙ re flexus radius cū superficie a qua reflectitur non facit angulos rectos sed facit angulos inequales:ꝛ sic obli que ꝓcedit.ista patet ꝑ vigesimā conclusionem quinti Uitellionis:ꝛ per primā ꝯclusionē libri de speculis:ꝛ ī tractatu iacob alchindi de umbris:ꝛ est rō:q2 angulus incidētie ꝛ reflexionis sunt equales. ꝗ si oblique inci dit oblique reflectetur. Et ex istis cōclusionibus pȝ ꝙ vbi est maior dēsitas ceteris parib⁹:ibi maior reflexio vel fortior:ꝛ minor vbi minor ceteris partibus. Etiā pȝ vbicūq3 est refractio ibi est reflexio:sed nō ecōuerso:q2 fractio nō fit nisi a corpe dēso:ꝛ omne densum reflectit vt visum est igit͡ꝛ vbicūq3 est refractio ibi est reflexio: sȝ ꝙ nō ecōuerso:pȝ q2 aliqd̄ est corpus ita dēsum ꝙ nul la fractio ī eo fieret:nec penetratio radij:sicut pȝ ī spe culis calybeis vel ferreis vbi non fit penetratio: saltē sensibilis.¶ Quarta conclusio est ista: que incidētali ter predictis potest addi.ꝙ in omni alteratiōe corpoꝝ seu corporali et extensa fit aliqua reflexio. pbatur:q2 omnis virtus alteratiua multiplicatur:sicut radij mul tiplicantur:sed radij reflectuntur per precedentes cō clusiones:ergo.minor patet per Lincomensem in tra ctatu de radijs.similiter per Cōmenta.in scd̄o de aīa. similiter pȝ in singulis virtutibus alteratiuis.¶ Sed tamen notandū ꝙ ille virtutes alteratiue sunt valde diuerse:quia quedam multiplicant se vel producunt si bi simile valde velociter.alie autem primo producunt aliquid mediante quo cum agente producitur aliquid et sic satis tarde ꝛ successiue. Exemplum primi : sicut lumē quod valde cito ꝓducitur a luminoso: vñ si subi

to luminosum approximaret vel pñtaret medio illu-
minabili tã cito illuminaret ptẽ ꝓpinquã sicut remo-
tã:ĩmo tantũ faceret quãtũ põt facere statim:nec face
ret plus si staret centũ annis ꝙ̃ fecit in principio.Exẽ
plum scdi sicut caliditas ignis vel alterius ⁊ aliorum
similiũ:dato enĩ ꝙ subito calidũ pñtaret calefactibi
li nõ hñti ꝯ̃ruam qualitatem:adhuc non subito ꝓduce
ret totã caliditatẽ:nec ꝑ tantam distãtiã in principio
sicut in fine:qꝛ ex natura sua ꝓducet ⁊ adiuuabit ꝑ id
quod ꝓductũ est ad ꝓcedendum vlterius intensius vł
remotius.Et ex illo pꝫ ꝙ ꝗuis essent medium dispositum
presente igne hic qui ageret in partẽ immediatã
qualiditatẽ eque sibi intensam:non tamen subito com
bureret aliquid qđ valde distaret:qꝛ oportet qđ aliqđ
prius ꝓducaṫ mediante quo posset vlterius agere:se-
cus aũt est de luminosis et agẽtibus que nõ iuuanṫ ab
effectibus ꝓductis:⁊ huius causa est natura q̃ sic dis-
posuit.¶ Sed notandũ ꝙ quedã sunt virtutes altera
tiue que valde impediunṫ a diuersitate medij vel passi
⁊ alie nõ.Exẽplũ primi sicut lumẽ: exẽplum scdi sicut
influentie.de quibus dictũ fuit in quadã questione pri
mi:magnes enĩ per influentiã faceret ferrũ moueri si
lignũ esset inter mediũ inter ferrũ et magnetẽ: sicut si
solus aer esset in medio:dũmodo dẽsitas ligni nõ impe
diret motũ ferri.¶ Item alique virtutes agũt bene re
mote alijs virtutibus secũ coextensis non potentibus
eque remote agere:sicut visus ignis ageret bene in no
cte speciẽ lucis valde remote:et tamen non potest per
tantã distantiã agere calorẽ ꝗuis calor ⁊ lux in eodẽ
igne extẽdanṫ. ¶ Iterũ alique ꝟtutes iuuanṫ ꝑ dẽsitã
ad agendũ intensius:alie aũt nõ:sed impediunṫ:⁊ hoc
pꝫ in caliditate ferri quod intensius agit cum sit densum
ꝙ̃ si aliquod rarum esset eque calidum.

His visis dicendũ est ad rationes.Ad
primã qñ dicebaṫ:sequereṫ ꝙ duo accidentia ⁊c.dicen
dũ ꝙ hoc est possibile:qꝛ possum habere talẽ conceptũ
aĩal aĩal est:homo homo est.Ubi sunt duo cõsimiles
in aĩa conceptus.Ad ꝓbationem.v.metaphy. dico ꝙ
Aristo.intelligit de differentibꝰ specie terminis:ꝙ ter
mini significantes vnũ ⁊ idẽ subiectũ differunt specie.
sicut musicum et albũ signãt forte:differunt tñ specie.
aliter põt dici ꝙ radius incidẽs ⁊ reflexus faciũt vnũ.
¶ Ad argumenta q̃ ꝯ̃ hoc erant: qñ dr̃ idem agẽs ⁊c.
conceditur:qꝛ hec est natura quorũdam agentiũ natu
raliũ intentionaliũ : ꝙ pñt agere ante se et non retro.
¶ Ad aliud qñ cõfirmaṫ ꝙ idẽ esset cũ efficiẽs ⁊c.ne-
gaṫ:sed bene ꝯcediṫ ꝙ cũ efficiens cũ effectu vnũ põt
componere : sicut posito ꝙ aliqđ subiectũ sit calidũ ⁊
ꝑꝑ aliquã dispositionẽ subiecti aliq̃ pars q̃ nõ fuit ad
huc calida calefieret:tota caliditas esset vnus calor:
tñ ibi essent efficiens ⁊ effectus cõponentes illũ calorẽ
¶ Ad aliã confirmationẽ qñ dicebaṫ de luminosis ꝙ
agerent:põt dici ꝙ dato ꝙ radij diuersi ꝯponerẽt vnũ
tñ adhuc nõ esset eque intensum lumẽ in quolibet pũ-
cto medij:qꝛ ista lumina sic extensa nõ pñt eque agere
ad oẽm differentiã positionis in quolibet pũcto medij
sicut in extremitatibus medij ꝓpe luminosa. Uel aliṫ
põt dici ꝙ actio luminis sumiṫ ꝑ lineã distãtie actiõis
q̃ fit ab agente:sed reflexio fit ꝑ distãtiã ad agẽs.Et ꝓ
pter hoc impediṫ ne vndiqꝫ sit equalis intensior vñ si-
cut velocitas q̃ aliqđ a non gradu inciperet intendere
motũ vniformiter difformiter:esset vniformiter; diffor-
mis tñ sumẽdo tarditatẽ a gradu ad quẽ terminabiṫ
intẽsio vsqꝫ ad nõ ꝯ̃dũ velocitatis tarditas nõ eẽt vni
formiṫ difformis imo valde difformis : qꝛ ꝓcederet ad
gradũ infinitũ tarditatis. Adhuc aliter põt dici ꝙ ra

les radij nõ cõponãt vnũ. ¶ Ad aliud qñ dr̃ infinita ri-
cta entia ⁊c.cõcediṫ.nec est incõueniens:nec sequiṫ ꝙ
ex hoc fiat infinitũ.Etiã posset dici ꝙ non cõcurrũt in
finiti radij:quia radius nõ est solũ linea indiuisibilis
ſm longitudinem ⁊ ꝓfunditatem:sed est multum diui
sibilis.¶ Ad aliã de vmbris et foraminibus : dicendũ
ꝙ natura radiorum qui cum talibus extrinsecis admi
nĩtibꝰ agũt ad vnã differentiã sic ꝙ nõ ad aliã.¶ Ad
secundum principale qñ dicebaṫ.capiaṫ a.b.⁊c.admit
taṫ casus:⁊ cõcediṫ ꝙ in a.b.reflectitur radius. Ad i-
probationẽ in nulla pte a.b.⁊c. Est dicendum ꝙ capiẽ
do diuisionẽ vt ibi positũ fuit cõcedendum esset ꝙ nec
ĩ prima pte fiet reflexio:nec in secũda:nec in tertia: tñ
negatur ꝙ in nulla:⁊ causa est:qꝛ faciendo diuisionem
econuerso videlicet ꝙ ptes minores ꝟsus a.terminen
tur:tunc in prima pte fit reflexio.Iterum in prima pte
cum secunda:⁊ sic in infinitũ ⁊ eodem modo diceretur
si fieret argumentũ de refractione. ¶ Ad tertiũ prin-
cipale.negatur ꝯ̃ña. Ad ꝓbationẽ:quia ille radiꝰ ⁊c.
admisso casu põt dici ꝙ non facerent visum.tñ non fit
intensior radius ꝑꝑ talẽ additionẽ : ⁊ dato ꝙ facerent
visum adhuc minus intensum additum magis intẽso
nõ facit intensiorẽ.¶ Ad aliud seqreṫ ꝙ accidens mo
uereṫ ⁊c.dictũ est in notatibus ꝙ nõ oportet ꝙ fiat ta
lis motus in reflexione.¶ Ad aliã conceditur ꝙ a solis
dẽsis sed non a solis speculis.Ad ꝓbationẽ cõceditur
ꝙ magis manifeste apparet in illis.nihilominꝰ ẽt fit ĩ
alijs.¶ Ad aliã.si hoc esset ⁊c.ꝯcediṫ. Ad iprobatio-
nẽ:qꝛ nullũ est planũ inferioribus.dicendum ꝙ immo
¶ Ad cõmentatorẽ dr̃ ꝙ loquiṫ de planis secũdum to
tũ ⁊ secũdũ vnã superficiẽ:⁊ forte nullũ tale est: sed suffi-
cit ꝙ sit aliqđ planũ ſm vnã superficiẽ:si etiã non fieret
a planis sufficeret ꝙ a politis corporibus fieret refle-
xio vel a densis:⁊ sic pꝫ questio ⁊c.

Questio.IIII.



Quarto queritur vtrũ
aliquis radiꝰ visualis possit ab
aliquibus speculis vel corporibus
sic incidere ꝙ reflectatur repre-
sentans solum colorem:⁊ non fi-
guram. Arguitur ꝙ non qꝛ vel
talis radius [illegible]
vel specula [illegible] nullũ illorũ po-
test poni quia figura cum colore repñtãtetur:ergo ⁊c.
ꝯ̃ña pꝫ de se:⁊ añs quo ad primam partẽ ex diuisione
sufficienti:sed quo ad secundam pꝫ:qꝛ oẽ speculum est
figuratũ:igiṫ si seipm̃ representat representat figuram
et non solum colorem:⁊ si res visa per specula repñtaṫ
cũ q̃libet res visa sit figurata sicut est colorata: sequiṫ
etiã ꝙ figura repñtaṫ.¶ Secundo.ſm plures ꝑspecti
uos nihil videṫ ꝑ speculum nisi res extra speculum:in
quo est apparẽs esse.sed quelibet talis res est colorata
et figurata:⁊ sic apparet siue extra locũ in quo est siue
intra semper representatur sub figura:ergo non repre
sentat colorem ⁊ non figuram : consequentia patet:⁊
añs ꝓbatur:nam dicunt quidam ꝑspectiui ꝙ non vi-
detur imago in speculo:sed res que apparet esse extra
locũ in quo est.⁊ est cã: qꝛ si imago videretur : videreṫ
ad oẽm differẽtiã positionis.circũquaqꝫ circa speculũ
sed hoc est falsũ:vt pꝫ ꝑ experiẽtiã.ꝯ̃ña vltima tenet:ꝑ
illos qui dicunt ꝙ omnis forma naturalis ꝑ talẽ mo-
dum multiplicat se:puta omniquaqꝫ indifferenter. Et
hoc cõfirmant auctoritatibus aliorum perspectiuorum
sicut Uitellionis in quinto perspectiue in commẽto ꝓ
positionis.xxvij.que dicit ꝙ forma sensibilis non in-


format ipm speculū sicut forma naturalis suā materiā patet ex hoc: quia nō in omni differentia positionis videtur forma in speculis a quibuscunq̃. nam aliquis accedens ad speculum fixum videt formā quā prius non vidit: et recedēs a loco visionis forme prius in speculo fixo vise non amplius videt illā: ita q̃ vult dicere q̃ non erit forma in speculo impressa que videatur: sed solum res que est extra. ¶ Tertio. si sic: q̃ nō habētia colorē per talia specula videri non possent: hoc est falsum: cōsequentia tenet: quia non videmus nisi magnitudinem et colorem: sed falsitas patet: quia multa sunt luminosa: sicut sol: luna et huiusmodi nō colorata que per talia specula videri possunt: vt patet per experientiā. ¶ Quarto. si sic: hoc eēt propter paruitatem speculorum. consequentia tenet: per dictum Aristo. in litera: circa quod incidit questio: quia specula sunt sensibilia: et ideo impossibile est apparere figuram: quare semper videbitur eē figure diuisibilis. sed probatur cōsequens esse falsum: quia specula parua consimilem figuram representant hic apud nos sicut magna: quod videmus per experientiam: et si non: ponatur ergo q̃ paruum speculū ponatur ita propinquū q̃ figuram cum colore representet: et magnū ita remote q̃ appareat equalis figura per paruum: et per magnum: et ponatur q̃ vtrunq̃ remoueatur a visu in eodem medio dyaphano: vel q̃ maius speculū velocius remoueatur quousq̃ eque cito disparent figura i magno speculo: sicut in paruo: quo posito: cum eque bene non appareat figura in magno: sicut in paruo: q̃ hoc nō est propter paruitatē speculi: imo si speculū esset infinite magnum stante casu iam imaginato hoc contingeret. Et confirmatur: quia recedente speculo aliquo in quo apparēt color et figura: non potest dari aliquis locus quin eque bene disparet color sicut et figura: vel ad minus color apparebit diutius in magno speculo q̃ figura: et ideo hec ratio nō erit propter paruitatem speculi. ¶ Quinto. si sic: hoc maxime esset per specula concaua spherica: hoc consequens est falsum: et cōsequentia tenet: quia per experientiam videmus q̃ oculo posito in centro speculi concaui apparet color rerū visibilium et non figura. sed consequens probatur esse falsum: quia si nulla figura appareret in oculo existēte in centro speculi concaui q̃ apparebit color sine magnitudine vel sine figura. cōsequentia tenet de se: sed hoc probatur esse falsum: quia figura et magnitudo sunt idem: et sensus exteriores nō percipiunt aliquid sine magnitudine vel sine figura: ergo. consequētia tenet de se: sicut patet in libro de sensu et sensato: et in secundo de anima: ideo nō potest sentiri color sine figura. ¶ Sexto. si sic: igitur a fortiori color posset intelligi sine figura: qd̄ est falsum: cōsequentia tenet: quia si potest sentiri sine figura potest intelligi. sed falsitas probatur: quia tunc corpus posset intelligi sine magnitudine: et lōgitudo sine longitudine: magnitudo sine magnitudine: qd̄ videtur impossibile: sz consequētia patet: quia ois color est magnitudo et est corpus. ¶ Septimo. si sic: tunc figura posset apparere sine colore: hoc est falsum: vt patet inducendo in singulis: sed consequentia tenet a simili. ¶ Iterum. nil potest videri sine triangulo vel pyramide: cuius conus est in centro oculi: secundum perspectiuos: igitur non sine figura. ¶ Iterum. figura est prior colore: igitur prius videtur: consequētia tenet: quia sicut res habet se ad esse: ita se habz ad cognosci. sz antecedēs patet: quia consequentia subsistendi non conuertitur a figura ad colorē vel coloratum: quia nō sequitur: figura est: igitur color est: licet e conuerso. ¶ Itē. si sic: vel color appareret sub magnitudine finita vel infinita. non secundo modo: quia hoc est impossibile: nec primo modo: quia si sub magnitudine finita: igitur sub figura: et habetur propositum.

In oppositum est Arist. in litera: cum dicit q̃ in quibusdam speculis apparēt solum colores talia autem sunt quecunq̃ parua speculorum: et subdit causam: videbitur enim eē diuisibilis ois figura: ois enim figura simul videtur esse figura et diuisionem habere. hoc idem dicit in .vij. cap. de iride.

Pro questione notandum q̃ specula sunt in multiplici differentia: nam quedam sunt plana et alia conuexa: alia columnaria: alia pyramidalia: alia concaua: et consimiles habent differentias et figuras: et hoc de speculis regularibus: sed de irregularibus infinitis modis differentie possunt poni. Suppositis igitur dictis in alijs questionibus alique suppositiones sunt premittende. ¶ Prima est: q̃ in omni speculo regularis figure angulus incidentie angulo reflexionis est equalis. hec patet per secundam quinti Vitellionis. et per Jacob alkindi de vmbus. ¶ Secunda est: q̃ si per aliquod planum speculū diuersi radij visuales perpendiculariter inciderint: isti sunt equales vel eque distantes: qd̄ patet: quia duo anguli intrinseci quando duabus lineis rectis tertia superuenerit sunt equales duobus rectis: ergo sunt eque distantes: per vigesimā octauam et vigesimā nonā primi Euclidis. ¶ Tertia: q̃ si due recte linee vel radij super idem speculum cōuexum ex eodem latere perpendiculariter inciderint vtraq̃ earum in continuum et directe protracta iret ad centrum. ista patet: quia perpēdiculares super speculum cōuexum sphericum dicuntur tales: que ad superficiem incidentes procedunt ad centrum. Et etiam hoc patet ex precedentibus questionibus. et ex hoc patet: q̃ iste essent concurrentes: quia in puncto centri speculi: et per consequēs non eque distantes. ¶ Quarta suppositio: q̃ si in speculis concauis radij perpendiculares insisterent: illi procedunt a centro: aut in cētro concurrent: nec essent eque distantes. hoc patet eodē modo sicut precedens.

Istis dictis ponūtur alique conclusiones. Prima est: q̃ ad hoc q̃ speculū representet aliquā rē totā: et hoc speculum planum: requiritur q̃ sit equale rei vise: vel maius. istam probant per primam et secundam suppositionem. nam si a.b. directe opponatur speculo c.d. plano: tunc per primam suppositionem anguli incidentie et reflexionis cum sint recti erunt equales igitur fiunt per lineas eque distantes et perpendiculares: et idē nō potest hoc esse in minori speculo. ¶ Ex quo inferunt correlarie: q̃ tota figura non appareret in minori speculo plano: q̃ sit res speculata. ¶ Secūdo infertur: q̃ res apparet tanta in tali speculo plano: quāta apparet vel appareret si ipa esset vbi est illud speculum planum: et hoc suadent per hoc: quia si non: tunc radij nō essent perpendiculares: neq̃ eque distantes a speculo. ¶ Item inferunt q̃ aliquando potest apparere res maior in illo speculo: q̃ res extra appareat. s. quando res est magis remota q̃ speculum. ¶ Secunda conclusio illorum est: q̃ tota res potest apparere in speculo conuexo minori ipsa re: non tamē quantūlibet minori. probatur per primam et tertiam suppositiones: quia si res presentatur directe et opponatur: tunc species representatur per radios perpendiculares supra conuexum: qui vadunt approximando per tertiam suppositionem: q̃ minus occupāt de spatio q̃ ille res extra. et ita argueretur si oblique opponeretur. ¶ Ex hoc inferunt correlarie: q̃ res apparet minor in speculo conuexo q̃ appareret si eēt vbi est speculum: et ex hoc etiam sequitur q̃ conuexum minus / pōt representare totā figuram maioris rei vise

licet non in quacunq; distantia. ¶ Ultima conclusio istorum est: ꝙ ad hoc ꝙ speculum concauum representet totam rē et totam figurā: opꝫ ꝙ ipm̄ sit maius ista re. ꝓbatur ꝑ primam et quartam suppositiones: quia ꝑpēdiculares magis distant approximando ad speculum: ergo sequit̄ ꝙ res sit minor ⁊ occupet maiorē locū in speculo q̄ sit resmet. ⁊ hoc dicūt faciliter apparere in figura. ¶ Et ex ista inferunt ꝙ in tali speculo cōcauo res semꝑ apparet maior q̄ sit. ¶ Item inferunt ꝙ in speculo columnari siue sit concauum, siue conuexum res app̄et alterius figure q̄ sit secūdum rei ỽitatem. diuersitas est ex quo secūdum longitudinem colūne apparēt magis oblonge: secundum latitudinem verum apparēt breuiores. ⁊ causa est vt dicunt: quia secūdum lōgitudinem sunt linee recte: sed secundum latitudinē linee recte ꝯcurrunt vel ꝯtinue plus separantur: sicut patet ꝑ primam conclusionem: ꝙ res apparent tāte q̄te sunt in planis: sicut in colūnaribus quo ad longitudinem: sed sicut per secundam ⁊ tertiam in conuexis speculis apperent minores: sic secundam latitudinem colūne quo ad cōuexum: ⁊ secundum longitudinem apparent sicut in planis. sed quo ad cōcauū apparēt maiores. ⁊ sic similiter suo modo fierēt diuersimode in speculis pyramidalib⁹ cōcauis vel cōuexis ꝓportionaliter. quia talia sunt mixta ex colūnaribus ⁊ sphericis. sꝫ q̄uis suppositiōes p̄cise sunt vere et necessarie: tamen conclusiones ibi illate cum correlarijs apparent esse false. ⁊ ꝓpter hoc ponende sunt alie conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ si radij visuales incidētes a rebus visis ꝑ specula plana reb⁹ directe vel oblique obiectis non requirit̄ ꝙ specula plana semꝑ rebus visis sint equalia: sed speculum planum pōt esse minus in duplo vel in triplo ⁊c̄. q̄ ipsa res visa sit. ¶ Ex quo patet primā cōclusionem precedentē esse falsam. probatur: sit enim a.b. visibile in duplo maius c.d. speculo plano: ⁊ sit eque distās seu directe oppositum: ꝓcedat ergo radius ab ipso b. super d. quod fieri potest: quia quodlibet pūctū a.b. visibilis hemispherialiter radiat ad minus si non fuerit impeditū: ⁊ hoc ꝑ lineas rectas ab eodem puncto b. eductas. reflectatur ꝗ b.d. radius oblique incidēs suꝑ planum speculum ad punctum e. secundum equalem angulum reflexionis: sic ꝙ angulus e.d.c. sit equalis angulo incidentie: et hoc oportet ꝑ primam suppositionē: similit̄ ab a. puncto suꝑ c. incidat oblique radius qui reflectat̄ suꝑ e. ⁊ sit e. centrum oculi: ⁊ sic a.b. qđ est maius c.d. videt̄ totalit̄ ꝑ e. ꝗ nullo mō requirit̄ c.d. speculum esse maius vel equale: sed immo potest esse minus in duplo: qđ fuit probandum.



Eodem modo argueretur de quibuscunq;. Nec potest dici ꝙ puncta intermedia inter a. et b. non habent locum inter c. ⁊ d. quia detur quicunq; puta f. medius ⁊ incidat super g. medium pūctum speculi vel alium locum: ⁊ reflectatur secundum equalem angulum: sic ꝙ radius reflexus veniat suꝑ e. ꝗ punctus f. videt̄ ab oculo: ⁊ sic arguitur de quolibet puncto medio. Sed correlarium cōclusionis satis patet de se. ¶ Secunda conclusio: ꝙ q̄tum ad cōuexa specula tota res potest apparere in conuexo speculo maior vel minor: dūmodo magnitudo speculi sit sensibiliter magna: ⁊ hoc demōstrat̄ modo p̄dicto: dūmodo ad figuram precedentem vna circūferentia transiēs ꝑ c.d. vel portio sphere addat̄: ⁊ tunc vt prius probat̄ ꝑ suppositiones: quia a.b. qđ est maius videtur per c.d. speculum minus ab oculo e. sicut prius ductis lineis incidentibus et reflexis: sꝫ tamē non fiet istud secundum ꝙ dixerunt illi de opinione priori: quia a.b. non videt̄ ꝑ radium incidentem suꝑ conuexum speculum ꝑpendicularē ab ipso b. procedentē: immo si recte ꝓducerent̄ radij incidētes non concurrerent in centro speculi semꝑ: sed quandoq; vltra: quandoq; citra: q̄uis tamē verum sit ꝙ res apparet eē in cōcursu radij visualis recti: cum linea a cētro rei vise ducta in centrum sphere: si speculum sit cōuexum. Sed ille linee non sunt que incidant ⁊ reflectunt̄ semꝑ vel non semꝑ sunt tales. Et ista conclusio intelligenda est de vno solo speculo: quia ꝓpter plures pōt inueniri cauillatio: ⁊ debēt eē specula in eodem medio vniformi cū re visa ⁊ oculo: ne ꝓpt̄ refractionē radiorum contingat cauillatio. ¶ Tertia conclusio: ꝙ ad hoc ꝙ speculum concauum rep̄sentet totam figuram non oportet ꝙ sit maius isto quod speculat̄: sed potest esse minus: qđ probat̄: quia ponat̄ ꝙ a.b. sit aliquātulum magnū: vt puta: distentia oculoꝝ faciei vnius hominis: ⁊ sit d.c. portio speculi cōcaui minor q̄ sit distātia a.b. ⁊ incidit radius a puncto b. suꝑ c.d. secundum equalē angulum reflectat̄ suꝑ a. ⁊ alius radius ab oculo a. incidat suꝑ punctum d. et reflectat̄ scđm equalez angulū suꝑ b. sic ꝙ a. videat b. ⁊ b. videat a. tūc cum a.b. sit maius c.d. ⁊ videantur ꝑ speculum concauum minus: non requirit̄ ꝙ ipsum speculum cōcauum sit maius. Ex qua conclusione pꝫ falsitas vnius conclusionis precedentis. pes. to ꝙ a.b. sit in certo situ inter centrū ⁊ peripheriam. ⁊ bene certum est ꝙ imago rei vise apparet maior q̄ sit res visa: licet tamē sit minor speculo. Et ex isto patet correlaria precedētis opinionis esse falsa: quia fundantur suꝑ eo ꝙ imago occupat locum maiorem re visa. ⁊ hoc est falsum. Et ex hoc patet correlarium tertie conclusionis esse falsum.

Ad argumenta illius opinionis. Ad primum admitto casum ibi positum: et cum dicitur ꝙ anguli incidentie sunt recti: conceditur ꝙ aliqui sunt maxime in casu posito: et concedit̄ ꝙ aliqui sunt equedistātes: sꝫ ꝯsequētia non valet: ꝙ ergo non pōt in medio apparere: quia imaginatur ꝙ ab ipso b. non procedat alius radius nisi perpendicularis quod est falsum: immo a.b. super quēlibet punctum c.d. speculi radij recti ꝓcedunt: licet a⁹ij ⁊ alij suꝑ alia ⁊ alia puncta ⁊ si ergo non videt̄ ꝑ radios ꝑpendiculariter incidentes poterit videri ⁊ videbit̄ ꝑ radios oblique incidentes ⁊ reflexos oblique. ¶ Ad aliam rationem que fuit pro tertia cōclusione de speculis cōcauis. Dicendum ꝙ radij visuales non omnes nec semꝑ magis distant: immo possibile est ꝙ concurrant si directe protrahent̄ sed tamen res vise ꝑ illos apparent distare: et propter hoc res apparet maior: q̄uis imago ⁊ locus imaginis suꝑ speculū eēt minor re visa. et ista patēt ꝑ experientiā ⁊ ex octauo ⁊ nono ꝑspectiue Uitellonis.

His visis dicendum est de aliis speculis que sunt differentia a prioribus asperitate ⁊ lenitate. Unde quedam specula habent sugficies simplices ⁊ bene lenes per totum. Sed alia habēt sugficies compositas ex multis curuis ⁊ multis rectis sugficiebus


similiter iste recte et curue superficies sunt ita parue q̄ vna tota imago non pōt sensibiliẗ oculo apparere sub figura determinata: et hoc q̄tū ad ista specula est supponendū q̄ imago non appet nisi reflexio sit vniformis ⁊ determinata. ⁊ ista suppositio p₃ q: ad experiētiā videm⁹ q̄n frangim⁹ vnū speculū in multas minutas ptes q̄ non possum⁹ videre vnā faciē integrā: vel aliā figurā magnā in qualibet pte: saltem in oī existētia. ¶ Et de isto sit prima ꝯclusio. q̄ speculum nimis asperū vel figure inordinate nō rep̄sentat totā vnā figuram totius rei vise. pbaẗ ex suppositione iā p̄missa: q: op₃ q̄ haberet figurā planā: ⁊ non haberet asp̄itatē nimiā: sicut tamē supponiẗ habere ⁊ sic q̄relibet pars vel totis ... ⁊ hoc ꝯclusione p₃: q̄ q̄uis ptes parietis vel alterius densi q̄lꝫ rep̄sentēt colorē similem colorib⁹ obiectoꝝ p̄sentiū: tā nō rep̄sentāt figurā. Et ex isto p₃ r̄nsio ad q̄sitū. videlꝫ q̄ aliq̄ specula possunt sic reflectere q̄ appeat color ⁊ nō figura. ¶ Sed notandū q̄ adhuc sunt alia specula valde varia: q: q̄dā sunt valde rara: ⁊ alia valde densa. exēplū de densis sicut vitrea chalybea: de raris sicut aer ⁊ aq̄ vapor ⁊ hmōi q̄ non sunt multū densa. ¶ Etiā de istis sit hec ꝯclusio: q̄ rara specula quātācūq̄ rara si sunt sufficiētis magnitudinis ⁊ plana reflectūt colorē ⁊ figurā: licet nō oībus eque sensibiliẗ si nō sint speditar. pbaẗ: quia quolibet raro potest dici rarius: ideo concurrēte minus raro eo q̄ð in eas fit reflexio: vt p₃ ex q̄stione p̄cedēti. ⁊ ideo dictum fuit q̄ quodlibet medium quantūcūq̄ rarum simul reflectit et refrangit. ¶ Sed alia pars conclusionis: q̄ non omnibus eque sensibiliter: patet: quia vnus quādoq̄ videt q̄ð non alter. ⁊ ideo dicit Arist. de Antiphonte: qui vidit speciē suam vel seipsum in aere ante se. de quo videbitur post ea. an sit verum vel non. ¶ Deinde dicēdum est de alia diuersitate speculorum. videlicet. q̄ quedam sunt magna et q̄dā valde parua. de magnis dictū est. ¶ Sed de paruis sit cōclusio responsalis ad quesitum. q̄ quedam specula parua possunt reflectere radios visuales sic q̄ eadē specula rep̄sentant colorē tantum: ⁊ non figuram rei vise: ⁊ hoc ppẗ nimiam paruitatem ⁊ indistantiam respectu oculi dati ceteris paribus. et ista ex dictis prioribus patet: ⁊ p experientias inueniẗ: ⁊ patet etiā q̄ satis magnū speculū in aliquo situ dato potest rep̄sentare colorem ⁊ nō figuram. sicut patet de speculo cōcauo: oculo posito iuxta centrum. et ppẗ nimiam paruitatem: etiam quandoq̄ impeditur angulus incidentie ⁊ reflexionis: ne fiat reflexio ad determinatum situm. Et ex isto patet q̄ si plurima talia specula forēt sibi iuxtaposita non redderēt figurā sed colorē. ¶ Ex istis dictis p₃ quomō halo potest apparere reflectēdo lumen lune vel solis ⁊ non figuram: ⁊ hoc si fiat p reflexionem. et hoc est q̄ð voluit Aristo. in litera: cum dicit oportet aūt intelligere cōtinua specula: sed ppter paruitatē vniquodq̄ quidē insensibiliter. Et sic similiter de iride est imaginādū. Sed p̄ter istas diuersitates ē alia diuersitas. s. secundum situm: quia aliqua sunt specula sic sita: q̄ directe sunt opposita rebus obiectis: et si talia sunt plana: tunc aliqui anguli incidentie aliquibus angulis reflexionis sunt equales: et sunt recti. Si autem sunt spherica specula conuexa: ⁊ radij recte incidāt: ambo sunt minores duobus rectis: quilibet per vnū angulum contingētie est maior recto. ⁊ si sunt spherica cōcaua minores duobus rectis: quilibet p vnum sed si oblique opponatur rei: ⁊ radij oblique incidant: tūc angulus incidentie angulo reflexionis est equalis sed vterq̄ istoꝝ est minor recto: ⁊ hoc equaliter: et hoc siue cōtingat super plana specula siue sup qualiacūq̄ et secundum hoc accidunt multe diuersitates: quia si

radij oblique incidāt ⁊ nulli recte: tunc oportet visum esse in termino recte reflexe oblique: aliās nō videbit. Si vero radij recte incidunt: tunc oportet visum esse directe oppositum: sed si aliquod obstaculum interponatur: tūc nō videbitur. etiam si aliquod medium per speculum coloratum interponatur reddit visibilia taliter colorata apparere: scilicet colore medij: sicut apparet de visis p vitra rubea que apparent rubere: ⁊ sic similiter eēt de alijs. etiam medium interpositum posset quandoq̄ sic esse figuratum: q̄ licet non variaret colorem faceret transpositionem in apparitione imaginis rei vise: sicut si quis recte inspiciens speculum conuexū vel concauum: ⁊ interponens intra visum et speculū vrinale sphericum plenum aqua mūda: apparebit imago trāsuersa. s. frons ⁊ crines inferius: ⁊ mentū ⁊ collum superius: ⁊ hoc accidit ppẗ figuram īterpositi. ¶ Istis positis inferunt quidam q̄ si non sit obstaculum inter speculum ⁊ rē: tunc quelibet pars rei appet in qualibet pte speculi: sic q̄ in qualibet pte apparet oculus: similiter in qualibet parte nasus: ⁊ in qualibet pte os: ⁊ sic de alijs: sꝫ tamē non omnia ab eodem situ appent eidem oculo sed in diuersis: quia vbi mihi apparet nasus ibi vni alteri apparet oculus: et tibi os: et sic de alijs. et istud est pro conclusione mea prima contra illos: dixi eīn q̄ b. radiaret hemisphęrialiẗ ad medium ⁊ sup speculum c.d. et sic p consequens ex dictis ponētium oppositum videẗ sequi propositum. ¶ Ad huc sunt alia specula diuersa secūdum colores. nā sunt aliqua specula colorata: licet non multum intēse: ⁊ ista faciunt res appere consimilibus coloribus sicut sunt ipsa specula: sicut si quis inspexerit speculum rubeum apparebit rubeus: ⁊ si quis īspexerit superficiem lacteā appebit albus: ⁊ si quis superficiem nigram appebit niger vel remisse alb⁹. ¶ Sed diceres: ad quid valet ista diuersitas speculorum? Dicēdum q̄ valet ad sciēdum quot modis decipimur p specula: quia secūdum diuersitatem speculoꝝ contingunt diuersi effectus: vt experiētia docet. ⁊ etiam intellecta hac diuersitate intelliguntẗ dicta Aristo. in litera: quomō aliqua specula reflectūt colorem ⁊ non figuram: ⁊ quomō iris possit apparere tanq̄ p specula. ¶ Item alie diuersitates contingunt ⁊ deceptiones: ⁊ hoc ppter diuersam polituram speculorum. vt si ꝯ̄sus vnam differētiam politura sit in longum p̄tracta plusq̄ in alia: tunc appent imagines esse retro speculum longiores ꝯ̄sus istā partem vbi est politura lōgā ⁊ breuiores ꝯ̄sus aliam: ⁊ ex hoc contingunt deceptiones q̄ homo inspiciēs vno modo speculum appet valde oblōgus: sed alio modo appet latus. Et de causis omnium istorum dicunt p̄spectiui q̄ ista fiunt ppter concursum diuersum radij visualis cū catheco. i. ppendiculari. ¶ Ulterius notādum q̄ aliqui volunt q̄ non appet imago nec species in speculo: sꝫ solum res extra videẗ in speculo p lineam reflexam: ⁊ non aliqua imago: sicut aliqua res videẗ per radium refractum per diuersa media. sed tamen videtur q̄ non oporteat. Unde imaginor q̄ si quodlibet actu in medio vel in speculo vel iuxta speculum conseruetur visa ⁊ radiante destructa: ⁊ maneat oculus vidētis sicut prius: tunc talis oculus continue videt: ⁊ non rē visam que presentialiẗ radiant: q̄ imaginor: ⁊ non minus nunc q̄ tunc: q̄ nunc imago videẗ. ⁊ similiẗ imaginor q̄ videaẗ imago in speculo per lineam rectam: sed res visa per lineam reflexam: vel p lineam reflexam ⁊ incidētem simul. ⁊ quia imago est debilior recta ⁊ vera similitudine visibilis: que p radium rectum sine reflexione causareẗ: adeo homo faciliter obliuiscitẗ de facie sua quādo vidit se in speculo: licet eā pluries viderit

se ipsum in speculo: citius tamen obliuiscitur vel ignorat dispositionem faciei sue ꝙ si vidisset vnum aliud semel vel bis. ¶ Et confirmatur hoc: quia si imago rei vise esset solis: stante casu predicto: et per imaginationem sole destructo oculus videntis continue lederetur et debilitaretur: quod non esset nisi esset ibi aliquod ledens: et si fieret in concauo speculo: radij reflexi comburerent stipulam vel combustibilia: quod non esset nisi aliqua res ibi realiter existeret: et non solum apparens et non existens. ¶ Item sicut intelligo intellectionem et chymeram vel Julium Cesarem: absque hoc ꝙ aliqua res agat extra: ita consimiliter posset esse si imago conseruaretur in speculo: luminoso vel visibili destructo.

His visis dicendum est ad rationes principales. ¶ Ad primam dicitur: ꝙ tam speculum ꝙ res: sed tamen conceditur ꝙ non oportet ꝙ sub equali vel consimili figura semper appareat vel magnitudine. Cum dicitur: ꝙ speculum videtur sub figura etc. Dicendum est ꝙ pars rei apparet sub figura et non consimili sicut est: nec etiam sicut tota est: sed bene color totus apparet: si non fuerit impeditum. sicut dictum fuit in vna conclusione. ¶ Ad aliam rationem negatur antecedens. ad probationem quando dicitur: tunc appareret ad omnem etc. dico ꝙ non oportet. Ad probationem: omnis forma etc. dicitur ꝙ non: quia falsum est de tali que naturaliter est determinata ad agendum secundum angulos determinatos: ꝙ sic aliquid representat per vnam differentiam ꝙ non vbique. et sic est de imagine speculi. vnde quamuis paries per albedinem videatur vndique: tamen non est sic de imagine speculi: et sic est diuersitas inter formas intentionales: sicut imagines in speculo: et species in medio: et alias formas corporales grossas. et hoc voluit Uitellio in quinto perspectiue: sicut etiam visum fuit primo in alijs questionibus. ¶ Ad confirmationem quando dicitur si daretur imago videretur esse species: sed nulla talis videtur. Dicitur ꝙ immo aliqua talis videtur: licet non omnis: puta ista que est in denso sensibiliter: sicut est de imaginibus in speculo: sed non oportet de illis que sunt in raro sicut in aere: et causa est natura que sic ordinauit. ¶ Ad aliam. Dico ꝙ color sumitur hic indifferenter. s. pro lumine et pro colore et pro luce: quia forte sunt idem: et ideo ratio non procedit de corporibus celestibus luminosis. ¶ Ad aliam. hoc esset propter paruitatem. conceditur ꝙ quandoque sic est. Ad improbationem. specula parua etc. Dico ꝙ possent ita remote poni ꝙ non representarent figuram similem totam toti. Ad probationem: admisso casu ibi posito: dico ꝙ eque cito. ¶ Ad probationem dicitur: ꝙ non semper oportet hoc fieri propter paruitatem speculi: immo quandoque si cetera non essent paria posset idem fieri in paruo et in magno speculo. ¶ Ad aliam confirmationem quando dicitur. recedente etc. Dico ꝙ immo diutius appareret color ꝙ figura: et hoc est propter causas dictas. et ideo dicitur ꝙ semper vbi apparet halo sint aliqua talia corpora vel specula satis magna. tamen propter remotionem reflectunt lumen solis vel astri et non figuram. ¶ Ad aliam. hoc maxime esset pro tanto etc. conceditur ꝙ ita est quandoque. sicut etiam dicit vnum correlarium conclusionis. Ad probationem dico ꝙ non apparet figura talis et tanta: sicut est res visa: sed quandoque minor alicuius generis: sed non consimilium terminorum: et hoc sufficit. ¶ Ad aliam. conceditur ꝙ quantum ad aliqua predicata que dicuntur de termino significante ipsum et non quantum ad omnia. vnde bene conceditur: ꝙ homo intelligitur sine illa figura puta circulari: et sine ista puta triangulari: sed non sine figura nec sine magnitudine: sed bene sine omni figura: et sine omni magnitudine: et sic similiter de corpore diceretur. ¶ Ad aliam negatur similitudo et consequentia. ¶ Ad aliam conceditur ꝙ sub figura appareat: licet non tali sicut est res visa. ¶ Ad aliam conceditur ꝙ aliqua res se habet ad cognosci: sicut se habet ad esse ab aliquo cognoscente sed non omnis a quolibet. ¶ Ad aliam. vel finita vel infinita. conceditur ꝙ finita: et conceditur ꝙ sub figura tamen non sub figura tali sicut est res visa: sed sub aliqua sic patet etc.

Questio. V.



Queritur quinto: vtrum halo appareat propter refractionem radiorum in vapore interposito inter visum et luminosum circa quod apparet. Et arguitur primo ꝙ sic auctoritatibus Aristotelis in hoc tertio: nam dicit ꝙ causa omnium horum est eadem omnia enim hec refracta sunt et loquitur de halo et iride. ¶ Item dicit refrangitur visus a consistente circa solem aut lunam caligine visus: et sic per totum tractatum loquitur: ideo videtur ꝙ propter refractionem radiorum appareat halo. ¶ Secundo ad idem omnis radius transiens per media diuerse densitatis frangitur in occursu densioris vel rarioris: igitur radius solis vel lune transiens per aerem et per vaporem densiorem aere frangetur in superficie vaporis in partibus vbi apparet halo: ergo halo fit per refractionem. consequentia patet satis: quia hoc dicitur frangi. sed antecedens quo ad primam partem supponitur in litera. videlicet ꝙ ibi sit vapor densior aere vel caligo: et tunc ex prioribus questionibus patet ꝙ occurrenti medio densiori frangitur. ¶ Tertio sic. radius oblique incidens super medium diuerse densitatis refrangitur a perpendiculari vel ad perpendicularem: ergo radius luminosi circa quod apparet halo refrangitur. consequentia et antecedens iterum ex anterioribus questionibus patet. ¶ Quarto. si non fieret per refractionem hoc ideo esset quia fieret per reflexionem: hoc est falsum. consequentia tenet: quia oportet altero istorum modorum fieri cum non fiat per radium rectum. sed falsitas probatur: quia si fieret per reflexionem oporteret ꝙ ibi essent quedam specula: vel superficies polite reflectentes radium: sed hoc est falsum. consequentia tenet: quia reflexio non fit sine talibus saltem notabilis et manifesta: sed falsitas patet: quia si ibi essent specula vel superficies plane polite: tunc radij non penetrarent nec apparerent hic in inferiori quando apparet halo: quod experimur falsum. consequentia tenet: quia apparet quedam vmbra circularis circa terram propter densitatem speculi vel speculorum vbi reflectitur radius: cuius oppositum experimur: quia eque intensum lumen est vndique super terram.

In oppositum videtur esse Aristo. in litera: qui dicit ꝙ iris et halo fiunt eodem modo: sed iris fit per reflexionem: igitur et halo. minor patet: quia dicit de iride: ꝙ apparet in paruis speculis. ¶ Item dicit in litera de halo postquam demonstrauit ꝙ sit figure circularis: oportet autem intelligere continua specula sed propter paruitatem vnumquodque quidem inuisibile. Ex quibus apparet ꝙ fiat per reflexionem: quia visa per specula videntur per reflexionem.

In ista questione recitabo vnam opinionem: que apparet quibusdam fuisse et esse Aristo. et hoc sufficeret in ista questione. Sed postea in alijs questionibus videbitur oppositum. vnde aliqui dicunt exponendo quid sit halo: ꝙ est idem quod corona: et sic halo et corona sumuntur pro eodem in decimo perspectiue Uitellionis: et est corona que habetur circa solem vel

lunā q̄n aer est aliquātulū obscurus:et q̄n nubes non sunt nimis dēse. ⁊ q̄nq̄ apparet circa candelas hoib⁹ nouiter expgefactis de somno. ¶ Alterius notādū: ꝙ q̄nq̄ halo nō appet secūdū circulū cōpletū ſʒ secūdū portionem maiorem vel minorem semicirculo:hoc est circulo hoc est ꝓpᷓ defectū materie.etiam halo quandoq̄ apparet circa lunā:quia sol quādoq̄ congregat vapores ⁊ facit nubem:quādoq̄ dissoluit in ventum:⁊ sic non totiens apparet circa solē. ¶ Item notandum ꝙ quando marcescat halo ꝙ est signum future serenitatis:quia materia ex qua debet fieri pluuia cōsumit̄ vel condensat̄ in nubem. ⁊ quādo halo apparet inspissaret materia in qua fit halo:hoc est signū pluuie vel niuis. et hoc est ideo:quia fit in superiori parte inferioris regionis aeris:in qua influentia celestis agit inspissando ⁊ conuertēdo vapores in aquam:⁊ sic fit pluuia:vel nix si frigus sit forte.sed quando materia distrahit̄ in vna parte:sic ꝙ halo incipit ibi corrumpi et non alia:tunc significat vētū:q2 talis materia transit ad gn̄ationē venti:sicut dicit Aristo.in litera. ¶ Tunc ergo de q̄sito rememorando aliqua dicta in prioribus q̄stiōib⁹. videlicet quomō differūt reflectio ⁊ refractio: quomō in reflexione q̄ nō est p lineā ppēdicularē imaginandi sunt tres anguli: videlicet angulus ad quē fit reflexio:et angulus incidentie et angulus reflexionis. Angulus ad quē fit reflexio est ille q̄ est ꝯtēt⁹ cū duobus radijs:videlicet incidētie ⁊ reflexionis:tunc istorū trium angulorū duo.s.incidētie et reflexionis frequenter sunt equales:sed tertius puta ad quē fit reflexio: q̄nq̄ est acutus ⁊ q̄nq̄ est obtusus. q̄n est acut⁹ tunc oculus est aliq̄n inter illā rē q̄ reflectit ⁊ obiectū sicut ꝯtingit in apparitione iridis.oculus eīn videntis est inter solē ⁊ locū iridis:ſʒ q̄n angulus ad quē fit reflexio est obtusus:tunc illud q̄d reflectit ⁊ obiectū causans sub eadē differētia positionis sunt sicut q̄n fit halo:tūc enim sol ⁊ vapor sunt ꝯ̄ visus eādē ptē:ſʒ visus non mediat inter illa:ſʒ vapor vel halo mediat inter visum ⁊ obiectū: puta solem vel lunam.propter q̄d dicunt isti ꝙ ista reflexio est similis refractioni ꝓpter angulum obtusum: quia omnis refractio est ad angulum obtusum:ita ꝙ volūt dicere ꝙ si a.oculus videret b.visibile p planū speculum in pūcto c.sic ꝙ radius b.c.ita oblique incideret ꝙ angulus b.c.a.ex duobus radijs contētus esset obtusus:tunc talē reflexionem vel visionem dicerent fieri p refractionē quādam ꝓpᷓ similitudinem ad refractionē:quia omnis refractio fit ad angulum obtusum sicut satis potest haberi in figura prime questionis huius tertij.

His visis est prima cōclusio illorum:

ꝙ halo non fit per refractionem proprie dictam. probant:quia secundum Aristote.in litera:illa albedo illius etheris siue circuli est color vel lumē:⁊ ex hec tūc arguunt:nulla res p idem medium simul videt̄ p lineā rectam ⁊ p lineam refractam:et hanc dicunt patere de denario posito in profundo aque in vase:⁊ de baculo q̄ appet fractus si medietas sit in aqua:sed quādo videmus halo:tūc videmus solē ⁊ lunam p lineam rectam in cētro halo:igit̄ tūc nō possum⁹ ipm videre p lineam refractā in circūferentia. ¶ Secūdo ꝓbant sic.omne corpus apparens p lineam fractam appet cōtinuum sicut est:licet appeat maius vel in alio loco:sicut apparet sol maior quando est in oriente ꝓpter vapores interpositos refrangētes radios. ⁊ sic de alijs. Sed in halo sol non appet tali modo nec luna: nec appet p totum in circumferentia indiuisus:quia appet in medio: ⁊ simil̄ in extremitatib⁹ circūferētie: ⁊ intercipit̄ medium in quo non appet vsq̄ ad centrum. et volunt isti ꝙ sol appareat in circumferentia halo ⁊ in centro non p vnum radium:sed per duos concurrentes in oculo. ¶ Tertio.radij reflexi nunq̄ cōcurrunt in vno puncto nisi frangēs sit sphericum vel portio sphere: sicut apparet ex septimo ꝑspectiue Alacen:sed vapor propter quem apparet halo sic se non habet:quia radij de sole venientes non procedunt flexuoso concurrunt: et tū vapor est difformit̄ figuratus:⁊ non est sphericus:adeo apparitio halo non potest fieri p refractionem: ſʒ erit p reflexionem. ¶ Quarto omnis fractio fit ad ꝑpendicularem vel a perpēdiculari:vt habitum est priusq̄ modo in nulla tali radij concurrunt cum perpendiculari:ꝗ cū radius rectus veniens a sole ad oculum cum alijs radijs circulariter venientibus ꝯcurrat in oculo:sequit̄ ꝙ non fiat talis fractio ꝓpᷓe dicta. ¶ Secunda cōclusio illorum est:ꝙ halo est fractio improprie dicta hāc ꝓbant quia reflexio ad angulum obtusum est fractio improprie dicta:sed halo est reflexio ad angulum obtusum:ꝗ ⁊c. ¶ Ex isto patet ꝙ halo fit p reflexiōem ⁊ non p refractionem nisi improprie dictam secundum ꝙ expositum est.

Per hoc ad ratiōes principales. ¶ Ad auctoritatem Aristo.dicunt illi ꝙ sumit refractionem improprie secundum ꝙ vult secunda conclusio. ¶ Ad secūdam.concedit̄ ꝙ radius transit p duo media: ⁊ ꝙ frangit̄ in supficie nubis: sed hoc non est ibi vbi apparet halo:ſʒ in alio loco:⁊ ideo vbi apparet halo ibi fit reflexio. ¶ Ad tertiam.radius ꝓcedit vltra ⁊c.negat̄ consequentia:quia aliquis ꝓcedit vltra:etiam aliq̄s reflectit̄:sicut contingit sup vitra ⁊ sup aquā dyaphanas. ¶ Ad quartam concedūt ꝙ fiat ꝓpᷓ reflexionem ad angulum obtusum:aut p refractionē improprie dictam.Et hoc modo sit soluta questio nostra.

Quęstio.VI.



Exto queritur vtrum halo fiat p refractionem radiorum visualiū. ¶ Arguit̄ primo ꝙ non:quia fit per reflexionem solum:ergo nō p refractionem. ꝯsequētia patet satis:quia ista ex opposito distinguunt̄. antecedens ꝓbat̄ rationibus quibus ꝓbate fuerunt prima et secūda conclusiones questionis precedentis. ¶ Secundo arguit̄ auctoritate Aristote.qui dicit:ꝙ ad intelligendum quomodo fit halo oportet intelligere continua specula vt prius allegatum est:sed omne quod videtur per specula hic videtur per radios reflexos et non refractos:adeo halo fit per reflexionem et non per refractionem.consequentia satis patet: antecedens quo ad primā partē patet in lr̄a:vt dictum est:ſʒ p secunda parte patet ex prioribus questionibus. ¶ Tertio.si fieret per fractos aut igit̄ hoc eēt ad perpēdicularem:vel a perpendiculari sed nullo modo:igit̄ ⁊c.consequentia patet.aāis quo ad primam partem patet p diuisionem sufficientē:sed q̄tum ad secundam partem probat̄ ꝙ non ad perpendicularem:quia sit a.b.ppendicularis:⁊ a.c.radius refractus:⁊ querit̄ nūquid int̄ a.b.⁊ a.c.sint alij radij refracti vel non.si non:hoc est ꝯ̄ experientiam: quia vbicūq̄ ponit̄ oculus videt halo:igit̄ oportet ꝙ p aliquem radiū.si sic:ꝗ non magis dicit̄ refract⁹ ad c.q̄ ad quācūq̄ aliā differētiā extra a.b.⁊ a.c.⁊ sic radius refrāgeret̄ ita bene a ppendiculari sicut ad ppendicularem

quē tu dixisti frāgi solum ad ꝑpēdicularē.eodē mō argueret si radius diceret frangi a ꝑpendiculari.

Oppositum arguitur.quia si halo fieret p reflexionem:tunc opꝫ tunc q semꝑ quādo appet halo nubes sit in medio:vel vapor īter astra ⁊ oculum videntis:sed hoc est falsum:⁊ ꝯ Aristo.in lr̄a:⁊ ꝯ experientiam.sꝫ ꝓbat̄ ꝯn̄a:quia si vapor circulariē circūstaret ⁊ in medio nō eēt vapor circa cētrum:tunc adhuc posset talis reflexio fieri sup latera vaporis:īō adhuc posset appere si fieret p reflexionem:⁊ tamen non esset vapor in medio. ¶ Secundo.qꝛ in qualibet parte vaporis appet halo in diuersis sitibus:sꝫ hoc nō esset si fieret p reflexionē:ḡ oportet q fiat p refractionē.ꝯn̄a patet:sꝫ an̄s pro prima parte patet p experiētiam:vbicūq homo mouet̄ sub halo semꝑ videt halo:⁊ patet q non idē:quod non esset nisi in qualibet parte vaporis esset halo:sꝫ antecedens quo ad secundā partē patet:nam nullum est speculum.vel corpus reflectens sic dispositum q vndiq faciat appere similitudinem obiecti:et maxime q̄tum ad profundum sui:sicut appet in q̄stionib⁹ ꝓcedētib⁹. ¶ Tertio.si fieret p reflexionem:tunc circa stellā quālibet existēte vapore posset appere halo.consequētia tenet:quia ita bñ stella potest speculari p reflexionem radij a luna vel a stella sicut sol:igitur cum hoc esset halo:sequit̄ propositum.

In ista questione quia visum est ī precedēti q fit per reflexionem seu per refractionem.improprie dictam:ꝓpter hoc nunc vidēdum est de opposito:quod q̄dē puto ꝓbabilius.Et primo ꝓmitto sicut Aristo.in litera:q quādo apparet halo:tūc supius in aere est vapor aliquantulū spissus ad modū nubis tenuis seu subtilis ⁊ est paruarum partium.⁊ hoc Arist. ꝓbat in litera p experientias que dicte fuerunt circa literam. ¶ Secundo ꝓmitto q radius visualis refrangit̄ occurrente medio densiori vel rariori si obliq̄ incidat.hec suppositio patet ex precedentibus questionibus:⁊ istā ꝓmittit etiā Aristo.in lr̄a. ¶ Tertio ꝓmitto q radius ꝑpēdicularis nō frāgit̄ in occursu alterius medij densioris:sed directe ꝓcedit si poterit vltra multiplicari.hoc iterum patet ex precedentibus.

Sit ergo ista prima conclusio.q halo fit p refractionē radiorū visualiū:q̄ ꝓbat̄:nā fit ꝓpter multiplicationē radioꝝ astri vel luminosi vsq ad occursum medij dēsioris:⁊ qꝛ illi radij nō oēs sunt ꝑpēdiculares:ḡ refrāgunt̄.ꝯn̄a tenet p secundam suppositionē:sꝫ an̄s pꝫ p ꝓmā ⁊ tertiā. ¶ Et ꝯfirmat̄:quia si non:hoc maxime eēt ideo:quia fieret p reflexionem:sed hoc est falsum.consequentia tenet p aduersarios ex precedenti questione.sed falsitas ꝓbat̄:quia p experiētiam videm⁹ q licet aqua sit supficies specularis ⁊ reflectat radium solis:tamen aliquis potest intantum eleuari sup aquam q q̄uis primo vidisset solem p reflexionem in aqua:tamē postea non videbit solem:et sic similiter eēt de luna vel de alijs luminosis minorib⁹:immo nec videret lucem nec figuram solis:sicut apparet per experiētiam in satis parua distantia:sed quia halo multum est eleuatus a visib⁹ nr̄is non poterit hic inferius tanq̄ per reflexionem a speculis factam aliquid apparere de sole vel de luna.consequentia patet:qꝛ eadē est distantia oculi ad halo:⁊ econuerso:⁊ quod plus est lux solis vel lune impediret visum ne debilem reflexionē in nimia distantia posset ꝑcendere:immo lux reflexa semꝑ debilior est principali:et ideo īpediret̄ cū lux solis vel lune sit intensa veniens p eādem viam. ¶ Et confirmat̄:si vsq ad tantā distātiam possemus videre lucem reflexam:tūc radij solares sup aquam ⁊ terram incidētes notabiliē possent calefacere mediam regionē:cuius oppositum dicit Aristo.in primo huius:et cōsequentia tenet:quia eque bñ radij reflecterentur vsq ibi a dēsiorib⁹ ⁊ magis politis corporib⁹:sicut sunt tra ⁊ aqua:q̄ bene ab illo loco vel ab alio propinquo reflectant̄ hic ad nos:⁊ propterea nō minus videt̄ fieri halo p refractionem in nube vel in vapore q̄ fieret in vinali pleno aqua munda vel semipleno retro posito lumine vel candela ardente:sed ibi fit halo per refractionem ⁊ non p reflexionē:ergo ⁊ in vapore.consequentia satis patet.⁊ antecedēs ꝓbat̄:quia certum est ex suppositionib⁹ ꝓmissis q a candela q̄ eēt retro incidere aliqui radij oblique sup superficiem vitri vndiq secundum circulum qui radij refrangūtur et concurrunt ex alia parte:vt experientia docet:tamen aliquis est ibi radius perpendicularis qui transit per tertiam suppositionem non refractus:et ideo fit verus halo quia circulus lucidus apparens in denso medio īter visum ⁊ luminosum:et nihil aliud est halo:vt pꝫ ex.x.Ptolemeo:⁊ ex questione pcedēte. Vitellio igit̄ docet in x. quomodo aliquod corpus sphericum coloratum apparet per crystallum sphericum figure armillaris vel sicut armilla ipso existente in vna parte ⁊ oculo ad oppositā partē vitri vel crystalli:et halo non videt̄ aliud esse q̄ talis armille apparēs ꝓpter solem vel lunam. ¶ Iterū confirmat̄ auctoritate Vitellionis in.x.ꝑspectiue cōclusione.xxvij.vbi dicit.q corona fit ex refractione radiorum solis vel lune vel aliarum stellaꝝ parue magnitudinis ī vapore circulariē ad visum quam demonstrat ibidem.ex quo satis patet conclusio precedens. ¶ Iterum cōfirmat̄:quia querit̄ de vapore:propter quē apparet halo:aūquid sit dyaphanus vel non si sit:ḡ radius non reflectit̄:sed transit:⁊ per cōsequēs frangit̄:si oblique incidat occurēte densiori medio:vel si reflectit̄ radius reflexus ꝓcedit ad aliam viam non penetrando profundum:igit̄ cum radius per quem apparet halo transeat per profundum vaporis:et nō remaneat nec reflectat̄ in supficie:sequit̄ q fit per refractionem radiorum:et non per reflexionem. ¶ Iterum dato q fieret per reflexionem:⁊ per parua specula ad angulum obtusum sicut dicebatur in precedenti questione:querit̄ quomodo talia specula possint situari q radij regulariē veniant ad visum sine fractione.infinite enī vel q̄si sunt innumerabiles guttule sursum vel deorsum ꝑspicue et dyaphane:p quas radius transit:nec poterit sine fractione reflecti:sicut appet imaginanti ⁊ consyderanti:cum non sit vna sola series speculorum:sed multum magna inordinatio:sicut apparet in guttulis in quibus fit iris artificialis:quia consimili modo fit. ¶ Sed notandum q aliqui dicunt q halo non fit secūdum refractionem obseruantem leges quas ponunt ꝑspectiui de fractionibus:⁊ ideo ponūt quartum modum radiandi qui nec est p radium rectū nec p refractum:nec p reflexum:de quibus dictum est in questionibus precedentibus. ¶ Sed erit quartus modus p radium absorptum vel icorporatū:⁊ iste modus radiandi potest fieri vndiq:⁊ ad omnem differentiam positionis ab isto corpore radium absorbēte.verbi gratia:sic videt̄ nubes illuminate a sole ⁊ vndiq apparent similium colorum valde saltem quedā:⁊ non p vnam solam viam:puta per radium incidentem et refractum a perpendiculari vel ad ꝑpendicularem:quia iste radius absorptus multiplicat similitudinem suꝫ ⁊ recte sicut lux luminosi:⁊ sic videt̄ lune absorbere radium solis:⁊ propē hoc aliquantulū lune in profundo

illuminat. Et ex isto pz ratio: quare nos nō videmus imaginem solis ꝑ lunam sicut videmus reflecti lumen solis: sed tamē istud non potest esse vndequaꝙ verum quia tūc non possumus habere aliquam causam quare circularis vel ꝑ modum armille lucide appareat halo quia si vndequaꝙ sic radius multiplicaret totus vapor appareret sicut nubes lucida a sole vel a luna illuminata: ꝓpē qḋ oportet redire ad leges radiorum ꝑ causa huius assignāda secundū ꝙ dicit Aristo. nec sufficit reflexio nec radius rectus: ideo opz ꝙ sit radius refractus: licet nō sit sine reflexione: que tamē reflexio non ad nos ꝑuenit: nisi velis sumere reflexionem sic: ꝙ ois multiplicatio lucis vel luminis ī medio dyaphano sit quedam reflexio sicut allegatum fuit ꝑ Aristo. in .ij. de anima prius in precedentibus questionibus: sed talis reflexio est idem cum refractione ⁊ nō distinguitur ab illa secundum ꝙ prius fuit visum in alijs questionibus de reflexione ⁊ refractione.

Per hoc ad rationes. Ad primā: si fieret ꝑ refractionem ⁊c̄. negatur antecedens. Ad probationem conceditur ꝙ hoc sit possibile: nec est inconueniens: quia certum est ꝙ candelam ardentē videre possum ꝑ vrinale impletū aqua secundum radium ꝑpēdicularem directe ꝓcedētem: ⁊ cum hoc radij a cādela oblique ꝓcedentes ad eundem visum possunt ꝑtingere: sicut experientia docet: ⁊ hoc ꝑ radium refractum: et maxime si vitrum eēt difformis figure ⁊ distorte seu irregularis: sicut imaginamur de illo vapore in quo fit halo. Et ex isto patet solutio prime rationis vel cōclusionis prime questionis precedentis. Quando dicitur nulla res ⁊c̄. negatur maior. Ad probationem de denario in fundo aque posito: dico ꝙ nō est simile. nam denarius existēs in aqua non est extra mediū densius: sz in densiori: sed si esset extra: distans valde: posset videri ꝑ rectū radium ⁊ ꝑ refractum: sic est de sole vel de luna cū sint extra mediū densius: ⁊ aliquos radios oblique diffundant: ⁊ alios ꝑpendiculariter: et sic similiter est de cādela posita extra vitrū. ¶ Ad aliā rationē illius conclusionis quando dicebatur ꝙ oīe corpus ⁊c̄. cōceditur ꝙ apparet continuū: ⁊ sicut est. quādo dicitur ꝙ sol non apparet tali modo dico ꝙ immo: quia in halo sol apparet circa cētrum totus īteger. ⁊ similiter radij debiles oblique cadentes in circūferētia halo representant solem seu partem illam causantē radium: ⁊ sic bñ videtur idem sol ꝑ radium rectum: ⁊ iterum secundo ꝑ radium refractum: nec propter hoc apparet discontinuus: licet plures vel pluries. Potest dici ꝙ in circūferētia halo nō videtur sol vel luna: sed lux vel lumen actum in medio ⁊ incorporatum in vapore: ita ꝙ simul lumē ⁊ vapor videntur in circumferentia: quod patet ex eo ꝙ si ꝑ imaginationem nō implicātem contradictionem conseruaretur halo ⁊ totū lumen actum in medio destructo astro tunc videretur lumen incorporatum: ⁊ non astrum: et sic mō non minus ꝙ̄ tunc videtur: sicut etiam videmus corpus lune illuminatum a sole ⁊ non solem: sic videmus halo ⁊ nō solum astra. ¶ Ad tertiā radij fracti ⁊c̄. conceditur: ⁊ quādo dicitur ꝙ omnes radij ⁊c̄. conceditur vel saltē tot quot sufficiūt ad apparitionē halo. Et quando dicitur ꝙ ille vapor non sit sphericus: hoc nō est sufficienter probatū. et si totus nō sit sphericus: potest hoc fieri ꝑ plures spherulas paruas vt post videbitur. ¶ Ad quartā cum dicitur ꝙ omnes radij ⁊c̄. conceditur. Et quādo dicitur nulla talis fractio ⁊c. negatur: quia radius obliquus incidens potest sic totiens frangi ꝙ concurrat cum recto: sicut de facto contingit in vrinali: ꝙ radij oblique incidētes concurrunt radio cum recto ꝑpēdiculariter trāseunte a recto. ¶ Ad secundum principalem rationem. oportet intelligere plura specula ⁊c. dicēdum ꝙ Aristo. sic dixit vt de eo magis cōplete possemus imaginari quomodo fiat halo: non quidem ꝙ ita sit: sz exemplariter loquitur: vel ꝑ specula parua intellexit corpora paruam lucem vel lumē receptum diffundentia: sicut specula reflectunt hic inferius: aliās si essent solū specula posita in superficie non possent causare apparitionem halo vsꝙ huc ꝓpter rationes precedētes. ¶ Ad tertiam cum dicitur ⁊c. conceditur ꝙ ad perpendicularem primo: postea a ꝑpendiculari. Ad improbationem admisso casu ibi posito dico ꝙ inter a.b. ⁊ a.c. est bñ aliquis alius radius: licet non refractus a puncto a. sz ab aliquo alio puncto satis propinquo: ⁊ sic extra a.c infiniti sunt radij ab alijs punctis refracti: et ad alias ꝑpendiculares: nec est vna sola ꝑpendicularis sed infinite: sicut infiniti radij sunt oblique incidentes.

Questio.VII.



Queritur septimo: vtrū tempore apparitionis halo sit vapor interpositus inter visum ⁊ astrum. ¶ Et primo arguitur ꝙ non: quia tunc maxime tempore nebularū appareret halo. consequēs est falsum: qḋ apparet per experientiam. et consequentia tenet. quia tunc maxime ponitur vapor inter visum et astrum. ¶ Secundo. si sic: tunc astrum appareret puniceū: quod est falsum: vt docet experientia. consequētia tenet ꝑ ratiōem Aristo. in līa: quia frigidum visum ꝑ nigrum seu ꝑ vaporem densum apparet puniceum. ¶ Tertio. si sic: tūc aliqḋ grauius aere quiesceret supius: nec descenderet non detentum. consequens est falsum: ⁊ contra naturam grauium. ꝯña tenet: nam ille vapor est grauior aere: quia densior. ¶ Quarto. si sic: tūc astrum appareret alibi ꝙ̄ sit: ⁊ remotius a nobis tempore halo: sed hoc est falsum sicut experientia docet. consequentia tenet ex dictis in alijs questionibus: quia visa existentia in medio rariori ꝙ̄ sit oculus apparent extra loca in quibus sunt et remotius: ꝓpē causas dictas prius in q̄stionibus. ¶ Quinto. si sic: tunc ibi non essent parua specula vel guttule rorᵉde ꝑ quas reflexe videtur halo. hoc est falsum ⁊ ꝯ Arist. in līa. quia oportet intelligere parua specula. consequentia tenet: qꝛ vapor est alterius nature ꝙ̄ guttule: nec vapor est specularis: quia absorbet radium: ⁊ non reflectit nec frangit ipsum ꝓprie. ¶ Sexto. si sic: tunc quādoꝙ halo appareret diuersorum colorum: hoc est falsum ⁊ ꝯ experientiā: quia semꝑ apparet albus: ⁊ consequentia tenet ꝑ dictum Aristo. in litera: quia si vapor eēt ita densus in apparitione halo sicut iridis: tunc posset apparere talium colorum sicut tunc iris tota inter nos ⁊ astrum apparet.

In oppositum est Aristoteles in litera. qui dicit: fit quidem fractio visus a consistente aere et vapore in nube si regulares ⁊ paruarum partium consistens extiterit. ¶ Unde vult ꝙ halo fit quando aer vel vapor condensatus est inter visum ⁊ astrum: vel nō sine illo.

Quia questio ista a duobus precedentibus presupposita est: tamen hoc ordine videtur procedere Aristoteles in litera. quapropter primo videbitur de quesito. secundo de coloribus halo secūdum colorum diuersitatem ⁊ materie.

Quantum ad primum notandum est ꝙ ꝑ vaporem intelligitur quecunq; exhalatio calida ⁊ humida vel aquea vel qualiscunq; alia cōdēsatio aeris ꝓpter quā condensationē radij possunt refrāgi sic ꝙ appareat maior lux. ¶ Quidā tamē expositores volunt ꝑ vaporem intelligi aliquā materiam que sit sub media dispositiōe inter nubē ⁊ aerē: sic ꝙ non sit tāte raritatis sicut aer: nec tante dēsitatis sicut nubes: qđ est ꝓbabile. ¶ Quibus premissis.

Sit hec prima cōclusio: ꝙ tempore apparitiōis halo est vapor īterpositus īter visum ⁊ astrū probatur: quia vbi apparet halo: ibi est maior claritas ⁊ lumen sensibilius q̄ in alijs ꝑtibus medij: ergo ibi est maior dēsitas q̄ alibi. añs ptz per experiētiam. consequentia tenet: quia nunq̄ in eodē medio dyaphano et vniformi appet maior claritas in vno loco q̄ in alio ceteris parib⁹: ſ; si apparet maior claritas cum hoc non sit ꝓpter maiorem raritatē: quia in rariorib⁹ medijs minor apparet lux: ergo erit maior densitas ad quam fit refractio. ⁊ huic cōcordat Aristo. ij. de anima. vbi vult ꝙ lumen in medio non sit nisi reflexio lucis ꝓpter medij densitatem. ¶ Secunda conclusio. ꝙ halo fit effectualiter ex refractione luminis ad illum vaporem: ꝓbatur: quia vbi apparet halo: ibi est maior claritas: ſ; ibi lumen plus refrāgitur: ⁊ sic sequitur ꝙ causatur ab illa refractione effectiue. quomodo autē fiat talis refractio magis specialiter videbitur post. ¶ De secundo sit conclusio ꝙ vt in plurib⁹ halo appet albus. ꝓbatur: quia halo fit ꝑ vaporem tenuem ⁊ non multum spissum vel densum: igitur appet albus. ꝯña tenet: quia ꝓpter dēsitatem apparent alij colores: vt dictum est in lr̃a de causis diuersitatis colorꝝ iridis: sed añs ptꝫ: quia videmus stellas paruas ꝑ illum vaporem: quod non esset nisi vapor ille esset tenuis et subtilis. ¶ Secunda conclusio. possibile est ꝙ aliquando appareat halo coloratus coloribus consimilibus colorib⁹ iridis: licet aliquantulum magis remissis. ꝓbatur ꝑ expꝫientiā ⁊ rationem: qꝛ q̄nq; vapor est aquosus ⁊ densus: sic ꝙ lumē astri nō potest apparere ꝑ ipsum omnino consimilis coloris: ergo apparet ſm diuersitates: ſ; in alijs ⁊ in alijs partibus vaporis alij ⁊ alij appebūt colores: sicut in iride. De causis aūt diuersitatis colorū magis specialiter videbitur in iride. ſ; tamē aliqs posset sustinere ꝙ si appāt corona colorata circa astrum ꝙ esset iris: secundum ꝙ Arist. videtur dicere in lr̃a. ſ; tamen non est omnino similis iridi: quia iris fit per reflexionem: ⁊ halo ꝑ refractionem: ꝗuis in coloribus essent similes. ¶ Tertia conclusio. ꝙ q̄nq; halo apparet circul⁹ magis obscurus. ꝓbatur: quia quādoq; est nimia densitas vaporis intantum ꝙ vix lumē vel modica lux pōt apparere: ⁊ tunc apparet obscurius: ⁊ hoc dixit Aristoteles in litera: propter qđ et nigre fiunt calore he maxime. et reddit causam propter inspissationem vaporis in aquam: et verum est ꝙ partes vaporis iuxta circūferentiam ꝓpter densitatem ⁊ propter presentiam magne lucis apparent tenebrose: quia opposita iuxta se posita magis elucescunt: et tñ hoc non est aliqs color: sed priuatio lucis ⁊ coloris vel remissio lucis siue vmbra.

Ad rōnes, ad primam &c. negatur cōsequentia: quia non sufficit vapor omnimode dispositus: sed oportet ꝙ sit vapor tenuis eleuatus ⁊ distans a visu: quia si esset ꝯiūctus cū visu: non semꝑ oporteret fieri congregationem radiorum visualium post refractionem in visu: ⁊ si hoc non fit non apparet halo: ⁊ sic fit quando fiunt nebule. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ non oportet quādo ille vapor non est ita densus: nec sic siccus ꝙ sufficiat ad causandū apparitiōem plurium colorum. ¶ Ad tertiā. negatur consequētia. ad ꝓbationem dicitur ꝙ vapor ille aere aliquo est grauior ⁊ aliquo leuior vel minus grauis: ⁊ hoc ꝓpter ꝟtutē astrorū ⁊ ꝑ calorem fumi quib⁹ eleuatur in aere. Ad ꝓbationem: quia est densior: conceditur: sed negatur ꝙ grauior: quia glacies sunt densiores aqua: ⁊ tamē supernatant: ⁊ sic de ligno. ¶ Ad quartā ⁊c. cōceditur. Et ad Aristo. dicitur sicut prius dictum est: ꝙ astrum apparet ibi ꝑ ꝑpendicularem radium qui non frangitur saltem in medio halo: ⁊ sic nō remotius. ¶ Ad aliam ⁊c. conceditur sicut dictum fuit in vltima ꝯclusione. ¶ Ad aliam tunc ⁊c. ad hoc etiā dictū fuit prius in p̄cedēti questione. ⁊ sic patet ⁊c.

Questio. VIII.




Querit octauo vtrum vapor in quo apparet halo sit figure spherice. Et arguitur primo ꝙ sic: quia talis vapor est plures guttule: quarum quelibet ē figure spherice: ⁊ ꝑ quālibet talium apparet halo: igitur vapor in quo apparet halo est figure spherice. cōsequentia patet: sed antecedens quo ad primam partem patet in tractatu quodam de iride: qui sic incipit. Cum exigua fit ꝑ astrolabium ⁊c. in quo dicitur de halo ꝙ apparet per plures spherulas vel per paruas guttas sphericas. Et cōfirmatur ꝑ lr̃am Aristo. qui dicit ꝙ eodem modo fit iris ⁊ halo. et iris fit ꝑ plures guttulas paruas sphericas sicut patet in lr̃a: quia ꝑ rotatiōem vel ꝑ alias paruas guttulas. ¶ Secunda pars antecedentis patet: quia vndiq; secundum circūferentiam apparet halo: ergo vndiq; sunt tales spherule: ꝑ quarum quālibet apparet: quia non plus per vnam q̄ per aliam. ¶ Secundo. non potest esse plane figure: nec alterius q̄ spherice: ergo spherice figure. consequentia tenet ex quo est figuratus. sed antecedēs ꝓbatur ꝙ non possit eē plane figure: quia linee perpendiculares sup planum essent eque distantes: ergo radij obliq̄ incidentes ab incessibus rectis refracti cum non concurrerent cū ꝑpendicularibus non concurrerēt inter se: ⁊ sic non apparet halo eidem oculo. Similiter ꝓbatur añs pro alia parte: quia non columnaris figure: quia radij oblique incidentes super longitudinem columne non concurrerēt sicut iam argutum est de plana superficie ⁊ propter eādem causam nō potest eē pyramidalis figure per idem: nec composite figure ex pyramidali et columnari: qꝛ idem inconueniens sequeretur. ¶ Tertio superficies cōuexa vaporis vndiq; equaliter distat a centro mundi: ⁊ similiter superficies concaua eiusdē: ergo est spherice figure quo ad cōuexum ⁊ concauum. ꝯsequētia patet per diffinitionem sphere: nulla etiam alia figura secundum extremam superficiem potest equaliter ab eodem puncto distare nisi spherica. sed antecedēs probatur: quia cause eleuantes vaporem sunt vndiq; equales: ⁊ similiter vapor equaliter ascēdit ⁊ locus cōtinēs est spherice figure: puta media regio aeris: et hoc est q̄tum ad concauum fingitur ⁊ locatum quo ad superficiem extremam erit talis figure. consequentia tenet: sed antecedens habitum est in questionibus prioris: ⁊ ex eo quia concauum medie regionis est vbi terminantur reflexiones radiorū solis a terra: que reflexiones terminātur vndiq; secundum spheram. ¶ Q...

to si nō essent spherice figure tūc halo posset appere alterius figure q̄ spherice puta quadrate vel quadrāgularis:cōsequēs est falsum:et cōtra experientiā: ꝯñā tenet:q: scdm ptes materie et dispositiones diuersas diuersificatur forme:et si tunc materia puta vapor esset quadrangularis et non spherica tūc apparet halo quadrangularis.

In oppositum arguitur: quia vapor ille est tanq̄ nubes subtilis et tenuis: sed nulle nubes sunt spherice figure:nec alicui⁹ regularis figure:ḡ nec vapor:ꝯñā tenet:sed añs ꝓ prima parte ꝓbatur ex lr̄a sed quo ad secundam ptē pꝫ inducendo in singulis nubibus que habent aliquas ptes eleuatas: et aliquas depressas:et sicut sunt valde difformis figure.


Ista questio est valde difficilis: quia difficilē vel raro:vel nunq̄ possumus experiri vel scire p experientiam quomodo vapor iste sit figuratus nisi p rationem speculando inuestigemus supponendo que dicta sunt in superioribus questionibus:puta quid sit refrandi ad ppendicularē vel ab incessu recto a ppendiculari ⁊ similia que hic in proposito tanq̄ principia sūt sustinenda.Et ita supponitur q̄ si vapor ille sit plane figure quo ad supficiem supmā:q̄ tunc radij obliq̄ incidētes ⁊ equaliter a ppēdiculari radio distātes sunt eq̄ lōgi vel equales.hoc pꝫ:q: si ex vna pte essent radij lōgiores tunc halo appareret sicut linea recta:⁊ tanq̄ circulus obliquus et diametrorū inequalium:consequens est falsum et contra experientiam:cum appareat secūdū circulum:sed consequentia patet: q: inclinarentur radij ex vna parte intantum q̄ in cōparatione ad oculum apparerent quasi in eadē plana supficie ab oculo vsq3 ad astrum:⁊ sic circuli apparentes appent linea recta vel circul⁹ obliquus:sicut patet p vnā cōclusionē libri de aspectibus.

Isto supposito sit prima cōclusio ista: q̄ hic vapor in quo apparet halo vel corona pfecta sine minutione non est figure plane secundū superiorem ⁊ inferiorē supficiē:seu secūdū superius ⁊ inferius. Probat:posito q̄ a.sit oculus vel centrū orizontis: ⁊ b.sol vel luna:⁊ vapor quē dicis esse planū sit d.c.e.f.sed circūferentia circuli solis sit o.p.⁊ sit radi⁹ ppēdicularis supra vaporē b.k.a.ducant̄ ḡ due linee d.b. ⁊ b.c. eq̄lit̄ distantes a linea b.k.sic q̄ eq̄ oblique icidāt supra vaporē:⁊ in pūctis incidētie:puta d.⁊ c. equaliter distāt a.k.qḋ patet esse possibile cū quilibet pūctus luminosi hemisphērialit̄ radiet si non sit ipeditus.ducant̄ ḡ a punctis icidētie ppendicularis sup supficiē vaporis et sint d.f.⁊ e.c.⁊ ꝓcedant ex vtraq3 pte vaporis: cum ergo radius d.b.oblique incidat ad punctum d.sup dēsius mediū:puta vaporem:frangit̄ ab icessu recto qui sit d.h.ad perpendicularem d.f.⁊ sic ꝓcedet inter has duas lineas:sic q̄ ꝓcedat ad g.punctum supficiei vaporis inferiorem:q: ḡ g.d.radius oblique incidit super superficiem aeris qui est infra vaporem ad pūctum g. ⁊ aer est rarior vapore non ꝓcedet secūdum incessum rectum qui sit d.g.n.nec approximabit̄ ꝑpēdiculari a puncto g.ducta:q̄ sit g.m.sed ꝓcedit declinando ab incessu recto a ppendiculari vsq3 ad punctū l. ¶ Similiter fieret contra aliam differentiam positionis: videlꝫ d.b.c.radio:q̄ etiam sic frangeret̄:cum igit̄ d.f.e.c.k.a. sint ppendiculares sup eandem superficiem planā ipsius vaporis:vt patet p hypotesim:igit̄ nō cōcurrent sed eque distant:vt pꝫ p diffinitionē eq̄ distantiū ⁊ p.ij. cōclusionē primi Euclidis:⁊ etiā p.vi.xi.Euclidis q̄ si citra fuerint due linee sup vnā supficiē planā perpendiculares eas sibi inuicē eque distātes esse est necesse igit̄ radius g.k.cum declinet ⁊ recedat exteri⁹ a linea g.m.ppendiculari a multo fortiori nō cōcurrit cū linea b.k.a.maxime v̄sus a.⁊ sic conformiter argui⁊ de alio radio ex alia pte:q̄ etiā nō occurrit cū a.igit̄ radij refracti post refractionem non cōcurrūt in eodem cētro a.si superficies vaporis fuerit plana:qḋ est ꝯtra experiētiam cum in vno et eodem oculo eiusdem videtis oēs radij secundū circumferentiam refracti concurrent.



q ſunt duo per ſe et propria viſibilia: et hoc ſecundum gen: et ſunt lux et color: et iſta ſic ſe habent q lux poteſt videri ſine colore et econuerſo nunꝙ videtur color ſine luce: et q cum colore viſo ſemper videtur lux aliqualiter reflexa: ſicut reſpiciendo parietes de die videmus lucem ſolis reflexam: et cum hoc colorem parietis vel alterius luminoſi ſi aliquid illuminet. et intelligitur hic per lumen qualitas: vel aliquid exiſtens in corpore luminoſo: quo mediante poteſt illuminare: et id ſupponitur tanꝙ per experientiam notum quantum ad viſum exteriorem. ¶ Secundo ſupponendum eſt: q aqua et conſimilia perſpicua ſicut vitrum vel aer non ſunt colorata niſi remiſſe valde: et ideo quando magna aqua et profunda videtur apparet nigra: quia multa denſitas et profunditas impediunt tranſitum lucis. et propter iſtud quandoq contingit q nubes propter nimiam denſitatem apparent nigre: quia radij ſolares non poſſunt penetrare: ſed aliquando apparet aqua viridis: et hoc eſt propter quedam alia corpora admixta: et propter lucem ſic reflexam: et propter denſitatem aliorum corporum admixtorum. ¶ Sit ergo prima concluſio iſta. q lux viſa per talia media apparet eſſe color. probatur: quia lux viſa per nigrum vel apparens nigrum: ſicut per denſum apparet eſſe rubedo: igitur color. conſequentia patet: et antecedens etiam patet per experientias quas Ariſtoteles oſtendit in litera: quando ſol videtur mediante fumo: vel mediantibus vaporibus terreſtribus de mane vel de veſpere: tunc enim apparet rubicūdus. ſimiliter et flāma lignorum que apparet per fumos apparet rubea: ꝙꝙ ipſa tunc eſſet alba et non rubea. Idem etiam apparet in cryſtallo angulari et hexagono habente ſex angulos et ſex latera equalia: ſi radius ſolis ſuper incidat radij reflexi faciunt apparere colores iridis: et cauſa eſt: quia radij refranguntur diuerſimode: et ſic incorporati procedentes per tale corpus: vel per tales cauſant talem apparentiam coloris: intantum q aliqui volunt dicere conſequenter: q omnis color mundi non ſit aliud ꝙ apparitio lucis: ſed tamen iſta lux diuerſificatur ſecundum diuerſitatē diſpoſitionis corporum ſuper que incidit lux. Et eſt ſatis antiqua opinio quam recitat Albertus ſuper iſto tertio commento ſuo: et adducit multas particulares experientias: nec vult q color ſit aliquid diſtinctum a qualitatibus primis: et etiam a corpore et a luce: ſicut in cauda pauonis: et in collo colūbe. in eadē enim parte vbi vni apparet rubedo ibi apparet alteri color viridis: quia aliter lux incidit ad illum: et reflectitur cui apparet rubedo: et aliter cui apparet viridis color: et hoc eſt propter ſuperficiem corporum quibus lux incidit. ¶ Secunda cōcluſio: q qualis apparet lux mediantibus talibus corporibus dyaphanis: talis etiam apparet: ſi poſt tranſitum vel per multiplicationem talium tranſeat ſuper alia corpora opaca: probatur per experientias: nam ſi quis videt ſolem mediante vitro rubeo apparet ſibi ſol rubeus: et ſi tunc loco oculi ponatur opacum ſicut manus hominis: tunc talis manus reflecteret talem lucem rubeam: ſic q conſimiliter apparet rubedo in manu: et ſimiliter eſſet de aliis coloribus mediorum. Et etiā dato q media nō ſint colorata adhuc poſſunt ppter diuerſitatē refractionis colores diuerſi apparere: ſicut apparet ſi ſol radiet ſup vrinali pleno aqua ex alia parte radij incidente ad parietem quandoq apparent per modum colorum iridis. ¶ Tertia concluſio quam ponūt aliqui q lumen ſi tranſeat per multa corpora dyaphana et poſtea cadat ſuper ſpeculum politū: tūc iſta apparentia nō fit a quocūq puncto qualitercūq ſito: ſʒ a determinato ſito: ſicut etiam contingit de aliis que apparent per ſpecula: ſicut dictum eſt in queſtionibus precedētibus. et ideo ſi vmbra vitri ſit directa ſuper ſpeculum cadens ſuper menſam: tunc a determinato ſitu apparent iſti colores et non vndiq. Et ex iſto infertur q ſpeculū aſperū vel corpus opacū retro poſitū: ſicut in mappa vel mēſa faciunt apparere in diuerſis ſitibus tales colores ſeu ad omnem ſitum: quia ad omnē ſitum fit aliqua reflexio propter multiplicationem ſpeculorum: et ſic videtur vndiq cōſimilis color.

sed oportet imaginari de illo:sicut si speculum iaceret sup mensam:et radius refractus incideret super speculum:tunc tales radij vel talis lux non appareret omniquaq3:sz ad determinatum locum:puta ad illud versus quem in pariete apparet lux. ¶ Et cōfirmant cōclusionem hanc alio experimēto. posito q sint duo vasa vitrea spherica plena aqua:sicut essent duo vrinalia:et ponat vnum ad solem et aliud ad vmbram illius primi prope concursum radiorum:ita q sit modicum vltra:tunc ibi apparebunt colores iridis ab omni situ. s. vbi est manus post punctum concursus:et si non fuerit ibi manus:tunc ponatur ad vas:et apparebunt ibi colores:sed nō a quocūq3 situ:sed oportet q homo flecteret se hincinde:donec in aliquo determinato situ sibi appareant colores iridis. Et dicunt q causa est: quia secūdū vas est politū et speculare:ideo oportet angulos incidentie et reflexionis esse equales:et sic quia non ad omnem punctum cōtingit fieri angulos equales sup superficiem speculi vel corporis politi:ideo non ad omnem punctum vel differentiā positionis possunt tales colores apparere. Et ex istis inferunt q lux potest videri simpliciter:vno modo:sicut est:etiam qualis est. Alio modo ita q apparet color ꝓpter aliquod intermedium. et vtroq3 modo dupliciter vel per reflexionem vel per refractionem:et vterq3 modus potest per ꝑdicta exempla vel experiētias declarari. ¶ Sed tamē hec vltima conclusio nō videtur esse omnino vera:quia p experientiam iridem naturalem possumus videre in speculo et in quocūq3 situ nos simus in speculo qualitercūq3 polito:et sic non videtur q ibi requiratur situs determinatus:et etiam si sint specula posita in mensa possunt radij ad omnem differentiam positionis causare colorem vel colores:licet remissius appareāt:q̄ sup mappam appareant.

Ex his premissis volunt aliqui dicere

de coloribus iridis q fiunt predicto modo: sicut declaratum est de vasis vitreis:quoꝝ vnū est retro aliud:sed dicūt q oportet imaginari in generatione iridis vnā nubem roridam paruarum guttarum:et illam esse inter aspectum nostrum et solem:et si non directe inter aspectum nostrum et solem:tamē directe ex opposito loci apparitionis iridis. videlicet inter solem et locum illum iridis:et tunc per talem nubem roridam radij solares transeuntes refringunt:quia guttule tales sunt sphericae:vel ad modum sphere: ergo posite in nube ad solem in vmbra illarum apparent tales colores sicut colores iridis sup aliam nubem roridam ex alia parte oculi vbi apparet iris:et sic est alia nubes rorida habens paruas guttulas sparsim seminatas:ergo super illa tanq̄ super specula parua et determinato situ apparent tales colores:quia ille guttule continue sunt sicut specula parua polita:et iste gutte continue mutantur et continue ascendunt:sed alie ad locum earum redeunt:sic q non sentimus variationem:sed extimamus eādem iridem semper manere. sicut recte si mappa subiacens vitro insensibiliter contraheretur semper apparerent colores et iris:licet continue alij colores:sic oportet hic esse de iride. Et idem probant ratione:quia iris non apparet nisi mediante lumine solis vel lune:ideo oportet q sit nubes rorida et nō grossa. consequentia tenet:quia nubes grossa impediret apparitionem:nec sic appareret. ¶ Confirmatur hoc signo:quia nunq̄ fit iris nisi nube cōuersa guttulas que iam pluunt:et nunq̄ fit in caligine nec in nebulis:nec in nube nondum conuersa in guttulas:et propter hoc dicunt auctores q fit in nube rorida:que magis proprie dicitur roris q̄ nubes. Et ex alio signo:quia homines facti artificialiter in spargendo aquam ad solem apparet in aliquo situ tales colores:sicut dicitur in libro de aqua eleuata per remos vel per subtiles rotationes per manus. Sed quicquid sit veritas dicendum videbitur in aliis questionibus:quia non credentes falsum reputo q oporteat nubem roridam esse interpositam inter solem et aspectum nostrum. ¶ Isti ponunt aliam conclusionem circa hoc:q lux solis videtur ibi vbi apparet iris:et cum hoc talis densitas corporis sicut aque seu nubes roride:seu lumen incorporatum:sicut dictum fuit prius de halo:et ista simul faciunt apparere talē diuersitatē. Ex isto apparet q nulla apparet rubedo in iride:nec aliqua viriditas:nec aliquod corpus rubeum. probātur:quia illi colores nullibi sunt qui presentant ibi esse:quia non sunt tales colores:sed lux solis cum densitate nubis. ¶ Alia cōclusio:q tota nubes est totaliter disposita in qualibet parte:ad quā attingit radij solis sic reflexi et refracti. probātur:quo ratione in vna parte et in alia:et in qualibet potest videri iris vel pars eius:vt experientia docet:igit in qualibet parte nubis sic est ꝛc. Et ex hoc sequitur. q si essent ibi veri colores q q̄libet pars esset purpurea:et cum hoc viridis:q̄ tamē est falsum et inconueniens:et hoc oportet sequi:si color sit res distincta a luce.


His visis respondetur ad rationes.

¶ Ad primā dicūt q visus decipit. quia ibi est mediū indispositum:cum sit nubes intermedia in qua fit fractio:et ibi fit reflexio p quā multa fit deceptio. ¶ Ad alia argumenta dicunt similiter.

Ad rationes post oppositum dicunt:

q vocat Aristo. in litera tales apparentias colores per similitudinem ad tales colores. sicut dicimus regem depictum esse regem ꝓpter similitudinem quā habet ad regem:et tñ non est rex. sicut nec illi sunt colores ꝛc.

Questio. XII.



Vodecimo queritur vtrū iris sit forma realis impressa nubi:vel sit solum forma imaginaria. ¶ Et arguitur primo q non sit realis:q si sic:tunc eodē modo ageret sicut alie forme reales: hoc est falsum. et consequentia tenet: quia forma realis debet habere proprietates forme realis. sed falsitas probat:quia non agit propinque sicut remote:nec intensius ꝓpinque q̄ remote:qđ patet: quia si eēt aliquis in loco vbi est nubes rorida non appareret sibi iris:nec aliqđ ageret tales formas in visum suum. Nec valet si dicatur q hoc est propter inequalitatem anguli incidentie et reflexionis:q: ponat q aliquis fm rectā lineā procedat ad nubē roridā sicut radius procedit ad ipsum:sic q conseruet omnino equalitas angulorum:tunc deberet tantū videre sicut prius:et magis si esset forma realis:cuius oppositum experimur. ¶ Secūdo. si sic:tunc simul et semel in eodē eēnt rubedo et albedo:et oīs diuersitas coloꝝ iridis. cōns est falsum et incōueniens:q: sic vnum et idē eēt rubeum et albū et viride fm quodlibet sui. hoc est falsum et inconueniens:quia tam contrarij colores

eſſent in eodem ſecundum quodlibet ſui.ſed conſequentia principalis patet:quia ſi eſſet forma realis:ſic in eodem puncto vbi mihi apparet rubedo ibi appareret vni alteri albedo:et tertio color viridis:et ſi eſt ſic ſic:ſicut apparet huiuſmodi hominibus:nec eſt imaginarium:igitur ſunt ibi. ¶ Tertio.ſi ſic:tunc non eſſet res ſpiritualis hoc eſt falſum.ꝯña patet:q res realis non eſt ſpūalis:cum ex oppoſito inuicem diſtinguantur.falſitas probatur:quia ſpecies intelligibilis vel fantaſia vel ſpecies in medio:quo mediante fit viſio ſunt res ſpirituales:aliter ſi eſſent res reales contrarie eſſent in eodem:ſicut ſpecies albiſſimi et nigerrimi in eodem medio:et calidiſſimi et frigidiſſimi in eadem fantaſia imaginata.modo iris eſt talis ſpecies:igitur eſt res ſpiritualis.q autem ſit talis ſpecies patet ex priori queſtione:et poteſt probari:quia imago rei realis vel ſimilitudo intentionalis eſt ſpecies:et ſic eſt de iride. ¶ Quarto.ſi eſſet res realis:tunc videretur ad omnem differentiam poſitionis:hoc eſt falſum:quia ſtans retro nubem nihil videret de iride:ꝙuis nubes rorida eſſet diaphana:ſicut experientia docet:etiam ſtans a latere non videret:vt patet in iridibus artificialibus.ſed probatur conſequentia:quia ſic alie reales forme ad omnem differentiam poſitionis percipiuntur. ¶ Quinto probatur q ſit ſolum forma imaginaria:quia vbi apparet eſſe:ibi nō eſt:ergo eſt forma imaginaria et non realis.conſequentia tenet:quia hoc dicimus imaginarium vel fictitium per imaginationem:ſicut imaginari montem aureum vbi non eſt.ſed antecedens probatur:q ex quo fit iris per reflexionem radiorum ſolis ſuper nubem roridam:adeo apparet eſſe retro vel remotius ꝙ ſit punctus incidentie vel reflexionis:et hoc ex quo non ſunt ſpecula concaua:vel ſi cōcaua eſſent ꝓpinquius.ideo cum nihil ibi ſit de talibus ſequit̄ q non erit ibi aliquid de eſſe ipſius:vbi apparet eſſe:qđ fuit antecedēs probandum.

In oppoſitū arguitur:quia iris poteſt facere operationem realem preter operationem itellectualem vel anime:igitur eſt forma realis et non imaginaria:ſicut mons aureus.conſequentia patet:quia hoc dicimus eſſe rem vel formam realem.ſed antecedens probatur:quia immutat medium realiter:qđ eſt vſq ad oculum videntis:qđ fit preter omnem operationem intellectus vel anime.et ex alio:quia radius ſolis vel lumen productum in medio eſt res realis:et ſic eſt de iride:quia eſt ſpecies lucis ſolis:vel lumen productum in medio.

Nunc ergo reſpondendū eſt ad queſtionem. Et primo notādū eſt quid dicatur forma realis et quid imaginaria in propoſito. ¶ Unde res vel forma realis dicitur primo modo:omne quod eſt aliquod ens preter primam materiam vel preter compoſitum ex materia et forma:et ſic ſpecies intelligibilis et conſimilis:quia eſt vna res condiſtincta ab intellectu et a materia prima et a compoſito:dicitur forma realis:et ſic ſiue ſit in anima ſiue extra animam:ſiue ſit ficta:ſiue ſit ſpecies rei ficte ſicut imaginatio chymere:diceretur forma realis. ¶ Secundo modo dicitur forma realis pro forma aliqua exiſtente in ſubiecto et extenſa que non cauſatur neq conſeruatur ab extrinſeco particulari agente:et corporales actiones poteſt exercere:ſicut albedo vel dulcedo:caliditas.et iſto modo ſpecies intelligibilis vel viſibilis nō diceretur forma realis ſed magis ſpiritualis.Unde tales forme ſpirituales ꝙuis improprie ſpirituales dicantur:tamen q indifferenter inſunt corruptibilibus et incorruptibilibus:ſicut celo et aeri:et plures ſe cōpatiuntur in eodē ſubiecto:nec agunt mutuo ad ſe inuicem:ideirco dicuntur ſpirituales a phyſicis.ſed forma imaginaria diceretur eſſe:que non haberet eſſe preter operationem anime:ſicut quando pueri ludentes cum igne circūuoluentes vt gyrum igneum faciunt apparere circulum igneum:ꝙuis ſm rei veritatem nullus talis ſit circulus igneus:ſꝫ fit ſolum propter quādam conſeruationem ſpeciei ignis:et propter nimis ſubitam mutationem et inſenſibilem apparet eſſe circulus:ꝙuis non ſit:et hoc dicimus formam imaginariam. ¶ Sed notādum q forme ſpūales quandoq incorporant̄ et imbuunt̄ corporibus:ſic q extenſe apparent:et poſſunt actiones ſuas facere ad ſimilitudinem formarum realium primo modo dictarum ſaltem apparenter.

His premiſſis ſit prima concluſio:q iris eſt forma realis impſſa nubi:ſumendo reale primo modo.probat̄:quia eſt ens aliquod et aliud a materia prima et a compoſito:ergo ⁊c̄.cōſequētia tenet ex ꝓdictis:et antecedēs patet per rationes poſt oppoſitum. ¶ Itē non videt̄ q talis forma poſſit agere in ſenſum debitū quin ſit aliquid tale reale. ¶ Secūda ꝯcluſio.q iris non eſt forma realis corporea:ſecundo modo ſumēdo formā realē:puta ſicut caliditas vel tale. Probat̄:quia eſt ſpecies vel ſimilitudo rei:igitur ⁊c̄.conſequētia patet:et antecedēs ꝓbat̄:quia iris eſt emphaſis ſolis.i.apparitio ſolis:vt patet in lr̄a. Et ex alio:quia iris eſt recte ſicut imago in ſpeculo.q̄ eſt ſpecies:vt pꝫ ſatis:quia ſicut imago.patet in lr̄a.quia dicit ibi Ariſtoteles q oportet imaginari ſpecula ad gñationē iridis:ſicut ad gñationem halo:qđ non eſſet niſi eēt imago apparēs ꝑ ſpecula. ¶ Tertia ꝯcluſio:q iris eſt forma realis impreſſa nubi vel rorationi.ꝓbat̄:quia eſt ſicut imago in ſpeculo:ſꝫ iſta eſt forma realis:igitur ⁊c̄.minor patet ex ꝓdictis:minor probat̄:quia omni alio deſtructo qđ non eſt ſpeculum nec oculus vidētis nec radius nec medium nec deus apparet hoc ſicut prius eſt tractatū in aliis q̄ſtiōib⁹:ideo hic eſt aliqđ tale impreſſum ſpeculo vel nubi. ¶ Quarta concluſio.q iris non eſt ſolum forma imaginaria.ꝓbat̄:quia realis:vt patet ex ꝯcluſionibus ꝓmiſſis:ergo non ſolum imaginaria.conſequentia patet ex notabilibus predictis.

Contra iſtas concluſiones. Et primo cōtra primā arguit̄:quia iris eſt forma ſucceſſiue ꝓducibilis a ſole:et ſucceſſiue corruptibilis tāꝙ caliditas:igit̄ eſt realis tam ſecūdo modo ꝙ primo. conſequētia patet:et antecedens probat̄:nam q ſucceſſiue ſit producibilis:patet ꝑ experientiam:etiam ſi ſol ſubito deſineret eē adhuc iris ſubito nō deſineret eſſe:quia alias res ſucceſſiua haberet vltimum inſtans eſſe:qđ eſt falſum. ¶ Secūdo arguit̄ cōtra aliam concluſionem:quia ſi eſſet forma realis primo modo:tunc bruta poſſent cognoſcere iridē:hoc eſt falſum:ſicut dicit Albertus in ſuo Cōmēto:quia iris eſt arcus ſiue act⁹ demonis.i.intelligentie:quia demon grece eſt intelligēs latine.vnde pauci cognoſcūt iridem niſi valde intelligētes:ſꝫ bruta non intelligunt:igitur ⁊c̄. ¶ Item contra aliam.quia ſi eſſet vt ſic forma realis impſſa nubi ſicut in ſpeculo:igit̄ in ſpeculis aliquid imprimeret̄ ꝑ viſibilia.conſequens eſt falſum:et contra ꝑſpectiuos dicentes viſibilia nō agere in ſpecula impreſſiue. ¶ Deinde ꝯtra aliā q̄ſ dicit̄:quare iris apparet eſſe circulus cōtinuus vel ſemicirculus:et non eſt ita:igit̄ ſic ſolum eſt ſm imaginationē:et ꝑ cōſequēs eſt forma imaginaria.

consequentia patet ex predictis:et antecedens pbat:
quia sol nunq̃ in eodē statu vel situ pmanet & consequen-
ter q̃ nunq̃ idē radij incidūt & reflectunt:adeo nunq̃ con-
tinue manet iris:sicut nec circulus igneus puerorum:etiā
nubes continue variant:igit nulla iris manet p aliquod
tempus plus q̃ circulus puerorum.

Ad ista. Ad primum dicitur q̃ est for
ma successiue producibilis.et quādo dicitur:ergo rea-
lis secundo modo:negatur consequentia:quia oporteret
plus.videlicet:q̃ non ab extrinseco conseruet vel non
continue secūdum partes producat: & q̃ possit postea
permanere.& quando dicit si sol subito desineret &c. Di-
cendum est q̃ sol haberet tunc vltimū instās esse:ex po
nendo desinit p positionē de presenti:& sic species pos-
set vltimo esse. ¶ Et cum dicit contra:tūc esset dare vl
timum instās successiue rei.dicit q̃ non: quia istud qd
in vltimo instanti fuit productum de iride:si quid tunc
fuit productum:hoc non fuit successiuum sed instanta-
neum:si aliquid potest esse tale.posito etiam casu im-
possibili scd'm consuetum cursum nature:concederetur
quodcunq; aliud inconueniens etiam inconsuetum.
¶ Ad secundum argumētum de brutis.bruta possunt
cognoscere.puto q̃ sic:immo extimo q̃ aues videant
totam iridem completam:cuius nos non videmus ni-
si medietatem. ¶ Ad improbationem Alberti dicen-
dum q̃ loquitur scd'm opiniones antiquorum:quia an-
tiqui volebant q̃ nullū nisi intelligentes possent co-
gnoscere quomodo fiat iris et propter quid:sed quia
est/bruta et non intelligentes possunt cognoscere per
sensum. ¶ Ad aliud argumentum.si esset impressa &c.
conceditur. Ad improbationē.dicēdū q̃ nō imprimit sic
aliquid a visibili:q̃ superficies speculi incuruet ex vna
parte:& eleuet ex alia:sicut contingit de impressione sigilli
ad ceram:que pprie dicit imprimi:licet bene alio mo-
do:sicut forma dicitur imprimi materie vel doctrina
discipulo absq; incuruatione partium superficialium.
¶ Ad aliā.iris appet &c.pōt dici q̃ immo est quidam
semicirculus sicut appet esse.& qñ pbat q̃ nō:q: sol cō
tinue variat:verum est:sz tñ illo non obstāte erit iris ibi p
tēpus insensibile:& sic lux et species poterit aliqualit
p tempus scd'm eūdē angulū cōseruari & remanere:sicut
in organo visus remanet species conseruata adhuc ocu-
lo clauso:& auertente se a sensibili.

Ad ratiões principales. Ad primam:
quando dicebatur:si esset &c.conceditur si esset realis
secundo modo:sicut caliditas vel cetera talia dicun-
tur realia. ¶ Ad secundam tunc in eodem puncto si-
mul & semel &c.bene conceditur q̃ in eodem pūcto ap-
paret rubedo & viriditas:sed non sunt colores:sumen-
do pro aliqua qualitate secunda producta ex actioni-
bus primarum qualitatum condistincta lumini vel lu
ci: et non est inconueniēs q̃ lux a diuersis diuersimo-
de reflexa diuersimode appareat. ¶ Ad aliam:tūc nō
esset res spiritualis:dicit q̃ non est res spūalis:nec in-
corporata alicui denso:sicut est species itelligibilis:sz
bene est res spūalis sicut lumē in medio:vel species vi
sibilis in diaphano. ¶ Ad aliam:si esset realis &c.con-
cedit si esset realis secundo modo. ¶ Ad aliā cū pro-
bat q̃ sit forma imaginata.dicēdū q̃ nō:immo appa-
ret eē in supficie nubis vel roris:vel si quid appa
ret esse retro:sicut contingit quasi in omnibus specu-
lis:non esset inconueniens q̃ sensus deciperetur in vi-
sis per reflexionem sicut satis visum est in questionib'
secundi.patet ergo questio &c.

Questio. XIII.



Vrerit decimotertio:
vtrum iris sit forma diaphana
lis vel specularis.vel vtrū fiat
per reflexionem vel per refra-
ctionem.qd idem est. ¶ Et ar-
guit primo q̃ fiat p refractio-
nem:quia iris fit sicut halo:sed
halo fit p refractionē:ergo &c.
... quo ad primā partem patet in litera:sed
quo ad aliam patet ex priorib' questionib'. ¶ Secun
do.iris apparet inter nos et solem in vapore existente
intermedio:ergo fit p refractionem. consequentia pa-
tet:quia sic apparētia apparent p radios refractos:sz
antecedēs pz p experientiā multotiēs circa lunā vbi ap
parēt tales colores: & etiam circa lucernas:vt dicit in
litera:& circa flammas candelarum. ¶ Tertio sic.iris
non fit reflexione nec p solū radiū rectum:ergo p refra
ctionem.ꝯña patet:non sunt plures modi radiādi.an-
tecedēs probat:q̃ non fiat iris p solum radiū rectum:
quia tūc nō oporteret esse nubē:nec reflectēs aliquod
nec refrangens tempore apparitionis iridis.cuius op
positum experimur. Sed q̃ nō fiat p reflexionē:pbat:q:
nec a speculis concauis: nec a cōuexis nec planis.nō pri
mum:q: tūc radij solares incidētes & reflexi ad vnū so
lum punctum cōuenirēt & facerēt ignem:sicut contin-
git in alijs speculis cōcauis saltē sphericis:nec etiam
tūc sine lesione posset videri iris.ꝯñtia patet:q: tot ra
dij cōuenientes in centro oculi lederēt oculum:& sic ar-
gueret si ponerent specula cōuexa vel plana: a qb' fie
ret reflexio ad eūdē pūctum. ¶ Et cōfirmat ex alio:q:
tunc oīb' nō equalit apparet iris: q: ex quo ad vnū
punctū solū radij conuenirēt:alius cuius oculus esset
extra illū punctū nō videret.nec pōt dici speculū con-
uexū:q: tūc ppe vmbrā capitis vel ppe cētrū iridis p
distātiam semipassus vel minus radij solis p reflexio-
nē ostēdētes colores iridis apparerēt:cuius oppositū
experimur:sed consequentia tenet:quia si alia specula
ponerētur:sic possunt diuersificari:q̃ apparerēt radij
solis ad oculū reflexi:nec etiā fit ab alijs speculis qui
buscūq;:quia radius reflexus ab alijs speculis quibus
cūq; aliarum figurarum ad tantam distātiam nō pōt facere
sensationē vel sensibilit immutare sensum. ¶ Quarto.
si fieret p reflexionem:tūc nō essent diuersitates colo-
rum:hoc est falsum:& contra experientiam.consequētia te-
net:quia in alijs speculis reflectētibus appet solū lux
solis reflexa si sol videtur:& non tanta diuersitas colo-
rū:& sic etiam erit in iride si fiat p reflexionē. ¶ Quin
to.iris artificialis p vrinale apparens fit p refractio-
nem:igit etiam naturalis:quia eodē modo fiunt.cōse-
quētia pz.sed antecedēs pz:quia fit p transitum radij
fracti in occursum medij densioris:et p consequens fit
p refractionem. ¶ Sexto.iris fit in medio diaphano
igit fit p refractionem vel est forma diaphanalis & nō
specularis:cōsequētia patet:quia hoc dicit forma dia-
phanalis:sed añs pz:q: videmus p medium in quo fit
iris tanq̃ per aerem vel p aliud diaphanum sicut do-
cet experientia.

In oppositum arguitur: quia iris fit
per reflexionem radiorum solarium sup guttulas nu-
bis roride:igit est forma specularis q̃ causat a speculo
per reflexionem.consequentia patet per quid nomi-
nis forme specularis que dicitur causari a speculo per
reflexionem.

Notādum est circa questionem:q̃ in
proposito forma diaphanalis dicit forma apparens in

diaphano:vel p refractionem:vel p incorporatiõem radiorum:sicut diceremus rubedinem nubis esse formam diaphanalem. ¶ Sed forma specularis dicit forma q̃ apparet in sup̃ficie speculi ꝓpter reflexionem radiorum:sicut imago in speculo:vel species rei vise in speculo. ¶ Ulterius notandum quomõ fit refractio:quomodo fit reflexio.hoc habitum est in supioribus q̃stionibus. Sed quandoq̧ contingit aliquid simul videri p refractiõem:⁊ p reflexionem.sicut posito ꝙ aliquod speculum bene politum iaceat sub aqua bñ clara distãtia vnius palmi vel prope:tunc radij oblique incidentes sup aquam refrangerent̃ anteq̃ venirent ad speculum:et venientes sup speculum reflecterent̃ fm equalem angulum incidentie et reflexionis: et iterum post exitum ab aqua refrangerent̃:et sic videns talem rem videret simul p reflexionem ⁊ p refractionẽ. ¶ Similiter si quis inspiceret speculum directe oppositum faciei:sic tamen ꝙ interponat̃ vasale plenum aque:videbit faciem suam ⁊ p reflexionem et p refractionem. Ex quibus patet ꝙ sicut aliqua possunt videri p visionem mixtam ex reflexione ⁊ refractione:sic puto in ꝓposito de iride esse imaginandum:ꝙ propter aliquas guttas quarum alique sunt remotiores ⁊ alique propinquiores:super quaꝝ qualibet reflectit̃ radius solaris:⁊ etiam refrangit̃ cum sint simul diaphane guttule:⁊ etiam reflectentes radium.

His notabilibus p̃missis sit prima cõclusio:ꝙ iris est forma specularis:seu forma apparens p reflexionem a corporibus politis tanq̃ a speculis. probat̃:quia iris celestis ⁊ naturalis de qua proponit̃ conclusio fit consimiliter sicut iris artificialis que fit p rotationes subtiles:sed artificialis iris fit p reflexionem radiorum:⁊ est forma specularis:ergo ⁊ naturalis siue celestis.consequentia patet de se:sed antecedens pro prima parte patet in litera p Aristotë.vbi dicit:fit autem ⁊c̃.sed pro secunda parte patet per experientiam:quia guttule rotationis subtilis reflectunt radios solis tanq̃ specula. ¶ Secunda conclusio.ꝙ iris non fit sine refractione radiorum.probat̃:quia ex quo fit p reflexionem sup guttulas:vt patet ex ratione precedentis conclusionis:et ille guttule sunt diaphane ⁊ densiores aere:radij solis sup ipsas oblique incidentes refrangunt̃:cum fit iris. Ista conclusio patet ex prioribus:sed antecedens quantum ad secundam partem patet p experientiam:quia videmus ꝙ simul videmus colores iridis et post colores alias res:puta montes vel edificia:qđ nõ esset nisi iste guttule essent diaphane:in quibus apparet iris : sed bene ille guttule sunt densiores aere:quia alias radius non refrangeret̃:nec reflecteret̃ apparenter ad visum cuius oppositum experimur:cum appareat nobis iris ad sensum. ¶ Tertia conclusio.ꝙ iris fit tam p reflexionem q̃ per refractionem radiorum.qđ probat̃:quia sequitur ex iam dictis. Et ex istis apparet aliqualiter diuersitas coloꝝ: de qua tamen melius videbit̃ posterius.nam radius primo refractus:et postea reflexus debilius representat rei similitudinem vel rem radio solum reflexo:⁊ quia talis reflexio et refractio simul contingunt in generatione iridis:igit̃ in eque intensi colores vel luces apparebunt. ¶ Ex istis patet ꝙ iris non est solum forma diaphanalis sic ꝙ non specularis:et non solum specularis:sic ꝙ non diaphanalis : sed ex ambobus simul. vnde recte est lux reflexa vel refracta vel ĩcorporata simul cũ istis duobus modis radiandi apparens.

Per hęc ad rationes principales . Ad rationem autem primam concesso antecedente potest negari consequentia:quia q̃uis halo et iris in aliquibus similiter fiant:quia ambo fiunt p radiationem in diaphano:non tamen oportet ꝙ in omnibus similiter fiant:quia non omnes radiationes sunt omnino consimiles. ¶ Ad secundam.apparet in medio ⁊c̃.dicit̃ ꝙ talis emphasis simul apparens in medio non est iris: sed potius halo vel corona colorata ad modum iridis. si tñ hec debeat dici iris:vt Arist.videt̃ velle in litera: non tamen omnino eodem modo fit:sicut iris fit ex opposito solis visu existente in medio inter astrum et locum apparitionis:quia talis apparitio de qua fit argumentum fit visu existente in extremo:et p solam refractionem procedentem ad visum:et sic non est de iride. ¶ Ad tertiam si fieret per reflexionem ⁊c̃. Ad hoc aliqui dixerunt ꝙ fieret iris in nube cõcaua in qua reciperentur radij sicut in speculo concauo:et ad eũdem punctum:puta ad centrum oculi reflexi conuenirent: recte sicut in speculis concauis radij reflexi cõueniũt in centro:sꝫ istud nõ valet:quia nullus oculus alterius preter istum existentem in centro nubis vbi fit concursus videret iridem:cuius oppositum experimur:quia valde plures oculi diuersimode distantes vident iridẽ: licet non eãdem.etiam ex alio:quia oportet angulum incidentie angulo reflexionis esse equalem:ductis ergo radijs rectis ab aliquo puncto solis super aliquem punctum nubis concaue:et capto centro orizontis:qđ est idem cum centro oculi:vt Aristo.imaginatur:cum luminosum sit extra centrum radij incidentes et reflexi nequaq̃ ad centrũ concauitatis nubis seu oculi cõuenirent:quia si venirent ad centrum:statim angulus reflexionis esset maior angulo incidentie p tantũ angulum quantum continet linea recta ducta a centro orizontis ad punctum reflexionis in nube cum alia linea recta ducta a centro solis sup eundem punctum: hoc autem est impossibile:vt patet ex prioribus q̃stionibus:⁊.xxvi.Uitellionis:ergo impossibile est ꝙ fit in nube concaua apparitio iridis:sicut etiam demonstratur in tractatu quodam de viride qui sic incipit.Cum exptum sit per astrolabium ⁊c.Dicendum ergo ꝙ hoc erit in nube cõuexa:vel non proprie in nube est : sed in vna rotatione congregata ex pluribus guttulis vel iã conuersis in aquam vel densioribus aere . ¶ Ad probationem ꝙ non: quia tunc prope vmbram capitis:videlicet prope medium loci apparitionis iridis deberet apparere iris. Dicendum ꝙ non oportet ꝙ appareat iris oculo illius cui ille locus apparet esse prope medium vel centrũ iridis:sꝫ bñ alteri apparet ibi portio iridis:immo sic in qualibꝫ pte aeris vbi appet iris apparet alicui iris vel portio eius q̃uis nulli in qualibet pte appareat. ¶ Ad alias ꝓbatiões ꝙ nõ sit aliarum figuraꝝ:non oportet dici cũ nõ oporteat nubẽ esse alicuius regularis figure:sed plures regulares figure puta plures spherule sũt ꝯgregate simul:q̃b⁹ diuidit̃ eib⁹ apparet.⁊ ꝓpt̃ hoc dicit Albert⁹ in suo cõmento sup hunc tertiũ:ꝙ iris non fit ascẽdente nube:sꝫ semp oportet ꝙ nubes descẽdat:⁊ ꝙ post pluuiam irrorationibus descẽdẽtibus de nube fiat apparitio eius: q̃uis nubes ascẽdẽtes magis essent concaue quo ad nos q̃ descẽdẽtes. ¶ Ad quartã.si p reflexionẽ ⁊c̃.põt ꝯcedi si p solã reflexionẽ sine aliqua refractione fieret:qđ est falsum.potest etiam negari cõsequẽtia. Ad ꝓbatiõem cum dicit̃ ꝙ sicut in alijs speculis ⁊c̃.ꝯcedit̃: sed diuersitas in istis speculis causat̃ ꝓpter refractionẽ que simul fit cum reflexione:⁊ etiam ꝓpt̃ nimiam diuersitatem speculorum ⁊ diuersum situm quibus valde diuersimode radij incidunt ⁊ reflectunt̃: ⁊ de istis videbit̃ in

aliis q̄stionibus. ¶ Ad quintā. iris artificialis &c. dicendum q ibi bene apparent colores iridis vel lux vel lumen consimilem apparitionem colorum ostendens: sed non est vere iris. Et etiam dato q sit etiam iris: tamen non fit per solam refractionem: sed etiam per reflexionem. si enim radij post refractionem non reflecterētur a densis corporibus: non appareret talis diuersitas: sicut nec apparet in aliquo diaphano. ¶ Ad sextā. iris apparet &c. dicitur q ex hoc bene sequitur q non fiat iris sine refractione: sed non sequitur q fiat sine reflexione. nam radius oblique incidens super aquā q̄uis fractus procedat: cum hoc etiam reflectitur: et hoc nō est inconueniens &c.

Questio. XIIII.



Queritur supposito q iris fiat per reflexionem radiorum: vtrum talis reflexio fiat in nube: vel sup guttulas roridas: vel super stillicidia. et arguitur primo q non fiat sup guttulas: quia tūc vna sola guttula existēte: et nulla nube existente appareret portio iridis vel pars: consequens est falsum: et contra experientiā: quia semper videmus nubes quādo apparet iris. consequētia patet: quia ex quo fieret per guttulas: tunc vna sola guttula esset pars: et appareret in illa sicut in parte: et per consequens appareret pars. ¶ Secundo. si sic: tunc nunq̄ appareret iris: consequens est falsum et contra experiētiam: quia plures videmus ipsum. consequentia probatur: quia stillicidia seu guttule sunt inuisibilia saltem in tali distantia quanta distat iris ab aspectu nostro: igitur non apparet per tantam distantiam radius reflexus ab eis: cum radij reflexi sint minores ipsis: et per consequens non videretur iris. ¶ Tertio. si sic: tunc non appareret iris secundum figuram arcualem vel portionem circūferentie: consequens est falsum et contra experiētiam: quia plures videmus. consequentia tenet: quia ita bene super guttulas inferiores reflectentur radij: sicut super superiores et circa medium sicut circa circūferentiam: igitur non apparet circūferentia: cum tota nubes vel totus locus esset plenus. ¶ Quarto. si sic: tunc non indigeremus nube ad apparitionem iridis: sed hoc est falsum: quia oportet locum retro vmbrosum esse vel tenebrosum: vt patet in litera: et experientia etiam docet: sed consequentia tenet: quia guttule roride bene fierent in aere sine nubibus. ¶ Quinto. probatur q talis reflexio fiat in nube et non super guttulas: quia sic fit reflexio qua apparet iris sicut fit iris parua in anhelitu emisso ab ore hominis in hyeme vel in tempore frigido et sereno: homine vertente se a sole ad tenebras: sz ibi fit in nube vel in vaporibus: et non super guttulas: ergo &c. consequentia tenet: et antecedens quo ad primam partem patet per similitudinē Aristo. in litera: et quo ad secundam patet: quia talis anhelitus est tanq̄ vna parua nubes: et non constituitur ex paruis guttulis &c.

In oppositū arguitur. quia iris est in celo: sicut iris artificialis hic prope nos ex rorationibus: igitur ista reflexio per quam apparet iris fit sup guttulas vel super parua stillicidia. consequentia patet: et etiam antecedens patuit ex priori questione.

Notandum est hic circa questionem q ad hoc q fiat iris requiritur aliquid in quo fiat q̄d sit densius in aere. vnde oportet imaginari aliquod medium in densitate quod sit densius nube et minus densum aqua: vel quod tam sit aqua licet sparsim seminata et cadens. ¶ Et cum hoc secundo requiritur q post id densius corpus sit quedam obscuritas vel vmbrositas qua vmbra iris appareat: vel per quam. Et illud oportet ex eo q si nō esset vmbra retro vel obscuritas propter nimiam lucem solis non fieret apparitio debilis lucis reflexe: quia lux magna et fortis tantum mouet visum nostrum q parua lux non sentitur. et propter hoc dicit Commentator secundo de anima: q non videmus stellas de die propter nimium lumen solis. ¶ Alterius notandum q licet vnum paruum sensibile in aliqua distantia data solum existens non sentiretur: tamen tot sibi equalia possunt apponi et componi q in eadem distantia ista simul sentirentur: et hoc docet experientia: et ita imaginandum est in proposito de stillicidijs et de guttulis pluribus vel radijs simul iunctis.

Istis premissis sit prima conclusio: q iris non fit in sola nube: probatur: quia nubes est superficiei terse seu polite: sic q sufficiat ad terminationem et reflexionem lucis secundum vnum situm determinatum: et cum iris fiat per reflexionem secundum determinatum situm: vt patet ex precedenti q̄stione: sequitur q sole nubes non sufficiunt: quod est propositum. ¶ Secunda conclusio. q non est vnum continuum super quod fit reflexio iridis: sed sunt plura discontinua: probatur: quia si esset vnum continuum: tunc appareret secundum vnum radium tam figura solis q̄ lux eius: hoc autem est falsum et inconueniens vt experientia docet. consequentia tenet: quia sicut videmus in vno speculo continuo fieri vnam solam reflexionem et apparitionem figure et lucis: adeo etiam sic esset in apparitione iridis. ¶ Tertia conclusio. q illa in quibus apparet iris seu in quibus fit reflexio radiorum sunt plures guttule vel innumerabiles ad nos valde prope inuicem cadentes: probatur ex quo non est nubes per primam conclusionem: nec solus aer nec aqua: nec aliquid continuum per secundam conclusionem: adeo oportet q sint plura discontinua: quod est propositum. Sed q sint valde prope inuicem cadentes: patet ex hoc: quia alias iris non appareret arcus continuus. Et ex isto patet q vbi est defectus talium guttularum ibi nō apparet iris nec portio eius: q̄uis omnia alia requisita essent sufficientia. Et potest probari conclusio: quia sicut reflexio iridis artificialis fit super plures guttulas discontinuas superficierū prope inuicem cadentes: sic etiam fit iris naturalis: sicut argutum fuit post oppositum. Potest tñ iris apparere in vapore aque nondum totaliter in aquam conuerso: licet cito conuertibili: sicut argutum fuit per quintam rationem ante oppositum de anhelitu. ¶ Per hoc ad rationes. Ad primam quando dicebatur si sic &c. negatur consequentia: et patet causa ex premissis notabilibus ante conclusiones: quia vnus radius vnius guttule non sufficeret vsq ad oculum sensibiliter multiplicari: et ergo plures componuntur. ¶ Ad secundam. tunc nunq̄ appareret iris &c. negatur conse quētia. Ad probationem dicitur q simul iuncta possunt videri: licet vnum solum non videretur. ¶ Ad aliam. tunc figura &c. negatur consequentia. Ad probationem dicitur q licet inferius et superius sint guttule: tamen ad istas non potest radius sic incidere q reflectatur ad visum secundum aptitudinem et ordinem naturaliter deb

ad alium visum ab aliis reflecteretur. ¶ Ad aliã. tunc non indigeremus nube &c. dicẽdũ q immo: quia q̃uis non indigeremus nube ad reflexionem: tamen indigeremus nube ad hoc vt retro ponatur vmbra retro iridẽ propter quã melius possit apparere. ¶ Ad quintã autem dictum est superius.

Questio.XV.



Queritur vtrũ omnis iris debeat esse tricolor. et arguitur q nõ: quia si sic hoc esset pro tãto quia radius visualis vel reflexus vel refractus non posset pluribus modis q̃ trib⁹ debilitari: hoc est falsum: et tenet consequentia: quia per hoc Aristo. in litera iridem dicit esse tricolorem: falsitas pbaẽ: quia infinitis modis contingit radium debilitari cum remittaẽ a certo gradu vsq ad nõ gradũ. ¶ Secundo ad idem. aliquis est. iiij. colorum: ergo nõ omnis est tricolor solum. consequentia patet ex terminis: sed antecedẽs patet in litera: cum dicit Aristo. q xancos: qđ est quartus color: apparet quãdoq in iride. ¶ Tertio. diuersitas colorum iridis non est nisi secundum magis intensum lucis reflexe vel refracte: sꝫ esse magis intensum vel minus intensum non est solum tribus modis: immo plus q̃ mille: immo infinitis: ergo colores iridis sunt plus q̃ mille: et per consequens non omnis iris debet esse solum tricolor. consequentia iterum patet de se: sed antecedens quo ad primã partem patet per Aristote. in litera: qui dicit q fortior radius se pmutauit in puniceum colorẽ: sꝫ habitus post eum: sequens eum in remissione in viride: sꝫ debilior illis duobus in alurgum. i. azurum colorem. sed antecedens patet p secũda parte: quia radius visualis ostẽdens colorem puniceum diuersificatur secundum intẽsiue et remissiue: qđ patet: quia in secunda iride est remissior: sic similiter & alij colores sunt diuersificati tot modis, quot quis voluerit. ¶ Quarto. tot sunt colores iridis quot essent si distincte ponerenẽ adinuicem: sic q quilibet color diuideretur in tres partes vel in plures: et interponerentur tres alij: sed essent tũc nouem vel duodecim colores: ergo et nunc sunt duodecim colores iridis et nõ solum tres: et p consequẽs nõ omnis iris est tricolor solum. consequentia patet: sed antecedens etiam quo ad primam partem: quia nihil addiẽ vel diminuiẽ si color puniceus diuidereẽ in tres circũferẽtias: & sic similiter de alijs. sed secũda pars antecedentis patet de se. ¶ Quinto. inter alurgum et viridẽ apparet vnus color distinctus ab vtroq & a puniceo: igitur apparent quatuor colores iridis: & p consequẽs erunt plures colores iridis q̃ tres: & non omnis solum tricolor. consequẽtia patet: & antecedẽs pbaẽ: quia eadem ratione quã inter puniceum & viridẽ apparet xancos medius: eodẽ modo inter viridem et alurgum apparet aliquis alius medius: qui non erit aliquis istorum. iij. vel istorum. iij. Et si diceres q xancos non est color: sed apparet per iuxtapositionem. ¶ Contra. eadem ratione inter xancos et viridem apparebit alter: et sic in infinitum: et non nisi apparens. & sic semp plures quo ad apparentiã. similiter visus sic posset subtilari q plures colores perciperet: vel debilitari sic q nõ oportet q omnis tricolor appareat. ¶ Sexto. iris lune que apparet de nocte non apparet tricolor: ergo questio falsa. consequentia patet: et antecedens patet etiam per experientiam: quia solum albe apparet: sicut apparet de iridibus artificialibus factis in radijs lune: ergo &c.

Oppositum est Aristo. in litera. vbi dicit. quare si que de coloribus fantasie dicte semper bene necesse tricolorem ipsum et his coloribus colorari solũ: propter qđ videẽ q omnis debent apparere tricolor solum: qđ etiam infert Aristo. in litera.

Notandum est circa questionem: q Arist. imaginatur diuersitatem colorum iridis pp̄ter diuersitatem medij p qđ transit radius: & pp̄ter diuersitatem & debilitatem radij reflexi vel refracti: & pp̄ter vtriusq istorum simul. vnde imaginatur radium magis propinquum esse fortissimum: & remotiorem debiliorẽ: et sic semper. Item imaginatur radium fortẽ per medium densum causare apparitionem coloris punicei vel rubei: et alios debiliores per media minus spissa causare alios consequenter.

Et secundum hoc possunt poni conclusiones. ¶ Prima cõclusio est ista. q tribus modis radius visualis potest propter remotionem diuersificari: et hoc reflexus vel refractus: et non pluribus modis secundum speciem. hanc intendit Aristo. in litera: et probatur quia vel radius erit fortissimus vel debilis et minime fortis vel medius. si fortissimus habetur primus modus. si medius habetur secundus. si debilis habetur tertius et cum non sint plures modi comparationis graduum q̃ tres: ergo sequitur q sint tãtum tres modi comparandi & non plures. consequentia tenet: et antecedẽs quo ad primam partẽ patet ex sufficienti diuisione. et quo ad secundam partem patet q non sint plures gradus q̃ tres p grammaticos. vnde Aristo. dicit in litera: qđ autem qđ plus non iam apparet: sed in tribus: sicut et aliorum plurima horũ habẽt finem. etiam videtur dicere q numerus graduum apparitionis colorũ iridis sit in isto fine vel in isto termino. ¶ Sed diceres q nullus est fortissimus nec intensissimus: quia quocũq dato alius erit intensior. et sic diceretur de debiliori. ¶ Ad hoc est dicẽdum q intensiones non diuersificant speciem et si intensius appareant vel minus intense: non erũt propter diuersitatẽ specierum: sed illud contingit ex natura radiorũ: quia radius intẽsior alijs refractus per medium densius: & reflexus facit apparere rubedinem: & p cõsequẽs ille qui sensibilitatem habet debilẽ naturaliter ostẽdit viriditatem. Et debilissimus quo ad sensum: ita q sensus notabiliẽ debiliorẽ non potest sentire: ille naturaliẽ ostendit colorẽ alurgum vel azurum: & hoc secundum vnum situm determinatum. & sic videẽ dicere Aristo. saluo iudicio meliori. Nam certũ est q quãtũcũq debili radio sensibili dato: debilior eo sensibilis est dandus: & secundum hoc si gradus apparitionis colorũ iridis variari debẽt non esset standũ in aliquo debilissimo: q: nullus est talis: quia potẽtie passiue nõ terminaẽ p minimũ a quo sic: sꝫ p maximum a quo non. ¶ Secunda cõclusio est ista. q iris debet apparere tricolor: hanc etiã ponit Aristo. dicẽs: pp̄ter qđ iris tricolor apparet: & ptꝫ: quia tot colorũ debꝫ apparere iris quot sunt modi graduum radiorũ ostendentium colores: sed isti sunt tres p precedentẽ: & non plures secundũ intẽtionẽ Aristo. & &c. ¶ Tertia ɔclusio est ista. q aliqua iris potest apparere quadricolor. hoc patet: q: pp̄ter iuxtapositionẽ vnius coloris cum alio puta punicei iuxta viridem apparet xãcos seu color citrinus qui nec est rubeus nec viridis nec alurgus. consequẽtia ptꝫ: & antecedens de.

cet experientia:et Aristo.declarat in litera etiam per experientiam in alijs rebus iuxtapositis coloribus diuersis adinuicem.sed tamē hec conclusio videtur aliqualiter esse opposita secūde:propter qd dicit Aristo. q̃ xancos non est color distinctus:sed apparet esse distinctus propter iuxtapositionem. ❡Quarta conclusio.aliqua iris potest apparere sex circumferentiarum colorum distinctorum cuiuslibet a sibi proximo.hec conclusio patet per experientiam in hunc modum q̃ suprema circūferentia sit a.continens puniceum:et sibi immediata sit b.continens viridem.et tertia c.continens alurgum:et quarta sit d.immediata c.continens iterum rubeum vel puniceum:et quinta e.continēs viridem:et sexta f.continens alurgum:et cum quilibet istorum est distinctus a sibi coniuncto immediate:ex quo sequitur propositum:nec tamen ista conclusio est contra conclusionem secūdam:quia q̄uis habeant sex circūferentias:tamen colores secundum speciem non sunt plures q̄ tres.et istud cōtingit valde raro. ❡Sed cōtra istas conclusiones:quia queritur cur tam varie q̃ nō magis nec minus variātur colores iridis:et quia non potest reddi causa videtur voluntarium dictum sine ratione.non enim sufficiunt tres gradus grammaticorum. ❡Ad hoc dicitur q̃ hoc est propter naturā lucis reflexe vel refracte que sic apta nata est agere nec aliter.Nec videtur mihi posse dari melior ratio:sicut nec huius:quare celum non mouetur ab occidente in oriens:et quare equi non generant elephantes:nisi q: natura eorū non est apta nata facere nisi equos. Istud tamen potest declarari per experientias:nam si vrinale plenum aqua munda vel semiplenum illuminatum a candela existente retro caput videntis:sic q̃ oculus sit in medio inter vitrum et candelam:dūmodo vitrum illuminetur totaliter:tunc apparebit inferior pars lucis candele versa sursum puniceum dare colorem:et media viridem:et suprema pars flamme que inferius apparebit ostendet colorem alurgum:nec oportet esse diuersitatem mediorum puta fumum p̄ quē album visum appareat rubeum:quia nullo ibidē existente istud eueniet et apparebit volenti experiri. ❡Item videmus similiter in filis aranee recenter factis q̃ talis diuersitas colorum sicut est in iride apparet fm diuersas partes fili:et tamen sine fumo vel diuersitate mediorum:et ergo hoc est propter naturam radiorum. ❡Iterum in refractione radiorum p̄ vrinale semiplenum retro in pariete apparet talis diuersitas colorū:non tamē est aliqua diuersitas mediorum:et ergo hoc est propter naturam radiorum. ❡Item in iride artificiali qui apparet sine fumo. Iterum vbi apparent distinctiones colorum in glaciebus sine fumis:et sine diuersitate mediorum:et hoc ergo non est propter remissionem:sed est propter naturam radiorum.

Propter hoc ad rationes. Ad primam conceditur consequentia et consequens. Ad probationem falsitatis:quia infinitis modis verum est:sed tamen non diuersis specie nisi istis tribus:quia magis et minus non diuersificant speciem. ❡Ad secundam.causa huius visa est. ❡Ad tertiam.dicēdum q̃ immo etiā propter naturam radiorū:constat enim q̃ quilibet color iridis secundarie vel supremo est remissior sibi correspondente in infimo:et ideo hoc non fit secundum solam remissionem. ❡Ad aliam etc.verum est numero:sed non secundum speciem. ❡Ad aliam dicendum q̃ duo colores intensiores possunt bene aliquid facere apparere qd non possunt duo remissiores.sol enim propter nimiam intensionem si videatur facit albos apparere post modum rubeos et post citrinos et postea viridiores q̃ non facerēt aliqua alia visibilia minus intēsa: sicut luna et stelle. ❡Ad aliam iris que apparet de nocte etc. dicendum q̃ conclusiones sunt intelligende de iridibus apparētibus ad solem:et de illis Aristo.intēdebat:et etiā de luna potest dici q̃ luna ostēdit illos colores:licet non ita sensibiliter omnibus sicut sol.

Questio XVI.



Extodecimo quęritur vtrum solum duplex et non multiplicior iris possit apparere. ❡Et arguitur primo q̃ non:quia triplex potest apparere et nō solum duplex:ergo etc.consequentia patet:et antecedens probatur de duobus hominibus existētibus siue euntibus in diuersis regionibus sub eadem linea meridionali:quorum vnusquisq; potest videre duplicem:quarum vna non est alia nec aliquid alterius:ergo quadruplex:et per consequens triplex. ❡Secundo.tot possunt apparere irides quot sunt oculi videntes vel vidētium:igitur plures q̄ due.consequētia patet ex hoc:quia oculi videntium sunt multo plures q̄ duo:sed antecedens patet:quia valde plures in diuersis locis existentes simul et semel vident iridem:et nulli duo eandem. ❡Tertio.in eodem loco vbi vna apparet iris principalis ibi apparet alteri secundaria iris et principalis in alio loco:ergo plures q̄ solum due.consequentia patet:sed antecedens apparet per experientiam diuersorum in diuersis locis. ❡Quarto.iris artificialis potest pluribus modis apparere et multiplicior q̄ solum duobus modis:igitur etiam iris naturalis.consequentia tenet ex dictis:et antecedens patet per experientiam faciendo tales irides:aliquas per rotationes subtiliores:et aliquas per rotationes grossiores. ❡Quinto.posito q̃ iam appareant due irides in celo possunt duas irides artificiales versus eādem differentiam positionis facere:sic q̃ oculo aspicienti appareant:igitur iris potest apparere multiplicior q̄ solum duplex.consequentia patet:antecedens etiā patet per experientiam. ❡Sexto.iris naturalis potest per speculum ad aliud speculum imaginem reflectere sic q̃ versus eandem differentiam positionis due irides appareant quatuor:et per eleuationem vnius oculi sic q̃ nerui optici separentur possunt due apparere quatuor:et sic sunt.ergo iris potest apparere multiplicior solum duplex.consequentia patet:et antecedens docet experientia. ❡Septimo.quia dicit Vitello in commento conclusionis.lxx.decimi.q̃ quandoq; plures irides eiusdem figure in coloribus videtur vna ab alia:et hoc patet per experientiam.igitur potest apparere multiplicior q̄ solum duplex.

In oppositū est Aristo.in litera vbi dicit.dupla autem et obscurior coloribus que ambiens. et postea subdit.tres autē nō ad hūc fiunt:neq; plures q̄ due.ex quo videtur q̃ non possit apparere multiplicior q̄ solum duplex.

In ista questione primo videbitur opinio et positio aliquorum. ❡Secundo respōdebitur ad quesitum.

Quantū ad primū aliqui imaginātur probabiliter q̃ sit imaginandus vnus circulus: sive etiam triangulus:sicut etiam Aristo.imaginatur:quia

sit h.k.m.sic. q linea h.m.sit protracta de sole ad iridē
hoc inferiorē. et h.k. de sole ad locū: et k.m. de oculo ad
iridē. sicut dictū fuit circa literam. tunc sicut habetur
x. pspectiue Vitellionis maxima eleuatio iridis inferi
oris est. xlij. graduū. et q tātū de celo occupat semidi
ameter iridis. posito igit q sol sit in occidente imagi-
naūt isti vnū punctū eleuatū sup m. a supficie orizōtis
p. xlv. gradus: et vocet iste punctus d. et protrahat li-
nea a puncto k. vsq ad pūctū d. et imaginet circulus
describi circūuoluendo pūctū d. tūc potest imaginari
q iste circulus est medius inter duas irides simul ap-
parentes. sicut pōt dici q ad equalē distātiam hinc in
de per partes gradus infra et p tres supra apparent
color puniceus: et tūc recedendo adhuc modicū equa
liter ab isto circulo medio apparet color viridis: et ad
huc recedēdo a medio equaliter apparet color alurgi
seu azureus in vtrisq iridibus. Et ex hoc dicūt isti q
patet cā: quare nō sunt due irides et nō plures. ¶ Sy
tū istis dimissis tanq pbabilibus licet non sint proba
ta: q: multa possunt imaginari esse possibilia que nūq
fiunt: nec sunt cause effectum. ¶ Ideo aliter dicit Vi-
tellio cōmento cōclusionis allegate: q dicit nō plures
duabus iridibus situ coloribus differentibus possibi-
le est videri: q: non sunt nisi tres colores iridis: et vt di
ctū est primo non est possibile diuersificari colores in si
tu nisi sm extremos colores scz puniceū et alurgū p lo
calem transpositionem: q: semp medius manet in cau
salitate media inter illos. et ob hoc patet q plures q
due situ irides colore differentes nō possunt fieri: quia
color medius nūq potest habere causam generatio-
nis alijs manentibus in forma propria: q uis in trans-
posita in situ. Nec ista ratio tū videt sufficere: q: quare
medius color nō potest esse in extremo: et alter extre-
morū in medio: et q: huius causa nō est reddita: ideo
ista cōclusio nō videt esse probata. Et ideo aliter est di
cendū prenotando q qnq nubes superiores tardi moue
ntur: et sub istis sunt alie inferiores que veloci mo-
uent: et istud experimur ad sensum: q: videmus vnā nubē
sub alia transire et velocius recedere: et hoc est ppter
vētū qui inferius est fortior q superius. ¶ Ulterius no-
tandū q nubes superiores si sint plus eleuate frequēti
causant guttulas pluuiales minores q nubes inferio
res: hoc satis patet ex primo hui: vbi Arist. loquitur
de grandinibus: et inter cetera reddit causam quare si
unt magne guttule pluuiales q dicūt labuisse: quia in
nubibus inferioribus p antiperistasim conuertitur ci
to vapor frigidus in aquam: sed superius nō est ita: im
mo pluuie paruarū guttarū sunt de sursum prope me
diā regionē: sicut apparuit in qstionibus primi. ¶ Itez
notandum q quando iris causat in grossioribus gut-
tulis apparet intensior et lucidior ceteris paribus q
iris q in minoribus guttulis causatur: et illud apparet
p experientiam in iridibus artificialibus: et consimili-
ter est imaginandum de naturali. ¶ Item raro vel nū
q possunt nobis versus eandem partē celi plures mo
di nubium secundum superius et inferius apparere q
duo saltem cōtinue: hoc patet tam p experientiam q p
rationem: quia vna nubes impedit visionem alterius
superioris si sit in eadē linea recta aspectus. et si nō tūc vi
det superior cōgregatio nubiū: et sub ea vna inferior cō
gregatio nubiū transire et descendere: sed nulla cōgre-
gatio nubiū videt vltra illā superiorē ppter nimiā di
stantiā nubiū mediarū: et etiā si essent alie nubes supio
res: et si sub inferioribus esset vna certa coordinatio nu
bium: ista esset ita propinqua terris q sub ipa iris nō
posset apparere: q: radij versus oculum non reflecterē
tur sub coloribus iridis: licet bene sub alio modo lucis.

et ista sunt presupponenda tanq principia per experi
entias manifesta. ¶ Tunc ergo questio de virtute ser-
monis satis apparet eē falsa: quia nulla iris apparet
duplex nec tripla: sed ad istum intellectuz loquit Ari-
sto. quia aliquādo simul et semel possūt apparere plu
res irides: puta due vni et idem homini in eodem loco
super superficiem alicuius orizontis quiescētis simul
et semel. Queritur nunquid ergo possunt apparere sic
tres vel quatuor irides sicut apparent due. Hoc queri
tur per questionem: et sic intelligendo.

Sit prima conclusio: q respectu vni-
us et eiusdem oculi et ceteris cōditionibus iam dictis
saluis apparent solū due irides et non plures nisi raris
sime hoc cōtinget. pbat: q: solum sunt duo modi nube-
um pluentiū simul et nō plures nisi rarissime hoc con-
tingat: ergo solum sunt due irides rc. ɔña tenet ex hoc
q: iris fit ex tali reflexione vel refractione in nube rori
da vel in guttulis pluuie cadentis ex nubibus descen-
dentibus: et cum tot modis possit fieri iris quot mo-
di sunt tales pluuie et non pluribus: q: alio modo non po
test apparere: ergo sequitur propositum. sed antecedēs
patet ex naturalibus philosophis: et ex notabilibus
predictis et intelligenda est conclusio de iride natura
li in celo sine artificio adiuuante. ¶ Secūda pars cō-
clusionis patet: quia posset tertia nubes esse ita bassa
vel sic situari propter aliquem ventum et pluuiam q
appareret tertia: et si non secundum semicircumferen-
tiam circuli: tamē sm aliquam portionem. Et ex pro-
batione istius patet / q quantum esset ex parte nubiuz
pluentiū possunt irides vel nubes apparere propinq-
iores adinuicē qnq et qnq remotiores: sed quātum es
set ex parte radiorū solis: et ex parte reflexionis radio
rum: et propter eleuationē solis equalē semp apparēt
adinuicem equaliter distātes et sub inequali eleuatio-
ne inequaliter ceteris paribus. hoc tamē non sunt exp
tus. ¶ Secunda cōclusio. q iris secūda vel eleuatior
est remissior in coloribus q prima frequenter licet op
positū rarissime contingat. ista patet quia in rotatiōe
subtilior et minus digesta et magis remota terra appa
ret eleuatior iris: ergo remissior. ɔña patet. quia cete-
ris paribus q remissiora sunt debilius videntur: vt Ari-
sto. psupponit in iij. et aña patet ex notabilibus pmis
sis. ¶ Tertia cōclusio. q iris secundaria nunq appa-
ret neq apparere pōt vni in eodē loco precise in quo
alteri apparet iris prima. patet ista: q: pluuie nūq co
incidūt: nec eodē modo: sed sūt inequaliū guttularū vt
in pluribus guttulis et magnis et magis eleuatis pōt appa
rere iris lucida equaliter sicut in magnis et inferiori-
bus. sicut etiam appet in iridibus artificialibus. Sed
forte tamen in isto non obstante p instrumentum puta
p astrolabium posset vnus iridē inuenire primā et prī
cipalē et tamē eleuatū quātū est eleuata alia: puta secū
daria respectu alterius in diuersis orizontibus. Sed ta
men hoc non sequit q eadem iris vel in eodē loco gut
tularū contingat iste. ¶ Quarta cōclusio. q respectu
diuersorū hominum in diuersis partibus tot irides sūt
quot sunt oculi et quot sunt orizontes simul et semel in
eodem instanti possunt appere. ista satis patet ex predi
ctis: quia alia esset iris quam viderem ego: et alia quā
tu videres: et ex quo iris fit p reflexionem et p refractio
nem. Alij autem radij veniunt ad me q ad te: et recte
sicut ē de imaginatiōe in speculo. ¶ Ex istis cōclusiōi-
bus patet: quia iris secunda non est reflexio nec ima-
go prime iridis: sic q prima speculetur in nube vbi sit
secunda: et q ideo debilius appeat: sicut quidaz conza-
bant: et hoc patet: quia rotationes vel pluuie in qua-

bus fiunt sunt distincte:nec radij principales iridis reflectunt sursum per modum colorū iridis:sed deorsum ad cētrum oculi vel oculorum. quod etiam patet in iridibus artificialibus:quia existentes eleuati sup rotationem non viderēt iridem:quam videret alter qui esset in medio inter rotationes et solē:adeo non reflectūtur tales radij sursum. similiter talia specula sunt ita remota ꝙ p reflexionem non ostenderet aliquam apparitionē sensibilē:sicut nec a speculo hic posset iris p reflexionem remote videri:q̄d experientia docet. Etiā qꝛ p specula concaua vel conuexa ita parua nō posset talis ordinatio situari ꝙ ab omnib⁹ ad oculū radij reflexi ad oculum conuenirent. et ista omnia per experientias cōsimiles possūt apparere de iridibus artificialibus:quas possumus hic facere:et consimili modo Aristo. imaginatur fieri irides naturales. certum est tamen ꝙ in rotationibus in eadē guttula vbi inferiori oculo apparet aliquid de iride pricipali:ibi nihil de iride potest apparere oculo superiori. sed vbi appareret aliquid de iride secundaria inferiori oculo in eadem guttula posset apparere simul et semel aliquid de iride principali oculo superiori. et hec experientia docet. ¶ Dubitat̄ circa p̄dicta. qꝛ q̄uis dictū sit q̄re solum dupla appareat iris frequentius:non tamen ē dictū propter quid colores apparent diuersi vel conuersi:quia superior iris habet colorem puniceū inferius:et inferior habet colorem puniceum superius:et sic de aliis consequenē hoc enim non potest esse propter circulum in medio imaginatum sicut dictū fuit. Querit̄ igitur de causa:quia eadem ratione posset imaginari circulus infra inferiorem:et alius supra vel extra superiorem:et sic in infinitum:quod tamē est falsum:nec vnq̄ aliquis hic videt:sed cōsequentia patet:quia nō est maior ratio in vno loco q̄ in alio imaginari talem circulum. ¶ Item hoc non videtur esse propter diuersitatem pluuiarū:quia in artificialibus iridibus vbi non est diuersitas guttularū roridarum vel pluuiarū sed immo sunt equales guttule roride:ibi apparet talis cōuersio colorum supiorum et inferiorum:sicut experiētia docet. ¶ Item ex alio non videt̄ hoc esse propter diuersas pluuias diuersarum nubium secundum superius et inferius:quia inferius circa terram apparent fines iridis:vbi non est diuersitas talium nubium nec guttarum roridaꝝ. termini enim et fines iridum attingunt superficiem orizontis si non sit impedimentum et supficiem terre:et quandoq̄ fines apparent in vallibus inter duos montes:vbi tamen nō sunt nubes nec pluuiaꝝ diuersitates. ¶ Ad ista. Ad primum dicēdum ꝙ hoc non est propter circulum imaginatū in medio nec propter rotatiōes prius dictas. Sed quia magna difficultas est in hoc:adeo puto probabilē tenendo ꝙ hoc fit propē naturā radioꝝ sic diuersimode ostēdentium colores. Unde imaginandum est de guttulis inferioris iridis ꝙ pars supior que appet rubea causet̄ radijs minus penetrantibus et reflexis. hec pars que apparet viridis fit a radijs transeuntibus per lōgius medium puta magis propinquū ad centrū spherule roride:sed pars iridis q̄ superior appet alurga vel azurea causatur a radijs longissime mediū transeuntibus et reflexis et refractis. vnde imaginor ꝙ nō soluꝫ conuexa superficies spherule roride reflectit radiū ad oculum:sed immo postq̄ incidit super conuexam supficiem oblique refrangeret:et vlterius penetrabit vsq̄ ad aliam superficiem ex opposita parte concaua in cōparatione ad centrum pherule:et sic in illa reflectitur sm equalem angulum incidentie vel reflexionis:et qꝛ oculus est vltra radiorum confluentiam que fit ex cō-

cauo speculo:ideo apparet reuerse imago:puta radi⁹ inferior ad speculum incidens vel ad spherulam:et ad minus spissum mediū transiens apparebit supius:et adhuc supius incidit quod visum nostrū reflecteret:ista apparebit inferius:et sic in inferiori iride rubeum apparet superi⁹:sed largū in fine:et istud quilibet potest experiri in vrinali pleno munda aqua posita candela retro caput radiante super vrinale ante faciem fiet talis reuersio siue intensio colorū vel apparitiōis eorum recte sicut contingit in speculo cōcauo:de quo dicit auctor de speculis in questione .xi. ꝙ altitudines et profunditates a speculis concauis quecūq̄ sunt inter cōfluentiam visus.i. anteq̄ radij visuales reflexi coincidant secundo ista reuerse apparent:sicut in speculis planis et cōuexis quecunq̄ sunt extra confluentiā quēadmodū sunt et apparēt. et sic videm⁹ in speculis cōcauis et sphericis:ꝙ homo stans aliquantulū a remotis vltra cōfluētiam radiorū apparebit habere caput inferius et mentū vel corpus et pedes versus celum. et consimiliter imaginandum est de iride inferiori ꝙ superius apparet puniceus color et inferi⁹ alurgus:et econuerso imaginandū est de iride superiori:vbi sunt guttule in tantū eleuate ꝙ radius trāsiens p maiorē spissitudinem medij vel aque:iste licet sit inferius tamē ostendit apparitionem rei superioris:et ali⁹ radius qui est superius transiens per minus medium vel minorē latitudinē iste apparet inferius vel nō ecōuerso et hoc iterū cōtingit ppter cōcauitatē supficieꝝ guttularū versus centrum. et ideo colores superiores apparebunt cōuerso modo positi coloribus inferioribus iridis. et istud possumus experiri circa candeꝫ cādelam quiescentem:quia magis eleuando vrinale apparebit superior pars candele versa sursum et alurga.sꝫ media apparebit viridis:et infima rubea:et hoc eque bene conueniret a latere:sicut superius:dummodo sit eq̄litas angulorum incidētie et reflexionis vtrobiq̄:alias non oporteret. Et propter hoc potest cōtingere ꝓpe terram in finibus iridum:et potest cōtingere ꝙ ꝓpe terram quandoq̄ citius parua iris principalis proueniat q̄ iris secundaria:licet superius secundaria iris frequentius defluat vel deficiat:quia pluuia superioris iridis citius deficit vel cadit inferius:et sic amplius non poterit apparere. Et quia non pluribus modis q̄ istis duobus poterit contingere:quia si infra infimam iridem descendant guttule non amplius radius veniet ad oculū:quia tunc radius est quasi perpendicularis:qui ingreditur spherulas rorides:et sic remote penetrat irrefractus:nec ad oculum reflecteretur:sed si cōtingat valde prope inferiorem iridem hoc nō erit tantum inconueniens:nec multū impossibile:etiam si radij reflectantur non concurrent ad eundem oculum amplius:et propter hoc non apparebunt plures. et ex isto etiam patet quare totum intermedium inter duas irides non apparet sic coloratum:cum tamen ibi sint pluuie et sol radians:qui radij ibi incidētes et reflexi reflectuntur ad alios oculos aliorum secundum equalitatem angulorum incidentie et reflexionis et non ad oculum illius videntis duas irides:et propter hoc sic non apparet. ¶ Ad aliam dubitationem quando dicebatur ꝙ hoc non fieret per diuersas pluuias. dicendum ꝙ immo vel propter cōsimilē pluuiam alte late et profunde diffusam secundum diuersas eius partes:et sic fit etiam iridibus artificialib⁹ quia si rotatio sit guttularum consimilium late et alte diffusa:apparebunt due irides:sed si non apparebit nisi vna. et hec sint dicta probabiliter quousq̄ aliquis melius dicat.

Per hec ad rationes. Ad primam: tot quot apparent irides &c. dicendum q hoc exclusum est per conditiones oppositas: q intellectus conclusionis deberet referri ad eundem hominem quiescentem in eodem loco: secundum eundem orizontem sine artificio et sine medio et sine alio speculo. ¶ Et similiter ad aliaz dicatur quando dicit q tot possunt apparere irides quot sunt oculi &c. hoc non est dubium cum pluribus hominibus diverse irides appareant: immo intersecantes irides apparent diversis hominibus sic q una intersecantium apparet uni et altera alteri: sed tamen nulli apparet intersecatio. ¶ Ad aliam cum dicitur: in eodem loco &c. dicendum q hoc non est multum inconveniens quod concluditur: videlicet q contingit diversis hominibus: q simul et semel diversis possunt plures apparere.

¶ Ad aliam iris artificialis &c. conceditur. et quando dicitur: igitur et naturalis. negatur consequentia. quia in naturalibus non possumus tot et tales diversitates facere nobis apparere sicut volumus: sicut faceremus per artem imitantem naturam. ¶ Ad aliam dicendum q ratio concludit verum. sed non contradicit conclusioni quia difficultas non est de naturali et artificiali simul: sed de naturali solum. Et si diceres artificialis est naturalis. dicendum q in proposito vocatur ista artificialis que fit ex machinatione artis sicut que fit per aspersionem: quis totaliter fit ex natura: tamen voluntarium est q elevemus sicut aquam. vel etiam si fieret iris ex fonte descendente montem quando aqua descendit vehementer ex monte caderet super lapides sicut Vitellio recitat se invenisse inter Coloniam et Tornacum: q quasi continue apparuit iris. ¶ Sed talem puto in proposito etiam artificialem: quamvis nulla voluntas adiuvet. ¶ Ad aliam iam est solutum per conditiones premissas in questione &c.

Quæstio. XVII.



Veritur utrum semper apparentibus duabus iridibus superior debeat habere duos colores conversim positos: et arguitur primo q non. quia si sic hoc maxime videretur esse per medium colorem: quia aliter non posset situari. consequentia tenet per dictum Vitellionis in decimo perspective sicut allegatum fuit in questione precedenti. falsitas consequentis probatur. quia si essent adhuc possent colores diversi aliqualiter situari et converti. puta ponendo rubeum in medio et viridem in extremo. ¶ Secundo hoc maxime esset pro tanto: quia secunda debet esse imago per speculum apparens: et propter hoc esset debilior. hoc est falsum: ut patet in precedenti questione. et consequentia patet: quia ex hoc redditur causa a multis. ¶ Tertio si sic. hoc esset propter pluvias superiores minores: hoc est falsum: quia circumferentie tam extremorum quam intermediorum procedunt ad superficiem terre ubi sunt pluvie eque grosse: sed consequentia probatur. quia ex hoc maxime posset reddi causa: q in minoribus pluviis minus sit reflexio. et econverso. ¶ Quarto si sic tunc non possent apparere due irides habentes colores similiter situatos. hoc est falsum: et contra prius allegata: et contra experientiam. et consequentia patet quia si semper: ergo nunquam aliter. ¶ Quinto possibile est fieri irides artificiales non habentes colores contrapositos. igitur et naturales. consequentia patet per similitudinem Aristo. et antecedens patet per experientiam.

Oppositum est Arist. in litera ubi dicit. dupla autem et obscurior coloribus que ambiens. et contra positione colores ex opposito habet positos propter eandem causam et hoc vult Vitellio in conclusione. xvij. q in iride exteriori quandoque colores interiores iridis contrapositi: et debiliores videntur. ¶ Idem Aristo. etiam vult postea in litera: ubi potest dici: exterior iris &c. &c.

Notandum q colores iridis dicuntur contrapositi: quia una iris habet rubeum superius: et altera inferius: et sic de aliis. et causam huius reddit Vitellio in commento conclusionis. xvij. prius allegate valde diffuse imaginando lineam rectam a centro solis per centrum oculi et per centrum iridis que sit axis pyramidalis radiose. sic q radii plus distantes ab axe sint debiliores. sed processus est minus prolixus. nec videtur reddere causam conversionis colorum secundum diversitatem exterioris: ut patet intuentibus: quem propter prolixitatem nolo recitare. ¶ Sed puto probabiliter loquendo q sit imaginandum de guttulis inferioribus iridis q pars superior que apparet rubea causetur a radiis minus medium penetrantibus et reflexio. sed pars que apparet viridis fit a radiis transeuntibus per longius medium: puta magis propinque ad centrum ronde spherule. sed pars iridis que apparet alurgi causatur a radiis longissimum medium transeuntibus et reflexio et refractio. unde imaginor q sit convexa superficies spherule ronde reflectens radium ad oculum. sed immo postquam incidit super convexam superficiem oblique reflectuntur: et ulterius penetrabunt usque ad aliam superficiem partem concavam in comparatione ad centrum spherule. et sic in illa reflectitur secundum equalem angulum incidentie et reflexionis. et quia oculus est ultra concursum radiorum que confluentia fit ex concavis speculis: ideo reverse apparet imago: puta radius inferius ad spherulam incidens et minus spissum medium transiens apparebit superius: et adhuc superius incidens quo ad visum nostrum reflexibilis iste apparet inferius: et sic in inferiori iride rubeum apparet superius sed alurgum in fine. et illud quilibet potest experiri in urinali pleno aque munda posita candela retro caput radiante super urinale plenum ante faciem contingit talis reversio colorum vel apparitio conversa recte sicut contingit in speculis concavis: de quibus vult auctor de speculis conclusione secunda: q altitudines et profunditates a speculis concavis quecunque quidem sunt inter confluentiam visuum: id est antequam radii visuales concidant et concurrant illa reversa apparent sicut in planis speculis convexis quecunque quidem sunt extra confluentiam quemadmodum sic apparent: et sic videmus in speculis concavis sphericis: q homo stans aliquantulum a remotis ultra confluentiam radiorum apparebit habere caput et mentum vel corpus inferius versus terram vel in centrum et pedes superius. consimiliter imaginandum est de inferiori iride. ¶ Et nota hic Q. non procedo magis scribendo de hoc: quia illud recte et principaliter quod debet hic dici et subsequenter dictum est in priori questione.

In ista quæstione pro nunc ergo sit prima conclusio. q quandoque apparent due irides consequenter habentes colores situatos: et non conversos nec conversim positos. hoc patet experientiis et auctoritatibus allegatis in quarto argumento principali. ¶ Secunda conclusio responsalis ad quesitum sequens ex illa est. q non semper apparentibus duabus iridibus superior deberet habere colores conversos seu conversim positos. hoc patet ex precedentibus. ¶ Tertia conclusio. q aliquando apparens

due irides coloribus conuersim positis: quarũ vna habet colores conuersim positos secunde vel alteri. hoc patet per experientiã: et causa premissa est propter diuersitatem aspectus sui magis eleuatum vel minus.

Ad rationes. Ad primam: maxime videtur &c. dicendum q̄ non omnino propter hoc nisi adiuuantur alie cause predicte. ¶ Ad probationem ergo per Uitellionem. dicendum q̄ volunt solum de duabus iridibus cõtra positos habentibus colores q̄d non posset esse aliter medio cõseruato in eodem loco: sed tamẽ hoc non est causa propter quam extremi colores sunt contrapositi. sicut nõ potest aliter esse quin grauitas declinet ad motum deorsum si non impeditur tamen ipsa non est causa propter quam inclinat. ¶ Ad aliam negatur consequentia. nec videt̃ causa hic dicta qr errauit: q̄d satis patet ex probatione consequentis in precedenti questione. ¶ Ad aliam si sic hoc esset propter hoc: quia minores solum sunt: sed quia magis sunt eleuate altum aspectum habentes ad visum sicut premissum est ante conclusiones. ¶ Quarta soluta est in vna cõclusionum. ¶ Ad quintam. possibile est fieri &c. conceditur tota ratio: et hoc est pro prima conclusione ¶ Ad rationem post oppositum ad Aristo. dicitur q̄ noluit q̄ semper sic fieret: sed quandoq3: etiam ipse nõ experientiã vidit: nõ enim vidit tres irides simul hoc reputans impossibile: et tamen est possibile. nec ratio sua ad hoc est sufficiẽs: quia licet versus vnam differẽtiam positionis non sentiret: tamen posset versus aliã sic q̄ apparerẽt in tres irides: quarum superior haberet colores conuersim positos secunde: sed sub media potest esse infima habens colores similiter situatos sicut media &c. et sic sit finis huius questionis:

Quæstio. XVIII.



Queritur vtrum iris superior vel secundaria necessario debeat apparere remissior in coloribus q̄ iris principalis: et arguitur primo q̄ non: quia si sic hoc maxime esset propter maiorem remotionem superioris iridis et elongationẽ a visu. hoc est falsum. consequentia patet per Aristotelem in litera: qui causas debilitatis ponit propter elongationem a visu. sed falsitas consequentis probatur: quia iris principalis sole existente in oriente vel occidente ita alte et remote apparet sicut iris secundaria quando sol est multum eleuatus: et tamen non ita obscura in coloribus sicut iris secundaria. ergo hoc non est propter elõgationem maiorem. et ex alio: quia si sic: tunc aliquis elongando se ab iride inferiori remissius videret eã cõtinue q̄ si maneret in eodẽ loco: quod apparet esse falsum per experientiam: et consequentia patet: quia iterum per maiorem distantiam procederet radius visualis. ¶ Secũdo si sic. hoc esset propter fumos maiores et densiores superius in aere q̄ inferius. hoc cõsequẽs est falsum. consequentia patet: quia propter hoc Aristoteles videtur assignare diuersitatem coloris iridis in litera. sed falsitas probatur: nam in artificiali iride exterior iris apparet obscurior et remissior in coloribus et tamen non est ibi pluralitas humorum: nec diuersitas fumorum: maior inferius q̄ superius: ideo sic est in naturali iride. Et ex alio: quia tunc extrema iris deberet apparere lucidior et intensior propter maiorem densitatem speculi: vbi lux fortius et melius reflectitur: et si tunc superius esset maior densitas humorum vel vaporum superior iris lucidior appareret. ¶ Tertio. si sic hoc esset etiam propterea: quia retro superiorem iridẽ est nubes magis lucida q̄ retro inferiorem: et sic intensior apparet inferior. vbi est magis nigra nubes: quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. sed consequẽs probatur esse falsum per simile in artificiali iride: nam ibi superius opponuntur visui maiores tenebre vel vmbre q̄ retro iridem inferiorem: et tamen inferior apparet lucidior et clarior in coloribus: ideo hoc non est propter talem oppositionem. ¶ Quarto. si sic hoc esset: quia superior iris esset reflexio inferioris: hoc est falsum: vt patuit in priori questione. sed cõña tenet: quia nullam aliam causam assignant nisi hanc. ¶ Quinto si sic. tunc aliquo ascendente magis ad superiorem iridem et appropinquante plus superiori intensius appareret sibi secundaria iris q̄ inferior iris: consequens est falsum vt experientia docet. sed consequentia probatur: quia talis remissio in coloribus non potest esse nisi per distantiã vel propter medium: et quocũq3 modo si melius et plus approximetur melius videbitur: et si plus approximetur melius apparebit secũdaria iris q̄ prima ceteris paribus: quod tamen est falsum.

In oppositum est Aristo. vbi dicit duplex autem et obscurior coloribus q̄ ambiens: et positione colores ex opposito habet positos propter eandẽ causam. longius enim protensus visus sicut q̄d longius videtur &c. sic q̄ intendit q̄ iris exterior fit a refractione debiliori propter longitudinem et distantiam secundum q̄ sibi vel ibi videtur.


Circa quæstionem notandum est: q̄ Aristoteles in hac litera videtur velle soluere questionem: et etiam transuersionis colorum reddere causam quia a loco magis distante fit reflexio iridis secundarie: sed a loco minus distante fit reflexio iridis principalis: sed hoc propter rationes factas ante oppositũ non videtur esse verum: quia experimur q̄ iris principalis sole existente in oriente tantum distat sicut secundaria sole eleuato: et tamẽ apparet lucidior: ideo hec nõ sufficit: nec etiã sufficiunt fumi et vapores. ¶ Propter quod notãdum q̄ huiusmodi debilitas apparitionis contingit ex multis causis. Uno modo ex remotione visibilis vel refractionis. Alio modo ex densitate medij. propter quod apparet refractio minor. Tertio modo ex debilitate radij incidentis et reflexi. licet sit eque breuis tamen propter nimiam debilitatem vel propter nimiam densitatem non potest ostendere sufficienter similitudinem rei secundum q̄ faceret si esset bene fortis in medio bene disposito et raro. ¶ Uñ imaginandum est q̄ quedam pyramis radiosa procedat a puncto signato in superficie astri: cuius pyramidis axis est fortissimus radius vel radius fortior: et radij approximantiores ceteris longioribus vel distantioribus sunt fortiores: quia sunt propinquiores origini et magis propinqui fortissimo radio: et ista omnia simul concurrunt in apparitione iridis.

Tunc sit prima cõclusio. q̄ semper & necessario istis stantibus et ceteris paribus exterior apparebit obscurior et remissior inferiori siue interiori iride respectu eiusdẽ oculi. probat̃: quia ibi oẽs cause concurrunt: igit̃ sequit̃ effectus et irides sic apparentes. cõña tenet et añs declarat̃: nã radij extreme iridis plus distãt ab axe: q̄d patet: quia axis transiret directe per centrũ ocu

ꝗ et per centrum iridis:et quia tūc inferior iris est mi nor ipsa est propinquior axi et exterior remotior:ergo fortiores radij veniunt ad inferiorem seu ad interiorē ꝙ ad exteriorem:et hoc tamen in artificialibus ꝙ in naturalibus. Similiter plus distat ab oculo locus reflexionis exterioris iridis:quia oculus est in axe et exterior iris plus distat ab axe. Similiter mediū est melius dispositum respectu inferioris iridis: quia guttule sunt grossiores ⁊ per minorē distantiā radiū reflectentes:⁊ habent post se frequēter maiores tenebras vel vmbrā saltem naturales irides. ¶ Secunda cōclusio. ꝙ possibile est existente impedimento superiorem et exteriorem lucidiorez inferiori iride apparere:quod patet si radius solis propter quē debet fieri refractio inferioris iridis impediatur remanente radio superioris: sicut quādoqꝫ cōtingit propter nubes vel propter vapores vel etiam propter nimiā subtilitatez pluuie inferioris et densitatem:vel propter ventum commouētem materiam vel propter cōsimilia:et istud possumus pluries experiri in naturalibus iridibus: ꝙ sic fit:licet non in artificialibus:nisi totaliter principalis iris artificialis impediretur:tunc alia non appareret obscurior nec extremissior ista. ¶ Ex istis apparet ꝙ quandoqꝫ apparere possunt eque lucide iris exterior et inferior saltem naturalis:sed tūc inferior siue interior apparet debilis in coloribus. ¶ Ex predictis etiam causis potest apparere ꝙ non est possibile ꝙ vltra secundam iridez superius appareat tertia iris. quia nō possent radij ad eundem oculum amplius reflecti nisi ita debiliter ꝙ esset insensibile:sed tamen hoc contingeret si illa tertia haberet colores situatos sicut principalis. Sed notandum ꝙ iste apparitiones diuersorum colorum non semper et cōtinue apparent in eadem guttula: sed primo in guttula cadēte apparet color rubeus:et postea cum modicum plus descenderit in eadem guttula. apparet xanchus:⁊ postea viridis:et postea aluргus:et sic quia semper alie et alie guttule sequuntur post motū prioris guttule apparet iris recte stās:ac si in eodē desso appareat:ꝙuis tamē in alio et alio et nō in eodē et istud potest experiri in vna vel duabus grossis guttulis descēdentibus in loco vbi fieret iris artificialis quia sic eadez guttula permutabit colores in diuersis sitibus ad oculum:nec est inconueniens ꝙ in vna guttula apparet vni oculo vnus color ⁊ alter alteri: et sic omnes colores simul in eadez guttula respectu diuersorum oculorum siue colorum:nec tamen guttula est ꝑmixta coloribus diuersis:quia non sunt colores: sed lux diuersimode reflexa.

Propter hoc patet quid sit dicēdum ad rationes:quia nulla vna sola causa sufficit ad hoc ꝙ sic appareat iris secunda obscurior prima: sed omnes concurrentes sufficiunt.⁊ licet Aristote. non tetigerit omnes causas:tamen intelligende sunt alie sub istis quas tangit ⁊c.

Quæstio.XIX.



Væritur decimono no vtrum iris debeat apparere secundum circuli peripheriam si non sit impedimētum. ¶ Et arguitur primo ꝙ nō:quia iris fit secūdum sectionem semicirculi:sed illa non est circularis nec peripheria circuli. ergo ⁊c. consequētia tenet de se.⁊ añs probatur: quia sectio ꝑiꝗ est figura angularis:quia causatur ex circūductione mediatatis linee curue terminantis superficiem secantē pyramidem rotundam quiescentē vel iacentem super superficiem planam cui superficiei secans superficies est equidistans:et cum hoc est linea recta: que esset tanꝙ axis in circūductiōe illius linee curue. si igitur iris fit per talem figuram:patet ꝙ non est figura circularis. sed añs pro prima parte probatur:nam sectio ꝑiꝗ est talis figura ꝙ a quolibet puncto superficiei radius incidens et reflexus ad eundem pūctum reflectatur vel ad eandem lineam rectam: vt patet in tractatu de speculis comburentibus:et potest haberi ex Apollonio de pyramidibus:modo figura iridis est talis ꝙ a quocūqꝫ puncto iridis radij reflectuntur vsqꝫ ad eundem pūctum oculi:aliter idem oculus non videret totam iridem que fit per reflexionem ad illum oculum:et sic similiter ad eandem rectam lineaz:sicut esset axis sectionis ꝑiꝗ:omnes radij iridis concurrūt:ergo fit secundū sectionem ꝑiꝗ. ¶ Secundo si sic:tunc non appareret sola portio nec semicirculus:sed ꝯñs est falsū secundū ꝙ experientia docet:ꝯña patet:quia nullaz tale est circuli peripheria:cū peripheria sit vna linea non habens terminos:in cuius medio est punctus ⁊c. vt patz primo Euclidis. ¶ Tertio. Undiqꝫ in nube fit talis reflexio:ergo non secundū figuram circularem: ꝯña patet ex eo ꝙ nubes non est figure circularis. sed añs patet ꝑ experientiam:quia qualitercūqꝫ moueatur homo tempore apparitionis iridis semꝑ potest videre iridem:quod non esset nisi in omni tempore nubis esset et hoc idem patet ex .x. ꝑspectiue Uitellionis: et etiaz in iridibus artificialibus ꝑ rotationes. ¶ Quarto. si sic:tunc non possent apparere virge:ꝯñs est falsum:cōsequentia tenet:quia ille sunt tales reflexiones consimiles iridi:si ergo non secūdū aliam figuram potest fieri iris:sequitur ꝙ nec virge fm aliam figuram ꝙ iris:⁊ ꝑ ꝯñs nō apparebūt virge:sed iris:cum iris non sit virga. ¶ Quinto. iris artificialis potest apparere aliter et alterius figure ꝙ circularis:ergo et iris naturalis celestis. ꝯña patet ꝑ similitudinem Aristo. in lfa:⁊ antecedēs declaratur:nam iris artificialis qui apparet ꝑ vitriale qñqꝫ vel ꝑ cristallū hexagonū apparet recta linea:et similē multe alie irides sic apparēt recte lineꝫ: nā dato ꝙ tres vel quatuor guttule descēderent in radiis solis appareret in aliquibus earū aliqua iris:⁊ non tñ secundū figurā circularez. ¶ Sexto. si sic: hoc esset ideo quia fm circulū peripheriā radij incidētes secūdū equales angulos reflexi pueniūt ad eūdē oculū,⁊ nō aliter:nec alij:hoc est falsum:quia eque bene in planis speculis radij incidētes secūdū equales vel inequales angulos imaginē rei ostēdūt. ꝯña patet:quia ꝑ hoc Aristo. solum videtur velle ꝓbare ꝓpositū:videlicet ꝙ secūdū circuli peripheriam. ¶ Et cōfirmatur. quia hoc videtur esse ꝓpter circularē figurā solis:ꝯña tenet: propter hoc enim luna non potest causare iridē nisi in plenilunio:vt patet in lfa:et ideo requiritur circularitas luminosi:sed ꝯñs ꝓbatur esse falsum:quia si medietas solis esset infra orizōtem:et medietas supra adhuc posset apparere iris:⁊ similiter circa eclipsim solis quādo plus ꝙ medietas solis est eclipsata potest appere iris: etiam radij ab vno puncto imaginantur procedere: et non a circumferentia corporis solis.


In oppositū est experiētia: & Aristo. in lfa. videmus enī ꝑ experientiā iridē fieri fm circulū vel fm portionē circuli.⁊ Arist. sepe dicit de semicirculo: ꝙ nō fiat maior semicirculo: sed bene semicirculus.

In ista questione primo videbitur positio aliorum. deinde dicēdū est breuiter ad quesitum sm intentionem Aristo.

Quantum ad primum aliqui dicunt istam conclusionem. q iris apparet secūdū circuli peripheriā secundum se primo. et illam probant supponendo quedam prius dicta de vna questione de h.k.m. triangulo: sic q h. sit sol: z k. sit cētrum oculi vel orizōtis: z m. sit aliquis punctus reflexiōis: puta altissim⁹: z et cum vbiq fiat reflexio ad angulos equales incidētie z reflexionis: z impossibile est q sint anguli equales circumquaq nisi secundum figurā circularē. ideo iris apparet sic: puta figure circularis. ¶ Secūdo arguunt sic. circumducat triangulus h.k.m. manente h.k. fixa. tunc statim patet q m. pūctus describitur lineam circularem. ¶ Tertio adhuc cōfirmant. quia imaginantur circumferentiam trianguli: sicut est triangulus h.k.m. tūc per quartam primi Euclidis probātur omnes huiusmodi trianguli sibiinuicem esse equales: et sunt de eodem puncto ad circumferentiam: ergo linee k.m. z omnes alie linee correspondentes sibi sunt equales. Iste est modus aliorum.

Dimissa ista positione tanq vera: tamen est melius litere intentio habeatur: quia difficilis est processus in tantum q aliqui dicunt Aristo. non dixisse: quia in antiqua translatione nulla sit mentio de istis: z et quia circa literam visa est demonstratio secundum quam Aristoteles procedit: ideo nūc aliqua breuia sunt supponenda. ¶ Primo. q orizon est circulus diuidens partem celi visam a non visa transiens super superficiem terre. et illa patet in litera: et per auctorem sphere: z et per perspectiuos. ¶ Secundo supponitur q semicirculus diuidens hemisphērium quod est super orizontem in duo media equalia trāsiens ab oriente in occidens est medietas magni circuli in sphera. quod patet: quia totus circulus est magnus: quia per centrum transiret igitur medietas eius est medietas magni circuli. et istam etiā innuit Aristoteles in litera. ¶ Tertio supponitur. si due recte linee: quarum exeat vna a termino diametri: z et alia a centro circuli in semicircumferentia eiusdem semicirculi concurrant ab eisdē pūctis alias duas rectas lineas exire ad aliud punctum semicircumferentie eiusdem semicirculi concurrendo in eadē proportione se habere est impossibile. illa demonstrata fuit circa literam per. xv. quinti: z et per. xxiij. primi Euclidis: z et Aristoteles etiā eā narrat in litera. ¶ Quarto supponitur. q si plures linee ab eisdem punctis: puta centro et termino diametri exierunt in eadem proportione se habentes vel prioribus equales iste concurrunt in circumferentia circuli vel in semicircumferentia predicto semicirculo magno equali et istam etiam Aristoteles tangit in litera et patet: quia non possunt remotius nec propinquius linee extendi: quia statim primo semicirculo magno ad illum locum inclinato ab eisdem punctis: puta termino diametri et centro linee in eadem portione se habentes ad alium punctum concurrent: quod est impossibile per premissam suppositionem. ¶ Quinto supponitur. q radij luminosi venientes a sole existēte in orizonte faciunt pyramidem: cuius conus est punctus solis: z et diameter orizontis est axis illius pyramidis: et basis est rotatio: z et circumferentia basis iris. posito ergo q h. sit sol: z k. oculus: z m. aliquis pūctus refractionis iridis vel guttula roris in summitate refractionis vel apparitionis iridis ad quē punctum m. incidat radius ab ipso h. et secundum equalem āgulum reflectatur ad oculum k. alias ad illum oculum nō perueniret vt patet ex prioribus questionibus. z sic similiter erit de alijs radijs equaliter ab axe distantibus super guttulas roris.

His ergo premissis sit conclusio responsalis ad quesitum. q si non sit impedimentum vel impedimenta: tunc iris debet apparere secundum circuli peripheriam. probatur: quia si non: tunc propinquius vel remotius possunt radij incidere et reflecti ad locum q sit punctus m. hec consequentia patet: quia si non propinquius nec remotius: tunc erit figure circularis: et habetur propositum: et si erit alia figura aliqua pars magis elongatur et aliqua minus ab eodem puncto: vt patet inductiue in singulis figuris aliis a circularibus. sed consequens probatur esse falsum: scilicet q propinquius vel remotius: quia iam hoc esset contra tertiam suppositionem. quia ab eisdem punctis: puta h.k. alie linee in eadem proportione se habentes concurrerent quod impossibile est. Et aliter probatur falsitas: quia statim si propinquius anguli incidentie et reflexionis non essent vndiq equales: quod est contra quintam et vltimam suppositionem: ergo cum nō possint propinquius nec remotius incidere: sequitur q vndiq per equalem distātiam. ducta ergo linea recta a puncto m. perpendiculariter super h.k. lineam in continuum et directum protracta vsq ad p. que sit m.o. secundum quantitatem linee m.o. describatur circulus: cuius circumferentia per omnia loca fractionū vel refractionum transibit: ergo sequitur q talis reflexio vel refractio que est iris fiat secundum circulum vel secundum peripheriam circuli si nō sit impedimentum: z et illud est quod volumus.




¶ Et si quis diceret q linea m.o. in aliqua sui parte non attingit fractiones: contra: quia tunc oporteret q in illa parte linee ducte ab h. z k. essent longiores: quod est impossibile. patet ergo propositum. ¶ Et ex ista cōclusione patet: q impedimento existēte solum portio circumferentie circuli potest apparere: z et maior et minor secundum impedimentum maius et minus. ¶ Et ex ista conclusione patet: q ex quo terra et orizon diuidunt medietatem celi a nobis et medietatem omnium circulorum magnorum ad quos cōcurrunt radij reflexi: ideo sole existente in oriente siue in occidente solum apparet semicirculus iridis: z et sole eleuato minor portio q semicirculus: z de quo videbit in questione sequenti. ¶ Et patet iterum. q si elementa densa sicut terra et aqua non essent: z et oculus esset in centro mundi: et ex opposita parte solis fierent rorationes: ille oculus videret iridem circularem totaliter completā. Et ex isto patet vlterius. q si oculi hominum possent eleuari: sicut oculi auium: viderent secundum circumferentiam iridem completam et rotundam: z et secundū hoc litera Aristotelis est exponenda quando dicit q apparet semicirculus: z et non sit possibile fieri maiorem portionem siue longiorem: hoc est falsum: quia potest integra circumferentia apparere: sed oculo existente in superficie orizontis plani non potest magis apparere q semicirculus: et hoc intendit Aristoteles.

licet oculo eleuato in turri vel in monte altissimo pos
set apparere multo maior portio q̃ semicircul⁹ ⁊ for-
te circulus completus: sicut etiā patet de iridibus ar-
tificialibus q̄ potest maior portio q̃ semicirculus ap-
parere. ¶ Nunc ergo contra questionē vel contra p̄-
cessum vel modum Aristo. demonstrandi arguitur: da
posito q̄ gutture remotiores essent a latere q̃ superi⁹
a quibus radij incidentes secundum equales āgulos
reflecterentur sicut incidunt: et sic similiter equaliter
sicut in guttulis superioribus plus propinquis: tunc lō-
giores linee procederent a sole: et secundum eundem
oculum reflecterētur vel redirent: quia inequalitas li
nearum hoc non impedit: nec inequalitas angulorū
incidētie nec reflexionis in diuersis speculis: quod pa
tet per simile: quia in speculis propinquis et remotis
possumus eundem solem videre per diuersos radios:
ergo etiam in guttulis sic cum sint tanq̄ specula. ¶ Itē
portio linearum: scilicet linee h.m. ad k.m. vel aliarum
linearum: nihil facit ad equalitatem angulorum inci-
dentie vel reflexionis in diuersis speculis: si superfici-
es speculorū concaue vel conuexe sint equales. ¶ Itē
probatum non est q̄ hoc fiat per lineas rectas a sole
p̄ductas super guttulas: nec q̄ fiat per fractas: quia
si per fractas vt videtur patere ex prioribus questiōi-
bus: tunc nulla est demōstratio Aristo. Et si per lineas
rectas: hoc non potest poni: quia refrangerentur pro-
pter aerem qui est densior igne: nec sunt eadem circū-
ferentia sol et summitas iridis: adeo circuli magni cir
cunferentia nihil facit ad propositum. ¶ Item eodē
modo argueretur q̄ nihil deberet rubedo vel albedo
secundum figuram circularem apparere: sicut argu-
tum est de iride. ¶ Item non probatum est q̄ h.m. li-
nea quando circa axem h.k. circunducitur veniat ad
omnes terminos refractionum: et ibi solū debeat ap-
parere iris ⁊ non p̄pinquius nec remotius per dictas
causas. ¶ Item cōsimiles proportiones vel equales
possunt esse linearum longiorū sicut breuiorū: et ideo
ista proportio linearum nihil ad propositum. ¶ Item
nos videmus in multis alijs experientijs colores iri-
dis apparere: et non secundum figuram circularem
sicut apparet in fumis sudantiū ⁊ in anhelitu in hye
me diffuso contra fenestram quadratam iuxta positā
vmbre: et similiter emittēdo anhelitum in radio sola-
ri transeunte per foramen ⁊ in multis talibus vbi ta-
les apparent sine arcu et circunferētia. ¶ Ad ista om
nia potest dici probabiliter. q̄ hunc processum de iri-
de per modum demonstrationis non fecit. Sed quidā
arabes posuerunt: quia ista noua translatio ab arabi-
co fuit translata in latinum: et arabici expositores: si-
cut Alexander in commento suo loquitur solū de hac
demonstratione et non alibi: et in antiqua translatione
Boetij nihil de hoc processu inuenitur que fuit de gre
co in latinum: sed solum habetur de circulo vario: qui
debet apparere diuersi coloris: et hoc idem vult Vi-
tellio in decimo perspectiue sue: q̄ sine talibus lineis
debeat apparere. sicut Aristoteles in litera noue trā-
slationis tenet: omnia melius probari possunt: ⁊ forte
ista non possunt sufficienter demonstrari vbi falligra-
phus semper locum inueniat cōptosum fugiēdi nisi ex
perientie sensuales premittantur tanq̄ principia: ⁊ il
la non sunt demonstranda nec possunt demonstrari: et
quia vt per experientiam videmus iridem fieri secun-
dum portionē circuli vel circunferentie: sicut videmus
grauia non impedita descendere: hoc non est demon-
strandum nec demonstrabile saltem per ea que in lite
ra continentur.

Ad rationes. Ad primam quando di-
cebatur q̄ sit ⁊c. negatur antecedēs. Ad probationē
quia radij reflexi ⁊c. dicendum q̄ non omnes radij tē-
pore apparitionis iridis reflexi ad vnum punctum cō
currunt nec ad vnam lineā rectā nec ad vnā lineā cur
uam: q̃ omnes in circunferentia iridis vni oculo appa
rentes ad vnum punctū concurrent: vel ad vnam line
am: sed sic non est in speculo sectionis cuiuscunq̄ mun
quā. q̄ ibi omnes radij reflexi. ad vnā lineam cōcur
runt: extra quam non amplius alij radij concurrunt:
et ideo est satis dissimile. ¶ Ad aliam cum dicitur q̄
sit semicirculus. dicitur q̄ tunc est impedimentum.
¶ Ad aliam quando dicitur vndiq̄ in nube ⁊c. conce-
ditur antecedens ⁊ negatur consequentia: quia respe
ctu vnius oculi apparet in vna circūferentia. et respe
ctu alterius in altera: et sic quilibet oculus habet su-
am. ¶ Ad aliam si sic ⁊c. negatur cōsequentia. Ad p̄-
bationem dicitur q̄ fiunt secundum reflexionem quā
tum ad incidentiam radiorum ⁊ reflexionum: tamē nō
oportet figuram totam esse circunferentialem. ¶ Ad
quintam iris artificialis ⁊c. dicitur q̄ non de iride ar-
tificiali que fit per rotationes: et etiam secundum cir-
culi peripheriam si non sit impedimentum. ¶ Ad ali-
am hoc esset ⁊c. conceditur antecedens ⁊ cōsequentia
Ad improbationem: quia plures alij modi: Dicendū
q̄ licet hoc esset possibile: quia non implicant contra
dictionem: tamē in operatione nature sic regulare nō
potest hoc fieri: quia posteriores radij a prioribus vel
a medio impedirētur ne ad oculum peruenirent saltem
sensibiliter: et cetera.

Questio.XX.



Ueritur vicesimo vtrū
semper tempore apparitiōis
iridis necesse sit centrum so-
lis et centrum orizontis ⁊ cē
trum iridis et polos eiusdem
vel polum esse in eadem linea
recta. ¶ Et arguit primo q̄
non: quia si sic: tunc centrum
orizontis non esset idem cum
centro mundi: consequēs est falsum: q̄ orizon est circu
lus magnus in sphera: igit eius centrū est idē cū cen-
tro totius sphere: vt patet ex p̄mo Theodosij de sphe-
ris. Sed tamē p̄ña probat: quia si hec quatuor centra
essent simul semp in eadē linea recta cū aliquando nu
bes existentibus sup superficiem terre appareat semicir
culus de iride: sic q̄ cētrū iridis est recte in circūferē-
tia sphere terre: ⁊ in eadē recta linea cū centro oculi ⁊
cū cētro solis: ⁊ centrū mūdi multū distat a cētro ocu
li: q̄ per distātiam semidiametri sphere: sequit q̄ hec
puncta. s. centrum solis et centrum mundi non sint in
eadem linea recta: cū p aliā viā procedat linea ducta
a centro solis p centrū mundi q̃ si p centrum oculi du
ceret. ¶ Et forte diceres. q̄ p centrū orizontis Aristo
teles intellexit centrū oculi. ¶ Sed contra. quia tūc
non posset iris q̄ñq̄ minui nec maiorari fm ascensum
vel descensum solis. Hoc est falsū. ⁊ cōtra sfaz q̄ Ari.
dicit. q̄ eleuato signo in quo h. super diametrum q̄ est
a.g. minor erit superior decisio circuli q̃ si nō eēt h. ele
uatū: ⁊ p̄ p̄ña minuit ⁊ minorat ⁊ p̄ña p̄bat: quia ex q̄
p cētrū orizōtis intelligit centrū oculi: vt tu dicis: po
nat q̄ q̄ centrum oculi sit valde eleuatū sup superficiē
tre in tm̄ q̄ nihil p superficiē terre scindat de iride: ⁊ tūc

nõ maiorat nec minorat propter ascensum solis: qđ ẽ propositum. ¶ Secundo ad principale. nulla est nec esse potest linea recta a centro solis per centrum orizõtis et per centrum iridis et polum: igitur non semper necesse est illa centra esse in eadem linea recta: immo impossibile esset. consequentia patet: et sic probatur antecedens: quia corpus celeste et orbes celestes et sphere elementares et oculus non sunt vnũ corpus nec possunt esse: igitur nõ est vna linea nec potest esse per hec centra ducta: quia linee et quantitas nõ sunt sine subiecto. Sed si diceres. non est aliqua linea recta secundum rei veritatem: sed secundum imaginationem mathematicam si esset talis: ista caperet omnia hec in se manens recta. Sed contra. quia radius rectus veniens a sole super superficiẽ ignis vel aeris oblique incidit ad superficiem ignis: et per consequens nõ recte procedit: sed frangitur secundum premissas questiões et sic etiam veniens vsq ad caput hominis videntis iridem non faciet vmbram directe secundum rectã lineam procedere que secundum mathematicam imaginationem centro solis per centrum oculi vsq ad cẽtrum iridis duceretur: et per consequẽs nõ sunt in eadem linea recta secundum mathematicam imaginationem. ¶ Tertio si sic: tunc sole continue eleuato oporteret quiescente oculo centrum iridis et polum continue moueri descendendo: consequens est falsum: quia centrum iridis et poli non possunt terram penetrare nec alia densa corpora: igitur non possunt descendere inferius ex alia parte: et etiam tunc circa centrũ oculi videntis mouerentur due linee continue: quod tamen non percepimus videndo iridem. consequentia patet quia alias quiescente iride sine oculo non omnia ista possunt manere in eadem linea recta: quod est contra questionem. ¶ Quarto: si sic: tunc cẽtra iridum in diuersis situbus apparẽtium in speculis ex opposito iridis essent in eadem recta linea cum illis quatuor punctis: consequens est falsum et impossibile: quia ab eodem puncto ad eundem punctum impossibile est plures rectas lineas duci quam vnã: sic tamen oporteret a cẽtro solis et a centro iridis duci plures rectas lineas: videlicet vnam per centrum oculi: et alias per centrũ iridium apparentium in speculis. sed cõña patet: quia iris apparẽs ex opposito iridis per speculum vel specula est iris tempore apparitionis iridis: et per consequens si questio est vera omnes illi puncti iridium in speculo essent in eadẽ linea recta. ¶ Quinto. de artificialibus iridis que fiunt per rotationes non est idẽ centrum iridis et centrum orizontis et centrum solis: vel in eadẽ linea recta: quia aliquis posset esse sub terra vel directe sub sole faciens iridẽ artificialem sic quod centrum orizontis non esset in eadem recta linea: et tamen plures lateraliter adinuicem distantes possunt simul et semel facere diuersas irides artificiales: sic quod in nulla recta linea possunt esse cẽtra omnium iridũ cũ centro oculi vel orizontis et centro solis. ¶ Sexto. in eodem instanti simul et semel apparent diuersis hominibus in diuersis partibus mundi diuerse irides: quarum centra non sunt nec possunt esse in eadem recta linea: immo distant tanquam coni trianguli: vel tanquam coni cuiuslibet alterius angularis seu lateralis figure: igitur non semper tempore apparitiõis &c. consequentia videtur esse manifesta: et antecedens patet per experientiam: et melius patet imaginanti.


In oppositũ videtur fuisse Aristo. in litera: vbi dicit. Eadem autem et polus et centrum circuli supple iridis: quod terminantis nunc ortum. i. cẽtrũ orizontis: est enim illa m.k.h.p. ex quo apparet quod semper tempore apparitionis iridis pũctus h. qui ponitur loco centri solis: et punctus k. qui nõ est orizõtis cẽtrũ: et punctus d. qui est cẽtrum iridis: et pũctus p. qui est polus eius sunt in eadem recta linea scilicet h.p. qualitercunq sol eleuatur et deprimitur: et hoc Aristo. presupponit tanquam principiũ: per hoc probans aliqua accidentia de iride. videlicet quando sol est eleuatus: tũc minor apparet portio iridis quam medietas sicut de aliis de quibus postea videbitur. Hoc idẽ patet in quodã tractatu de iride qui incipit. Cũ expertum sit: vbi dicitur quod halo et solis idem est centrum secundũ sensum propter diuersitatem aspectus. s. oculi aspiciẽtis: quia semper oculus aspiciens est in loco centri circuli alterius: hoc est orizontis: et linea q.o.n. transit per centrum solis. et per centrum circuli vsq ad nadir solis. i. punctũ oppositum in zodiaco ipsi soli. ¶ Notandum autem est quod aliter sumitur orizon apud astrologos et aliter apud perspectiuos. nã astrologi dicũt quod orizon est circulus magnus diuidens spheram per duo equalia transiẽs per centrum eius et separans partem celi visam a nõ visa: sicut patet per auctorem de sphera. aliter autẽ capiunt perspectiui: sicut apparet per Vitellionẽ in quarto. perspectiue. vnde capiunt orizontem pro vna superficie circulari contingente terre superficiem: et vlterius procedente vsq ad extrema partium celi visarum: et eius centrum ponunt centrum oculi sic videntis. Et secundum ista patet diuersitas secundum centra orizontis: quia primo modo capiendo centrum esset centrum orizontis: et centrum mundi idem. Sed secundo modo non sic: quia oculi nostri non sunt in centro mundi: immo valde distant. ¶ Sed tamen quia astrologi reputant terram insensibilem in comparatione ad celum: sicut apparet in secundo Almagesti Ptolemei: quia etiam minima stella visu notabilis nullius proportionis apparet esse ad totum celum: sic nec terra: cũ quelibet stella sit ea maior: habet aliquam proportionem determinatam ad celum: propter hoc reputant idẽ centrum orizontis et centrum mundi. Ulterius notandum quod quamuis nulla sit nec possit esse rebus se habẽtibus vt nunc linea recta a sole vsq ad nos: tamen si esset aliqua talis linea recta: sicut bene possumus imaginari sine contradictione: que esset a centro solis ad cẽtrum oculi in continuum et directum protracta: queritur per questionem: vtrum semper et necessario in tali linea recta si esset tẽpore apparitionis iridis debeãt esse ista puncta ita quod nunquam appareat iris nisi talia quatuor pũcta sint in eadem linea recta existente vel imaginata.

Et secundum hoc sit prima conclusio quod non est necessarium semper tẽpore apparitiõis iridis quod centrũ solis et orizõtis vt astronomus sumit et iridis et polus sint in eadẽ linea recta. hoc satis patet: quia plures apparẽt nobis irides tam artificiales quam etiã naturales: quarum centra impossibile est esse in eadẽ linea recta cũ centro solis et centro mundi: quia hec tria cẽtra facerent triangulũ: si recte linee a quolibet ad quodlibet ducerentur: igitur nõ est necesse. Consequentia tenet: et añs patet secundum quod argutum fuit in prima ratione principali ante oppositum: et per hoc soluitur. ¶ Secũda cõclusio. quod semper in tẽpore apparitionis iridis artificialis centrũ solis: centrũ iridis artificialis: et centrum oculi et poli eius: si ita sunt in eadẽ linea recta: nisi refractio radiorũ solarium super diuersa diaphana oblique incidentium impediat: quamuis nõ multũ sensibilis diuersitas inde fiat. Ista probatur: nã dũ sit iris artificialis recta linea procedẽs a cẽtro solis tanquam axis pyramidis radiose ...

recte veniet super centrum oculi vel super centrum cõcursus neruorum opticorum: vel per centrum concursus neruorum opticorum: quia experimur q vmbra capitis nostri in continuum ⁊ directum procedit ⁊ equaliter vsq per mediũ iridis artificialis quãtũlibet ⁊ circunferentia iridis artificialis non plus distat in vna parte ab extremitatibus vmbre q̃ in alia: nec econuerso nisi quid accidentale impediat puta inequalitas figure capitis vel capitiũ vel crinium: ⁊ ergo axis vmbre in continuũ ⁊ directũ procedit secundũ q axis pyramidis radiose per centrũ concursus neruorũ opticorũ ductus ꝓcedit: ⁊ axis vmbre ꝓcedit per centrũ iridis ⁊ per polũ: ergo omnia ista quatuor puncta sunt i eadem linea recta in iride artificiali: ⁊ sic hoc semp experimur: ⁊ quomõcũq mouemus caput mouebit vmbra vel nobis apparebit moueri iris artificialis: sic q semper manent ista quatuor pũcta in eadẽ linea recta licet in nulla linea recta semper maneãt. ¶ Tertia cõclusio est ista. q semper tempore apparitionis iridis naturalis ⁊ celestis ista quatuor puncta sunt in eadez linea recta existente vel imaginata si nõ fractio radiorum insensibiliter vel aliter immutet ⁊ hoc patet: quia iris naturalis fit sicut artificialis: vt sepe allegatum est ex litera: sed ex precedenti conclusione sic fit iris artificialis q ista quatuor puncta sunt semper in eadem linea recta: ergo ⁊c. consequentia patet: ⁊ etiam antecedens ex dictis. Et intelligenda est cõclusio respectu eiusdem oculi ⁊ de centro orizontis pro cẽtro oculi capto: ⁊ si diuersis in diuersis situbus diuerse irides apparent semper cuilibet illorum talia quatuor puncta essent in eadem recta linea: ⁊ hoc vnusquisq potest experiri: quia iride naturali apparente sole existente in oriente vel occidente si consideret quis vmbram capitis procedit directe per centrum ⁊ eque distat a circunferentia: quia si radij solis prius concurrent anteq̃ vmbra capitis ad tantam distantiam perueniret retro ponatur capiti aliquod vmbrosum rotundum ⁊ magnuz ⁊ apparebit. ¶ Ex istis conclusionibus patet q si oculus esset in centro mundi ⁊ cetera ad iridem requisita essent paria viderent totam iridem: ⁊ idem esset cẽtrũ mundi cum centro huius oculi vel omnia quatuor pũcta essent in eadem linea recta cum centro mundi. Ex quo patet vlterius q si sol circũduceretur ceteris paribus tali oculo in centro mundi appareret iris circunduci ex opposita parte celi: sicut sol ex alia parte circunduceretur. ¶ Et ex hoc patz q si quis esset oculus sub polo artico in superficie: tali oculo potest iris apparere circunduci: quemadmodum sol circunducitur ad omnem partem celi per totum tempus post equinoctium vernale vsq ad equinoctium autũnale ꝑ centrum: ⁊ sic tales possunt videre iridem naturalem versus astrum directe: quod nobis existentibus hic est impossibile: ⁊ causa est: quia ex quo semp ista sunt i eadez linea recta: ⁊ ipsi habent solez super orizontem ad omnem partem celi tam versus austrum q̃ versus septẽtrionem: ideo ipsi possunt videre sole existente versus septẽtrionem iridem versus austrum. hoc autem ẽ nobis impossibile: patet etiaz q si qui sunt antipodes q illis nunq̃ potest apparere iris versus septẽtrionem sicut nobis hic existentibus non potest apparere iris ꝟsus austrũ. ¶ Et ex istis ẽt pz q̃d sit dicẽdũ ad q̃stionẽ: ⁊ ẽt excludẽde sũt irides appẽtes ꝑ speculũ ex opposito: q: de hoc non habent conclusiones veritatem. ¶ Nunc dubitatur circa predicta: quia non videt propter quid poli vel polus iridis sint in eadẽ recta linea cum alijs tribus punctis. probatũ enim est per experientiam dictam: q ista tria centra sunt in eadez recta linea: sed non probatum est de polis. ¶ Ad quod dicẽdum: q ex quo centrum iridis ⁊ centrum orizontis vt dictum est sunt in eadem linea recta: vt cuz experimur in iridibus artificialibus ⁊ etiã in naturalibus: q semper superficies contenta a circũferẽtia iridis existẽs vel imaginata est eque distans superficiei orthogonaliter intersecante rectam lineam. in q̃ sunt centra tria dicta: ⁊ oportz q ista recta linea vlterius recte ꝓtracta ꝓcedat vsq ad polum: quia polus est quilibet punctus in linea recta a centro circuli ꝑpendiculariter sup superficiẽ eius erecta. igit poli sunt in illa sm q pz ꝑ diffinitionẽ poli datã in primo Euclidis: ⁊ datã a Theodosio de sphera: q videmus q si sol sit in meridie in estate ⁊ facimus iridez artificialẽ ꝑ rotatiões: oportet nos respicere quasi ad terrã ⁊ nõ aerẽ: sicut de mane i hyeme: ⁊ sic semp sicut sol eleuat: sic ⁊ linea recta a sole ꝑ centrum oculi directe duci imaginata vltra oculuz deprimitur: ⁊ superficies iridis semp orthogonaliter intersecans illã lineã proportionaliter inclinatur. ¶ Et ex isto patet: quare nunq̃ possumus facere iridem artificialẽ apparere sursum ꝟsus celum totaliter: sic q ꝑpẽdicularis sup superficiez iridis veniat quasi a centro mundi per centrum oculi: sed semper versus terraz vel a latere: quia nunq̃ sol luceret super terram: sic q ꝑpẽdicularis vel recta a sole ad oculum veniens ab inferioribus procedat: sed si terra per imaginationem esset ita parua q radij circunquaq possent transire i tãta fortitudine ⁊ distantia quanta sufficit ad iridem: tunc bene posset apparere sursum iris vel etiam si terra non esset et nos essemus.

Per hoc ad ratiões. Ad primam si sic ⁊c. ꝓcedit vt sumũt ꝑspectiui. Ad iprobationẽ supponẽdo cũ dicebat tunc iris non posset qñq minui cõceditur si oculus sic esset eleuatus: nec est inconueniẽs. ¶ Ad secundã nulla est ⁊c. cõcedat sed sufficiat fz mathematicã imaginationẽ q si esset talis linea: tũc tẽpore apparitiõis ⁊c. Ad ꝓbationẽ ꝯ hoc q̃ radij frangunt. dicendũ q licet sic sit: ⁊ oporteret esse: tñ hoc nõ facit sensibilẽ diuersitatẽ sed valde modicã ⁊ hoc non sufficit: quia naturalis nõ habet multũ demõstrare ꝑ insensibilia: sicut mathematicus. ¶ Ad aliam. tunc sole ⁊c. ꝓcedit: q: nõ impossibile est secundũ imaginationẽ vel conditionaliter: q: duritiES terre non impedit quin possimus imaginari penetrationẽ. ¶ Ad quartam de speculis dicendũ q hoc fuit exclusum in ꝯclusiõibus. et etiaz de artificialib⁹ diuersis ⁊ naturalibus: q: non oportet oĩz iridũ apparẽtiũ sit ⁊ semel q centra sint in eadẽ recta: sed respectu oculi vni⁹ quiescẽtis vel moti semp sunt quatuor puncta in eadẽ recta tẽpore apparitiõis: ⁊ sic respectu vnius quatuor: ⁊ respectu alterius quatuor: licet omnes iste recte linee in centro solis ꝯueniãt ⁊ ꝯmunicẽt: ⁊ nõ in alijs. Et per hec etiaz pz solutio quinte ⁊ sexte rõnis.

Questio.XXI.




Veritur vicesimoprimo vtrũ sẽp tẽpore apparitionis iridis ⁊ halo diameter iridis sit ꝑcise dupla ad diametrũ halo. ¶ Et arguit primo q nõ q: qñq diameter halo ẽ valde parua: qñ halo appet iuxta stellã ⁊ minoris magnitudinis alia a sole ⁊ luna ⁊ diameter iridis est tanta: sicut cõiter solet esse: igit non semper precise dupla. q̃a pz ex hoc

q̃ diameter halo q̃ diameter iridis ẽ dupla precise ẽ multo maior q̃ apparens iuxta stellam. ¶ Secundo. si sic: sequeret̃ q̃ distantia solis vel lune ab iride vel a loco apparitionis iridis eẽt precise in duplo maior q̃ distantia eiusdem solis vel lune a loco in quo apparet halo vel a vapore isto in quo fit: consequens est falsum et impossibile: quia sol valde multũ distat a luna vel ab aere et per consequens multo plus q̃ in duplo ad distãtiam halo et iridis abinuicem. Similiter luna distat p̃ totam spissitudinem orbis ignis: et similiter superiorũ et medie regionis aeris ab halo: sed halo ab iride non distat nisi per modicam distantiam in aere: vt puta in duplo plus distat halo ab iride q̃ iris ab oculo videntis iridem que est satis modica distantia que est vix p̃ medietatem miliaris parui: sicut experimur quando fines iridis apparent inter edificia et visum nostrum q̃ edificia non multum distant a nobis: sicut scimus. Sz consequentia probatur. quia imaginando vnum triangulum cuius conus sit in puncto solis vel lune: et sit a. et procedat latus a.b. ab a. vsq̃ ad finem iridis versus terram quando apparet semicirculus de iride: et a.c. latus ad alium finem: et ducatur linea c.b. basis trianguli tã q̃ diameter iridis. capiat̃ q̃ linea d.e. eq̃ distans linee c.b. ĩ isto triãgulo secãs ista duo lat̃a a.c. et a.b. triãguli a.b.c. et sit linea d.e. solũ subdupla ad lineã c.b. secundũ q̃ tu poneres diametrũ halo esse subduplam p̃cise ad diametrũ iridis. tunc imaginor hic duos triangulos a.b.c. et a.e.d. isti duo trianguli sunt eque anguli et consimiles: quia angulus a. vnius idem est et equalis angulo a. alterius: et angulus e. est equalis angulo b. quia extrinsecus intrinseco sibi opposito quãdo duabus eque distantibus supuenit tertia: ergo per. xxviiĳ primi Euclidis sunt equales. cõformiter probatur de angulo d. q̃ sit equalis angulo c. qđ etiã patet p̃ vicesimam tertiam secundi: quia omnis triangulus habz tres et c. ergo cũ sint eque anguli sequitur q̃ latera eorum erunt proportionabilia per quartam sexti: ergo sicut se habet b.c. ad d.e. sic se habz a.b. ad a.e. et a.c. ad a.d. sed q̃r per te diameter iridis pro qua ponitur b.c. est dupla p̃cise ad diametrũ halo pro qua ponitur d.e. sequitur q̃ distantia solis a puncto qui est terminus iridis sit precise dupla ad distantiam solis a puncto qui ẽ terminus diametri halo: et sic similiter arguitur de luna: q̃ sol vel luna ĩ duplo p̃cise plus distat ab iride q̃ ab halo quod fuit probandum: et est impossibile. ¶ Tertio. si sic: sequitur semper q̃ halo esset equalis magnitudinis: et similiter iris vel irides semper eẽnt equalis magnitudinis: hoc consequens est falsum et contra experientiam: quia videmus multotiẽs q̃ halo q̃nq̃ ẽ maior q̃nq̃ minor: et sic nos videm⁹ q̃ iris q̃nq̃ ẽ mĩor et quandoq̃ maior: immo sole eleuato: vt dicit Aristote. in litera: apparet minor portio maioris circuli de iride ideo quandoq̃ fit maior portio circuli vel maior circũferentia iridis: et quandoq̃ minor: ergo nõ semp̃ irides apparẽt equalis magnitudinis nec halo. consequẽtia tenet: quia si semp̃ est p̃cise dupla: igitur circunferentie si complete essent: essent continue duple: et p̃ 9ñs cõtinue equales sibiĩpsis in oĩbus temporibus: quia eadẽ est portio diametrorũ et circunferentiarũ eorundẽ circulorum vt per quintam conclusionez Archimedes de curuis superficiebus patet. ¶ Quarto sic. quia quandocunq̃ halo apparet sole vel luna tantuz eleuato q̃ nihil de iride potest apparere: igitur non semper diameter vnius est dupla et c. consequentia patet: quia q̃rum vnum est duplum ad aliquod / ambo sunt: sed antecedens patet luna existente in signis estiualibus et eleuata ad medium celi: et similiter de sole: tunc enim nihil iridis potest apparere nec esse apud nos.

¶ Quinto. si sic: tunc irides artificiales et halo artificialiter facti per vrinale sic se haberent q̃ diameter vnius esset dupla ad diametrum alterius: hoc cõseq̃ns est falsum: quia possum⁹ artificiales irides facere maiores et minores sicut halo: sic q̃ proportio illa nõ seruetur precise. ¶ Sexto. quando apparent due irides artificiales destruct et inferiori iride vel p̃ncipali relĩque est multũ maior: ergo et diameter eius est maior: ergo et diameter halo si tunc appareret halo nõ precise esset subdupla ad diametrum iridis: ergo non semp̃ quando apparet halo et iris / diameter vnius est dupla ad diametrum iridis alterius consequentia et antecedens patent de se. ¶ Itẽ contingit raro q̃ q̃ simul possint apparere halo et iris: igitur non semper et c. consequentia patet: quia oporteret aliquando sic esse si deberent ista esse vera: sed antecedens probatur: quia rarũ q̃ vapor in quo fit halo permitteret radium ita faciẽ transire q̃ fieret iris ex opposita parte: et quando halo sol vel astrum est ad minus eleuatum per. xi. grad⁹ et tunc non potest circunferentia iridis tanta apparere q̃ diameter iridis sit dupla ad diametrũ halo.

In oppositum arguitur p̃ experiẽtias quas ponit auctor in tractatu de iride: qui dicit: cum expertum sit per astrolabium vel per armillas q̃ diameter halo habet. xlĳ. gradus de circulo altitudinis et semidiameter iridis tantundem. ex quo patet q̃ semidiameter iridis est equalis toti diametro halo: et p̃ cõsequens cum diameter iridis sit precise dupla ad suam medietatez: sequitur q̃ sit precise dupla ad diametrum halo: et hoc probat idem per angulum vel per angulos in centris oculorum qui se habent adinuicem in proportione dupla: puta angulus sub quo videtur diameter iridis est duplus ad angulum sub quo videt̃ halo: sed quia eadem est proportio circunferentiarum vel portionum circunferentie seu arcuum que est proportio angulorũ supra centrum: sicut p3 per vltimam conclusionem sexti Euclidis: sequitur q̃ pars circunferẽtie sub qua apparet iris sit dupla ad partẽ circunferẽtie sub qua apparet halo. ¶ Hec est notandum q̃ op3 questionem intelligi 9ditionaliter: vt videlicet si q̃ñ q̃ simul et semel apparet halo secundum circunferentiam completam et similiter iris secundum circunferẽtiam completam vel semicirculi: q̃ tunc diameter iridis esset precise dupla ad diametrum halo: quia de facto q̃ sic fiet q̃ simul in oculo existẽte in superficie ori




zõtis appareat halo totus ⁊ semicirculus iridis esset impossibile. Et etiam potest intelligi questio q si modo appareat halo iuxta solem vel iuxta lunam ⁊ cras appareat iris secundum semicirculum nunquid tunc diameter isti⁹ halo sit precise subdupla vel fieret si maneret ad diametrum iridis crastinæ: vel etiam si quandoq ut forte possibile est appareat medietas halo sole vel luna existẽte in oriente ⁊ in eodem tempore eidẽ oculo in superficie orizontis appareat iris secundum semicirculũ nunquid diameter unius iridis sit dupla ad diametrum alterius. ¶ Ad hoc ergo est dicendum presupponendo quid sit iris ⁊ quid halo ⁊ quid diameter. ¶ Et supponitur primo q vapor in quo quandoq apparet halo quando est propinquior visui: tunc apparet minor: ⁊ similiter de iride: ⁊ hoc patet per experientias: quia quandoq generabitur halo vel apparebit tunc in principio cum vapor est prope terrã magis apparet halo minor ⁊ continue secundum q ascẽdit magis vapor apparet halo maior: ⁊ similiter est de iride: quia videmus in iridibus artificialibus: quia rorationes in quibus fiunt sunt satis prope oculis: ⁊ q̃to sunt grossiores rorationes ⁊ remotiores ab oculo tanto apparent irides maiores: ⁊ hoc consimili modo est de iridibus naturalibus.

Isto supposito sit prima conclusio q possibile est quandoq diametrum iridis esse maiorem q̃ duplam ad diametrũ halo sive simul sive successive apparent: ⁊ hoc satis patet per suppositionem: q: q̃ñq in principio generationis halo diameter est maior ⁊ quandoq minor. ¶ Secunda conclusio. possibile est q precise in dupla proportione se habeat diameter iridis ad diametrum halo: ⁊ hoc iterum patet per experientias: ⁊ hoc experti erant doctores per instrumẽta astronomica: sicut allegatũ est prius: ⁊ ex istis patz cõclusio responsalis ad quesitũ. ¶ Tertia conclusio. q non semper tempore apparitionis iridis diameter iridis est dupla precise ad diametrum halo: ⁊ hoc patet ex precedentibus. ¶ Tamen intelligendũ est q questione ⁊ in conclusionibus non intelligitur de magnitudine diametri iridis ad diametrum halo secundũ se ⁊ absolute: sed in comparatione ad occupationem graduum celi: ut si per instrumentũ puta per quadrantẽ ⁊ p astrolabium cognosceretur gradus ascendens in oriente quando sol esset in occidente: ⁊ p idem instrumentum cognosceretur punctus altissimus iridis tunc apparentis ⁊ secundum rectam lineam imaginatã duci ad centrum oculi p suum punctũ iridis usq ad gradum celi correspondentem: tunc q̃tũ distaret ille gradus a gradu ascendente tãtum diceremus semidiametrũ iridis occupare: ⁊ sic ꝓportionalr ẽ de diametro halo. sic q q̃ñq ɔtigit q diamet iridis ɔtinebit octoginta q̃tuor gd⁹: ⁊ sic diameter halo solũ quadraginta duos occupabit: ⁊ quandoq plus occuparet diameter iridis ⁊ de eisdem gradibus quandoq minus. Et sic similiter est dicendũ de diametro halo: sed quante sint diametri in se ⁊ absolute p istam viam iam dictam sciri non potest nisi plus addatur: puta q̃ta sit distantia loci rorationis ab oculo: ⁊ tunc cognito angulo in oculo ⁊ duobus lateribus continentibus istum angulum in oculo cognitis poterit cognosci q̃ta sit basis istius trianguli qui esset diameter: ⁊ hoc difficile ẽ cognosci de halo: quia difficulter scitur quantum distet ab oculo. ¶ Ex istis patet q auctores non sunt intelligendi pro omni tempore: sed solum quandoq: ⁊ hoc est de iride circa solem: sed de aliis iridibus lune ⁊ halo p consimiles experientias instrumentorum poterit unusquisq investigare proportiones diversis temporibus.

Per hoc ad rationes. Ad primam &c. dr q̃ ista est ꝓ prĩa ɔclusione. ¶ Ad secundã sequit ⁊c. negatur consequentia. Ad probationem imaginor triangulum ⁊c. admitto imaginationem: ⁊ dico q latera trianguli a.b.c. videlicet a.b. ⁊ a.c. non procedunt p fines diametri halo: si a. punctus sit centrum solis vl lune: sed multum distant extra: ut patet in figura ⁊ negatur q ponit q b.c. ex quo subdupla est c.b. in triangulo a.b.c. quia multum et valde remote a loco halo locabitur illa in triangulo a.b.c. signanda: ut patet consideranti: ⁊ tunc sine dubio est bona demõstratio: q linea a.b. est dupla linea a.c. Etiam sicut dictum est: q̃ta sit diameter halo in se ⁊ absolute non scitur nec habet p ea que dicta sunt: nec etiam q̃ta sit diameter iridis: propter quod non scit quanta sit proportio istorum ad invicem: sed in comparatione ad occupationẽ graduum celi: quia longitudo digiti mei posset tantum occupare de gradibus celi q̃tũ longitudo unius miliaris occuparet de gradibus celi si multum distaret. ¶ Ad aliam semper halo est equalis ⁊c. ista facit pro prima ⁊ secunda conclusionibus: ⁊ omnia alia argumẽta cõcludunt q non semper halo vel diameter ei⁹ sic se habeat ad diametrũ iridis puta precise subduple: ⁊ hoc conceditur sicut apparuit in conclusionibus. Et intelligende sunt nõ de artificialibus: sed de naturalibus ⁊c. ⁊ similiter de halo celesti ⁊ non de halo vitrealis vel alterius artificialis. Et sic patet ꝓ̃sens questio ⁊c. q̃re ⁊c.

Quæstio.XXII.



Verit vigesimoscd̃o utrum omni hora diei artificialis oculo existente in superficie orizontis possit aliqua portio iridis apparere ubicũq fuerit homo vel oculus videntis. Et arguit primo q sic: quia omni hora diei lõgissime ubicũq fuerit homo poterit aliqua portio apparere: igitur cum alio facili⁹ sit in omni hora aliarum dierum: sequitur q omni hora cuiuslibz diei artificialis ubicunq fuerit homo ⁊c. consequentia patet p locum a maiori: sed antecedens quo ad secundam partem patet: quia in breuioribus diebus non tantũ elevatur sol quĩ bene possit apparere arcus iridis sed in longioribus diebus sol nimis elevatur. Sed antecedens pro prima parte ꝓbat. Nam in meridie longissime diei ubi videt maxie difficile potest apparere iris artificialis ut docet experientia: igit ⁊ naturalis. ɔsequẽtia ista patet per similitudinem Aristo. in litera. ¶ Secundo. quia si non esset terra ⁊ totum medium esset plenum aere in qualibet parte diei posset portio iridis appere cuilibet ubicũq esset: sed terra existente ipsa hoc non impedit: ergo ⁊ nũc poterit hoc fieri. consequentia tenet: ⁊ antecedẽs ꝓ secũda pte ꝓbat: quia si terra non esset ⁊ alia essent hoc posset fieri: q ẽra existẽte hoc ẽ possibile fieri. igit hoc pt fieri. Et ꝓbat ex alio: q: super terrã possunt tot grossi vapores gñari q de prope reflecterẽt radiũ ad oculum omniquaq secundum circuli peripheriam: dato q sol esset sup zenith capitis nostri: igitur terra hoc non impediet. ¶ Tertio sic. sole existente in meridie ⁊ super zenith capitis quorũdam possunt inter aspectũ illorum ⁊ solez tot vapores aque elevari q appareat circumferentia total' colorata secundũ circuli periphe riam sic q erit iris vel circumferẽtia iridis completa secundum q dicit litera prope principium capituli de

iride: quoniam si cõstaret talis caligo qualis fiet vtiqȝ
ab aqua cũ aliquo alio nigro sicut dictum⁹ apparet vti
qȝ iris tota sicut que est circa lucernas: ergo cum circa
lucernas sic possit iris apparere τ circa candelas: sed
tur ꝙ etiam circa astra τ solẽ in meridie: τ tales vidit
Marsilius circa solẽ in distantia quatuor gradium quã
doqȝ existẽs in Padua secundũ ꝙ recitat in commen
to cõclusionis .lxvij. ꝙ vidit simul tales quatuor pro-
pe solem: quia nubes rotunda diametraliter erat interposi
ta inter oculũ suũ τ solem. ¶ Quarto. si non: hoc esset
ideo quia sole elevato linea recta in qua sunt quatuor
puncta esset ex vna parte totaliter sub orizonte in tan-
tum ꝙ non posset amplius apparere: hoc est falsum τ cõ
sequẽtia patet ex ṗdictis in precedentibus questioni-
bus τ falsitas ꝓbat: quia posset tantum quis in orizõ
te elevari vel in edificio vel in monte ꝙ totus ille de-
fectus recõpensaret: τ tunc in meridie posset apparere
longissime diei: τ ꝑ consequens cuiuslibet alterius.
¶ Quinto. vbi est dies vnius dimidij anni ibi omni ho
ra diei potest apparere iris: et vbi est dies vnius men-
sis omni hora τc. ergo etiam in omnibus alijs locis. con-
sequentia patet: quia deberet magis esse impedimen-
tum: antecedens patet ex dictis in alijs conclusionib⁹
quia islandia vel qui sunt habentes polum mundi per
zenith capitis illis potest apparere iris circũvolui si-
cut sol totaliter oppositam partem τc.

In oppositum est Aristoteles in litera

circa finem capituli de iride vbi dicit: ꝙ autem in mino-
ribus quidem diebus his qui post equinoctium autũ
nale contingit semꝑ fieri iridem: in longioribus autem
diebus his qui ab equinoctio altero ad equinoctium
alterum circa meridiem nõ fit iris. ex quo patet ꝙ no
bis τ multis alijs septẽtrionalibus nõ omni hora cu
iuslibet diei artificialis potest apparere portio iridis.

Notandum nunc circa quæstionem

ꝙ in titulo questionis additur omni tempore anni τ cu-
iuslibet diei: hoc intelligendo solum de tempore diei ar
tificialis τ non de tempore noctis quantum ad iridem
solis que non potest fieri de nocte. ¶ Item notandum
ꝙ additur etiam vbicunqȝ fuerit homo: quia dictum
fuit prius ꝙ existentibus sub polis apparet per dimi-
dium annum vel potest apparere continue aliqua por
tio iridis: sed sic non est de alijs habentibus plures di-
es τ noctes: sicut qui sunt Parrhisius vel Rome τc.
quia secundum illos diversificatur τc. τ impeditur in
aliqua hora diei: τ in aliqua non: ergo intelligenda est
questio de illis qui sunt sub equinoctiali vel inter equi-
noctiale et circulum minorem arcticum vel vltra equi-
noctialem vsqȝ ad alium parvum circulum: τ de illis
locutus est Aristoteles hic. ¶ Unde supponendum
est hic ꝙ quatuor puncta scilicet centrum solis orizõ-
tis iridis et poli sunt in eadem linea recta: vt patet in
questione priori. ¶ Secundo supponendum ꝙ centrũ
oculi sit in plana superficie orizontis: hoc etiam patet
in prioribus. ¶ Tertio. ꝙ sole elevato per duos τ qua
draginta gradus super orizontem omnino quasi vel am
plius polus iridis τ centrum sunt in eadem recta per
quadraginta duos gradus subtus orizontem. hoc patet
ex precedenti suppositione et ex questione priori.
¶ Quarto supponendum est ꝙ semidiameter iridis vt
in pluribus continet quadraginta duos gradus: intel
ligendo sicut dictum est in questione precedenti. τ hoc
suppositum patet per experientiam sive per experimẽ
ta perspectivorum ibidem allegata.

His ergo suppositis sit prima conclu

sio. ꝙ vbicunqȝ sol non potest elevari super orizontem
per quadraginta duos gradus ibi omni hora cuiusli-
bet diei artificialis potest apparere portio iridis. pro
batur: quia vbicunqȝ sol non tantum elevatur ibi cen-
trum iridis τ polus non tantum deprimitur: vt patet
ex suppositionibus premissis tertia τ quarta τ etiam
prima: ergo ibi aliqua portio potest super orizontem ap
parere: quod est propositum. ¶ Secunda cõclusio ne
gativa est ista. ꝙ vbicunqȝ sol potest plus elevari sup
orizontem ꝙ per quadraginta duos gradus in die ar-
tificiali ibi non omni hora cuiuslibet diei potest appa
rere iris vel portio eius: quod patet: quia post tantam
elevationem erit centrum iridis τ polus per quadra-
ginta duos gradus τ amplius sub orizonte: ergo cum
tantum τ non amplius continent notabiliter semidia
meter iridis: vt patet ex quarta suppositione: sequitur
ꝙ punctus altissimus iridis sit totaliter sub orizonte
ergo multo fortius alie partes: ergo nõ potest aliqua
portio apparere. ¶ Et ex istis duobus patet respõsio
ad questionem scilicet ꝙ non in omni hora diei τ in oĩ
parte anni potest apparere aliqua portio vbicũqȝ fue-
rit homo: τ hoc intelligendo modo predicto ne multi
tudo syncathegorematum in titulo questionis vari-
et intentionem. ¶ Ex istis sequitur correlarie ꝙ existẽ
tibus sub equinoctiali in plana terra non potest tem-
pore equinoctij per tres horas ab ortu solis apparere
iris: nec similiter ante occasum. quod patet: quia sol ẽ
plus ortus ꝙ per quadraginta duos gradus: quia in
qualibet hora oritur per .xv. gradus vel circa insensi-
biliter quantum ad propositum: ergo in tribus horis oritur
ꝑ quadraginta quinqȝ gradus τ ꝑ consequens post ter
tiam horam est ita altus ꝙ non potest apparere aliq̃
portio iridis illis. consimiliter est ante occasum ꝑ tres
horas. ¶ Et ex hoc statim patet ꝙ per sex horas diei
artificialis ipsi non possunt videre aliquid de iride scȝ
per tres ante meridiem τ ꝑ tres post. ¶ Item sequitur
correlarie ꝙ existentibus sub tropico estivali non põt
omni hora cuiuslibet diei apparere iris: quia sol ibi e-
levatur plusꝙ ꝑ quadraginta duos gradus prope meri-
diem τ consimiliter correlaria secundum proportionem
τ diversitatem elevationum poli super orizontem: τ se
elevationem poli ex alia parte. vnde in solstitio sole ex
istente in meridie potest aliquib⁹ apparere iris vel eius
portio et quibusdam non. ¶ Et ex istis patet ꝙ maxi
ma portio iridis que vnquã potest apparere existentib⁹
in plana superficie est quando sol est in ortu vel in oc-
casu: τ minima que potest apparere est sole existente ĩ
meridie: et etiam ista correlaria ponit Aristoteles in
litera. ¶ Et ex dictis patet ꝙ quandoqȝ circa terram
est punctus altissimus iridis vel satis prope τ appa-
ret tanquam parvus iter sive vrnceret fugit homines ip
sum insequentes et sequatur fugientes: τ causa patet
ex predictis.

Ad rationes. ad primã negatur in quo

libet orizonte. Ad probationem quando dicitur de meri
die dico ꝙ questio intelligenda est de naturali que fit
sine artificio: nec similitudo Aristotelis fuit posita in
litera quantum ad omnia: sed solum quantum ad modum re
flexionis τ generationis colorum: alias probaretur ꝙ
iris celestis non esset maior nec minor iride artificiali.
¶ Ad aliam si τc. conceditur sed negatur consequen-
tia: ꝙ ergo τ nunc terra existẽte: immo terra impedit
et super mare impediret mare. Ad probationem quã-
do dicebatur terra potest non esse eis manentibus τc.
Isto concesso ꝙ non oporteret negatur ꝙ non impedi
at: sed bene conceditur quando posset fieri per poten-

stam potētiā dī quod non implicant contradictionē alī as nō. Et quando dicit ppc terrā possunt vapores ꝛc. dicendū ꝙ et si hoc posset fieri: tamen non reflecteret radium ad oculum existentem in plana sup̄ficie ēre: licet forte ad oculum alicuius existētis in cacumine turris altissime. Sed istud quod allegabatur de Vitellione. dicendum ꝙ ipse loquitur de iridibus interpositis inter oculum et astrum: nos autem in questione intendimus de iridibus oppositis soli. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ si hoc contingat quandoqꝫ talis circumferentia potius deberet dici halo colorata: quia fit p refractionem ꝙ iris que fit p reflexionē: si tamen vocetur iris. Questio intelligenda est ꝛ conclusiones de iride que appet vltra oculū existentē inter astrum et locum apparitionis iridis: alias enim omni hora cuiuslibet diei posset appere. ¶ Ad quartum. si hoc nō esset ideo ꝛc. dicendum ꝙ immo pp hoc. Ad improbationem quando dicitur ꝙ aliqo posset in tantū eleuari ī edificio vł in monte ꝛc. dicendum ꝙ hoc exclusum est: quando dicebatur in plana superficie terre. ¶ Ad quintam. dicēdum ꝙ dicta sunt intelligenda de orizontibus non nimis obliquis vbi sol potest eleuari vltra quadraginta duos gradus directe sursum mensurando ab orizonte: ꝛ quia hoc in Islandia siue in Venetiis non potest fieri ergo ꝛc. Et sic patet questio ꝛc.

Quæstio.XXIII.



Væritur vigesimotertio vtrum iris lune possit apparere pluries ꝙ bis in.l. annis cō similibus coloribus et proprietatibus sicut iris solis. ¶ Et arguitur primo ꝙ non auctoritate Aristotelis in textu veteris translationis: vbi dicit ꝙ antiqͥ sapientes putauerunt ꝙ iris non videretur in nocte: ꝛ causa propter quam putauerūt istud est: quia forte nō videtur per noctem ꝛ non videtur nisi in plenilunio et cum ortu lune vel occasu eiusdem: ꝛ non videt̄ iris in nocte in.l. annis nisi bis. hoc idem dicūt expositores: ꝛ hoc idem dicit Aristoteles in translatione noua. ca. primo tractatu de impressionibus que fiūt p refractiones vbi inter accidentia iridis dicit ꝙ nocte fit a luna: ꝛ quidam ponebant ꝙ non fiebat: hoc autem putabāt pp raritatem: latebat enim ipsos verum sit: raro autem fit: causa autem est: ꝙ in tenebris latent colores et alia multa oportet coīcidere: ꝛ omnia hic in vna die mensis. in plenilunio enim fieri necesse dicebant si debeat fore ꝛ tunc aut oriente aut occidente ꝓpter quod in.l. annis bis experimur fieri solum. ¶ Secundo arguitur ad idem sic. non potest fieri vnqͣ: ergo non pluries ꝙ bis. patet consequentia: ꝛ antecedens probatur: quia si deberet fieri hoc maxime videret̄ oriente luna in plenilunio vel occidente: sed hoc cōsequēs probatur esse falsum: ꝛ patet consequentia per dictum Aristo. iam allegatum: quia talia oportet concurrere ꝛ coincidere anteqͣ fiat. falsitas probatur: quia luna oriente in plenilunio vel occidente occidit sol vł orit̄: ꝛ tunc est maior lux ex opposita pte lune ī celo: ꝛ ī nubibꝰ ꝙ sit lux lune: ꝛ p ꝯñs in nubibꝰ ex opposita pte lune propter nimiam lucem non poterit apparere debile lumen lune reflexū vel refractum: quia lumen solis impediet lumē lune et stellarum ne sentiatur: vt pꝫ p experientiam. ¶ Sed dices nubes sunt ita dense ꝙ lumen solis non potest penetrare et impedire. ¶ Contra: quia tunc eadem ratione in die possent ita dēse nubes venire inter solem ꝛ nos: ꝙ illud potest fieri. quod tamen experimur falsum: etiam dato ꝙ sint nubes ex illa parte oportet esse claritatem ex alia parte celi vbi est luna: ꝛ illa pars non obstantibus nubibus a sole adhuc illuminat̄: quia vmbra non sic est eleuata ꝙ possit impedire lumen solis quando est in occidente: etiā dato ꝙ esset aliqualiter p quattuor vel quinqꝫ vel decē gradus sub orizonte: quia videmus adhuc diu remanere lumen solis in crepusculo anteqͣ sol sit in orizonte. ¶ Tertio. si pluries ꝙ bis: tunc posset in defectu lune apparere. hoc est falsum: falsitas patet: quia non nisi in plenilunio: vt dicit Aristo. consequentia patet: quia alias non posset istud videri propť debilitatem luminis quomō vel qualr̄ fieret pluries ꝙ bis: ꝛ etiā valde raro contingit ꝙ sit plenilunium vel oppositio solis et lune in vno dato orizonte sole occidente ꝛ luna oriente ꝛ sic forte poterat esse in orizonte Aristotelis ꝙ nō poterat nisi bis contingere illud ꝙ esset ortus vnius et occasus alterius: vel econuerso: ꝛ plena luna. Quarto. tunc eadem ratione posset iris appere ab aliis stellis orientibus: videlicꝫ Ioue ꝛ Venere. consequentia patet: quia ille due habent lumen sensibile in vmbra: quemadmodum luna et sol: ꝛ in equali q̄titate cū luna appente lucidius appentare ꝙ si tam modica ps lune appareret sola: sicut apparet sola: sicut apparet Venus minus luceret Venere vel Ioue ergo ita bene posset ab altera istarum appere sicut a luna: sed falsitas patet per experientiam: quia nunqͣ aliquis vidit tales irides.

Oppositum arguitur quia irides artificiales lune possunt pluries apparere ꝙ bis in.l. annis consimilibus coloribus ꝛ ꝓprietatibꝰ sicut irides solis: ꝙ etiam ꝛ naturales. consequētia patet p modū arguendi Aristoteles de iride solis in litera: ꝛ antecedens patet per experientiā: quia luna existente semiplena q̄tum ad nostrū aspectum potest apparere iris lune p artificium: vel etiam si sit minus ꝙ semiplena ꝛ si sit luna eleuata ꝛ duplex iris cum conuersione colorum superioris ꝛ inferioris: vt apparebit p experiētiā facienti. ¶ Secundo. iris lune potest apparere luna existente eleuata p viginti gradus ꝛ plena: sole existēte sub occasu p tot: sed nihil impediret quin etiā sic pluries posset fieri ꝙ bis in.l. annis: ꝙ ꝛc. consequentia satis patet quantum ad primam partem: ex eo ꝙ luna eleuata per viginti gradus polus iridis lune erit per viginti gradus sub orizonte: ꝛ tunc adhuc restant viginti duo gradus de quadraginta duobus a centro iridis vsqꝫ ad circumferentiam: ꝛ ꝙ id potest pluries fieri: quia in quolibet mense: ꝛ immo audiui aliquos ꝙ infra tres annos bis viderunt iridem lune.


In ista questione primo vidēdum est si iris lune posset fieri. secundo de eius proprietatibꝰ.

De primo supponēda sunt ea quæ dicta sunt de iride solis de reflexione in nube rorida vel sui rotatione: ꝛ cum hoc in eadem linea recta sunt centrum lune oculi videntis ꝛ centrum iridis lune et polus ꝙ si luna fuerit in oriente ꝙ tunc iris perpendiculariter stat super superficiem orizontis: ꝛ si eleuetur luna oblique orizonti insistetur ꝛ abscindetur maior portio per superficiem orizontis cum luna sit magis eleuata: ꝛ minor cum sit minus eleuata sicut de sole. Alterius supponendum est ꝙ lumen lune debilius est lumine solis ꝛ propter hoc eius fit debilior reflexio et refractio.

Et tunc sit prima conclusio q iris lune potest a luna totiens fieri quotiens omnes iste cause posite sunt sufficienter posite in eẽ ⁊ nõ impedite. Ista patet: quia non impeditis causis statim sequitur effectus. ¶ Secunda cõclusio. q iris lune põt appere pluries q̃ bis in .l. annis tam in diuersis orizõtibus q̃ in eodẽ orizonte: quia pluries cause iridis possunt concurrere et poni in esse q̃ bis in .l. annis: g̃ ⁊c. consequentia patet: sz aña apparebit p experientiam obseruationis: vnde raro homines ambulãt de nocte tempore pluuioso splẽdente luna ⁊ respicientes celum ex opposita parte: quia vix possunt discernere vias si respiciunt aũ fere pluries si ambulant inter edificia propter hoc impediuntur ne sepe iris lune eis appareat nec omni tẽpore lumen lune est sufficiens: quia quando est semiplena oritur aũ ortum solis: ⁊ tunc est media nox vel prope: ⁊ tunc homines dormiunt et est lumen valde debile: quia vix vel nunq̃ reflexio sentiretur: ⁊ si semiplena occidat post occasum solis iterum est media nox: ⁊ si sit in medio celi semiplena: tunc sol oritur secum vel occidit ⁊ impedit lumen eius: ⁊ g̃ oportet fieri prope plenilumiũ luna existente prope orientem vel prope occasum: ⁊ oportet expectare post occasum solis in tantum q radij solis non impediant: ⁊ ex hoc patet q raro vel nunq̃ oculo stante in plano orizonte possit appere naturalis iris lune secundum semicirculum planum completum: sed semper secundum portionem semicirculi minorem si appeat ⁊ tunc sepius in istis tẽporibus accidit nõ esse plenũ ⁊ illud est verum tam in diuersis orizontibus q̃ in eodem: licet tamen in vno orizonte possit appere quãdo non in alio propter defectum in vno qui nõ eẽt in alio alicuius cause requisite in aliquo dato orizõte. ⁊ homines impediuntur p candelas ⁊ lucernas ad quas respiciũt ⁊ non obseruant illud. vigiles autem in turribus: si statim post crepusculum respicerent sepius possent inuenire: ⁊ sic de prima parte. ¶ De secunda sciendum q pene omnes proprietates concurrunt ad iridem lune que concurrunt ad iridem solis excepto q iris lune nõ quandoq apparet quadricolor: sicut iris solis ⁊ color rubeus apparet remissius ⁊ sic aliorum: ⁊ apparet iris lune in medio coloris albi. a sole autem apparet coloris viridis: ⁊ forte q raro vel nunq̃ sine artificio possunt apparere due irides lune vna super aliã sub coloribus distinctis: ⁊ hoc pp debilitatem luminis lune ascẽdẽtem fugit ⁊ fugientẽ sequitur: sicut ⁊ in sole: ⁊ ascẽdit cũ ascendente ⁊ descendit cum descendente: nec potest attingi ⁊ diameter eius vel semidiameter inuenitur p instrumentum equalis semidiametro ⁊ solis p modũ supra positum ⁊ propter obscuritatẽ suã: vt patz in antiqua translatione: ⁊ antiqui vocabant eam arcum demonis: ⁊ diutius potest durare q̃ iris solis: quia debile lumen lune non potest dissoluere nec eleuare vapores: ⁊ sic potest contingere q simul ⁊ semel appeat halo lune ⁊ iris eiusdẽ in eodem orizonte: licet hoc raro contingit de sole: ⁊ supra mediũ possunt appere cornua iridis sursum de iride lune ⁊ quando luna esset in signis hyemalibus plena in linea meridiana vel semiplena posset apparere portio iridis: magis tamen propinqua terre ad modum draconis: ⁊ sic non solum oriẽte luna nec occidente: sed Aristoteles locutus est de oriẽte q̃ dz appere secũdum maiorẽ portionẽ q̃ fieri potest in tali die: vel appere de iride lune: vel loquitur de illis quas vidit: ⁊ non de aliis. ⁊ sic similiter de eius proprietatibus aliis dicatur.

Ad rationes. Ad primam. Ad auctoritatem translationis antique potest dici q fuit vitiũ interpretis q̃ non fideliter trãstulit vel non intellexit: ideo melior est noua translatio: quia dicit in hoc q ipse Aristoteles compit in .l. annis nisi bis: sed cũ hoc stat q pluries fuit: ⁊ hoc non viderunt: vel q pluries possit fieri. ¶ Ad secundam non potest ⁊c. negatur antecedens. Et ad probationem ⁊c. conceditur si non sint alia impedimenta. Et etiam Aristoteles non capit orientem pro puncto orientis solum: sed p vnam notabilem distantiam post ortum quando adhuc luna esset versus orientem sic q non sit propinquior meridiei: ⁊ etiam quando maior portio iridis lune deberet appere. alias enim posset eẽ in linea meridiana existente luna sicut dictũ est. ¶ Ad tertiã si pluries q̃ bis ⁊c. conceditur quando luna nõ apparet nobis totaliter plena q possit appere. Ad probationẽ q non: quia esset nimis debile lumen. Dicendũ q non est tam debile quin adhuc posset sensibiliter reflexio apparere: ⁊ quãdo dicebatur q raro fit: dicẽdũ q non oportet q luna semp sit plena: sz potest habere lumen sensibile in oriente existens post occasum solis et causare iridem vel in occidẽte añ ortũ solis: ⁊ g̃ littera Arist. nõ ẽ ita pcise capiẽda cõputãdo vsq ad minima. ¶ Ad quartã. dicẽdum q nõ pp debilitatem luminis licet sit sensibile: tamẽ reflexio luminis earum non est multum sensibilis in magna distantia vel si luna esset sub tam modica q̃titate appens sicut ille stelle nõ causaret iridem: ⁊ intelligẽda est conclusio dicta: ⁊ nunc de iride opposita quando oculus est in medio inter locũ iridis ⁊ lune ⁊ non de iride intermedia inter lunã ⁊ oculum quia si talis posset appere completa: sicut etiã prope solem: ⁊ lucida in coloribus: ⁊ non fieret p talẽ reflexionem totaliter: sed magis per refractionem vt experientia docet ⁊c. Quare patet questio ⁊c.

Quæstio XXIII.



Verũ vigesimoquarto verũ visa iride cum sole vel astro eleuato notabiliter super orizõtẽ appeat minor portio maioris circuli q̃ appeat sole existente in hoc orizonte. ¶ Et arguitur primo q nõ: quia si sic: tũc hoc maxie videretur esse pp maiorẽ densitatẽ vaporũ residentium in quibus frangeretur lumen solis quando sol in orizonte esset q̃ qñ esset eleuatus consequens est falsum: consequentia patet quia per hoc expositores huius tertij reddunt causã huius accidentis iridis. Et Vitellio in quarto commẽto conclusionis .lxxvi. dicit q sole existente in periphe ria orizontis aer est grossior se ipso postmodum per luminis solaris presentiam subtiliato: palam q in grossiori illo aere fit minor refractio a perpendiculari: radij autem tunc refracti magis approximantur tunc perpendiculari q̃ post modum aere subtiliato. Consequentis falsitas probatur: nam sole existente iuxta periphe riam orizontis: ⁊ apparentibus duabus iridibus quarum fines sunt iuxta superficiem terre apparet inequalitas circumferentiarum in densitate equalis aeris vel vaporis radiosum: immo sicut superius est dictum forte in eodem loco densitatis aeris vbi vna apparet iris principalis prope finem orizontis ibi alia distãti apparet finis secundarie iridis: ideo talis diuersitas nõ est propter densitatem. ¶ Secundo. si sic hoc maxime videretur esse propter radios breuiores inter solem ⁊ circumferentiam iridis quando est eleuatus q̃ quando est in oriente vel in peripheria orizontis: sed consequens est falsum: p aret consequentia. Ex hoc enim q̃

dam expositor huius noue translationis qui fuit me-
dicus regis Philippi filij Ludouici regis illustrissi-
mi Francorum mititur reddere causam huius:sicut qui-
cunque circa tex. recitauit:sed consequens probatur esse fal3:
quia semper distantia solis a circumferentia naturalis
iridis est equalis:quia sol est polus iridis:sicut etiam
centrum oculi est polus iridis:vt patet per diffinitio-
nem posit in primo perspectiue Vitellionis:⁊ potius sol
per maiorem distantiam distaret quando iris fit maior
etiam per tantum declinat summitas circumferentie
iridis quantum eleuatur sol ex alia parte:vt patet : per
astrolabium posset experiri. ¶ Tertio.si sic:tunc iridi-
bus artificialibus sole magis eleuato deberet appare-
re maior circumferentia:consequens est falsum ⁊ con-
tra experientiam.consequentia patet cum non videa-
tur maior ratio de vno quam de alio:vt patet consideran-
ti ceteris paribus.

In oppositum est Aristoteles in litera
capitulo primo huius tractatus de impressionibus re-
fractionum:vbi dicit:eleuato autem magis supple sole
vel astro circuli quidem maioris:minor autem portio
⁊ promittit Aristoteles se reddere causam. Quis non
appareat manifeste:post quam reddit causas aliorum acci-
dentium reddit causam istius ⁊ satis difficile est vide-
re quid sit causa istius.vnde puto illud quod dictum est
circa literam per medium istius expositoris iam alle-
gati poterit esse causa vel saltem tanquam a signo possu-
mus experiri.eleuato enim sole per viginti gradus in
nostro orizonte vel super nostrum orizontem quod non per
viginti gradus erit extrema circumferentie iridis vel
suprema propinquior orizonti quam fuisset si sol fuisset in o-
riente.Et ex hoc etiam potest haberi quod considerando op-
posite polum iridis sub orizonte tot gradibus quot sol
est supra ⁊ similiter centrum iridis tot sumendo gradus
altissime altitudinis supreini puncti iridis quod plures
occupat semidiameter iridis sole eleuato quam sole existe-
te in periphería orizontis.⁊ id non sum expertus:sed puto
esse verisimile:⁊ derelinquo experientibus:sed tamen quid sit cau-
sa huius quod sole eleuato sic appareat per radium propinquio-
rem vel remotiorem vel quocunque modo hoc difficile est vide-
re modo propter causas Vitellionis:vel propter densitatem ⁊ raritá-
tem non videtur id esse:quia propter hoc oporteret quod iris ap-
pareret obliquus circulus ex quo prope terram radij essent den-
siores quam supius:⁊ ideo magis propinque essent partes ar-
cus versus terram quam in vno circulo deberent esse:cuius
oppositum experimur:⁊ consequentia patet per dicta
sua. ¶ Preterea si sic esset: tunc in artificialibus iridi-
bus minor appareret iris in roratione densiori quam sub-
tiliori:cuius tamen oppositum videtur: ⁊ consequen-
tia patet per dicta sua prius allegata in prima ratione
tamen cetera per experientiam multum me mouent in
contrarium contra partem fratris Vitellionis: patet
quia in hyeme quandoque sufflando vel expirando ae-
rem verso occipite ad solem videmus quod iste aer sine du-
bio est rarior aqua cum ore sparsa vel cum alio sparsorio
⁊ tamen in tali rariori aere apparet minor portio circū-
ferentie ⁊ minoris circuli quam in grosso aere vel in rora-
tione aquea grossiore ⁊ ipse dicit directe oppositum.⁊
tamen si rationes sue valerent proberent oppositum
huius experientie quod est impossibile. ¶ Potest tamen dici
supponendo ea que dicta sunt in alijs conclusionibus
de quatuor punctis in eadem linea recta ⁊ de eleuatio-
ne solis ⁊c. ¶ Alterius supponetur quod aer prope terram est
grossior ⁊ magis mixtus cum vaporibus ⁊ exhalatio-
nibus.id patet.propter hoc enim videmus solem pro-
pe terram orizontis ⁊ apparet maior nobis:quia per plu-
res vapores ⁊ exhalationes apparet quam si esset in me-
dio celi:etiam sole plus eleuato ⁊ splendente super terram
compluitam superius quam per nubem compluitam descen-
dentem sicut oportet tempore apparitionis iridis:vt
patet ex precedentibus questionibus:tunc sole splendente
super terram cito causantur vapores in infima parte
aeris:quia non tam cito possunt alte eleuari. ¶ Ter-
tio supponitur quod refractio ⁊ reflexio ostendens appa-
ritionem iridis in medio densiori amplius ⁊ latius se
diffundunt quam in medio rariori ⁊ subtiliori:ista patet per
experientiam adductam contra Vitellionem:⁊ posset
esse conclusio probata per ea que dicta sunt.

Sit ergo prima cōclusio. quod sole existē-
te eleuato super superficiem orizontis plani quandoque
apparente iride apparet minor portio maioris circu-
li quam appareat dum sol fuerit in termino orizontis pro-
batur.quia quandoque radij incidentes ⁊ refracti ⁊ re-
flexi ad densiorem aerem vel rorationem incidunt quam in
alio tempore quando sol non est eleuatus:igitur ⁊c.con-
sequentia patet ex tertia suppositione ⁊ secunda premis-
sis ⁊ antecedens similiter:⁊ confirmatur conclusio quia
sic fieret in artificialibus iridibus quod in densiori medio
fierent maiores:ergo etiam in naturalibus consequen-
tia patet vt sepe dictum est in alijs. ¶ Secunda conclu-
sio.quod quandoque potest apparere sole eleuato portio cir-
cumferentie minor equalis circuli:sicut si sol mansisset
prope ortum:licet raro hoc contingat.ista probatur:quia
quandoque non existente maiori densitate prope terram
non esset aliqua causa quare appareret maior circuli por-
tio:ergo ⁊c.consequentia patet: quia deficiente causa
deficit effectus ex ea immediate dependens. ¶ Tertia
conclusio.que apparet ex his sequitur:quod si aer condensa-
tur successiue vniformiter per totum posset continue in
eo apparere augeri iris ⁊ ampliari ⁊ econuerso:si rare-
fieret diminui patet ex his sequitur tanquam correlarium:⁊
sic nisi sit regularis densitas erit irregularis figuratio
sic quod non semper apparebit secundum circulum propter
impedimentum materie:nec secundum semicirculum:⁊ hoc
non videtur inconueniens:licet raro contingat talis vel tanta
apparens irregularitas in figura ⁊ in vapore.Ex istis
patet quid sit dicendum ad questionem:quod sic est quod apparet mi-
nor portio maioris circuli eleuato sole ⁊ frequenter cau-
sis concurrentibus ⁊ non aliter.Sed contra istas conclusiones
⁊ dicta videtur esse illud quod contra Vitellionem post op-
positum est allegatum de irregularitate figure iridis.
Ideo dicendum quod non omnino consequitur irregularitas secun-
dum irregularitatem materie.

Ad rationes principales.Ad primam
si sic hoc maxime videtur ⁊c . negatur consequentia:
sed hoc est propter maiorem raritatem. Ad probatio-
nem consequentie de expositoribus ⁊ de Vitellione.di-
cendum quod luminis solis presentia non subtiliat illum
aerem:sed magis permisceret illum pluribus vapori-
bus:⁊ sic totum simul est densius quam fuerit aer sole exi-
stente in ortu vel occasu. ¶ Sed quia probatio falsita-
tis consequentie videtur esse contra predictas conclu-
siones:quia duabus apparentibus iridibus inequali-
bus prope terram in consimilibus rorationibus eque
densis non videtur esse quin in equali densitate inequali-
ter non apparere deberet. ¶ Et vere hoc est satis diffici-
le mihi:sed dico probabiliter saluo meliori iudicio : quod
talis inequalitas duorum iridium non prouenit solum
ex inequalitate densitatis:sed magis propter situm ⁊
aspectum diuersum consimilium : vel eque densarum
guttularum in diuersis locis:sicut superius fuit dieter

minalium esse possibile per vrinale plenum aqua antepositum oculo et retro posita candela capiti. ibi enim eadem densitate remanente propter eleuationem et remotionem situs vrinalis diuersificatur et immutatur apparitio colorum et etiam inequalitas. sic et hic in proposito data equalitate rotationum prope terram potest fieri inequalitas circumferentiarum dum conuersi sunt colores ad intus. ¶ Ad secundum cum dicitur hoc est propter radios etc. credo ꝙ hec non sit rationabilis causa: sed forte signum huius quod fuit dictum post oppositum. ¶ Ad tertium conceditur similiter ꝙ in artificialibus fiat maior si vapor vel rotatio sit densior: et non alias: et hoc experientia docet et de hac questione si quando considerauero forte melius dicam quam modo etc.

Quæstio XXV.

Quæritur consequenter vtrum irides apparentes circa candelas sint realiter existentes circa ipsas candelas. ¶ Et arguitur primo ꝙ sic auctoritatibus Aristotelis in tertio libro meteororum: idem dicit in capite de iride apparet vtique iris totaliter sicut que circa lucernas .i. candelas. circa has enim secundum plurimum australibus existentibus iris fit in hyeme autem maxime manifesta fit oculos habentibus humidos: horum enim visus .i. radius visualis cito propter debilitatem refrangitur. fit autem et ab humiditate aeris et vaporatione et flamma defluente et mixta: tunc enim fit speculum et propter nigredinem fumosa enim vaporatio illa: et sequitur post vbi ostendit qualiter color rubeus iridis circa candelam debeat apparere: et vult ꝙ purpureus appareat et non puniceus: et hoc quia radius visualis est debilis: et speculum est nigrum et vmbrosum vel aer vmbrosus et debilis radius: adeo non apparet color puniceus. ex quibus verbis patet manifeste ꝙ ponit talem iridem esse in aere. ¶ Et hoc idem dicit post immediate volens ꝙ iris que fit in rotatione per remos est similior iridi celesti quam que est circa lucernas et candelas quod non esset nisi esset iris circa lucernas vbi apparet esse. vnde imaginandum differentiam inter puniceum et purpureum colorem quorum vterque est rubeus: sed puniceus est mixtus albedine vel luce alba: et recte sic color est et non lux est vt color gemmarum que dicuntur pulchre si sint bene mixte: sed purpureus non est mixtus albedine nec luce alba: sed potius nigredine sicut est color labiorum rubeorum: et hec omnia dicta non essent nisi esset aliqua iris ac circa aliquam candelam videretur quandoque de qua loquitur. ¶ Hoc vult [illegible] auctoritate Vitellionis in .x. perspectiue in commento conclusionis .lx. dicentis. hoc etiam patet quoniam in aere modice densitatis in hyeme maxime flante austro circa lucernas frequenter videtur lumen reflecti secundum formam circularem: et maxime visibus humidis: ad quos de facili fit luminis reflexio et formarum: cum talis visus propter debilitatem organi debilitatem: sic ꝙ non potest densitatem modicam aeris penetrare: sed ad ipsum forma rei vise refrangitur ab aere modice densitatis. ¶ Tertia ratio. si sic non esset realiter circa candelas existens: tunc nobis approximantibus candelis non appareret iris in eodem loco: sed antecederet nos: sicut in celo: si currimus versus locum apparitionis iridis precedit nos semper tantum ꝙ semper equaliter a nobis apparet distare. Et ex illo apparet consequentia ex similitudine in celesti iride: sed falsitas per experientiam patet: quia siue recedamus: siue accedamus recte circa candelam apparet iris: et non accedit ad nos nec recedit: licet maior et minor appareat circa eandem. ¶ Et confirmatur ratio: quia si non ibi esset: tunc in alio loco esset iris quam circa candelarum flammas: sed hoc est falsum: et consequentia tenet: quia ex quo apparet: vel igitur fit ibi: vel non ibi: sed alibi tamen alicubi. Sed falsitas patet: quia nullibi alibi est lumen candele tante virtutis ꝙ possit sensibiliter reflecti ad visum. Tum propter remotionem a fonte videlicet flamma. Tum etiam propter remissionem eius: quia secundum proportionem distantie remittitur: et est remissius: et etiam aer alibi non est ita vniformis in densitate vel raritate ꝙ possit figura talis reflexionis apparere. ¶ Quarto. si non essent ibi irides realiter: sic in aere raro quocunque non flante euro vel austro nec oculis debilibus solum vel melius posset iris apparere hoc consequens est falsum et contra Aristotelem in litera et contra experientiam: sicut allegatum est. et etiam poterit quilibet experiri: sed consequentia probatur quia ex quo non est in aere: tunc qualitercunque varietur aer siue rarius: siue densius: sic idem erit: et ergo eque bene in raro sicut in denso. ¶ Quinto. si non. visus cuiuslibet sani in distantia debita et ceteris paribus deciperetur. hoc est contra Aristotelem .ii. de anima: sed consequentia probatur: quia quilibet iudicat esse iridem et tamen nulla est ibi circa candelas vt iudicat ergo quilibet decipitur. ¶ Sexto. si non esset iris circa candelas eadem ratione vel pari forma non est circa lunam corona colorata quandoque nec in celo iris celestis ex opposito solis. consequentia tenet: quia Aristoteles in litera dicit ꝙ irides circa lucernas vel flammas candelarum fiunt eodem modo sicut celestes: et sicut iste que fiunt a remis: si ergo iste circa candelas non sunt realiter ibi existentes vbi apparent: sic nec ille celestes: cuius oppositum visum est in aliis questionibus. Et sic patet falsitas consequentis.

Oppositum arguitur. quia si essent tales ibi realiter existentes: tunc sani sanos habentes oculos non lachrymosos: sed fortes melius et citius deberent percipere tales irides quam debiles habentes oculos: vel opposito modo dispositos: sed consequens est contra experientiam et contra auctoritatem prius allegatam: ergo non sunt tales ibi existentes. prima consequentia patet: quia omne visibile realiter existens in aere tanquam lumen vel color melius et perspicacius videtur per visum fortem et sanum quam per debilem ceteris paribus: vt patet per inductionem: sed tales irides si essent: essent aliquid visibile existens in aere tanquam lumen vel color: ergo etc. maior huius rationis non solum patet inductiue: sed etiam ex eo ꝙ visus est virtus passiua que quantumcunque fortior fuerit et melior est passiuior et a minori vel debiliori potest pati quam virtus passiua debilior: vt potest satis haberi ex primo celi et per rationem: quia virtus passiua terminatur per maximum a quo non potest pati: et non ad minimum a quo potest pati: et quanto melior tanto minus est maximum a quo non potest pati vt patet considerandi de se: sed minor rationis facte: videlicet ꝙ irides si essent etc. patet de se. ¶ Secundo sic. si essent irides circa flammas candelarum rarefacerent aerem sibi propinquiorem remotiorem condensarent: vel econuerso propinquiorem condensarent et remotiorem rarefacerent: hec consequentia patet: quia si aer est totaliter eodem modo vniformis: tunc nulla est causa apparitionis huius: cum oporteat aliquam esse densitatem maiorem in parte aeris vbi est iris quam vbi

non eſt:ſed non poteſt dici ſecundum:videlicet ꝙ ꝓpe ſe flamma candele condenſet aerem: quia oppoſitum docet experientia: et ratio eſt quia caliditas rarefacit aerem et exiccat: et ideo eſt rarior i eſtate ꝙ̄ i hyeme ceteris paribus: et in locis calidis et ꝓpe ignem ꝙ̄ lõge: vel in frigore nec poteſt dici primum: videlicet ꝙ condenſet a remotis aerem et prope rarefaciat: quia inſenſibilis eſt caliditas candele in lateribus: et non niſi ſolũ ſurſum: ergo in lateribus non apparet iris: vbi tamẽ maxime apparet portio et ſenſibilior ꝙ̄ ſuperius et ꝓbat quia non tam cito ſufficeret candela rarefacere aerẽ: ſicut mouetur per ipſum: et cum mouetur ꝙ̄tumlibet velociter ſemper et continue apparet iris oculo ſequẽti ergo iſto modo non fit per rarefactionem aeris et cõdenſationem in diuerſis partibus: quod tamen oporteret ſi eſſet: ergo non eſt vbi apparet. ¶ Tertio. ſi eſſent maxime deberent eſſe in aere humido multum: et in tẽporibus humidis. iſta conſequẽtia patet: quia dicitur in li. ꝙ auſtralibus exiſtentibus ventis vel ſaltẽ euro qui ſunt humidi venti: vt patet ſecundo huius. ſed conſequens patet eſſe falſum quia omni tẽpore anni et horarum in quocunq; loco raro et ſicco exiſtente aere et calido apparent: vt experientia docebit te ſecũdum modum quẽ narrabo poſt. ¶ Quarto. ſi eſſent irides circa candelas: tunc color puniceus deberet eſſe propinquior flãme: et poſtea viridis: et tertio alurgus: ſed cõſequens eſt falſum: et contra experientiam. ſed ꝯña tenet: quia puniceus color fit per radium fortiorẽ: vt dicit Ariſtoteles modo conſtat ꝙ radius ꝓpe flammaꝫ eſſet fortior ꝙ̄ remotẽ vel remotior exiſtens. et licet forte aliqui concedant ꝯñtẽ: illi non errarent: quia duplices apparent quandoq; irides vna infra aliam: et tamen quelibet habet ſuum puniceum colorem exteriorem: et ſic contingit ꝙ puniceus inferior eſt mediatus alurgo ſuperiori vel viridi: ſed poſt viridem ſuperior eſt puniceus euſdem ſuperioris: quia puniceũ eſt remotius a flamma. ¶ Ex his perſuaſionibus videẽ ꝙ non ſint irides circa candelas: lꝫ eſſe appareant.

In iſta queſtione primo videndum eſt

de terminis queſtiõis: deinde de intellectu tituli: et tertio ponentur concluſiones ſecundum intentionem ſecundum quam fit queſtio.

Pro primo ſciendum ꝙ irides apparẽ

tes circa candelas dicuntur circuli rotundi circa flãmã candelarum exiſtentes recte: ſicut depingitur diadema circa capita imaginum ſanctorum: et contingit hos circulos apparere quando candela habet paruã flammã: ſicut cerei quibus vtuntur hore vel ſtudẽtes et quandoq; in medio aule vel loci ponunt ſic ꝙ nõ ſit aliquis paries azurgi vel reflectens lumen candele ꝓſens vel propinquus: ſed prima vmbra ſit directe in fine linearum ab oculis videntis flammã dictarum ꝑ flammã vſq; ad parietem: vel vſq; ad pauimentum tunc apparent: et ſic ſemper ſituando candelas. et ſic ſemꝑ reſpiciendo vnã ſolã flammã vnius candele: a quocũq; tempore et loco ꝙ̄cũcunq; ſicco apparent: dũmodo oculus non ſit nimis propinquus: vel nimis diſtans: ſed ꝓpe ad duos paſſus et non plures non multũ plus et min⁹ videt ſi diſtaret ꝑ duos pedes vel tres et hoc in nocte et nõ in radijs ſolis vel lune tẽtis cãdelis: nec ipſis lucentibus ꝯtus centrum: vel etiam in cẽtra domus: et hoc poterit quilibet experiri: et tales apparitiones in ꝓpoſito vocantur irides cãdelarũ vel irides lucerne ſecundum Ariſtotelem in li. vel circa lucernas: et ſumitur hic lucerna ꝓ forma cãdele lucẽtis

¶ Ulterius notandũ. ꝙ ſimiles irides poſſunt apparere alibi ꝙ̄ circa lucernas et melius multum et clari⁹ et hoc abſq; aliqua condenſatione aeris: et in quocunq; tempore et loco quantũcũq; ſicco: dũmodo tamen ordinato: ſicut ꝑ vnã ſi obſtruantur omnia foramina camere et rime feneſtrarum: ſic ꝙ ſplendente ſole ſit ibi maior obſcuritas in camera ꝙ̄ eſſet in nocte vel equalis: et tunc fiat vnum ꝑuum foramen in feneſtra ꝑ quod radius ſpiſſitudinis vnius digiti quantũ ad ſpiſſitudinem ſuam vel minoris ſic dimittatur incidere oblique ſemper ſpeculum: ſiue concauum: ſiue planum: ſiue cõuexum tunc reflecteretẽ ad aliam partẽ radius: et ſi ponamus oculum in diſtantia a ſpeculo per longitudinẽ hois ſic ꝙ radius reflectatẽ ad oculum: tunc illi oculo mirabilis apparitio apparebit multarum virgarum: et tñ ſi diligenter aduertat habebit irides duas: vnam exteriorem: et aliam interiorem: et ambe habent colores vel apparent habere puniceos in extrema circumferentia et virides in medio: et alurgos lꝫ debiles ſunt ꝯtus ſpeculum directe ad ſpeculum et directe ad ſolem: ſed ꝓpe apparebit ſibi iuxta foramen iris conſimilis vel irides: et ita ſum expertus. Et hoc de primo.

De ſecũdo poteſt eſſe vnus itellectus

queſtionis vtrum alique irides ſint vel appareant circa candelas: alius vtrum irides apparentes circa cãdelas ſint ibidem: vel lꝫ non ſint ibidem: ſed alibi licet appareant eſſe ibidem: vt imago ſpeculi apparet eſſe retro ſpeculũ: lꝫ non ſit ibi retro: et quandoq; ante: licet non ſit. Sed aduertendum ꝙ forte iã nulla candela eſt nec iris apparens circa eam aliciũ. igitur itelligitur de his que poſſibilia ſunt fieri: et non de iam exiſtentibus ſolum: ſed etiam de alijs.

Quantum ad tertium ſit prima con-

cluſio. ꝙ quandoq; alique irides apparentes circa cãdelas eſſe: ſunt. ꝓbatẽ: quia cuiuſlibet ſenſus mouetur a talibus quandoq; vel poteſt moueri: ergo quandoq; ſũt ꝯña patet: quia ex nichilo non mouetur ſenſus cum ſit ꝯtus paſſiua. Secunda concluſio ꝙ tales irides apparentes eſſe circa candelas non ſunt extra in aere circa candelas realiter exiſtentes. probatur. nam tota flamma candele precise viſa per foramen aeris vel feneſtre ſic ꝙ nichil iridis appareat iuxta flãmam apparet iris talis: igiẽ non eſt in aere. ꝯña pꝫ et ãñs poteſt quilibet experiri omni nocte. ¶ Secundo ꝓbatur idem: quia ſi eſſet iuxta candelam in aere: tunc vna ſola flamma candele in cõparatione ad vnũ oculum reſpicientem ad vmbram: et aere omniquoq; diuiſo et apparente deberet adhuc poſſe apparere talis iris: ſed ꝯñs eſt falſum: et cõtra experientiam: quia omni nocte quis poterit experiri. et ꝯña tenet. ſic enim eſt in iridibus ſolis et lune: ꝙ luminoſo ſolo occupato et non viſo videnẽ irides: et ſimiliter quando apparet halo: tunc enim cum luna vel ſol occupatur melius apparet circumferẽtia halo ꝙ̄ quando non occupatur aſtrum: et ſic etiam deberent hec eſſe. igitur et cetera. ¶ Tertio mediante candele vel flamme viſa ſolum: et medietate etiam aeris impedita non apparet niſi ſola medietas: cuius oppoſitum experimur. ꝯñtia patet: recte ſicut de iride celeſti ſole exiſtente in oriente vel in occidente: quia ꝑ orizontẽ abſcõditur medietas: ſic etiam hic deberet accidere: quod eſt falſum: quia totum apparet ſicut prius quãdo fuit obumbrans medietatem. ¶ Quarto oporteret ꝙ eſſet vna ſphera completa diuerſorum colorum circa flammam candele: et non ſolum circulus: ſed hoc eſt falſum quia irides non ſiunt per modum ſphere: vt viſum eſt

alijs questionibus:sed per reflexionem ab astro ad visum existentem ad eundem situm cum astro:& propinquius iridi. Sed consequentia probatur:quia ad omnem differentiam positionis stantibus hominibus possunt videre iridem etiam equalē si equaliter distent ab eadem flamma candele. Modo si sic:& per diffinitionem sphere esset vna sphera completa diuersorum colorum sed si consequens concederet multipliciter posset reprobari:et queri:quare non apparet tota sphera vna: et super quo colore fieret lucis reflexio vel refractio:et quomodo ista diuersitas contingeret in coloribus eodem existēte aere et non diuerso secundum rarius vel densius.


¶ Tertia conclusio est. q tales irides sunt in circumferentia foraminis oculi quod vocatur foramen vuee:et prope circumferentiam illius foraminis versus centrum eius declinando. et hanc conclusionē opinor et persuadeo sic:nam ex quo sūt huiusmodi irides per primam conclusionem precedentem: et non sunt in aere per secundam:nec est aliud medium vel locus inter centrum oculi vel locum visus vel virtutis visiue nisi humores oculi anterius in quibus virtus visiua non operatur visionem: et oportet esse medium inter virtutem visiuam et luminosum:ergo oportet q sit ibi in oculo anterius prope circumferentiam foraminis vuee: et hoc est propositum:vt opinor:donec melius discutiemur: nunq̄ enim vidi nec audiui alium sic dicētem:ideo forte erro nesciens:cupiens tamen a melius considerante informari. Et propter hanc conclusionem contingit q habentes oculos humidos et nouiter expergefacti de somno magis et melius vident tales irides:quia in humido istorum oculorum fit maior reflexio et refractio lucis candele q̄ in oculis aliorum. Unde imaginor per istum modum q radij flamme candele infra certam distantiam signabilem:et vltra istam certam signabilem oblique incidentes prope circumferentiam foraminis vuee:et nō ibidem propter medium densius refrangūtur et vadūt in centrum oculi sicut dictum est prius de halo: et etiā aliqui reflectuntur in pelliculam occupantem et continentem humorem:et vsq ad centrum reflectuntur:et sic diuersi radij secundum diuersitatem partium distātium a centro foraminis:per quod cētrum intrat perpēdicularis radius qui non frangitur: et sic possunt plures irides apparere:et plures colores:et quia foramē est circulare ideo apparet iris circulariter etiam si flāma esset oblōga: idcirco a magnis flammis non contingit hoc videri:quia occupant totum locum qui deberet esse prope centrum flamme cum vaporosus est:et idē non fit aliquod tale et certe non potest esse plus flante euro q̄ alio vento:nisi quia tūc oculi sunt humidiores naturaliter :et non propter maiorem aeris densitatem quia vt dictum est circa specula consimiles apparent vbi non fit aeris cōdēsatio nec refractio:vt patet etiā respiciendo per foramen versus solem. Igitur salua reuerentia Aristo. et aliorum consentientium considerantis istos que pnt si sic sint per eos:vel econtra hoc opinor esse magis certum:nec tamen si ipse oppositum intellexisse videatur. vnde iridem celi vel celestem posset quis videre in speculo:sed iridem iuxta candelam nunq̄. quia non est ibi in aere:sicut dixi:sicut iris celestis. vnde et hoc pōt variari secundū oēm differentiā positionis: sicut mouet oculus :et apparet maior et minor. maior quā oculus plus distat. minor quando est propinquior:quod non esset nisi esset in aere.

Ad rationes in oppositum. Ad primā

Et primo ad auctoritates patet:dici vbi et alibi ibi loquitur de antiphonte q loquitur exemplariter et exemplorum non requiritur verificatio:sed exemple ponimus non q ita sit etc. ¶ Aliter dicitur:q apparet iris licet non sit vbi apparet esse:et hoc est verum et concessum prius. et quando dicitur q fit ob humiditatem aeris etc. dicitur q quando aer est humidus:tunc etiam oculi naturaliter sunt magis humidi:et ideo tunc magis apparet q̄ alias. similiter de omnibus auctoritatibus Aristotelis. Ad auctoritatem secundam in x. perspectiue etiā dicitur q loquitur ibi modo antiquorum opinantium visionem fieri extramittendo:et hoc non est verū et dicitur q etiam Aristo. exemplariter loquitur et non ad omnia aduertit:et in talibus cuilibet experto est credēdum:et qui diligentius aduertit et diligentius credat ideo si experientie dicte pro secunda conclusione sufficiunt credatur eis plus q̄ alijs:qui eas neglexerunt.

¶ Ad tertiam. si non esset iris etc. dicendum q non appareret remotius a candela vel a flamma saltem in longum:sed magis propinquius centro candele vel remotius:et hoc quia non est circa candelam:nec in aere:sed in circumferentia oculi vel foraminis quod videtur equaliter distans a centro oculi. ideo semper apparet vel eque distans equaliter huius:nec antecedit:nec sequitur:et secus est de iride celesti. ¶ Ad quartam tunc in aere raro quecunq non flante euro etc. conceditur consequens q in aere raro et rarissimo:oculus tamē dispositus:vt dictū est etc. Et ad Aristo. dicitur q opinatur q in aere fiant extra oculum:quod est falsum:et quod magis apparet debilibus oculis:quia magis ibi frangitur visus vel radius visualis. ¶ Ad aliam si non tunc visus cuiuslibet sani etc. conceditur si iudicet vel per se : vel cum adiutorio interiorum sensuum q iris sit extra in aere errat et decipitur:nec mirū:quia de istis fractionibus que in oculis contingunt non pōt aliter facere:et est ibi mediū indispositio:videlicet partis oculi que si talis non esset non apparet. ¶ Ad aliam rōnem:tunc eadem rōne non esset circa lunam halo etc. negatur consequentia. Ad probationem:q dicit littera q eodem modo:et verum est secundum apparentias licet non omnino sit secundum veritatem:vt patet consideranti predicta etc.

Questio XXVI.



Veritur vigesimosexto. Utrum virge et paralleli fiant ex refractione radiorum sicut iris vel halo. Et arguitur primo q non quia si sic tunc fierent secundum figuram circularem sicut iris vel halo:consequens est falsum vt patet per experientiam. consequentia probatur:quia si fierent ex eisdem causis effectus deberēt esse consimiles. et per consequēs cum ista fiant secundum circulum vel eius portionem sequeretur q et ille. ¶ Secundo probatur specialiter q non fiunt per refractionem:quia fiunt per reflexionem super specula irreflexa ipse virge:ergo non per refractionem. q̄ etc. consequentia patet : quia reflexio et refractio sunt modi distincti radiandi. antecedens probatur per Aristo. in littera qui dicit. virge quidem ergo fiunt per irregularitatem speculi. Consimiliter probatur de parallelis que fiunt per reflexionem super specula regularia. ergo non per refractionem. cōsequentia patet et antecedens similiter ex littera. quia dicitur. parallelus autē cum maxime regularis fuerit etc. sequitur. varietas autē speculi facit vnum emphaseos colorem. ¶ Tertio probatur q non fiant per reflexionem:quia fiunt per ma

cidentiam aeris super medium diaphanū minus rarū in quo radius perditur: non directus.ergo p refractio nem vt apparuit. q̄ñs patet: quia sic fit refractio: sed añs probatur. non sine ad nubes siue ad caliginem spis sam nondum existentem aquam: siue ad alios vapores magis raros radij incidunt. Jtem q dicit litera: nam ta lia sunt diaphona media minus rara aere sic q radius poterit penetrare oblique incidens: sed nō scd̄m incessum rectum. ¶ Quarto.si sic:tam fient virge q̄ paral lelij ex oi differentia positionis prope solem.hoc q̄ñs est falsum et cōtra Aristo.in litera: q dicit q virge ⁊ paral leli:neq prope solem valde:neq longe penitus. Et pa rum post dicit.q neq semper:neq de subtus: sed q̄ñs p batur: qr vapores regulares diuersi vel irregulares pos sunt apparere ex omni differentia positionis solis.

¶ Quinto impossibile est fieri aliū solem parem isti.ḡ impossibile est fieri parallelis p reflexionem vel refra ctionem.q̄ñs p3 per hoc q parallelius est pars soli.he lios enī grece dicitur sol latine. Sed añs p3 scd̄o celi secundum cursum nature cōsuetum.

Oppositum patet per Aristo.capitu lo vltimo istius tractatus de reflectionibus vbi dicit eadē enī dictis causas existimare:⁊ de parallelis ⁊ vir gis: fit enī parallelius quidem refractio visus ad solē et capitulo primo dicit q causa oim istorum eadem ē vz iridū parallelorū ⁊ virgarū.hic idem p3 p Vitellī onem conclusione.lxxiiij.que dicit virge per refractio nem radiorum solariū ad visum ab aliqua consistentia vmbrosa a raritate et spissitudine inequaliter:⁊ quan tum ad parallelos conclusione octaua parallelij fiunt ex refractione radiorum ad visum.

In questione primo videbitur de que sito.secundo de accidentibus virgarū ⁊ parallelorum.


Quantum ad primum sciendū q vir ge generantur p hunc modum.q radij incidunt in fo ramina nubium super vapores vel aerem vaporosum Et ex hoc tales radij partim reflectuntur:⁊ partim re franguntur vsq ad visum:sic quādoq ostendunt diuer sos colores ad modum colorum iridis protensi secūdum colūnas rectas vel modicum tortuosas:⁊ talis diuersi tas colorum contigit secundū diuersitatem vaporum in densitate ⁊ raritate:sicut ⁊ in iride:⁊ quia tales va pores sic reflectentes ⁊ refrangentes nō habent rectū ordinem:sicut in iride:ideo non habent fieri secundū ali quam figuram regularem:⁊ propter hoc sudores quā doq monachi in hyeme si teneant in obscuro inter luci dum foramen et oculum vapores existentes apparēt. ¶ Ex hoc potest poni ista cōclusio: q virge fiunt secū dum refractionē ⁊ reflexionem radiorum simul. probat quia fiunt sicut iris.ergo per reflexionem ⁊ refractio nem.cōsequentia et antecedēs patet ex dictis. ¶ Sz de parallelis sciendum q fiunt secundum istum modū quando vapor vel roratio est magis densa sic q sit p pe dēsitatem aque:et sit figure regularis vel habens vnam superficiem planam et politam:ad quam radij solis incidant oblique:et sic secundum equalem angu lum reflexi vsq ad visum nostrorū representantes tam colorem q̄ figurā:sic apparet sol tanq̄ in speculo ma gno reflexe.⁊ hoc vocatur parallelius: q parum vel si mile soli.est enī quasi imago solis i magno speculo ap parens. ¶ Ex isto patet secunda conclusio: q paralle lius etiam fit per refractionem et reflexionem radiorū solis.magis tamen est fortis reflexio paralleli q̄ refra ctio:et hoc probatur per vnam rationem ante oppo situm:scilicet secūdam et tertiam.

De secundo scilicet de accidentibus. primū est q frequenter fiūt a latere solis ⁊ nō directe sub sole:nec supra:cuius causam reddit Aristo.qr ex la teribus pōt sic talis materia vmbrosa vel vaporosa di stare et permanere quousq iste possunt apparere:⁊ vbi de radij possunt reflecti ad nos:sed si materia esset ⁊ su pra per solē dissolueretur:vel per ventum amoueretur vel radius incidēs ad nos non reflecteret: ⁊ sic similr̄ si subt⁹ esset materia directe. ¶ Secūdo accidit q nō ex opposito solis:cui⁹ causa est: quia dato q materia esset ex opposita parte solis radius solis non reflecte ret ad nos sensibiliter:sz forte ad alios existētes vltra sub orizonte alio.etiā radius esset debilis propter lon gitudinem vel distantiā a fōte et pperpendiculariter inci deret super diaphanū densius aere.ergo penetraret:⁊ propter hoc non multum longe nec distanter appareret illa a sole. ¶ Tertio.ista non fiūt de nocte propter defe ctum radiorum solariū:nec ab alijs astris possunt ita bene apparere:adeo nō possunt fieri:nec apparere par tes lune simul in vna nocte.ergo nec alie partes stel le:nec planete propter reflexionem radiorum ¶ Quar to accidit q sepe fiunt prope ortum vel occasum so lis:cuius causa est:quia ibi materia poterit congrega ri humida et aquea in ortu:quia sol fuit absens per no ctem precedentem:et sic vapores propter frigus sunt condensati:et de vespere:quia recedente sole qui eleua uit vapores infrigidatur aer ⁊ condensantur vapores in medio tamen celi vel circa meridiem poterit quan doq apparere parallelius:sicut accidit in bosphoro:qd est quoddam mare diuidens asiam ab europa:vel que dam pars humida vbi apparuerūt duo paralleli ori ri et permanere et per totum diem iuxta solem vsq ad occasum:et causa fuit nimia multitudo aquosorum vaporum et quedam celi influentia specialis. ¶ Sed ista sunt signa pcognoscendi pluuiā futuram:sed inequa liter quia parallelius significat maiorem:et citius plu uias venturas q̄ virge:causa est:quia materia paral lelorum est magis densa et frigidior et citius conuer tibilis in aquam q̄ materia virgarū. Ex his patet er go de omnibus impressionibus per refractionem ra diorum factis.

Ad rationes.ad primam tunc fierent ⁊c.negatur consequentia. Ad probationem de simili bus causis dicendum est q cause sunt similes quan tum ad generales conditiones:sed non oportet quan tum ad omnes speciales. ¶ Secunda et tertia solute sunt.quia certum est q ista non fiunt sine ambobus modis radiandi:nec sine reflexione et refractione:im mo ambo concurrūt:⁊ fit quedam lucis incorporatio. ⁊ dicēdum est ad literā Aristo.q loquit indifferēter ⁊ de reflexione ⁊ refractione supponendo ista p eodē: si cut apparuit ex alijs prius dictis. ¶ Ad quartā.si sic tunc ex omni parte ⁊c.dicēdum q non. Causa eius est visa qr non fieret refractio sic ad visum nobis sensibi lis dato q materia sit ibi.⁊ si dicerēs tū halo fit ex oī parte.dicendū q̄ nō tam prope possunt apparere paral leli:sicut circumferētia halo:et halo nō ostendit figurā sicut parallelius:ideo oportet aliter vaporē esse ordina tum q̄tum in halo:vt patet ex predictis. ¶ Ad quītā impossibile ⁊c.dicendū q nō oportet fieri solē: sed suf ficit q appareat imago vel idē sol bis vel ter vel qua ter quādo apparent paralleli:et nō visi sunt plures q̄ tres secūdum q recitat Plinius in secundo libro na turalis historie:sed plures possunt fieri virge: q ma

teria virgarum nō tam difficulter generatur:sicut ma-
teria parallelorum.Et sic patet questio ꝛc.

Questio.XXVII.



E his que fiūt sub ter
ra queritur.Utrū per industriā
artis possint fieri metalla : si-
cut iris ꝛ halo artificialiť quā-
doq̄ fiunt. Et arguitur primo q̄
nō: quia si sic tūc vna species
metallica posset ī aliam trās-
mutari.videlicet plumbum ī
aurū vel ecōuerso.hoc est fal
sum et inconueniēs:quia sicut nec homo potest in asi-
num trāsmutari nec in vaccam:sic nec species metal-
lice:cum tantum differant aurum et argētum vel plū
bum quantum homo et asinus vel capra: et nō est ma
ior ratio de mutatione vnius speciei in aliam q̄ cu-
iuslibet in quamlibet.hoc etiam patet esse falsum per
cōmunem auctoritatem Auicen.dicentis species re-
rum trāsmutari adinuicem non possunt:sed principa-
lis consequentia ꝓbatur:q: si per artem posset sic mu-
tari natura:q̄ fierent metalla:vel ergo ex eisdem me-
tallis fierent vł eiusdē speciei:vel ex nō metallis aliis
a se.sed nō primo modo:quia de hoc non est dubium q̄
de auro non fiat aliud q̄ aurum:vel si depuretur nihil
est ad ꝓpositum:si autem ex non metallis:tunc opor-
tet non metallum quod differt specie metallo mutari
ī metallum:et habetur ꝓpositum.Et similiter de vno
metallo fiat aliud:nec valet dicere vnum metallū vel
etiam non metallum corrumpitur: ꝛ quod ex materia
eius alterum generať:sicut ex vite fit arbor ꝛ ex hoīe
cadauer.Etiam quia isto modo per artē cito deberet
posse fieri ex homine bos et econuerso boue corrupto
fieret ex materia eius homo. consequens est falsum ꝛ
contra experientiam:quia nullus vidit hominē vnq̄
saltem ex boue factum:sed cōsequentia patet:quia cō
similis est ratio semper in vna specie:sicut ī alia.Etiā
oporteret vtrūq̄ generari formā alterius q̄ metalli: ꝛ nul
lum esse generans:quia aro non generaret aliquid:cū
sit accidens in vnitmo artificio:nec qualitates actiue
applicate passiuis per artificium:quia iterum accidē
tia non ꝓducunt formas substantiales : quia agerent
vltra suam speciem et perfectius specie sua ꝓducerēt
quod est inconueniens:q: nihil agit vltra gradū suum
ꝓprium:cū nec ad gradum aliquem finitū magis ter-
minaret actio eius:quin eque in duplo bene perfecti-
orem vel triplo posset agere:ꝛ sic in infinitū.Et si dica
tur q̄ isto mō argueretť de auro q̄ generať sub terra
ex nō auro:sicut homo ex non hoīe:ꝛ sic ibi fit accidē-
tibus agētib⁹ substātiā:sic esset hic in artificiali ope.
¶ Sꝫ cōtra: q: ibi sunt virtutes celi specialť ad hoc ī
fluētes:ꝛ formas substātiales causātes q̄les vel quas
nullo modo possumus habere hic secundū volūtatem
artificis:et semꝑ paratas ad formarū generationē:ꝗ
hic per artificiū nō pōt natura iuuari ad hoc.¶ Scdo
si sic:tunc per artem posset sciri in qua proportione se
haberent miscibilia in cōpositiōe auri vel alterius me
talli:ꝛ q̄ esset ꝓportio primarū qualitatū.ꝯńs est fal-
sum et incōueniens.imo he ꝓportiones qualitatū vel
elementorum vel ipsis ꝓportionabilium sunt impossi
biles sciri:quia nullā viā habemus ad ipsas sciendas
sed ꝯńa patet:q: ille est terminus ad quē ducere debe
mus.si taliter mixta cōponere velimus:vt pꝫ ꝑ totum
processum Aristo.in.iiij.huius:ꝛ in scdo de generatione
sed si terminum illum ignoramus nunq̄ naturam dedu
cere ad id possumus.¶ Tertio ad idem si per industriā
artis metalla possent fieri:tunc per industriam artis fa
cilius possent destrui.ꝯńs est falsum.ꝛ ꝯńa ꝓbať:quia
facilius est destruere q̄ cōstruere. ꝛ falsitas ꝯńtis pꝫ
ꝑ Aristo.qui dicit in lr̄a.aurū igitur nō cōsumitur per
ignitionem:ꝛ ꝑ ꝯńs a multo fortiori per alias actiōes
aliorū elementorū vel mixtorū non poterit destrui:cum
ignis inter oīa sit actiuior : vt pꝫ scđo de generatione
et in antiqua translatione huius tertij dr̄. aurū non re
soluitur solum: ideo per artem nō potest corrūpi. ergo
nec generari cū id sit difficilius.¶ Quarto.si sic:tunc
ꝑ artem possemus facere exhalationē vaporosam ca-
lidam ꝛ humidā ex qua ista generarenť tanq̄ ex mate
ria.ꝯńs est falsum.ꝛ ꝯńa tenet: q: ex ista fiunt oīa que
metallanť:vt dicť in lr̄a:ꝛ falsitas ꝯńtis ꝓbať: quia
talis exhalatio vaporosa nō potest fieri extra terram
sed semꝑ infra.aliter metalla ꝛ lapides essent impressi
ones super terram facte:nec oporteret specialiter fi-
eri tractatū de his que ita generanť:vt pꝫ ꝑ Aristo.in
lr̄a:nec etiā aliud alchimiste ꝓcedunt ꝑ exhalationē va
porosam in aliquid generando vel faciendo : vt patet
intuētibus libros ipsorū.¶ Quinto.si sic:sequitur q̄ re
ges et principes maxima grauamina cōmunitatibus
facientes ꝓ habendis stipēdijs aliquos sapientes in
talibus artibus deberent apud se habere ꝛ cōtinue ta
les fouere et in talibus studētes.ꝯńs est falsum ꝛ ꝯtra
experientiā oīm.Sed cōsequētia tenet.q: ꝑ has artes
ab oī grauamine melius q̄ per oēs impositiones:ꝛ ga
bellas oēs vel etiā ꝑ thesauros liberarent: ꝛ hoc igiť
maxime esset in tp̄is eligēdū: nec causa carū maneret
aurū ꝓpter nimiā multitudinē q̄ fieret per artem.vel
facta esset falsitas ꝯńtis ꝓbatur:q: multotiēs vel po-
tius tales sunt extirpandi a bona prouincia vel extir
pandi:q: sophistice materie colorate illorum vt aurum
fierent multe:qualibus cōitates pōīt decipi et falli:et
monete false fierēt ex illis materiebus ꝛ ꝯsimilia ma-
gna pericula et mala: et ꝯńe iste patent:q: qñ ad opti
mū terminū nō peruenirent:tunc starent circa mate
ria non ꝑfectam:et ex illa fierent talia q̄ principes re-
gentes ꝓuincias ꝑmittere non debent:sed destruere.
¶ Sexto.si sic:sic mercurius vel argentū viuū posset
detineri in igne ꝛ mori.ꝯńs est falsum ꝛ ꝯtra experiētiā:
q: statim exit vas ꝛ frāgiť quātūcūq̄ forte sit:vbi igniť
ꝛ tēperať:sed ꝯńa ꝓbať:q: si ex eo posset fieri plūbum
vel aliud metallū:cū q̄libet aliud possit igniri:ꝛ ī igne
detineri. similiť etiā mercuri⁹ cū ex illo factū esset a-
liud metallū:et etiā sic mercurius posset cōgelari vel
cōdēsari vt esset malleabilis ꝛ inductibilis ꝛ impassi
bilis:ꝛ sic de aliis passionibus:de quibus dicitur i.iiij.
huius:cuius oppositū sepe pꝫ in lr̄a:nō eīn est impassi
bilis ꝓpter nimiā humiditatem nec malleabilis sicut
aqua:ꝛ de aliis:vt vnusquisq̄ pōt experiri.¶ Septimo.
si sic.tunc eadē rōe ꝑ industriā artis possemus facere q̄
lib; alia metalla.puta poma ꝛ lapides ꝓciosos:q̄ etiā
fiunt sub terra:ex fumosa exhalatione:vel calida ꝛ sic
ca:vt dr̄ in lr̄a:cui⁹ falsitas patet:q: nec habent tales
virtutes dato q̄ essent ita disposite in figura fortitudi-
ne et duritie:ꝛ in pondere:ꝛ in sono: ꝛ in aliis singulis
qualitatib⁹:ꝛ ꝓ certo cōuenientius esset insistere arti ge
nerationis lapidū ꝓciosorū:q: meliores nec tā difficilis
cōpositionis.¶ Octauo.si sic: tunc in vanū et superflue
laborarēt q̄ aurū ꝛ alia metalla q̄rūt ī aurifodinis sub
terra cū magnis expēsis.ꝛ ꝯńa pꝫ ex hoc cum possent
istud extra facere sine tanta difficultate ꝛ ꝑiculo.ꝯńs
pꝫ esse falsum ꝑ experientiā manifestam in regnis vbi
sunt aurifodine:et etiā aliorum metallorum minere.

Oppositum arguitur q̧ nõ minus videtur ꝑ iuuamē artis posse fieri metalla q̄ alia mixta animata: vel etiā inanimata: sed alia animata possunt fieri: vt musce apes et blada ⁊ frumēta ꝑ iuuamen artis: etiā si nulle apes essent in mūdo. igitur etiā metalla. cõsequentia patet ꝑ locum a minori: sed antecedēs quantum ad primam partē pȝ per maximā: quia animata sunt perfectiora inanimatis: si ergo ista possunt fieri per iuuamen artis: ergo ⁊ alia: sed quantū ad secundam partem probatur: nā dicit Commentator. xij. metaphysice. q̧ ex visceribus bouis vel vacce putrefactis fiunt apes: ex visceribus equi fiunt vespe. modo ꝑ artē possumus iuuare naturam iterficiendo ⁊ ponēdo ad locum putrefactionis et amouere alia impedimenta generationem ipsorum. ¶ Item sic fieri possunt musce et quecunqȝ alia similia q̄ per putrefactionem fiūt imo ꝑ artificium puta per aliquem malū cibū possunt vermes in visceribus hoim nascentiū generari: ⁊ sic de alijs: et sic frumenta artificialiter terra preparata seminantur ⁊ crescunt: postea complentur ꝑ naturam: ⁊ syrupi medicoꝝ mirabiles effectus facientes per artificiū fiunt. ¶ Item de mixtis inanimatis videmus q̧ possunt fieri lapides: sicut plastrum parisius et later et sic de cõsimilibus et de vitris valde diuersis et artificiose factis ſm colorem et figuram ⁊ alias plures dispositiones: ⁊ de picturis que fiunt super aurum et argentum ꝑ aurifabros: ⁊ sic de alijs. ¶ Item non hoc ē magis inconueniens q̧ ex plumbo fiat aurum corrupta forma plumbi et genita forma auri preuijs alterationibus q̄ ex parte bouis q̧ pars fiat hominis vł ex parte mutonis vini vel panis: principium sumēdo ab artem: nam si homo coctis carnibus bouis ⁊ comestis ⁊ complete digestis componitur ex pte alimenti quod aduenit: et ex parte corporis quod precessit: ⁊ ista pars alimenti fuit prius materia bouis: ⁊ nunc est pars hominis sicut pȝ ꝑ oēs naturales ponētes augmētationes: et hoc totum in vna die naturali pōt fieri: cur igitur non ex vno metallo aliud? ¶ Item si per experientiā ab aliquo ostendatur ꝑ iuuamen artis fieri posse vnū metallum ex alio bonum ⁊ ꝑfectum ex imperfecto: igitur hoc ponēdum: ⁊ nulla ratione pōt impediri: sed sic est vt in multis historijs reperitur.

In ista questione primo aliqua notabilia vel distinctiones sunt ponēde: deinde videbitur ad quesitum.

Quantum ad primum sciēdum q̧ de numero corruptibiliū qdam dicunt̄ simplicia: et quedā cõposita seu mixta: mixtoꝝ aūt quoddā hȝ aliquā vel aliquas ꝓprietates consimiles sicut simplicia vel miscibilia vel aliquod eorū: istud ostendit Arist. in. iiij. hui9. tertio tractatu. ⁊ docet quō istas ꝓpetates ī mixtis magis dn̄antes possumus ꝑ operationes vł ꝑ passiones inuenire: vt si aliqd hȝ multū de humiditate aerea et parū vel nihil de hūiditate aquea ipm est vstibile vt cera: ⁊ ecõuerso: si est vstibile: ⁊ sic hȝ istas ꝓprietates: ⁊ sic similiter est de alijs considerandum. ¶ Ulterius mixtoꝝ qdam sunt animata et quedam inanimata: ⁊ vtrūqȝ istorum diuersificatur secundum magis et minus perfectum: qꝛ hō de numero animatorum est ꝑfectum: et preciosi lapides de numero inanimatoꝝ sūt perfectissimi: et alia sūt min9 perfecta vel imperfecta: vt lateres et saxa vel sacris cõsimiles petre in vijs posite. ¶ Ulterius sciēdum q̧ minus ꝑfectoꝝ ad magis perfecta est translatio difficilior: sed magis similium in perfectione: et in alijs qualibet est trāslatio facilior vnde cum lapidis vt sunt saxa: translatio in hominem vel in partem hominis est difficillima vel difficilior q̄ caro canis in partem bouis: vel econuerso. similiter ē in alijs. Et quandoqȝ ista transmutatio fit per multa media: et qn̄qȝ per pauca: ⁊ qn̄qȝ citius: ⁊ qn̄qȝ tardius iuxta diuersā dispositionem agentiū et passiuoꝝ: ⁊ ista dicuntur considerari ab artificib9 cū reuerētia vel diligentia: ⁊ tūc scire poterit qd sit agēdū: qꝛ facili9 mutarē aqua in vaporē q̄ in aliud corpus: ⁊ similiter est imaginādū de ceteris. ¶ Istis p̄missis sciēdū q̧ Arist. in lr̄a vbi q̄stio hȝ locū imaginat̄ q̧ sub terra fiāt duo modi exhalationū: quaꝝ vna ē calida et sicca: ⁊ altera calida ⁊ hūida vt. in p̄mo ⁊ scđo libro visū est: et ex calida ⁊ sicca exhalatiōe ponit lapides ſm diuersa generata species: ⁊ ex exhalatiōe vaporosa calida ⁊ hūida magis humiditate aquea ponit fieri metalla: sed ī lapidibus ponit siccū dn̄ari: ⁊ hūidū in metallis: ꝓpter qđ vt dicit in quarto metalla sunt liquefactibilia ⁊ lapides frangibiles vt pȝ faciendo calcē: ⁊ ſm diuersitatem calidi ⁊ humidi vapoꝝ adiūctis qualitatib9 diuersis agentiū sub terra diuersas ꝓportiones primarum qualitatum agentiū vel causantium: diuersa fiunt metalla vel mixta scđm speciē. Q̧ aūt mixta fiant sub terra: patet ꝑ ea q̄ dicta sunt circa primū in questionibus primis de diuersitate fontiū ⁊ saporū eoꝝ. ¶ Notādū tamen q̧ q̄uis metalla ex vaporosa vel calida et hūida exhalatione fiant: tamen hoc non est sine admixtione partium terrestrium: vt fatetur Arist. in litera dicit enim q̧ omnia terrea habēt siccum: et patet consumēdo humidū metalloꝝ q̧ finaliter reperiuntur scorie vel rubigines vel cineres quādo nimis igniunt̄ frequēter: ⁊ totaliter vsqȝ ad cineres consumūtur. ista ḡ sunt cõmunia que videt̄ Arist. tractasse de generatione metallorū et lapidū in tractatu: vbi questio habet locum. ¶ Sed vlterius notandum q̧ ꝓportiones qualitatū primarū cõstituētiū ꝑ actiones suas ⁊ passiones suas metalla vel quecūqȝ alia mixta nō sunt in puncto vel indiuisibili: sed latitudinē habēt: vt dicit Arist. in secūdo de generatione: vt si aliquis homo est debilis: ⁊ aliquis fortis: et aliquis mediocris: ⁊ tamen quelibet est sub latitudine ꝓportionis qualitatū requisita ad productionē hominis: vel adesse hoīs. sic similiter imaginādū est de auro taliū characterū: vel sex viginti triū ⁊ ꝓportionabiliter de alijs metallis vel mixtis. Et sicut hō debilis pōt cõfortari ad ꝑfectiorem gradum latitudinis sanitatis vel egritudinis: sic etiam aurū vel aliud metallū. ¶ Item notandū q̧ quidā alij naturales: sicut imponit̄ Gebro in libro perfectionis: magis specialiter loquitur de principijs metalloꝝ quō fiant sub terra: vȝ de sulphure vel argēto viuo: sic q̧ fiat exhalatio subtilissimarū partiū argēti viui ⁊ cõseruatio magis grossarum partium sic q̧ humidū cum sicco sic temperetur q̧ fiat vna substantia composita temperata homogenea que posset extendi per percussionē vel ꝑ malleationē: et huius tēperatio vel mixtio humidi viscosi ex parte sulphuris est grossa ex parte alterius sit valde diuturna vel in longo tempore vt in millibus annis infra terram: vel si subito posīt fieri vel cito sic q̧ humidū suꝑfluū euanescat: sicut per experiētiā pōt fieri in subtiliatione spirituū. s. sulphuris vel argenti viui ⁊c. ⁊ sic ex actione talium cū actione primarū qualitatū elementorum possunt citius illa fieri. Et ꝑ modū quo ista fiant longissime ⁊ diffuse diuersimode ptractāt qdā vero melius et quidā peius. ¶ Item sciendū q̧ dicitur in titulo questionis: sicut iris vel halo ⁊c. q̧

difficile est cognoscere bene compositionem vel modū cōponēdi metalla sicut ⁊ difficile est cognoscere modū generationis iridis: ⁊ nisi per artem sciremus facere vel videre iridem et colorem eius et halo: vix duceremur ad cognitionē iridis seu halo quō fierent sicut. Et q̄ vix vel nunq̄ sciremus cōpositionem auri vel argenti: nisi per artem sciemus: vel per artem possumus scire completius operationem nature. Et ppter hoc mota fuit questio sub forma predicta.

Istis ergo premissis potest dici ad questionem: et sit prima conclusio: q̄ per iuuamē artis existētis vel possibilis fieri possunt metalla: sicut iris vel halo: qđ pbaē: q2 si aliqs sciret tam passiua q̄ actiua per artem applicare: sicut in natura sub terra sunt applicata: tunc illa agunt ⁊ consimiles effectus causant sicut ibi: ꝯña patet antecedēs etiam patet ex hoc: quia talia nō indigēt alio nisi q̄ sint approximata vt agāt nō impedita: ita bene hic sicut infra terram: quia sicut videmus de alijs q̄ ita bene ignis comburit hic ligna sicut in sphera sua. ¶ Secunda conclusio est ista. q̄ talem artem possibile est haberi ⁊ sciri. pbatur: q2 sic est q̄ talis operatio vel mixtio primarum qualitatū est igiē potest cognosci. ꝯña patet: quia omne possibile est cognoscibile vel intelligibile. sed antecedens patet: q2 ista tota dec generanē sub terra ⁊ genita sunt: igitur talis mixtio est. ¶ Tertia conclusio. q̄ licet sit possibile tamen est valde difficile: et ppter multas causas periculosum est huius artis studio insistere: qđ pbatur q2 quandoq3 sophistice apparitiones auri ⁊ argēti fiunt ex quibus potest decipi totā vna pūicia ⁊ faciēs erit falsarius si ipsa tanq̄ bona materia vteretur: vel si nō per seipsū per alios donec aliquis deciperetur. ¶ Itē multi multotiens magnas expensas faciūt quas perdūt ⁊ labores ⁊ fossores ⁊ cōsimiles tribulationes patiuntur: ⁊ qñq3 si ad pfectionē peruenirent ppter inuidiam destruerenē: ne ppter opus eorum multiplicatū minus bona reputenē alterā: q2 figulus odit figulum sm Arist. in politicis. Et hoīes forte tales facientes superbirent ⁊ malos mores incurrerēt. ꝗ minus malū est dimittere ⁊ alijs bonis artibus insudare.

vel destruat q amplius calor non possit manere in sub
iecto: modo sic contingit in proposito q subiectum indis
ponitur: quia rarescit: et humidum in quo calor conserua
ri deberet consumitur a calore exteriori: et sic desinit ca
lor interior: quia non habet subiectum. et etiam bene po
test concedi q caliditas. s. extrinseca et intrinseca sunt di
uerse speciei capiendo intrinsecam pro potentiali vel
virtuali caliditate: et extrinsecam pro actuali: sicut ca
liditas que potest piper calefacere specie differt a ca
liditate ignis actuali: nec sequitur ex hoc q vni insint
due qualitates contrarie: quia actualis virtuali non con
trariatur: sicut frigiditati actuali: sed bene actualis al
terat subiectum virtualis et indisponit ne retineat vir
tualem consequentem formam mixti vel elementi.
¶ Item non sequitur q sint octo qualitates prime: quia
forte ille qualitates virtuales sunt prime illis elemen
tis: quia magis inseparabiles: et cause aliarum actua
liter sensibilium: sicut patet de aqua calefacta cuius fri
giditas actualis est ablata: sed remanet inseparabiliter
frigiditas virtualis: similiter est imaginandum de aliis
qualitatibus. ¶ Ad aliam probationem que videtur
fuisse contra istam responsionem: cum dicitur nec valet
si dicatur etc. quia in frigido tempore quando esset frigi
dior homine etc. Dicendum q non sequitur: et causa est
vt puto: quia non solum imaginandum est caliditatem
exteriorem medii continentis esse causam talis consum
ptionis immediatam. Sed quandoque humores mali et
supercalefacti: qui sunt sparsi per totum corpus sunt
causa huius consumptionis: et frigus aeris vel medii con
tinentis per antiparistasim cum adiutorio frigoris in
teriorisata ex inchoatione est ab exteriori calido: et illud
calidum exterius quandoque est calidum innaturale hu
morum qui non sunt pars compositi qui dicuntur esse
vnum humidum radicale in quo est naturalis calor. et er
go in hyeme homines possunt infirmari et putrefieri: da
to q aer exterior sit frigidior: et membra hominum simi
liter et cadauera mortuorum in terris posita. et sic simi
liter accidit circa membra compeditorum: nam propter
constrictionem circa loca compedum fit vehemens le
sio: quia natura mittit multum de sanguine ad adiuuan
dum partes lesas: et sic erit in locis illis calor maior quam
natura membrorum requirat: et tunc per frigus circun
stans: et per humiditatem aque frigide intenditur ca
lor: et fit maior per antiparistasim: et ipso existente ma
iore consumit materiam naturalis caloris et comple
xionis membri: et sic fit ibi statim putrefactio. ¶ Ad aliam
confirmationem antecedentis cum dicitur: quia sic ca
lor tunc remaneret in materia sicca: sed in siccis aptis
sime conseruatur calor. dicitur q aliquis calor in aliqui
bus siccis optime potest conseruari: sed non omnis in
omni sicco: nec in proposito conseruari potest humido
sibi proportionato quod requirit ad suum esse consum
pto. vnde flamma manens aliquantulum diu non potest
in solis cineribus conseruari. vt per experientiam vide
mus. ¶ Ad secundam rationem putrefactio non est nec
potest esse alicuius generis vel speciei mutationis etc.
Dicitur negando consequentiam: sumendo large hoc
nomen putrefactio. Ad probationem q non est alicu
ius speciei motus: et oportet esse motum aliquem: non
est possibile: sicut nihil est animal etc. Dicitur q non est
possibile esse aliquod vnum: sed possunt esse plures mu
tationes: vel plura simul possunt sic vocari: et sic est in
proposito q plures mutationes diuersorum generum vo
cantur putrefactio. vel potest negari antecedens: quia est ge
neratio: corruptio: exsiccatio: et sic de aliis multis simul
licet proprie loquendo tot simul non sint vna species mo
tus. Sed ad probationes antecedentis ad hoc q non
sit vna sola species mutationis: dicitur non procedunt
licet putrefactio requirat motum localem et corruptio
nem etc. Ideo non oportet dicere ad probationes: sed quando
probatur q non est motus localis: quia iste impedit: di
citur q aliquis impedit et aliquis iuuat. vnde motus lo
calis totius putrefacti sic q partes ab inuicem separen
tur et non quiescant simul continue nec idem in ipsa pos
sit manere diuersitas talis impedit putrefactionem: vt
allegatum est ex litera: et dictum fuit de aquis curren
tibus: sed motus localis humidi vel humidorum inte
riorum ad exteriora propter actionem caliditatis ex
trinsece iuuat ad putrefactionem [illegible] ¶ Ad
aliam probationem q non sit motus generationis: quia
est corruptio. dicitur q est generatio vel requirit gene
rationem vnius forme: et est corruptio alterius preter

te:vel requirit etiam corruptionem.Et quādo dicitur
est productio substantie &c. Dicis q putrefactio requi
rit substantie productionē.Et cum dicitur q talis non
est putrefactio:quia alias omnis generatio esset putrefa
ctio.negaf ꝯña:requiruntur plures mutationes secū-
dum ordinem que cum generatione dicuntur putrefa-
ctio:et tamen non omnis generatio est talis: et cum tot &
talibus mutationibus. ¶ Ad aliam probationem q sit
corruptio:quia sic arguitur sicut argutū est/similiter
solvitur. ¶ Ad aliam maxime est corruptio calidita-
tis proprie in humido proprio a caliditate aliena.con
cedif. Ad iprobationē cū de pprio & inseparabile.cō-
cedif.sz caliditas ppria sumif hic p naturali calore:&
non ppie pprium.et si p proprie proprio sumitur:tūc
simul humiditas & caliditas:sicut homo et risibile:nō
remanet unum alio corrupto:& hoc ex debita et natu-
rali dispositione. ¶ Ad aliam confirmationem que est
fortior:caliditas propria &c.ergo sibi contrariatur.ne-
gatur consequentia illa:quia multa agunt adinvicem
non omnino contraria: & etiam non omnino disparata
agunt.unde oportet imaginari quādam habitudinem
caliditatis talis naturalis ad humidum naturale vel
ad humiditatem et amicitiam vel naturalem inclina-
tionē recte.sicut ferrum se habet ad magnetē vel econ
verso:ratione cuius habitudinis vel amicitie agūt ad
invicem & durant. Et quando dicitur q non corrump
tur ab aliena caliditate:quia sic oporteret contrariari
actionem caliditatis et humiditatis.conceditur illud
sm modum iam dictum.Et quando dicitur pari forma
omniū non contrariorum.negatur consequentia.quia
non habent talem convenientiam occultam vel incli-
natiōem naturalē adinvicem. Sed quādo dicitur.aer
etiam tunc seipsum destrueret.negatur consequentia.
& forte causa est:quia talem virtutem sibi suppoditam
non habet:qua agat:vel naturalem potentiam talem.
Et bene volo q sic dicere est quasi divinare:sed non be
ne apparet alicui esse dicendum:et sufficit in naturali-
bus tanta fides q non possit nimis experimento ipro
bari.Et quando dicitur q est contra experientiam:q
calor in humido conservatur.conceditur ad presens &
nō perpetuo.Et cum dicitur humidum a calido auge-
tur.cōcedif quantum ad extensionē subiecti & ad tem
pus:sed postea diminuitur & resolvitur calore manen-
te primo. ¶ Ad aliam confirmationem:quia si agit in
ipsum corrumpendo ipsum tardius sine extrinseco &c.
tunc est alia proportio caliditatis &c.conceditur. Ad
improbationem:tunc habentia &c.conceditur:sed hoc
erit secundum diversas proportiones: et nō secundum
eiusdem caloris ad humiditatem. Et quādo dicitur si
sic:tunc modicus in multa humiditate non esset eque
durabilis vel durabilior magno calore in modico hu-
mido. Ad hoc dicis q si cetera essent paria:sic q esset
calor modicus cum humido multo: & multus calor cū
modico humido.& quando infert q modicus calor cū
multa humiditate non esset durabilior &c.negatur cō-
sequentia si bene pportionetur,& applicetur calor hu-
miditati.Et si probasses consequentiam ex hoc q pro
portio modici caloris ad humiditatem multā est mo-
dica:& alterius magna.conceditur: et ex hoc sequitur
potius q sit durabilior q q sit minus durabilis pro-
pter debilitatem actiōis et tarditatē.Et qn dr ꝫ illud
quia oporteret fieri actionē secundum pportionē mino
ris inequalitatis:dicis ut patuit in arguendo: quia ca
lor dicis paucus in cōparatione ad alium:& nō in cōpa
ratione ad resistentiam humiditatis.Et quando dicis
q non esset simile de flamma lāpadis & oleo multo &c.
cōceditur q non sit omnino simile:quia diversitas est
in eo q calor flamme non agitāt quālibet partem olei
nec quelibet pars olei sibi resistit:sz solum in aliquam
super quam dominatur que resistit.Et quando dicitur
humidum olei sufficit dominari super caliditatem:dici-
tur q verum est si totum pportionetur ad totum:mo-
do sic non est. Quando dicis:calor quandoq separaf
ab humido &c.conceditur:& tunc amplius nō fit actio
calor ut cito desinat. ¶ Ad aliam cōfirmationem.aer
habens magnam caliditatem & siccitatem est durabi-
lior &c.dicis q non nisi humiditas superet in aere cali
ditatē & putrescere faciat. et tunc non est durabilior:sz
durante calore non fugato esset aer durabilior cum hu
miditate q sine illa:& maxime cū humiditate virtuali
Item quādo dicitur ignis sine humiditate durat sem
per.dicis q non est talis aliquis. Et si durat dicis si na
turalis dispositio sua caloris actualis & elemētalis cū
siccitate & sine humiditate.sz alius est calor mixtorum
virtualis:ut dictum est primo.Et quando dicis q non
sit augmentatio conceditur:nec alteratio:licet requi-
rat adesse plures alterationes &c.Et quando infertur
q non est de aliqua specie &c.concedis secundum mo-
dum predictum in principio solutionis secundi articu
li. ¶ Ad tertium argumētū:si sic tunc sub aliquo gra-
du est possibile &c.cōceditur consequētia & consequēs.
& cum dicis eadem ratione &c.conceditur.Et quando
dicitur q hoc est falsum:qz non potest aliquid sub gra
du summo putrescere.dicitur immo exponendo sum
superlatiuum scilicet q nullus sit eo minor:licet multi
equales.s.negative & non affirmative. Et quando dici
tur quantūcūq aliquid est putrefactū sub maiori gra-
du &c.etiam esto q hoc est verum:ex hoc non sequitur
q non sit summus:nec potest esse summus.Et quando
probatur:quia actio caliditatis & frigiditatis nō ter-
minaf ad summum vel maximum.dicis q immo cum
certis circūstātijs limitando:sed sine limitatione cir-
cūstantiarum non terminaf ad maximum. ¶ Sed ad
pbationē quando arguit contra hoc: quia dictum est
q non pōt esse summus gradus putrefactionis:sic q
non possit esse aliquis intensior:sed bñ potest esse sum
mus cum nullus est intensior.Cum arguif sit a.illē ad
mittaf.Et cum dicitur:qḋ putrescit a.gradu putredi-
nis est subito summe putrefactū:dr q a.grad⁹ summe
putredinis pōt sumi vel p qlitate & dispositiōe aggre
gata qua dicif esse aliquid summe putrefactum:vel p
gradu act⁹ & actiōe successiua qua imaginamur vel exi
stēter illas qualitates vel dispositiones acquirit: licet
eadem sit:tamē aliter significatur per istos terminos
gradus vel actus & actio:& aliter per istos gradus di-
spositiones acquisite vel acquisibiles p actum vel gra
dum actus:et sic aliter imaginatur gradum summum
caliditatis : aliter gradum inductionis gradus sue
caliditatis.ut aliter speciem intelligibilē:et aliter actū
intelligendi:qui tamen idem est realiter cum specie se
cundum cōmuniter loquentes.tunc dicitur q si sumif
gradus primo modo:tunc istud qḋ dicif summum vel
summe putrefactum non est subito summe putrefactū:
sed successiue:licet subito et incontinēti habeat pun
esse tale putrefactū & quietum secundum totum vel se
cundum datā partē.nec ex hoc sequitur q motus fiat
in instanti.Sed si sumitur a.gradus secūdo modo:tūc
dicif q successiue adhuc tam propter partes subiecti
q etiam propter partes actiōis successiue que in sub-
iecto divisibili successiue fierent.Et quando dicif con
tra:quia tunc si continue putrescit illud magis & ma
gis:gradus ille quo putrescit intēdit continue & nūq
erit summus &c.dicitur q non intenditur gradus a.se
cundo modo sumendo:licet intēderetur primo sumē-

do:sicut equali gradu alterationis continue aliquid efficitur calidius. Et cum dicitur q nunq̄ erit summus. dicitur q continue erat summus secundo modo sumēdo. Et non est simile sicut dicitur ibi. si aliquid moueretur continue intendendo motum suum: quia hoc continue intēsiori gradu mouetur: sed illud eque intenso gradu alterationis: sz tñ continue ea qualitas vel dispositio acquisita sit intēsior vel decrescit: sicut valde tarde aliqd posset dici calefieri: licet tñ illa calefactiōe fieret maxime calidum. similiter in proposito est imaginādum: licet nō omnino similiter: quia putrefactio nō est vna sola mutatio: vt dictū est prius. ¶ Ad quartā. si possibile est &c. dr q naturalis sicut prius dictū fuit. Ad iprobationē non est a principio intrinseco: sed extrinseco. dicit q in omnibus passum suis dispositionibus cōfert vim & iuuat agēs: licet aliq̄ eius dispositiones resistunt: alie tñ non resistunt sed iuuant: quia intenduntur & perficiuntur sic ab illis: et a materia naturaliter appetuntur: sz forma patiatur vim. Et quando dicitur combustio nō est naturalis &c. negat consequentia. Ad probationē: sunt ad eundem terminum. dicendum q hoc est valde diuersi: quia putrefactio sicut dictum est: sed cōbustio nullatenus fit tractione humidi intrinseci: et p incinerationē partium interiorum primo modo: primo exteriora combustorum incinerant: et humiditates ad interiora ppellunt & durant: sz aliter est de putrefactis: vt dictum est. Et quādo incidētaliter tangitur ibi q combustio est naturalis et nō violēta: quia velocior in fine q̄ in principio. dicitur q hoc nō est verum nisi ratione accidētalium cōditionum: videlicet: q si subiectū melius disponat ad combustionem: et sic quidam motus violentus etiam in fine dicitur intēdi: & etiam Aristo. loquitur: ponens conditionem istam motus naturalis q sit intensior in fine: de motu locali naturali: & non de quolibet alio. etiā naturalis potest remitti vsq ad nō gradum. Et quando dicit combustio fit a principio extrinseco passo conferēte vim: dicitur q adhuc nō sufficit sola inclinatio materie: sz requirūtur forme & inclinationes naturales qualitatū subiecti corruptibilis: & tales non sunt in combustione saltem similiter: sicut in putrefactiōe. ¶ Ad quintam. si putrefactio est possibilis cum omnis trāsmutatio possibilis possit habere impedimēta vel iuuamenta sic foret de putrefactione. dicitur q immo habet impedimēta multa: sicut dictum fuit prius. Sed quando probatur q non. admittatur totus processus vsq dum dicitur frigiditas non impedit: quia frigiditas ītrinseca causat putrefactionem &c. cōceditur ad modum tactum ibidem in littera Aristo. Sed cum dicitur cōtra hoc: quia videmus fructus arborū citius putrefieri quando fuerint fortiter infrigidati frigiditate aeris continētis: igitur illa frigiditas extrīseca iuuat. Dicitur q bñ iuuat q̄diu est: sed tamen condēsant & alterant: sic q post istam condensationem & alterationem citius putrescit: & est magis dispositum ad alterationē: & ideo iuuat & impedit: diuersimode tamen & in diuersis temporibus. Sed cū dicitur si frigiditas cōtinētis conseruaret tunc frumēte secta in terra &c. Dicit q ista diutius durarent si sola esset frigiditas: sed quia multa alia: videlicet: calor extrinsecus qui frigiditate extrīseca reprimitur: & humiditas illorum corporum facit magnas operationes quas non facerent in aere raro circūstante: ideo interius putrescunt: & similiter superueniunt pluuie: & multum operās. & aer in terra inclusus: & exhalatiōes causant putrefactionē talium in terra. ¶ Ad aliam cum dicit: tūc fena custodiēda in alto &c. Dicit q causa est: quia humiditas potest exhalare & exire: et alius aer recens subintrare: ideo non putrescunt in alto: in basso autem & sup terrā in cassis vel in cellario putrescūt propter oppositas causas: & maxime propter siccitatem que preseruant a putrefactiōe. ¶ Ad aliam cum dicit: nec etiā congelatio impedit quia corpora mortuorum sunt coagulata propter humores mixtos in illis: & tamē illa citius &c. Dicitur q q̄diu sunt congelata proprie & perfecte non putrescunt: sed non sunt congelata: licet sint coagulata propter humores sanguinis mixtos. et satis differunt coagulatio & cōgelatio: quia coagulatio potest fieri a calido: congelatio solum a frigido. adhuc tamen coagulatio iuuat contra putrefactionē: quia condēsat & non permittit penetrare actionem caloris eque faciliter sicut in principio. ideo humiditas non potest extrahi: & caliditas propria non tam cito potest consumi: sed tamen corpora mortuorum post modicam coagulationem putrefiunt frigiditate intrinseca agente et calorem expellente cum humido in quo fuit: et facit exiccationē in interioribus: & p cōsequēs finaliter putrefactionem: & hoc in terra propter exhalationes inclusas aperiētes poros corporum et extrahentes humidum ad exteriora: & sic verum est q si terra est magis frigida: etiam si nulle exhalationes calide in cōcauitatibus eius essent: q tūc corpora ibi diutius durarent: & in aliis locis opposito modo se habētibus: cito consumuntur: tamē sine combustione: similiter dicitur de cōgelatiōe fructuum: sicut prius in de infrigidatiōe dicebatur. ¶ Ad aliam quando dicebatur congelatio est causa quietis. Dicēdū q cōgelatio aliqua est causa quietis alicuius ab aliqua specie motus: sed non est causa quietis simpliciter: quia quod congelatur alteratur semper: & sic condensatur & manet localiter: licet non augeatur nec extendatur. etiam consequentia illa posset negari: et si causa quietis: ergo est causa iuuans putrefactionem et non impediēs: quia quandoq quies impedit putrefactionem: sicut si mare maneat indiuisum simul quiescens: non potest totum putrefieri: ergo impedit a quiete a putrefactione. ¶ Et quando vlterius dicitur probando q congelatio est causa quietis quia motus impedit congelationē: dicitur q aliquando iuuat. vnde si portaretur pot⁹ aque calefacte per aerem frigidum citius congelaretur q̄ si staret in loco vno: & sic quies illa aq̄ stantis non iuuat sed impedit: & ita aliquis motus impedit congelationē: licet alia adhuc concurrant. Et quando dicitur: quādo aliquid est congelatum. dicit in congelando non quiescit: sed mouetur. ergo nō sequitur q cōgelatio sumendo pro actu congelandi sit causa quietis: saltem immediate licet mediate bene. ¶ Ad aliam quando dicitur: nec etiam secundum videlicet feruor impedit. probatio. quia si congelatio putrefactibilis impedit: igit feruor iuuat. Dicitur q cōgelatio que prouenit ab extrinseco impedit: etiam feruor exterioris continētis iuuat ad citius faciēdum putrefactionem si non esset combustio: licet feruor naturaliter inexistens ex complexione propria mixti putrefactibilis ille iuuat contra putrefactiōem seu pseruat. & hoc visum est prius. ¶ Similiter dicitur ad tertium q caliditas vel feruor impedit & aperit poros putrefactibilis: & facit humidum exhalare: verum est de feruore extrinseco nō coadunato. ¶ Ad tertium cum dicitur. consumit humidum. dicitur q non de intrinseco nisi secūdum suum naturalem periodum: alias conseruat & preseruat ne exterius agens cōsumat. ¶ Ad quartum de motu q nō impediat: quia est causa augmentationis caloris: dicitur q auget calorē intrinsecum & non extrinsecum: q extrinsecus causat putredinem: vt dictum est. ¶ Similiter ad secūdum: mo-

tus disgregat et discooperit siue aperit: igitur est causa etc. Dicitur ꝙ nõ sequitur: quia si aperit: tamen cum hoc confortat ⁊ iuuat calorem: ⁊ vnit cum humido per totum et miscet sic ꝙ non tanta fit consumptio in vna parte sicut fuisset si simul mansisset calor in vno loco: ideo impedit: ⁊ tamen verum est ꝙ posset motus tam excessiuus fieri ꝙ ipse iuuaret ratione talium dictorum: ideo aliquis iuuat ⁊ aliquis non. ¶ Ad aliam quando dicitur ꝙ multitudo non impedit: quia iuuat: dicitur ꝙ non iuuat ipsam fieri. Et quando dicitur ꝙ blada in vno magno cumulo putrescunt. Dicitur ꝙ hoc nõ est ratione magnitudinis: sed ratione istius ꝙ sub alijs tecta concauitatibus aere ⁊ exhalationibus repletis aerem putrefieri faciunt: ⁊ ratione illius postea putrescunt interiora blada ⁊ frumentorum grana: ⁊ quia talis reseruatio aeris in concauitatibus non fieret si pauca essent blada simul: ideo pauca non putrescunt: ideo expedit ꝙ sepe moueantur ⁊ voluantur grana bladorum: et hoc sciunt coloni: ⁊ ideo illud faciunt ne putrescant. Et quando dicitur modicum cito exiccatur: volo bene ꝙ aliquid modicum: sed non omne: et ideo nõ quelibet magnitudo vel multitudo quantacunque sufficit in qualibet specie ad putrefactionem suscipiendam qualibet: sed aliqua sic et aliqua nõ: sicut nec quelibet multitudo nec paucitas quelibet sufficit ad extinguendum etc. Et sic patet questio etc.

Questio II.



Ecundo queritur circa istum quartum librum. vtrum digestio sit perfectio causata a proprio ⁊ naturali calore ex oppositis passiuis. Et arguitur primo ꝙ nõ: quia digestio est imperfectio causata a proprio naturali frigore in oppositis passiuis: igitur nõ est perfectio causata etc. consequentia tenet: quia nihil est simul perfectio ⁊ imperfectio: nec simul ex contrarijs agentibus circa idem subiectum: et non potest simul idem contrarijs motibus moueri: vt calefieri ⁊ infrigidari perfecte a calore ⁊ a frigore. Sed antecedens probatur: quia digestio nõ est nisi mutatio imperfecta ante completum esse decoctionis: ⁊ talis est imperfectio causata a proprio frigore: quia si nullum esset frigus iam calor ageret sine resistentia successiue: quod videtur contra illud quod dicitur quarto physicorum. successio in motu causatur ex resistentia mobilis ad motorem. ¶ Et confirmatur antecedens: quia digestio est motus vel actio: ⁊ omnis motus vel actio est imperfectio vel imperfecta mutatio: ergo omnis digestio est imperfectio. minor probatur per diffinitionem motus tertio physicorum. quia motus est actus entis in potentia. ⁊ actus imperfectus. ¶ Sed forte dicitur ꝙ motus digestionis vel via ad digestionem nõ est proprie digestio nec perfectio: sed dispositio que finaliter acquiritur vel est acquisita per talem viam per motum digestionis. ¶ Sed contra. talis dispositio est imperfectio: quia ad inductionem ipsius sequitur destructio forme substantialis ipsius: ⁊ sic dispositi. ergo est imperfectio: quia destructio. consequentia videtur nota. ⁊ antecedens probatur: sicut enim est in artificialibus dispositionibus ꝙ ex elixatione facta elixatum est dispositum ad corruptionem forme substantialis sui citius quam fuit ante: et similiter masticatione facta in ore ⁊ digestione in stomacho naturali digestum est magis propinquum ad corruptionem forme digestibilis quam ante: vel forte iam corrumpit formam eius ⁊ facit humorem imperfectiorem carnibus de quibus incepit facere humorem. probatur autem ꝙ humor sit imperfectior carnibus: quia ex humore intendit generare carnes perficiendo naturam: igitur humor carnibus imperfectior est. ¶ Sed adhuc probatur antecedens principale: videlicet ꝙ a frigore proprio ⁊ naturali: quia digestio iuuatur a frigore alieno ⁊ extrinseco: ergo etiam a frigore proprio. consequentia tenet: quia contrarium impedit contrarium ⁊ non iuuat: sed simile iuuat ⁊ intendit simile. ergo oportet ꝙ si iuuatur a frigore extrinseco ꝙ fiat ⁊ causetur a frigore intrinseco: sed antecedens huius consequentie patet: quia in hyeme ⁊ in regionibus frigidis fiunt meliores digestiones quam in calidis locis ⁊ temporibus: vt experimur. ¶ Secundo. ad principale: digestio fit a caliditate aliena nulla existente caliditate propria. ergo non fit nec causatur a propria. consequentia patet: quia iste caliditates ex opposito distinguuntur. sed antecedens probatur. nam digestio cibi fit a caliditate cibantis: quod est extrinsecum cibo: et non a caliditate cibi: ⁊ dato ꝙ cibus sit frigidus sine caliditate: ⁊ iterum digestio fructuum vel maturatio fit a calore solis qui est extrinsecus. sic similiter patet idem de elixatis quam omnia digesta sunt: ⁊ hoc a caliditate aliena quam propria: ideo extrinseca. ¶ Tertio. digestio fit a calore artificiali: ergo non a naturali cum ex opposito distinguantur: sed antecedens patet de elixatione ⁊ assatione que per artificialem calorem causantur. similiter medici arte medicine iuuant et intendunt calorem quo fit digestio. ergo artificialiter fit intensior. ergo etiam digestio fit a calore artificiali. ¶ Quarto. aliqua digestio fit a calore innaturali. ergo etc. consequentia patet. vt prodeunt. ⁊ antecedens patet: quia a calore febrili. ¶ Item a calore balnei: vt patet ex litera Aristo. tamen calor balnei est innaturalis balneato. ¶ Quinto. si sic sequitur ꝙ omnia digesta essent calidiora indigestis. consequentia tenet: si fit a calore nõ erunt frigidiora sed calidiora: falsitas consequentis probatur de esculis ⁊ multis alijs fructibus que ante digestionem completam sunt calidiora: et post minus. ¶ Item mustum est calidius vino digesto: et ideo est fumosius: et plures fumos facit: ⁊ citius inebriat vt experimur: vt patet in litera. ¶ Item stille vel gutte stillantes ab assaturis carnibus sunt frigide vel minus calide quando assate sunt iam cocte quam in medio decoctionis vel ante medium. vnde coqui per minus calidas stillas cognoscunt assationem esse factam: ⁊ patelle in quibus bulliuntur pisces sunt iam minus calide cum iam pisces sunt cocti quam ante completam decoctionem: et sub vasis sito: et hec non essent vera per experientiam: si fierent digesta calidiora. ¶ Item homines bibentes vina calidissima virtualiter ⁊ actualiter faciunt ex illis post digestionem vrinam minus calidam vino: et maxime si multum bibunt: vt patet per experientiam. ¶ Sexto. si sic sequitur ꝙ digesta essent leuiora ⁊ minora ⁊ subtiliora ⁊ rariora. consequens est falsum ⁊ contra experientiam: quia poma matura sunt maiora ⁊ grossiora ⁊ grauiora quam adhuc in principio ante digestionem erant. Similiter Aristo. dicit ꝙ ingrossantur digesta per digestionem: sed consequentia tenet: quia calor naturalis deberet consumere humidum: ⁊ sic fierent minora et leuiora vel minus grauia ⁊ rariora post ablationem materie que fit per digestionem.

Oppositum arguitur auctoritate Aristotelis in isto quarto sic diffinientis digestionem: ꝙ est perfectio causata a proprio ⁊ naturali calido etc.

In ista questione primo ponenda sunt

notabilia. secundo ponentur conclusiones responsiue ad questionem.

Quantum ad primum sciendum est q Aristo. in litera ponit digestionem esse secundum opus post putrefactionem vel aliud opus primarum qualitatum: videlicet caliditatis / frigiditatis / humiditatis / et siccitatis: tamen secundum certam habitudinem et determinationem existentibus simul. ¶ Iuxta quod notandum q vtar bene aliquo modo loquendi Aristo. in litera sumendo concretum pro abstracto: videlicet calidum pro caliditate: et econuerso: secundum q in litera patet: et feci in questione precedenti similiter. ¶ Ulterius notandum q vna queque res naturalis est perfecta siue digesta vel bene disposita: quando debite et perfecte potest in suam operationem propriam quam naturaliter et finaliter intendit: et hoc contingit dupliciter: quia aut simpliciter aut secundum exigentiam finis ad quem tendit et secundum aliquod tempus determinatum. exempli causa: vt homo dicitur simpliciter perfectus: quando potest non respiciendo tempus omnes operationes perfecte facere: et ad finem debitum et naturalem perducere: sic diceretur perfectus iuuenis qui secundum tempus iuuentutis bene se habet: vt perfectus vel secundum tempus operationum vt aliam bene se habet etc. similiter est in aliis: nam aliquid dicitur perfectum vel perfecte res digesta cum sit viridis: sicut succus viridis vitis quando nos cupimus habere agrestum: sic q talis succus est bene digestus ad hoc q sit agresta: sed non diceretur bene digestus et perfecte ad hoc q sit vinum: et adhuc secundum tempus quando est succus digestus vt fiat vinum ex eo non dicitur talis quando est mustum: sed post in successu amplioris temporis post esse musti vltra digeritur et depuratur et resoluitur: et fit vinum. ¶ Item sciendum q digestio potest accipi pro perfectione a qua prouenit operatio debita rei vel simpliciter vel secundum tempus vel secundum finem: vt dictum est: vel pro via vel permutatione ad talem operationem habendam vel talem: puta simpliciter perfectionem: vel secundum tempus. ¶ Si capiatur pro tali dispositione et non pro via sic potest describi: q digestio est dispositio qualitatiua propria et intrinseca alicuius mixti secundum quam natum est debite agere vel pati secundum finem intentum simpliciter vel secundum tempus. nam dicitur qualitatiua dispositio: quia licet habeat quandam dispositionem in figura rei vel situ vel in quantitate que iuuat ad perfectionem operis vel passionis tamen quia ab illis non prouenit operatio principaliter secundum finem intentum: ideo talis excluduntur per hoc q dicitur qualitatiua et non quantitatiua nec figuralis: sed dicitur propria: quia si aliquid est dispositum aliqua qualitate in modico tempore secundum exigentiam temporis operis et finis intenti adhuc illud non diceretur esse digestum: sicut si ferrum cito ignitur per ignem vt malleetur: tamen adhuc non diceretur digestum: quia hoc non esset secundum intrinsecam qualitatem: sed dicitur alicuius mixti: quia digestio est dispositio complexionalis et composita ex quatuor primis qualitatibus actualiter vel virtualiter inexistentibus intense vel remisse: ergo non inuenitur digestio proprie in simplici elemento: et dicitur secundum q mixtum est natum agere vel pati: et per hoc excluduntur qualitates secunde a quibus principaliter non prouenit operatio vel passio: sed dicitur secundum finem intentum: quia eadem res potest dici perfecte digesta ad vnum finem que non esset perfecte digesta ad alium: vt dictum est. et dicitur simplex et secundum tempus propterea etiam que dicta sunt: sic patet quid per hoc nomen digestio importatur. ¶ Ulterius sciendum q digestio pro via et mutatione ad talem dispositionem iam descriptam non est aliud q quedam alteratio dispositi ad talem dispositionem vel perfectionem mixti iam dictam: et similiter talis alteratio que simul est calefactio exsiccatio et humectatio: licet secundum diuersas partes et dispositiones digesti et remissio in frigiditate siue sit aliquid vnum vel non. In proposito non sit vis: dummodo he mutationes simul aggregate tali vnione vno nomine possint appellari. Et similiter dicatur de digestione primo modo dicta: quia est aggregatio diuersarum qualitatum non componentium vnam formam nisi aggregatione sicut albedo et dulcedo et calor in lacte vel frigiditas. ¶ Ex his patet q digestioni non acquiritur noua forma substantialis et hoc ex quo solum est dispositio qualitatiua vt aliqui inferunt. ¶ Contra quod tamen obiicitur: quia dicit Aristot. in litera: vbi habet locum q finis digestionis est natura: id est forma substantialis quia non materia quia est ingenerabilis et incorruptibilis. ¶ Item secundo patet: quia per digestionem corrumpitur nutrimentum: sed semper generatio vnius etc. ideo sequitur q digestio non sit sine forma substantiali. ¶ Tertio. quia aliter non distingueretur ab alteratione. Nec obstat hoc quod dicitur communiter q Aristo. intendit q finis est natura: et per ly natura intendit perfectionem naturalem: ideo describendo digestionem: dicit q est perfectio id est dispositio perfecta qualitatiua. Sed certe Aristo. expresse dicit perfectionem naturalem: et finis autem hic natura est: natura autem quam dicimus: vt speciem id est formam et substantiam. non ergo valet ista expositio. ¶ Ideo aliter dicunt isti et bene vt puto q ad digestionem multi motus concurrunt vel mutationes.

Primo motus localis quo actiua applicantur passiuis. Secundo motus alterationis vel plures alterationes quibus digerens assimilat sibi digestibile introducendo in ipsum qualitates sibi conuenientes et corrumpendo qualitates preexistentes. Et tertio ex illis sepe sequitur corruptio formarum digestibilis: et generatio forme substantialis digesti. Et tunc est multis dubium que istarum mutationum dicatur digestio: et secundum predictam descriptionem remanentem et dicunt aliqui q sola alteratio cum generatione et corruptione proprie debet vocari digestio. Sed forte non bene dicunt vniuersaliter: quia certum est q fructus ante maturationem sunt male digesti et magis digeruntur vsque ad maturationem: et non tunc dicuntur generari noue forme substantiales: et etiam fierent tot generationes: quod non est verisimile: nec oportet in naturalibus si paucioribus possunt saluari digestiones: vt ostendam. ¶ Potest ergo dici q digestio qualitatis acquisita alteratione post motum localem actiuorum et passiuorum ad seinuicem etiam si non fieret forma substantialis noua esset digestio dicenda: licet ista digestio fiat vltimate pro generatione forme substantialis: vnde sicut in artificialibus digestionibus: videlicet elixatione et decoctione primus finis est vt sit vtile ad esum et ad sorbitionem: vt dicit philosophus: secundus finis est vt post esum alia digestione facta generetur forma substantialis ipsius nutribilis sic est imaginandum in aliis naturalibus digestionibus et sic omnis alteratio ordinatur finaliter ad generationem vel corruptionem: quia dicitur in primo de generatione q si non est possibilis transmutatio in substantiis nec est possibilis in accidentibus vel in qualitatibus quia frustra esset: tamen ex hoc non oportet q alteratio sit generatio: sicut nec digestio que est quedam alteratio vel plures: non tamen est generatio formaliter nec corruptio: et sic dicitur ad literam Arist. Cum autem


dicitur finis &c. dicitur ꝙ verum est finis vltimatus digestionis: sed non oportet de fine propinquo: quia ad istum sufficit dispositio qualitatiua vel perfectio qualitatum talis vt dictum est: et esse aptū nutritioni vel similibus operationibus vel passiōib⁹. ❡ Et ex his potest solutio questionis que consueuit fieri hic videlicet vtrum digestio terminetur ad formam substantialem: et dicitur ꝙ sic vltimate si non sit impedimentum: et ē finis extrinsecus ac etiam remot⁹: sed esse esibile et cetera talia sunt fines propinqui. ❡ Ad secundam obiectionē ꝙ per digestionē corrūpit nutrimētū. cōceditur vltimate: sed primo vel pri⁹ disponitur et digeritur: nec oportet propter qualemcunq; modicam alterationem corrumpi formam substantialem et aliam generari. ❡ Ad tertium quando obijcitur ꝙ aliter non distingueretur ab alteratione: dico ꝙ immo: quia est quedam species alterationis: et sicut species a genere distinguitur: sic minus commune a magis cōmuni: vnde conceditur bene ꝙ digestio est alteratio: ideo non differt ab alteratione tamen proprie loquendo non esset alteratio: sed alterationes non cōponentes vnā: et forte nulla entitas esset digestio: sed plures entitates: vt in precedenti questione de putrefactione dictum fuit. ❡ Ex predictis etiam bene infertur et conceditur ꝙ digestionem sequitur diuersitas proportionum primarum qualitatum: et hui⁹ signum est: q2 per digestionem variantur sapor odor et multa consimilia ipsius digesti. ❡ Sed adhuc est vlterius notandum ꝙ digestionum: sumendo digestionem vt prius descripta est: quedam fit in viuentibus: et alia in non viuentibus. in viuentibus autem alia fit in plātis: alia autem in animalibus. omnes tales digestiōes sunt operationes sine aggregatione: licet in viuētib⁹ et in cognoscētibus fiāt diuerse in animalibus adhuc fiunt diuerse digestiones: quia in viuētibus fit digestio seminis postq̄ generatur fetus. Alie sunt digestiones alimenti et dicuntur quattuor ab aliquibus: et ab aliquibus tres: que conueniunt in his tribus scilicet in digestione in stomacho: alia in hepate: alia in mēbris. quartam ponentes eam dicunt esse in corde. et alij ponētes quintam ponunt vnam primam in ore per masticationem: quia masticato grano nō posset amplius fieri: vt philosophi qui fingunt scribere formicas: et ex hoc diuisum granum custodire: aut custodia ipsa dicunt: et iste non sunt species distincte digestionis de quibus loquitur Aristo. hic. sed differunt bene secundum magis pfectum: et minus perfectum: et pñt diuerse forme substātiales in termino hmōi diuersarū transmutationum fieri: puta per digestionē in stomacho vna: et post digestionē i hepate alia: et post digestionē ī mēbris, item alia prioribus precorruptis: et sic de alijs. ❡ Sed adhuc digestionum viuentium in plantis solū altera fit in radice qua trahitur humidum cibale vel nutrimentū. alia in ligno vel in stipite vel cortice. tertia in folijs. quarta fructuū in maturatiōe. prime due continue sunt in hyeme et ī estate: licet forte in hyeme īsensibilit̄: s3 due alie solū in estate: videlicet foliorum et fructuū: et hoc respectu aliquarū plantarum determinatarum specierum: sed non omniū: quia bux⁹ et laurus et similes semper virescūt in hyeme et in estate propter eorū calorē naturalem excellentem. alie perdunt folia: vt pir⁹ pomus &c. ❡ Istis premissis quantum ad primam partem questionis: nunc est dicendum de secunda parte: ī qua ponuntur cōclusiones. Prima sit hec: ꝙ digestio fit a calido mere naturali et intrinseco. probatur: quia talis calor est propinquius: et naturale instrumentum nature agentis: et ad intensionem eius intenditur et acceleratur digestio: et ad remissionem eius remittitur: ergo fit ab isto. consequentia videtur nota ex quo natura est principium motus et quietis: et non sine instrumentis que agere sic dicimus et causas esse: sed antecedens pro prima parte patet: quia natura que est forma digerentis nihil ageret sine calore: et semp agit cum isto: ergo est naturale instrumentū quo agit: sicut calor ignis secūda pars antecedentis patet per experientiam. vnde habentes fortem calorem naturalem cito cōsumūt esibilia vel comestibilia: et multa etiā cito consumunt licet paruū. etiam ex conclusione patet ꝙ si calor intrinsecus nullus sit: nulla erit digestio: et ideo aqua corporū simplex ē idigestibilis et similia: et hoc dico īdigestione sui: sed per aliud agens cōiuncta alijs nō sic esset indigestibilis. ❡ Secunda conclusio: que cōmuniter ponitur ab alijs est ꝙ digestionis subiectum vel digestibile est humidū cōmixtum sicco. probatur: quia calor naturalis digerendo consumit humidum superfluū: et consolidat illud quod remanet: ergo oportet eē humidum et siccum cōmixta. alias nō posset fieri. consequētia patet ex iam dictis: sed antecedens patet: quia sic videmus digesta consolidari et humiditatem consumi et per experiētiā in fructibus et in animalibus. Et probatur conclusio ex alio: quia subiectum digestionis est id in quod agit calor naturalis: et in quo cōseruatur: s3 hoc non est frigidum siccum: nec solum humidum: ergo est humidum cum sicco. consequentia patet de se: sed pro secunda parte probatur: quia frigidum est contrarium: et in isto calidū nō conseruatur: sed corrumpitur: nec solum humidum: quia tunc simplex aqua esset digestibilis: qđ patet esse falsum ex predictis. ista consequētia tenet: quia solum humidum sine siccitate: et sic ista duo videlicet humidum et siccum debite proportionata reputat Aristo. opposita proportionata passiua calori agētis naturalis. ❡ Ex istis patet: quia digestio est perfectio causata effectiue a proprio et naturali calore ī oppositis passiuis vel oppositis in humido et sicco pportiōato: Et ex hoc patet responsio ad questionē ꝙ concedenda est questio et est vera. ❡ Sed notādum ꝙ in digestione oportet imaginari vnam caliditatem et humiditatē: sicut in precedenti questione fuit de putrefactione: et forte qualis sit ista vel quanta verū dupla vel tripla: etiam latet nos homines: et quomodo hec habitudo fit. s. hic et nō sic in aere qui est calidus et humidus: et ideo satis difficile est omnia ista videre et considerare nisi diuinando et sustinēdo contra arguētem probabiliter cum formidine quod sufficit medico et naturali physico in tali proposito. ❡ Item notandū ꝙ iste cōclusiones ponende sunt et intelligende de digestionibus animalium et animatorum conuenientibus eis vt partibus suis extrinsecis vel iam ipsa integrātibus: licet non de alijs. ❡ Unde ponitē ab alijs hec tertia conclusio ꝙ in non viuentibus non omnis digestio est a proprio et naturali calido. probatur: quia assatio et elixatio fiūt et non a calido pprio et naturali: sed extrinseco: et sic digestio cibi in stomacho non fit a calore cibi intrinseco: licet a calore naturali aīalis extrinseco cibo: vñ bene reperitur calor naturalis cibi: sed iste nō sufficit ad digerendū digestiōe qua vtilis fieret animali ad transmutationem in substantiam aīalis. Quarta cōclusio est: ꝙ in viuentibus calor extrinsecus quandoq; iuuat digestionem: patet: quia quodlibet simile ītendit suum simile: ergo calor extrinsecus intrinsecum intendit: ergo iuuat: quia causam digestionis iuuat. Et hoc etiam innuit Aristoteles in litera: vbi questio habet locum: dicens balnea iuuare ad digestionem. potest etiam esse ita moderatus ꝙ humidum in quo naturalis calor conseruatur resolueretur et extraheretur cum

intra. ¶ Quinta conclusio q etiã frigus extrinsecũ quãdoq iuuat ⁊ hoc p antiparistasim:in regionib⁹ frigidis ⁊ tẽporib⁹ ⁊ locis sunt meliores digestiões acutiores ⁊ fortiores q̃ in locis opposito modo se habẽtibus:ergo frigus extrinsecũ loci iuuat:⁊ dico p antiparistasim:qr circunstans frigus claudit poros corporis habentis calorem digerentem:et sic propellit calorẽ intra:⁊ ipse intra ꝓpulso qr virtus vnita fortius agit et iuuat digestionẽ q̃ ipsa dispersa:sed frigus extrinsecũ nimis excellẽs potest totũ cõtrãpere:⁊ nõ iuuare imo nocere ad mortẽ:sicut multis accidit supra mare septẽtrionale ⁊ orientale morti in hyeme ꝓpter frigus. ¶ Sexta pclusio. q in viuentibus frigiditas semp impedit ꝓpria:⁊ similiter in nõ viuentib⁹. ꝓbat:qr ꝓpria caliditas agit ⁊ iuuat p primã pclusionẽ:g̃ ꝓpria frigiditas impedit:qr ꝯrarioꝝ cõtrarie sunt cause: vt dicit in hoc quarto:⁊ experientia docet. ¶ ... prima conclusio q in viuẽtib⁹ aliena frigiditas semp impedit digestionẽ:quia in nõ viuentib⁹ aliena caliditas est causa digestionis:ergo aliena frigiditas impedit:p regulã quã dicit q cõtrarioꝝ cõtrarie sunt cause ⁊ effectus:⁊ intelligat ista pclusio sicut aliena caliditas semp sit p̃sens vel etiã si quãdoq sit presens impedit:⁊ sic similiter de alijs dictis pclonibus:qr certe scio bñ q nulla aliena caliditas semp ẽ nec semp impedit p ꝓbationẽ cõclusionis huius ⁊ precedentis. pꝫ etiã q ꝓp̃a frigiditas ĩpedit digestionẽ in nõ viuẽtib⁹ sicut aliena ⁊ forte plus. Octaua conclusio potest esse q in viuentibus digestio cibi propria in stomacho nõ est effectiue a calore cibi et principaliter:sed a calore extrinseco cibi: licꝫ intrinseco animali vel viuenti:tamẽ calor cibi bene ad iuuat ad digestionẽ: ꝓbatur:qr cibus digeritur a calore naturali aĩalis vel viuentis ⁊ nõ ꝓprio calore:aliter digereret seipsum:sic similiter dicat de humore vlteri⁹ ingrediente post digestionẽ stomachi ad hepar qd digerit ab extrĩseco:vꝫ calore hepatis:⁊ sic de alijs. Ex his oĩbus potest apparere q vicine sunt digestio ⁊ putrefactio:qr vix digestio cibi in animali potest fieri cõplete nisi precedat putrefactio:qd ꝓbat ex eo:qr si putrefactio vt dictũ est in precedenti questione est corruptio caliditatis ꝓprie in humiditate ꝓpria a caliditate aliena:⁊ sic ẽ quãdo cibus digeritur:tũc expellitur ꝓpria caliditas cibi cũ humido p caliditatẽ digerentẽ que cibo est extrinseca:⁊ ideo ꝯsequẽter sũt tales mutationes ⁊ superfluitates remanẽtes:⁊ expulse putride sunt vel putrefacte:sed tamẽ bene potest fieri putrefactio sine digestiõe:licꝫ nõ ecõuerso in plurib⁹: ⁊ loquor maxime de naturalib⁹ digestionib⁹ ⁊ nõ de artificialibus sicut sunt elixatio ⁊ assatio:qr iste digestiões sunt sine putrefactiõe:licꝫ participẽt de modo putrefactiõis in eo q calor ꝓprius cũ humido ꝓprio extrahit ab alieno:licꝫ ita velocit̃ fit hec extractio humidi q quasi ẽ violenta mutatio:⁊ ideo a digestiõe impedit ne fit putrefactio pfecta:⁊ hoc dico opinãdo cũ formidie ad oppositũ. Ex his pꝫ bonos fuisse pcessus Aristo. qui putrefactionẽ tanq̃ cõmuniorẽ premisit ante digestionẽ seu prius de ipsa determinauit. Pꝫ etiã excellentia ⁊ vtilitas primaꝝ qualitatũ in mundo:qr plus valẽt qz auro qm̃ sine auro ⁊ argẽto possent eẽ ⁊ viuere aĩalia ⁊ homines ⁊ cõseruari viuẽtia:sed sine digestione ⁊ putrefactiõe que fit a primis qualitatib⁹ nequaq̃: vnde si nulla caliditas esset p mẽsem omnia viuentia ⁊ elementa destruerent:sed tamẽ aurũ ⁊ quelibet substãtia est melior:scilicet nõ vtilior calore. Similiter dicatur de frigore ⁊ humiditate ⁊ siccitate:licet nõ equaliter ⁊ hoc Arist. aduertens in hoc quarto penes oẽs operationes possibiles fieri in hoc mundo corruptibili ꝯnaliter enumerauit:⁊ ostendit vtilitatẽ primarũ qualitatũ generaliter et breuiter subtilissime ptractãdo quãtum sufficit naturali philosopho loquẽti. Ex predictꝪ etiã potest itelligi descriptio digestionis premissa ab Aristo. que digestio sumendo pro dispositiõe p habitũ acquisita vel per actionẽ ẽ dispositio qualitatiua: vel qualitatuꝫ ꝓprie et inseparabilis ⁊ propria dispositio digesti non digerentis: licet causata sit a dispositione qualitatum agentiũ:⁊ propria agenti ⁊ alia intrinseca digestio ⁊ secundũ dispositionẽ propriã agẽtis potest in ipsum agere:⁊ secundũ dispositionẽ propriã patientis potest ipsum passum pati vel resistere:ad hãc dispositionẽ vꝫ digestionẽ vel sequentes habendas: et hec oĩa referunt ad fines intẽtos simpliciter vel secundũ tẽpus. Et hec dispositio vel perfectio vt loquit Arist. est taꝫ vniuersalis q sine ipsa facta nõ possunt fieri generationes animaliũ p ꝓpagationẽ nec plantarũ nec permansibilia essent viuentia hic corruptibilia sine ipsa sic q cessarent omnes digestiones per mẽseꝫ nõ possent homines nec animalia esse nec viuere in mũdo: nisi miraculose per deum:⁊ sic fieret bona pax ⁊ nulla esset guerra hominum in mundo:et de his communib⁹ vtilitatibus philosophus considerauit.

Ad rationes. Ad primam digestio est ĩpfectio a ꝓpo et naturali frigore ⁊c. negat si sumat p dispositione cõpleta et acquisita p digestionẽ:sicut est dictũ fuit ibidem:sed si sumatur pro via vel mutatiõe licet ista cõtinue vsq ad finem sit impfecta:tamẽ nõ ẽ impfectio:qr licet sit in cõpleta:tamẽ sufficit q finaliter possit cõpleri:⁊ sic est pfectio vel actus vel actio pficiens et pficiẽtis:et nõ ĩperfectio nisi cõparando diuersimode:vꝫ inquãtũ dicitur icõpleta actio dicitur ĩpfectio: lꝫ nõ proprie. Et quando dicitur q a frigore negatur q actiue a frigore intrĩseco digestio fiat. Sed si frigiditas resistit:tunc nõ actiue:sed tanq̃ potentia passiua concurrit:et etiã calor sine resistentia frigoris saltem posset agere successiue propter successionem et diuersam applicationem:et propter frigiditatẽ potẽtie non potẽtis simul agere:et propter generationem successiuam caloris potest successiue causare alium calorem id est operationem aliam successiue:et sic sine resistentia frigiditatis:licet resistentia sit aliunde:videlicet in motu locali applicationis in motu generationis caloris:nec etiam propter hoc sine frigiditate subito agit. ¶ Sed cũ dicitur contra aliam responsionẽ capiendo pro dispositione acquisita q est pfectio: qr quando dicitur talis dispositio est imperfectio: quia est ad destructionem forme substantialis. dicitur q digestio est perfectio ratione finis propinqui ad quẽꝫ ordinatur:scilicet vt digestum sit esibile vel sorbibile in artificialibus:vel nutrimentuꝫ in naturalibus animatis vel apte ad nutritionem:⁊ quia est perfectius dispositum ipsum digestibile ad hoc q nutriat q̃ erãt añ digestionem:ideo dicitur perfectio: ⁊ si postea ex hoc forma substantialis digestibilis facilius corrumpatur non est vis: quia frequenter velut in pluribus melior ⁊ perfectior generatur saltem in omnibus animalib⁹ viuentibus in quibus corrupta forma digestibili generatur anima vel pars eius vel informatur post digestionem:⁊ illa est melior non anima vel forma substantiali que non fuit anima:ideo finaliter vadit ad perfectionem:⁊ diceretur finis etiam ex fine moto aliqualiter. ¶ Sed si concederetur aliquod viuum nobilius:sicut homo per leonem vel aliam bestiam:tunc fieret imperfectio:vel imperfectior forma:⁊ corrumperetur perfectio:et ideo in tali casu sufficeret quod dictum est q

dicatur perfectio:qꝫ ꝑ digestionẽ perfecte disponitur
nutrimentũ. ¶ Ad aliã ꝓbationẽ antecedentis:dige-
stio iuuatur a frigore alieno extrinseco ⁊c.ꝯceditur ã-
tecedẽs ⁊ negatur ꝯsequẽtia:⁊ ratio est:qꝫ nõ iuuatur
a frigore illo extrinseco nisi propter hoc ꝙ calor natu-
ralis cum humido in quo conseruatur fugiens a frig⁹
vnitur iterius:⁊ tũc fortius digeritur cibus:qui est ex-
trinsecus calori naturali:⁊ sic iuuatur ⁊ non alter:er-
go non sequitur ꝙ a frigore efficiatur tanꝗ̃ ab agente
immediate ⁊ digerente extrinseco:vt patet. ¶ Ad ꝓ-
bationem consequentie.contrarium impedit contrari
um ⁊ non iuuat:verum est si cetera sint paria:sed quã-
doqꝫ contrarium iuuat contrarium:⁊ quandoqꝫ impe
dit ⁊ simul iuuat in comparatiõe ad diuersa loca ⁊ tẽ-
pora.impedit enim actionem calidi ipsum frigidum i
extrema ⁊ iuuat in profundo eam ⁊ prius ꝙ̃ depellat ip
sum ab extremo:⁊ hec non est intentio agentis frigidi
scilicet iuuare calorẽ:sed destruere potius:⁊ illud fugi
ens destructionẽ vnit alterũ:⁊ sic agit nõ ꝙ frig⁹ velit
ipsum intẽdere:sed qꝫ intẽdit ipsum corrũpere:⁊ ideo
ex fuga iuuat:⁊ hoc est ꝑ seipsum:licet occasio sit a fri
gore:⁊ sic simplr põt cõcedi ꝙ frigus non intẽdit ali-
quẽ calorẽ nec iuuat digestionẽ:sed calidũ fugiẽs fri-
gus ⁊ se vniẽs intẽdit calorẽ ⁊ iuuat intrinsecũ:⁊ illud
nõ est frigus sed calor. ¶ Et ex istis intelligũt conclu-
siones posite qñ dictũ est ꝙ frigus extrinsecũ iuuat ꝙ
nõ directe iuuat vt dictũ est. ¶ Ad aliam:digestio ⁊c.
dicitur ad antecedẽs ꝙ digestio fit a caliditate ꝓpria
digerẽte pñcipaliter:⁊ nõ oportet ꝙ fiat a propria di
gestibilis caliditate:sꝫ qñqꝫ talis iuuet:⁊ qñqꝫ ꝓpria
caliditate digestibilis per frigus ꝯsumpta:⁊ ꝑ abun
dãtiã humiditatis ⁊ siccitatis fit citius digestio:verũ
ẽ aliqñ:sicut quidã expositor Henricus nomine dicit
ꝙ tripliciter fit digestio:quedã a caliditate exteriori
alia ab interiori:⁊ semper digestibilis continue:qꝫ vel
calor est naturalis ⁊ exterior:sicut sol in maturatione
fructuum:vel in artificiali:sicut in assatione:siue dige
stio a naturali calore intrinseco est isto modo calore in
trinseco digestibilis effectiue:⁊ inde fit calore extrinse
co circũscripto:⁊ de tali dicit Aristo.hic principaliter
intendere:⁊ talis conuenit cũ mixto. Sed ꝙ mixtum
in generatione vel ante digestionem fuerit exemplifi-
cat diffuse de semine humano ⁊ consimilib⁹:que dimit
to:sed si hec sit intentio Aristotelis vt probabile est:⁊
etiam verisimile:⁊ illi dicerent consequenter ꝙ fieret
ab intrinseco calore principaliter et iuuaretur ab ex-
que sũt decocta in oleo vel in alia pĩguedine absq3 aq̃. Elixata aũt sunt illa que sunt digesta a caliditate agẽ-te cũ hũiditate aq̃a. ¶ Sed orit̃ dubitatio. vtrũ debe-at intelligi de humiditate aquea tantum: vel humidi-tate aerea tantũ: vel de vtraq3: q: si intelligat̃ de hu-miditate aquea tñ: cõstat ꝙ frixata nõ eẽnt elixata: si vero tantũ de aere: hoc nõ est verisimile. si de vtraq3: ex hoc videret̃ sed ꝙ frixata essent elixata: q: frixata pa-tiunt̃ a calido agẽte cũ humiditate aerea: q: in frixati-one calidũ nõ agit immediate: s3 mediãte aere: assata aũt sunt illa q̃ patiunt̃ a calido agente cum siccitate. ¶ Sed dubitat̃ q̃ñ i assatione, calor agit mediãte ae-re. Dicẽdũ est ꝙ illa humiditas aerea nõ iuuat actio-nẽ sui caloris quin agat ac si illa nõ essent intermedia q: videmus ꝙ ignis cõburit mediãte aere: q: si ponat̃ vnũ cõbustibile ꝓpe ignẽ q̃uis nõ tãgat ignẽ3 adhuc cõburet̃: etiã adhuc ignis agit mediãte aere: ac si aer non esset medius. ideo dr̃ agere cũ siccitate. Notãdu3 vlterius ꝙ caliditas multũ intensius agit cũ humidi-tate aerea q̃ humiditate aquea: ⁊ ꝓpter hoc videm⁹ ꝙ oleũ calidũ magis ledit q̃ aqua calida: ⁊ citius ali-qua res digerit̃ in oleo q̃ in aqua: ⁊ cã huius est: q: hu-miditas aerea est feruẽtius nutrimentũ ⁊ viuificatiuẽ caloris: sed humiditas aquea vniformiter habet calo-rẽ. ¶ Notandũ etiã ꝙ elixata habẽt istas cõditiones Primo ꝙ digerunt̃ in humiditate aquea vel alia hũi-ditate mixta. scd̃o ꝙ elixata sunt sicciora interi⁹ q̃ ex-teri⁹. tertio ꝙ ipa ꝓpter vehemẽtẽ digestionẽ nõ com-buruntur. quarto ꝙ elixata laxãt. quĩto ꝙ patiunt̃ a ca-lido elixo. Et cõditiones assatiõis sunt q̃q3 istis oppo-site. ¶ Alteri⁹ notãdũ ꝙ ad q̃stionẽ dicũt aliq̃ ꝙ fri-xata nec sunt elixata: nec sunt assata: s3 fingit̃ vna spe-cies digestiõis totalit̃ disparata ab illis. Primo frixa-ta nõ sunt assata: sicut ꝓbãt aliq̃ rõnes ante oppositũ: nec sunt elixata: sicut ꝓbãt vltime. ¶ Sed ꝯtra illud arguit̃. q: philosoph⁹ nõ fecit mẽtionẽ aliquã de spe-cie istius digestiõis: ⁊ sic vel ipse fuit diminut⁹: vel illa re-ducit̃ ad aliquã istarũ de q̃b⁹ fecit mẽtionẽ: ⁊ posito ꝙ sit alia a p̃dictis simplr̃: adhuc restat dubitatio simlr̃: vtrũ frixata debeãt magis dici assata q̃ elixata: vel ecõ-uerso. ¶ Et p̃ hoc sit prĩa ꝯclusio. ꝙ frixatio nõ ẽ spẽs digestiõis distincta ab elixatiõe ⁊ assatiõe. ꝓbat̃: q: spe-cies digestiõis distinguunt̃ penes diuersitates modi agẽdi: vel q: calidũ agit scd̃m se: ⁊ sic est pepãsis: vel cũ hũido: ⁊ sic est elixatio: vel cũ siccitate ⁊ sic est assatio: et tũc arguit̃ sic in forma. Si frixatio eẽt spẽs digestiõis distincta ab assatiõe ⁊ elixatiõe: seq̃ret̃ ꝙ essent plures spẽs digestiõis q̃ tres: cui⁹ oppositũ fuit pri⁹ declara-tũ. ¶ Scd̃a ꝯclusio. ꝙ frixata sũt magis assata q̃ eli-xata: q̃ simplr̃ debẽt dici assata: ꝓbat̃: q: illa sũt magis assata q̃ elixata: ⁊ simplr̃ magis debẽt dici assata: q̃b⁹ magis cõueniũt cõditiões assatorũ q̃ elixatorũ: sed fri-xatis magis cõueniũt: ergo ⁊c. maior est manifesta: et minor apparet [illegible] ¶ [illegible] illa sunt assata q̃ patiunt̃ a calido agẽte cũ humidita-te aerea: frixata sunt huiusmodi: ergo ⁊c.

Ad ratiões principales. Ad primam

q: illa ⁊c. ꝯcedit̃ maior ⁊ negat̃ minor: q: si essent siccio-ra q̃ assata eẽnt sicciora seipsis: s3 bñ ꝯcedit̃ ꝙ aliq̃b⁹ assatis frixata sũt sicciora. ¶ Ad aliã: verũ ẽ si sit hũi-dũ aq̃u3. ¶ Ad aliã negat̃ ꝯña [illegible] q̃liter differũt in mõ digerẽdi [illegible] aliq̃lr̃ assatũ vni cõpetit: cui in nõ [illegible] ta. ¶ Ad aliã tũc ⁊c. cõcedo antecedens circũscripta illa hũiditate aerea extranea in qua digerunt̃. ¶ Vlti-me aũt rationes cõcedunt̃. ideo ambulẽt vijs suis ⁊c.

Quæstio.VIII.



ctauo quærit̃: vtrũ diffinitio gñationis simplicis sit bona: in q̃ dr̃ ꝙ gñatio sim-plex et naturalis ẽ pmutatio ab his virtutibus q̃ habẽt rõ-nẽ ex subiecta materia vnicui-q3 nature. ⁊ arguit̃ ꝙ nõ. primo q: diffinitio nõ est bona q̃ non cõpetit cõtẽto cuilibet sub dif-finito: sed ista est hmõi: igit̃ ⁊c. minor p3: q: gñatio ele-mẽti simplr̃: sicut ignis: est q̃dã gñatio simplex ⁊ natu-ralis: ⁊ tñ nõ fit ad his ṽtutibus. i. a caliditate ⁊ frigi-ditate. imõ nullũ elemẽtũ simplr̃ gñatur a caliditate ⁊ frigiditate: s3 solũ ab altero illorũ. ¶ Scd̃o. q: ab illis

v̄tutib⁹ nõ fit gñatio simplex ⁊ naturalis: a q̄b⁹ nõ pducit̃ for̃a substãtialis: ꝗ a caliditate et frigiditate nõ pducit̃ forma s̄balis: ꝗ ⁊ ab ipsis nõ fit gñatio simplex ⁊ nãlis: pñia tẽ: q̄ gñatio simplex et naturalis est gñatio s̄balis: ⁊ minor p̄z: q̄ a q̄litatib⁹ p̄mis. de quarũ numero sũt caliditas ⁊ frigiditas nõ fiũt nisi alt̃ationes ad q̄litates: ⁊ nõ pducũt formas s̄bales. ¶ Tertio. oĩ qd̄ pducit̃ pducit̃ a suo sĩli: sed illud qd̄ gñat̃ gñatiõe simplici ⁊ naturali nõ gñat̃ a caliditate ⁊ frigiditate: et ꝑ pñs gñatio simplex ⁊ nat̃alis nõ fit ab his v̄tutib⁹: minor p̄z. vij. meta. ⁊ minor p̄z: q̄ qd̄ pducit̃ gñatione simplici ⁊ naturali ẽ sub̃a: cuiusmõi nõ sunt caliditas ⁊ frigiditas. ¶ Quarto p̄trarioꝝ cõtrarij sũt effect⁹: vt p̄z i isto. iiij. s; caliditas ⁊ frigiditas sũt p̄traria: ꝗ ab ipsis nõ pducent̃ idẽ effect⁹: ꝗ gñatio simplex nõ fit ab his v̄tutib⁹. ¶ Quinto. ista diffõ p̄petit alijs a diffinito: ꝗ nõ ẽ bona. pñia tz ⁊ añs pbat̃: q̄ cõpetit augmẽtatiõi ⁊ putrefactiõi: nam augmẽtatio ⁊ putrefactio fiũt a caliditate ⁊ frigiditate cũ hñt ꝓportionẽ adinuicẽ in subiecto vniuscuiusq̄ nature. ¶ Sexto. nulla materia ẽ subiectũ vniuscuiusq̄ nature: ꝗ gñatio simplex nõ est p̄mutatio ⁊c. pña tenet. q̄ tunc deficeret vltima particula diffinitionis. añs p̄z inducẽdo: q̄ nec materia alicuius elementi nec materia alicuius mixti.

Oppositũ arguitur ꝑ Aristo. in isto q̄rto cap. iij. p̄imi tractat⁹ vbi dicit. ẽ aũt simplex ⁊ naturalis gñatio p̄mutatio ab his v̄tutib⁹ cũ hñt rõnẽ et subiectã ⁊ mẽ materiã vniuscuiusq̄ nãe. ¶ Notãdũ ꝙ generatio accipit̃ dupl̄r. vno mõ ꝓp̄e. s. ꝓ itroductiõe forme s̄balis. alio mõ large ꝓ dispositiõe p̄uia ad istã introductionẽ. P̄mo mõ accipiẽdo gñationẽ diffinit̃ ab Ari. p̄mo de gñatiõe. vbi dicit gñatio ẽ trãsmutatio tot⁹ i totũ ⁊c. p̄bs itelligit ꝑ totũ p̄positũ s̄bale ex materia ⁊ for̃a ⁊ illi⁹ p̄positi. ¶ S; alio mõ accipit p̄hs i p̄posito gñationẽ. nã gñatio simplex q̄ ẽ p̄ncipiũ sub̃e nõ põt fieri a calido ⁊ frigido p̄icipal̄r qd̄ pbat̃ p̄mo q̄ si calidũ ⁊ frigidũ sufficerẽt: sequit̃ ꝙ elemẽta mediantib⁹ suis q̄litatib⁹ ꝓp̄is sufficerẽt ad gñationẽ illoꝝ: cõsequẽs ẽ falsum: q̄ nõ appereret q̃ũo elemẽtũ vnũ posset corrũpere aliud nisi i trahẽdo ip̄z i naturã suã: et nõ i naturã mixti: ⁊ maxie q̃ũo elemẽtũ dn̄ans possit corrumpi. ¶ Scd̄o. oẽ ꝙ gñat̃: gñat̃ ab agẽte p̄icipali ⁊ nobiliori q̄ sit ip̄m genitũ: s; mixtũ ẽ caliditate ⁊ frigiditate nobili⁹. ꝗ gñat̃ ab alio agẽte q̄ a caliditate. ¶ Scd̄o. q̄ Ari. i isto q̄rto exẽplificat de ptib⁹ aĩaliũ ⁊ plãtarũ q̄ pducũt̃ ab istis v̄tutib⁹ mõ nõ appet q̃ũo organizatio taliũ ptiũ possit puenire a calido ⁊ frigido circumscripto agẽte pfectiori. ¶ Notandũ ẽ ẽt ꝙ q̄dã ẽ gñatio elemẽti simpl̄r sicut ignis aeris ⁊c. alia mixti sic lapidis: ⁊ mõ i p̄posito Ar. nõ itelligit de gñatiõe elemẽti simpl̄r: q̄ ad pductionẽ ip̄i⁹ nõ p̄currũt diuerse q̄litates p̄trarie nisi fuerit ꝑ accidẽs: sic p̄tꝫ p̄tripistasi; iõ Ar. solũ itelligit de gñatiõe mixtoꝝ. ¶ Tertio notãdũ est ꝙ gñatio q̄dã ẽ p̄mutatio vni⁹ sub̃e pfecte i sub̃az pfectiorẽ ⁊ nobiliorẽ: sic ẽ gñatio aĩalis ex semine: ⁊ talis vocat̃ gñatio simplex. ¶ Alia ẽ. q̄ñ ẽ p̄mutatio sub̃e pfectioris i min⁹ pfectã ⁊ talis ẽ corruptio simplex ⁊ gñatio scd̄m q̄d: ⁊ p̄silis distictio ponit̃ i gñatiõe elemẽtoꝝ: p̄mo de gñatiõe. ¶ Quarto notãdũ ꝙ multiplices sũt mutatiões ad mixta. p̄ma cũ ẽ p̄mutatio ad eẽ ip̄si⁹ mixti: ⁊ talis vocat̃ gñatio simplex ⁊ nãlis. Alia ẽ p̄mutatio ad pfc̃tõe eẽ ip̄i⁹ mixti i sua sp̃e: et talis ẽ digestio: sic augmẽtatio est ad istũ finẽ. Tertio si fit effect⁹ a motu illo q̄ ẽ i pfectiõe mixti vocat̃ digẽo. Et q̄rto ẽ p̄mutatio ad nõ eẽ ip̄i⁹: ⁊ talis dr̃ corruptio vl̄ putrefactio: ⁊ mõ i p̄posito solũ itẽdit d̄ gñatiõe q̄ itẽdit ad eẽ

¶ Vlterius sciẽdũ ꝙ solet eẽ magna difficultas: q̄d Ari. vellet demõstrare ꝑ hoc ꝙ dicit naturalẽ simplex in diffinitiõe: q̄ nõ põt dẽmõstrare vl̄ ꝑ hoc excludere gñationẽ accidẽtis. nã gñatio accidẽtis sufficienter excludit̃ ꝑ hoc ꝙ dico gñatio simplex. iõ dico aliq̄s vl̄ dicũt aliq̄ ꝙ ꝓp̄t hoc excludit̃ gñatio indebitĩs: ⁊ hoc ꝓpter p̄suetudinẽ nãe q̄ talis vr̃ eẽ q̄dãmõ violenta. ¶ Alij dicũt ꝙ ꝓp̄t hoc excludit̃ gñatio sub̃e min⁹ nobil̄ ex nobiliori: q̄ talis q̄dãmõ dr̃ nõ naturalẽ. Alij dicũt ꝙ ꝑ hoc excludit̃ gñatio artificial̄ p̄uia ad gñationẽ naturalẽ. ¶ Et scd̄m illã pono p̄clones. P̄ma ẽ ꝙ gñatio simplex ⁊ naturalẽ capiẽdo mõ exposito: fit a calido intrinseco p̄ncipal̄r ⁊ naturali tãq̄ ab instr̃o p̄icipali. p̄batur: q̄ q̄ñ ptes elemẽtoꝝ siue alioꝝ corpoꝝ ex q̄b⁹ mixta debẽt pduci sũt adinuicẽ approximate: tũc calor intrinsec⁹ cũ sit calor intrinsec⁹: ⁊ sit i magna v̄tute agit p̄miscẽdo ptes illas adinuicẽ ⁊ cãt ꝓportionẽ debitã calidi in humidũ ⁊ siccũ ad alias q̄litates p̄uias i mixto gñando sic p̄z de aĩali qd̄ gñat̃ ex p̄mixtione seminũ masculi ⁊ fẽie. ¶ Scd̄a p̄clo. ꝙ ad gñationẽ mixti p̄currit ⁊ cooꝑat̃ frigiditas intrinseca: tñ min⁹ p̄icipalit̃ q̄ calor intrinsec⁹. pbat̃: q̄ aliť calor intrinsec⁹ ageret nimis velociter. ¶ Scd̄o: q̄ nisi frigidũ p̄curreret iã nõ cãret̃ ꝓportio p̄ueniẽs mixto gñando: imo ex defectu frigiditatis deficeret ꝓportio cũ q̄libz mixtũ determinet sibi certã latitudinẽ ꝓportionũ oĩũ p̄maꝝ q̄litatũ. ¶ Tertia p̄clo. ꝙ ad gñationẽ talẽ p̄fert calor extrane⁹ cõtinẽtis. pbat̃: q̄ calor ille extrane⁹ si fuerit tẽperatus fortificat ⁊ itẽdit calorẽ iteriorẽ. ¶ Scd̄o. q̄ calor exterior p̄tinẽtis ꝓhibz actionẽ frigiditatis extranee q̄ñ p̄primeret ⁊ cõstrigeret illud ex q̄ mixtũ ab intrinseco dz gñari. p̄z ꝗ q̄d intẽdit ꝑ gñationẽ simplicẽ ⁊ naturalẽ: ⁊ a q̄b⁹ cãis fiat: ⁊ ꝑ hoc exponit̃ diffinitio sic. Generatio simplex ẽ p̄uia dispositio ad itroductionẽ forme mixti naturalis. i. q̄ dispositio nõ ẽ facta ꝑ artẽ: ⁊ hoc ponit̃ ad dr̃am insitiõis arboꝝ ⁊ plãtaꝝ: ⁊ ẽ p̄mutatio factã ab his v̄tutib⁹. s. caliditate ⁊ frigiditate i humidũ ⁊ siccũ: cũ hñt rõnẽ. i. cũ calido ⁊ frigido fuerit debita ꝓportio adinuicẽ ⁊ cũ hũido ⁊ sicco. s. in exigẽtiã mixti gñandi ⁊ subiecta materia vniuscuiusq̄ nature. s. ex materia p̄ima. ex q̄ patet ꝙ diff. illa est bona.

Ad ratiões principales. Ad primã dicẽ ẽ ꝙ hic itelligit̃ de gñatiõe mixti: ⁊ nõ de gñatiõe simplici elemẽti. ¶ Ad scd̄am ꝙ ab illis v̄tut̃ b⁹ ⁊c. p̄cedit̃ maior ꝙ ab istis v̄tutib⁹ nõ fit gñatio simplex p̄icipalit̃ a q̄b⁹ nõ fit p̄icipalit̃ itroductio forme s̄balis: s; ab illis v̄tutib⁹. s. calido ⁊ frigido pducit̃ forma s̄balis dispositiue ⁊ nõ p̄icipalit̃. ¶ Ad tertiã. oẽ qd̄ pducit̃ ⁊c. p̄cedit̃ ꝙ ibi ẽ bñ agẽs p̄icipale sĩle illi qd̄ pducit̃: s; nõ oportet ꝙ caliditas et frigiditas q̄ solũ sũt agẽtia dispositiua sint similia effectui pducto: sicut i brute solũ sic dicerem⁹ nõ ẽ eẽ v̄tutẽ similem igni. ¶ Ad aliã p̄trarioꝝ ⁊c. p̄cedit̃ q̄ñ q̄libet sioꝝ agit sine reliq̄. tñ q̄ñ ambo simul agũt i idẽ passũ effect⁹ pducit⁹ sic ab vtroq̄ põt eẽ vn⁹: vñ calidũ de ꝑ se nõ agit i humidũ nisi i q̄ñtũ admixta est sibi frigiditas. ⁊ ex hoc põt elici ratio ad p̄bãdũ ꝙ frigiditas intrinseca cooꝑat̃ pticulariter ad gñationẽ q̄ alias calidum nõ agit i humidũ illũ reducẽdo ad ꝓportionẽ debitã cũ sicco. ¶ Ad aliã de putredie ꝓportionalit̃ dr̃. ¶ Ad aliã nulla materia ⁊c. dico ꝙ potest esse subiectum vniuscuiusq̄ nature generabilis ⁊ corruptibilis

¶ Expliciũt sunt Questiões Thimonis in Libros Quatuor Metheoroꝝ Aristotelis.

Ioannis Buridani artium liberaliũ doctoris subtilissimi In primum Aristotelis de anima librum.

Questio prima.

Queritur primo [illegible] [illegible] poris aiati: verbi gra sẽsatio: vel etiã humana itellectio: nõ solũ indiget aia: sed et corpore: igr̃ [illegible] aia: sed corp⁹ aiatum: debet hic poni subiectũ propriũ. ❡ Itẽ totalis scia naturalis ẽ de ente mobili tãq̃ de subiecto proprio: ergo cũ hec sciẽtia sit pars scie naturalis ipsa debet esse de aliquo speciali ente mobili: mõ aia nõ est mobilis nisi forte per accidẽs sʒ corp⁹ aiatuʒ est illud qđ est p se mobile: ergo hec scia debet esse de corpore aiato tanq̃ de subiecto ppzio: et nõ de ipsa aia. ❡ Itẽ scđo physicoꝝ dicit Aristo. q̃ ↄsideratio naturalis de forma nõ dʒ eẽ sine materia: imo ↄsiderãs formã nãli ↄsideratione: tenet̃ cõsiderare materiaʒ vsq̃ ad quid: igr̃ cum hec consideratio sit naturalis ipsa dʒ esse non de anima solum: sed de cõposito tanq̃ de subiecto proprio. ❡ Item in isto libro cõsiderat̃ de corpore viuente et ostendit̃ q̃ aia est pricipiũ: mõ nõ ↄsiderat̃ hic de corpore viuẽte tanq̃ de passiõe nec tanq̃ de pte subiecti primi huiõi scie: ergo cõsiderat̃ de eo tãq̃ de subiecto prio. ❡ Itẽ in qualibet scia subiectũ primũ et ppriũ dʒ esse p̃mo notũ: ex eo q̃ alia nõ cõsiderant̃ nisi i ordine ad ipsũ: sed aia nõ est primo nota: imo corpus aiatum: qꝛ p̃mo physicoꝝ dicit̃ q̃ ↄfusa .i. cõposita sunt magis nota nobis simplicib⁹ principijs ipsoꝝ: ergo et̃c. ❡ Itẽ aia nõ hʒ aliq̃s passiões pprias: imo oẽs cõcatea sibi et corpi: sed subiectũ ppriũ in scia dʒ hr̃e passiones pprias: ergo aia nõ est hic ponendũ subiectũ propriũ. ❡ Itẽ de subiecto oportet p̃supponere quid ẽ: et qꝛ est vt apparet p̃mo posterioꝝ: sed in hac scia nõ precognoscit̃ de aia quid est: sed iuestigat̃ ei⁹ diffinitio in secũdo hui⁹: igr̃ et̃c. ❡ Iteʒ nec ista aia est subiectũ proprium in hac scientia nec illa: et sic de singulis: ergo nulla anima est hic subiectum proprium.

Oppositum patet per cõmunẽ intitulationẽ hui⁹ libri: oẽs eñ vocãt eũ librũ de aia: nõ librũ de corpore aiato: et Aristo. etiã in principio huius libri dicit hanc sciaʒ esse de anima et expressius i libro de sẽsu et sẽsato ↄtinuãdo illũ librũ ad istũ dicit in hoc libro determinatũ est de anima ẽm se et in libris sequẽtib⁹ scʒ in paruis libris naturalib⁹ determinat̃ de passionib⁹ et opationib⁹ aiatorũ prout se tenẽt nõ solũ ex pte aie: sed etiã ex pte corpis: ideo itẽdit aristo. q̃ aia ẽm seipsã debeat poni hic subiectũ. ❡ In ista questione ego dimitto opiniones modernoꝝ nõ volẽtiũ i vna totali scia ex multis cõclusionib⁹ aggregata ponere aliqđ vnũ subiectũ ppriũ: sʒ diuersa ẽʒ diuersitatẽ ↄclusionũ: qꝛ p̃mo posterioꝝ declaratũ est q̃ opʒ talẽ scientiam aggregatã habere vnitatẽ ex aliquo vno primo et p̃ncipaliter ↄsiderato: ad qđ oĩa alia attribuunt̃ que [illegible] cam⁹ subiectũ p̃mũ et ppriũ et ĩ dico subiectũ ex eo q̃ scia ipsi ihereat: qꝛ sic oĩs scie subiectũ eẽt aia: sed [illegible] ita dico etiã subiectũ ppriũ et adeq̃tũ ĩ qꝛ sit acceptũ [illegible] ↄsiderat̃ i scia nisi vt hʒ or[illegible] ❡ Deinde notãda est [illegible] scʒ qꝛ in hac scientia non cõsideratur nisi de anima ẽm se et de suis operationib⁹ et potẽtijs prout se tenẽt ex parte anime et de obiectis put agũt in ipsã animã: sed in puis libris naturalib⁹ ↄsiderat̃ de operationib⁹ et passiõib⁹ aiatorum put se tenẽt ex parte toti⁹ copoꝛis cõpositi.

Et ex his dictis pono conclusionem ad questionẽ motã scʒ iste termin⁹ aia est subiectũ ppriũ et adequatũ in hac scia: qꝛ ibi pricipalr̃ determinat̃ de aia et de nullo alio nisi ẽm attributionẽ ad animã: vñ et sibi determinet̃ de corpe: tñ hoc nõ est pricipaliter: sʒ solũ i attributiõe ad aiam scʒ inq̃ztũ aia est act⁹ ei⁹ hoc ẽt pʒ: qꝛ aliter nõ esset ↄueniẽs differẽtia assignata ab Aristo. imo nec posset assignari cõueniẽs differẽtia inter sciam hui⁹ libri et sciam puoꝝ libroꝝ nãliuʒ.

Ad rationes: ad primã dicendũ q̃ quãuis operationes aie de quib⁹ in isto libro agit̃ idigeãt corpore: tñ nõ determinat̃ hic de eis nisi vt ab aia pcedũt siue in attributione ad animã. Ideo nihil hic agit̃ de dispositiõib⁹ corpalib⁹ quas huiõi operationes requirũt i corpe: imo hoc ptinet ad paruos libros naturales. ❡ Ad aliã dicẽdũ est q̃ non opʒ quãlibʒ partẽ alicui⁹ sciẽtie totalis accipere p subiecto ppriũ partem subiectiuã subiecti pprij illi⁹ sciẽtie totalis: imo aliqua pars scientie naturalis cõsiderabit de aliqua parte integrali entis mobilis: et alia ps cõsiderabit de passione eius mobilis vt de motu vel de tpẽ: et iõ nõ seq̃tur si hec scia ẽ ps totalis scie naturalis q̃ ei⁹ subiectũ propriũ ponat̃ directe tanq̃ ps subiectiua subiecto proprio scie naturalis totalis: sed sufficit q̃ sit ps integralis: hoc est q̃ significet partẽ integralem eius qđ subiectum scientie naturalis significat. ❡ Ad aliaʒ cõcedo q̃ hec sciencia nõ cõsiderat de anima oĩno abstracta a corpore: tñ cõsiderat principaliter de corpore sʒ solum ẽm attributionẽ ad animã. ❡ Ad aliã dico q̃ hec scia nõ ↄsiderat principaliter de corpore viuẽte sed in attributione ad animã scʒ inq̃ʒtũ anima est act⁹ eius: nec sequit̃ si nõ cõsideret̃ ibi de corpore tanq̃ de passione q̃ ↄsideret̃ ab eo tãq̃ de subiecto vel de pte subiecti: qꝛ multi sunt modi attributionis vni⁹ ad alterum: qꝛ vt principiũ vel pricipiatũ vel qꝛ appositũ et sic de aliq̃s modis. ❡ Ad aliã dico q̃ q̃uis compositum sit nobis notius q̃ʒ anima tñ nõ ex hoc sequit̃ q̃ sit in hac scia p̃mo cõsideratũ: imo illud est prio ↄsideratuʒ gr̃a cuius et i ordie ad qđ oĩa alia cõsiderãt̃ et hoc est ipsa anima. ❡ Ad aliã dico q̃ iste termin⁹ anima hʒ passiones proprias nõ cõueniẽtes isti termino corpus aiatuʒ: vbi gr̃a esse potentiã intellectiuã esse potẽtiaʒ appetitiuã eẽ potẽtiã sensitiuã: p̃dicant̃ de isto termio anima sicut passiones et nõ de corpe aiato / et esse p̃ncipiũ corpis et p̃mũ agẽs attribuunt̃ aie sicut passio ei⁹ / et nõ attribuit̃ corpi tale predicatũ. ❡ Ad aliã: pt̃ dici q̃ de anima supponit̃ sine pbatiõe q̃d ẽ qđ dr̃ p nomẽ lʒ alia diffinitio q̃dãmõ ẽ nãlis et cũ hoc pt̃ dici q̃ diffinitio aie nõ pt̃ p solũ habitũ hui⁹ scie iueniri: sʒ p habitũ superiois scie scʒ metaphysice: postq̃ termini isti: act⁹ et potẽtia q̃ ptinẽt ad diffinitionẽ anime nõ sunt p[illegible] ❡ Ad [illegible] subiectũ proprium hui⁹ sciẽtie prout hic loq̃tur de subiecto: sed ille termin⁹ aia est subiectũ hui⁹ sciẽtie.

Quæstio II.



Ecūdo querit̄ vtrum ois notitia sit de nūero bonoꝝ hoc est vtrū ois notitia sit bona. Arguit̄ ꝙ non auctoritate Arist. in. iij. meta. dicētis ꝙ in mathematica nō est bonū nec finis. ¶ Itē leges iubēt viuere s̄m oem̄ virtutē: ⁊ ꝓhibēt oēs malitias: ꝙ leges nullū bonū prohibēt vt hr̄. v. ethi. et tn̄ leges ꝓhibēt aliq̄s scias: ergo nō oēs scie sūt bone ¶ Itē ꝑ cōsiderationē topicā: qm̄ illd ē tale qd additū tali reddit ipm magis tale sicut illud est calidu qd additū calido reddit ipsū magis calidū: sȝ multe scie addite malis hoib⁹ reddūt ipos peiores. vn̄ sicut dicit Arist. in ꝑmo politice: [illegible] a bona ar- [illegible] hoc est [illegible] mal⁹ [illegible] quo pl⁹ potest nocere [illegible]. ¶ Itē [illegible] aphr. dicit̄ veru ⁊ falsu [illegible] bonu aut ⁊ malū sunt i reb⁹: cū igr̄ scie sūt i aīa videt̄ ꝙ d̄ nt dici ꝟe aut false ⁊ nō bōe aut male. ¶ Itē notitia erronea ē q̄dā notitia ⁊ tn̄ illa nō est bona: sed mala: ergo nō ois notitia est de numero bonorum.

Oppositū videt̄ supponere Aristo. in principio isti⁹ libri: vn̄ licȝ idefinite loquat̄ tn̄ de more suo ē ꝙ i demōstratiuis sciētijs ꝑ idefinitas itēdit cōiter vl'es. ¶ Itē ꝑio ethi. dr̄ bonū eē qd oia appetūt: ⁊ tn̄ oēs hoies nāliter scire desiderāt vt dr̄ ꝑmo metaph. ḡ scie sūt de nūero bonoꝝ: ⁊ i pricipio libri ethi. dicit̄ etiā ꝙ ois ars et ois doctrina bonū qddā appetē videt̄. etiā ꝑio ethi. dr̄ ꝙ bonū eq̄liter dr̄ enti: sed omne ens ē bonū ⁊ ois notitia ē ens: ḡ ois notitia ē bonum.

Notādū est ꝙ refert dicere ꝙ ois notitia ē bonū simplr̄ loquēdo ⁊ dicere ꝙ ois notitia ē bonū habēti eā. Vn̄ multa sunt simplr̄ bona q̄ nō cuilibȝ sunt bona: caliditas eñ ab igne ꝑducta i aquā est bona simplr̄ loquēdo cū sit a natura ⁊ nāliter ꝑducta: et natura nō intēdit nisi bonū ⁊ tn̄ illa caliditas nō ē bona aque hūti eā cū sit dispositiua ad ei⁹ corruptionē.

Pono ergo primā cōclusionē ꝙ simpliciter loquendo oē ens est bonū: qd probo: qꝛ oē volitū a volūtate nō errāte ē bonū: qꝛ nō nisi bonū vel apparēs bonū ē obiectū volūtatis aut vniuersaliter appetitus: mō ita est ꝙ oē ens est volitū a volūtate nō errāte et per cognitionē sine errore: qꝛ oē ens est volitū a deo ex quo oē ens est causatū ab ipso deo ⁊ nihil causat vl' agit nisi per intellectū vt volūtatē et habet̄ duodecio meta. ergo omne ens est intellectum et volitum a deo et per cōsequens est bonum.

Sed restat dubitatio: vtrū ois notitia sit bona habēti eā. Ad hoc ꝑio videt̄ ꝙ notitia falsa est mala habēti eā qꝛ 6 ethi. dicitur ꝙ bonū intellect⁹ speculatiue est veritas ⁊ malū ei⁹ est falsitas: verū est tn̄ ꝙ aliqui nō conce[illegible] istam cōclusionē de virtute sermonis sed dicūt ꝙ ois notitia est bonū ipi intellectui tn̄ assensus ꝑpōnis false nō est bon⁹ ⁊ dicūt ꝙ ille assensus nō est ꝓprie loquēdo notitia imo est error contrari⁹ noticie adhesiue: ⁊ videt̄ mihi ꝙ hec disputatio nō est nisi ad nomē: scȝ vtrū adhesiuā falsā debeam⁹ vocare notitiā lȝ erroneā: an dicam⁹ eā nō significari ꝑ hoc nomē notitia sed per hoc nomē error. ¶ Ideo veniam⁹ ad loquēdū de notitia vera de qua prima ē dubitatio. Vtrū omnis notitia vera sit bona habenti eā

posito ꝙ ille sit malus homo.

Alia dubitatio est. Vtrū ois notitia vera sit bona habenti eam posito ꝙ sit bonus homo.

Ad primam istarū dubitationū est satis difficile respōdere. Videt̄ eñ statim ꝙ malis hoibus sunt male sue scie: qꝛ malū est tibi ꝑ qd tu peius operaris magis noces: modo si tu es mal⁹: tu peius agis et magis noceas si habeas multas scias siue eas bonas siue leg[illegible] ꝙ si no haberes eas ergo ille sue tibi male cū te efficiāt peiorē. ¶ Itē materia est i [illegible] cui⁹ finis mal⁹ est ipm quoq; malu est sed tu mal⁹ et [illegible] ordinas scias tuas ad mala ⁊ ad malu fine et nocuū tue [illegible] igr̄ illa scia est tibi mala et nociua. ¶ Sed oppositu hui⁹ videt̄ posse probari qꝛ ois veritas ꝑficit potētiā intellectiuā ⁊ omni hñti itellectū est bonu ꝙ ille sit ꝑfect⁹ ideo ois [illegible] videt̄ bona hoi siue malo siue bono. ¶ Ad hoc pōt ꝓbabiliter respondere ꝙ ois veritas est bona habenti simplr̄ loquēdo m est mala malo s̄m quid: Primū istoꝝ sic declarat̄. Oē illud est hoi: lȝ malo: bonū simplr̄ qd perficit animā eius ⁊ qd est principiū ꝑ qd ille pōt dirigi ad bonu ⁊ retrahi a malo: sed oēs veritates sūt hmōi. Vn̄ nulla veritas q̄tuȝ est ex se trahit ad malū: imo semꝑ falsitas vel ignorātia. Vn̄ dicit̄. iij. ethi. ꝙ ois mal⁹ est ignorās verbi grā tu mal⁹ scholaris syllogisabas sic: debeo facere oē qd est mihi bonū ire ad tabernā est mihi bonū qꝛ [illegible] igit̄ vado. constat ꝙ prima ꝑmissa erat vera et ꝑncipiū innatū ad dirigēdū te: sed scda ꝑmissa qꝛ fuit falsa erat causa pctī. ¶ Sed scda pars ꝯclusiōis posite scȝ ꝙ malo sua scientia est mala s̄m quid pōt sic ꝓbari qꝛ hoc dicit̄ mala s̄m quid qd est mala nō s̄m se sed vt coniunctū alteri modo scientia vera vt est coniuncta ꝑpōni false ⁊ volūte ꝑ malā volūtatē est mala habēti: qꝛ ex ea ⁊ ꝓpōe falsa credita per malā volūtatē sequit̄ ꝯclusio ducēs ad prauū effectū: ideo sic illa sciētia vera efficit̄ mala cū causa malitie.

Vltimo respondeo ad vltimā videlicet vtrū ois scia oi boni hoi sit bona ⁊ statim videt̄ ꝙ non qꝛ ars sutoria nō est bona regi ꝓbo ꝑ locū a causa finali ad effectū vl' econuerso nō eñ est bonū regi facere sotulares qꝛ forte impediret̄ ꝑ hoc a nobilib⁹ operationib⁹ mō lȝ qdlȝ aliq̄rū duoꝝ sit s̄m se bonū. tn̄ si sint aliciu incōpossibilia: min⁹ bonū reddit̄ tāq̄ malū illi qꝛ ipediret ipȝ magis bono et sic ꝓbatū ē ꝙ nō est regi bonu facere sotulares qd tn̄ est finis artis sutorie: igr̄ ars sutoria nō est ipsi bona: ꝑ locū a cā finali: sicut etiā addiscere artē sutoriā nō ē bonū regi: qꝛ ipediret̄ ꝑ hoc ab alijs magis bonis: ḡ cū addiscere ordinet̄ sicut ad artē: ars illa nō ē ipsi bona ꝑ locū ab effectu ad causā finalē. ¶ Oppositū tn̄ videt̄ eē verū tū qꝛ ois veritas ꝑficit intellectū: tū qꝛ regi est bonū ꝑ qd posset melius iudicare de cōtrouersijs subiectoꝝ lȝ hoc posset meli⁹ si haberet oēs artes: igr̄. ¶ Respōdēdū est ꝙ si sine ipedimēto ab alijs melioribus rex posset habere artē sutoriā bonū esset ipsi habere eā: sed qꝛ nō pōt ideo nec ipsi bonū hr̄e eā nec addiscere.

Ad rationes. Ad primā dicendū est ad istum sensuȝ nō est mathematicis bonū neq; finis: scȝ nihil demōstrat de isto termino vel ꝑ istos terminos bonū ⁊ finis. tn̄ hoc nō obstat q̄n scia mathematica sit bona: ex eo ꝙ ꝑficit itellectū. ¶ Ad alia pōt dici ꝙ forte leges nō ꝓhibent scias veras. sed ꝓhibēt libros in qb⁹ falsi errores cōtinētur ⁊ si leges ꝓhibeāt addiscere aliquas veras scias hoc nō est ꝓpter malitiā sciarū sed ꝓpt̄ malitiā volētiū male vti illis. ¶ Ad aliā di-

eo q̄ scia addita malo hoī nō reddit ipm peiorē: q̄tū est ex se: sed solū p accidēs scz ppter falsitates q̄s ꝯnectit illi scie vere p suā malā volūtatē. ¶ Ad aliā ꝯcedit q̄ bonū ⁊ malū sūt i reb⁹ vel sunt ipse res: sz hoc nō obstat qn scia sit bona: q2 ipsa est vna res. ¶ Ad aliā q̄ arguebat de notitia errōeā dictū fuit i positiōe.

Questio tertia.

TErtio querit vtrū scīcia sit de nūero honorabiliū/ siue vtrū oīs scia sit honorabilis. Et p̄mo q̄ nō: q2 tūc seq̄ref q̄ oēs sciētes deberēt honorari: q̄m scia ex alia nō dr honorabil' nisi q2 hn̄s eā honorari mereref sz nō oēs sciētes dn̄t honorari [illegible] honorād⁹ nisi bon⁹ vt dr.4.ethicoꝶ: ⁊ tn̄ multi aliȷ̄ sūt sciētes. Scd̄o etiā pz idē: q2 oīs hō hz aliquā sciētiā: null⁹ em̄ ē pure ignorās ideo si oīs sciēs eēt honorabilis: oīs hō esset honorabilis: qd̄ est falsū eo q̄ multi sūt vituperabiles. pz idē cōiter nō videm⁹ sciētes honorari sz diuites. ¶ Itē ad p̄ncipale arguif: q2 multe sūt artes viles ⁊ deiecte ⁊ q̄ eaꝶ pfessores abhorrēf a cōiōe alioꝶ: vt suspēsores hoīz ⁊ mūdatores latrinaꝶ: igr̄ nō oēs scie vel artes sunt honorabiles. ¶ Itē scd̄o ethi. bonū vtile distinguif. cōtra bonū honestū seu honorabile: mō bone diuisionis mēbra nō dn̄t coicidere: ergo nullū vtile ē honorabile: ⁊ tn̄ multe imo oēs scie sūt vtiles: g̃ nō sūt honorabiles. ¶ Itē questio p vtrū dz q̄rere īter opposita vt declaratū est .3. metaphy. sed p̄mo ethic. querit Aristo. vtrū felicitas sit laudabiliū an honorabiliū ergo laudabile et honorabile opponunf: sed oīs scia est laudabilis: q2 oīs scia ē v̄tus: vt habef .6. ethic. ⁊ v̄tuti debef laus vt habef primo ethico. igr̄ nulla scientia est honorabilis.

Oppositū vult Aristo. in pricipio hui⁹ libri: et arguif rōne: q2 oīs scia est virt⁹ vt est allegatū ex .6. ethi. ⁊ oīs virt⁹ est honorabil': q2 honor est p̄miū v̄tutis vt habef .4. ethic. imo honor nō est aliud q̄ [illegible] virtutis. ergo omnis scientia est honorabilis.

Notandum est ppter istū terminū honorabile: q̄ in .2. ethi. bonū diuidif in bonū honestū seu honorabile/ in bonū vtile/ ⁊ i bonū delectabile: sz nō dz intelligi q̄ hec diuisio sit i noīa p diuersis reb⁹ supponētia: q2 felicitas est inter hūana bona honorabilissima ⁊ cū. hoc est delectabilissima ⁊ valde vtilis hoīb⁹: imo Sene. determinat i suis ep̄lis q̄ oē honestū ē vtile ⁊ delectabile ⁊ ecōtra: sz ista diuisio ē in diuersas rōes sz q̄s aliqd̄ vnū ⁊ idē p̄t dici bonū: bonū aūt ē obiectū appetit⁹ ⁊ ideo s̄m illas rōnes aliq̄d dr bonū s̄m q̄s dicif appetibile: mō aliq̄d dr nobis appetibile vel voluptabile vno mō ex hoc q̄ recta ratio [illegible] dictat: ⁊ oē tale dr honestū seu honorabile. Alio modo aliq̄d dr appetibile ex hoc q̄ ē ꝯueniēs appetenti ⁊ oē tale vt sicut dr delectabile sed vtroq3 horū modoꝶ p̄t dici aliq̄d delectabile. Uno mō s̄m se: scz circūscripta ordinatiōe ipsi⁹ ad alteꝶ ⁊ tale vt sic nō diceref nisi hōestū vl' appetibile. Alio mō aliq̄d ē appetibile ex eo q̄ ordinaf ad aliud ad qd̄ obtinēdū ipm valet/ ⁊ s̄m hāc rationē aliq̄d dicif vtile. deinde vt remoueanf difficultates alteri⁹ q̄stiōis scz p̄cedētis restringo hanc q̄stionē ad sciam in bonis repertam

Nunc pono cōclusiones: prima est q̄ oīs scia in bonis ē honesta siue honorabilis: q2 recta rō dictat oēm eā eē appetēdā siue volēdā eo q̄ intellectus est pfectibilis p eā: imo s̄m rectā rōnē intellect⁹ poti⁹ debet appetere vnāquāq3 sciā q̄ maria formā eo q̄ scie oēs sunt in itellectu cōpossibiles: adeo itellect⁹ sicut p aduētū p'rie pficif ita ⁊ p aduētū scdē absq3 hoc q̄ aliqua pfectio remoueaf ab eo: sz maria lz pficiaf p aduētū posterioris forme tn̄ hoc ē cū remotiōe p̄oris pfectiōis ab ea: ergo oīs scia ē hōesta. Scd̄a ꝯclusio ē: q̄ oīs scia est delectabilis: q2 oē ꝯueniēs appetēti ē [illegible] intellect⁹ ⁊ volūtas vt ad p̄ns suppono. Sil'r itellect⁹ est appetēs: cui tn̄ sicut dictū est oīs scia est ꝯueniēs. ¶ Tertia ꝯclo ē q̄ oīs scia ē vtilis eo q̄ oīs ordināta ē ad vlti⁹ bonū scz vl' ad op⁹ practicū si ē practica vl' ad artē speculādi si sit speculatiua: et oē tale ē vtile: igr̄

Ad rationes primo [illegible] qua scientia ponaf mala: scz i malis visū est p aliā q̄stionē sz si ponam⁹ q̄ scia i malis ē mala q̄diu illi sūt mali: tn̄ nō seq̄ref qn ipa sit honorabilis: sz tūc nō dēat honorari nec hn̄s eā ppter ipaꝶ: q2 possibile ē q̄ ille mal⁹ fiat bon⁹ ⁊ tūc illa scia erit bona ipsi ⁊ honorāda mō iste termin⁹ honorabil' denotat potētiā vl' habitudinē ad futuꝶ: ideo refert dicē q̄ aliq̄d sit honorabile: ⁊ q̄ p p̄nti debeat honorari: ꝯcedo g̃ illud qd̄ dicebaf i p̄ma rōe q̄ nihil ē honorādū nisi bonū. i. null⁹ dz de p̄nti honorari nisi bon⁹: cōcedo etiā q̄ oēs hoīes ex eo q̄ aliq̄d sciūt si sint bōi sūt honorabiles: ⁊ dico ēt q̄ oēs sapiētes cōit' honorāf sz forte nō tm̄ q̄tū diuites: ⁊ seneca diceret q̄ sapiētes multopl⁹ honorāf q̄ rex vel papa si ipsi sint mali: q2 sicut aliq̄d nō dr simpl'r sanū si sit sanū egro: vt aliq̄ medicina ipsi⁹ sanatiua: sed dicitur simpl'r sanū si sit sanū sano: et ita dicit Arist. 7. ethi. q̄ illud nō ē dicēdū delectabile simpl'r qd̄ ē delectabile egro aio sz illud solū qd̄ ē delectabile sane mēti ita vult q̄ nō ē simpl'r honor si a malo alicui reuerētia adhibeaf, ⁊ ad finē pui sz p̄e ē honor si bon⁹ alicui ppter ei⁹ bōitatē reuerētiā exhibeat mō tales male diuites cōiter nō accipiūt exhibitionē reuerētie nisi a malis ⁊ ppter malū finē vt ppter adulationē: ideo nō simpl'r honorāf. ¶ Ad aliā rōnē p̄t dici q̄ ille artes sūt s̄m se p̄ao viles sz opa extrīseca sint vilia ⁊ deiecta imo nl'li artifices vel opariȷ̄ sūt viles si sint bōi vt determinat seneca vilitas ei vel honestas nō se tenet ex pte corporis vl' reꝶ exterioꝶ sz ex pte aie: ideo null⁹ bon⁹ a bonis eijcif. ¶ Ad aliā dictū ē q̄ diuisio i bonū vtile ⁊ honorabile [illegible] i res diuersas sz tāq̄ i diuersas rōes eid' rei ꝯueniētes. ¶ Ad aliā p̄t dici q̄ Arist. itēdebat inq̄rere nō vtrū felicitas sit laudabilis vl' honorabilis sz vtrū felicitas sit honorabil' aut solūmō laudabilis

Questio.IIII.

VTrū scia sit de nūero difficillimoꝶ. Arguif p̄mo q̄ nō: q2 difficillimū dr p supabūdātiā: ⁊ qd̄ p supabūdātiā dr vni soli ꝯueīt vt hr̄ i topic. igr̄ nō sūt plures [illegible] de nūero difficillimoꝶ. Itē q̄cūq3 sūt difficillima minie sūt certa ⁊ sp facilia sūt certiora: sp eī aliqs ē certior de ȷ̄s q̄ sūt facillia q̄ de ȷ̄s q̄ sūt sibi difficillima: sz ista scia de aīa ē aliȷ̄s nālib⁹ certior p̄cedit eas s̄m certitudinē: vt dicit Arist. ergo scia de aīa nō est difficillima: sed aliȷ̄s nālib⁹ facilior. ¶ Itē a facilioib⁹ inchoāda ē doctrina vt hr̄ quito metaphys. ergo scie q̄ p̄mo addiscunf eē faciliores: mō inter scias naturales scia de aīa p̄mo solet addisci g̃ ipsa ē aliȷ̄s facilior. ¶ Itē ex opationib⁹ inatis

possum⁹ deuēire ī notitiā substātie rei sꝫ opatōes sic ꝛ passiões sūt nobis notiores ꝛ faciliores q̄ꝫ opationes ꝛ passiões alioꝝ ētiū nālū ꝓpt̄ hoc ꝙ experim̄r eas ī nobis ꝗ facili⁹ ē nobis acq̄rē sciaꝫ ꝺ aīa q̄ꝫ de alijs.

Oppositum determinat Aristo. Tota difficultas hui⁹ q̄stiōis ē quō possit sil' stare ꝙ scia de aīa sit alijs nālib⁹ certior vt ponit Arist. ꝛ quō sit eis difficilior cū ōis difficultas videat̄ eē cā icertitudinis: tñ ad hoc pōt rñderi sicut rñdet̄ de mathematica quā arist. ꝓemio metaphysice dicit eē certissimā ꝛ cū hoc difficilissimā: dicam⁹ ꝗ vno mō ꝙ ex parte duoꝝ ꝑt ꝓuēire difficultas vt habet̄. 2. metaphysice vno mō ex pte rei cog̃scēde ꝛ hoc ē ex eo ꝙ res illa ē ꝑue ētitatꝫ ꝛ debil' actualitatis: iō debilr̄ ꝑt mouere ad sui cognoscibilitatē: ꝛ hoc mō maṫia ē difficillime cognitiōis ꝛ hoc etiā mō ista maṫialia ꝛ sēsibilia sūt difficiliora ꝛ min⁹ cognoscibilia q̄ꝫ sint ētia supiora ꝛ ita de⁹ ꝛ itelligētie sūt maxie ꝛ facilie cog̃scibiles Alio mō ꝓuēit difficultas ex pte cognoscētꝫ: sꝫ qꝛ cognoscēs ē debil' ꝟtutis ideo nō pōt faciliter ascēdere ad notitiā eoꝝ q̄ sūt multū excellētia: sed facili⁹ cognoscit ea q̄ sūt iferioꝫ grad⁹ ꝛ sic ē de itellectu nr̄o q̄ ꝓpt̄ debilitatē sue ꝟtutis nō nisi cū difficultate ꝑt itelligere substātias sepatas: ꝛ magis et facili⁹ itelligit sensibilia. Tñ statim contra hec dicta obijcit̄: q̄m intellect⁹ nr̄ ē ꝟt⁹ passiua ꝛ itelligere ē pati: vt habet̄ tertio hui⁹ mō oē passiuū q̄ꝫtūcūqꝫ sit fortis vl' debil' passiuitatꝫ magis ꝑt moueri ad actū a fortiori agēte q̄ꝫ a debiliori: ꝗ si itellect⁹ nr̄ sit debil' ꝟtutis passiue: hoc nō obstat q̄t deberet magis ꝛ facili⁹ moueri ꝛ reduci ad actū ꝑ causas fortiores: scꝫ ꝑ substātias separatas q̄ꝫ ꝑ causas debiliores: cuiusmōi sūt ista sensibilia. ❡ Ad illō ꝑt respōderi ꝙ itelligere nr̄m nō solū est itellectū pati: sed etiā est itellectū agere: vñ credo ꝙ q̄ꝫuis itellectū ꝓducat suā spēꝫ i itellectū tñ itellect⁹ est q̄ i seipo forāt actū itelligēdi: mō itellect⁹ nr̄ nō ē tāte actiuitatis siue tāte ꝟtutis actiueꝙ possit formare actū itelligēdi tā magne ꝑfectiōis quo itelligam⁹ itelligētias: sicut format actū itelligēdi ꝑue ꝑfectionis quomō intelligim⁹ accidentia sensibilia.

Istis notatis potest dici: ꝙ scia de aīa est certissima ꝛ facilima iter alias nāles q̄ꝫtū ē ex pte nobilitatis excellētie ꝯsideratoꝝ eo ꝙ aīa iter ceṫas formas nāles ē excellētior: ꝛ maioris entitatis actualitatis: sicut etiā metaphysica ex ea pte q̄ ꝯsiderat de deo ꝛ itelligētijs ē facillima ꝛ certissima: tñ scd̄o ꝑt dici ꝙ q̄ꝫtū ē ex ꝺbilitate cog̃scētꝫ scia ista ē difficilior ꝛ ꝑ ꝯñs icertior q̄ꝫ scie ꝺ alijs formis nālib⁹: qꝛ itellect⁹ ꝓpt̄ debilitatē ꝟtutꝫ idiget ad hoc ꝙ possit ꝓdu[illegible] ā itelligēdi ꝙ aīa moueat̄ ꝛ actuet̄ ꝑ spēꝫ sēsibilē ab ipō sensu: ꝛ iō facili⁹ ꝑt itelligere accidētia sēsibilia ꝛ res subiectas ill' accidētib⁹ sēsibilib⁹. Sꝫ ibi ē vna dubitatio qꝛ si scia ꝺ deo ꝛ itelligētijs sit ex pte ꝯsideratoꝝ facilior ꝛ certior q̄ꝫ scia de reb⁹ sēsibilib⁹ ego q̄ro a te cui ipa sic ē facilior: q̄m hoc ñ ē nobis cū ex pte itellect⁹ nr̄i sit repugnātia. ❡ Ad hoc rñdet̄ vnomō ꝙ de deo ꝛ itelligētijs ē scia certior ꝛ q̄dāmō facilior q̄ꝫ de istis reb⁹ sensibilib⁹ tñ opꝫ dicere ꝙ ista locutio nō eēt ꝓpria sꝫ metaphorica q̄m i deo nō sunt plures notitie quaꝝ vna sit certior vel facilior: ꝛ alia incertior siue difficilior imo i deo ē sola simplex notitia q̄ ē ipsemet de⁹: tñ ꝑ silitudinē ad nos illa ꝟba poterāt itelligi: qꝛ sicut illud magis itelligim⁹ q̄ꝺ magis itellectui repñtat̄: ita silitudiarie ex eo dicim⁹ aliq̄d magis intelligi a deo: qꝛ deo ē magis repñtatū: hoc ē magis assimulatū: mō q̄ꝫtū entia sunt maioris entitatis ꝛ nobilioris in tñ maiorē hñt similitudinē ad ipꝫ deū q̄ ꝑ seipꝫ solū oīa itelligit: iō illa dicunt̄ magis itellecta a deo. ❡ Aliter pōt rñderi ꝙ mod⁹ nr̄ loquēdi debet itelligi cōditionalit̄ scꝫ ꝙ res excellētiores q̄ꝫtū ē ex pte sua sūt nobis facili⁹ itelligibiles ꝛ certi⁹ i. ꝙ essēt nobis faciliores ꝛ certiores si itellect⁹ nr̄ ēēt talis ꝟtutis ꝙ esset nat⁹ oīa intuitiue apphendere. ❡ Adhuc tertio mō ꝑt rñderi ꝙ res excellētiores ex pte sui sūt nobis certiores ꝛ notiores hoc est dictu: i ꝓcessu sciētifico ordinatio sꝫ ordinē rerū cognoscibiliū: res excellētiores sūt notiores ꝛ certiores etiā nobis: q̄m ille ꝓcessus ē ꝓpt̄ q̄d i tali ꝓcessu cause ꝑmū sunt notiores licꝫ i ꝓcessu: qꝛ sit ecōuerso pri⁹ eni opꝫ cognoscere causas q̄ꝫ scire ꝓpt̄ q̄d effect⁹ sūt. Et debetꝫ scire ꝙ ex istis nūc dictꝫ ꝑt dari mod⁹ soluēdi q̄stionē ꝓpositā vcꝫ ꝙ q̄ꝫtū ad ꝓcessū ꝓpt̄ q̄d ꝛ ꝑfectū scia de natura ē certior: ꝛ ꝑ ꝯñs ꝑor ꝛ facilior q̄ꝫ scie de alijs reb⁹ nālib⁹: sꝫ q̄ꝫtū ad sciaꝫ qꝛ ē ipsa ē difficilior: ꝛ ideo ē: qꝛ aīa ꝛ aīata sunt cause alioꝝ naturaliū magis ꝑncipalr̄ q̄ꝫ ecōuerso: qꝛ sūt cause finales eoꝝ iuxta dictū Arist. 7. politicoꝝ ꝙ semꝑ deteri⁹ ē ꝓpt̄ meli⁹. Ultio etiā mō possetꝫ facilr̄ vos expedire de illa q̄stiōe: dicēdo ꝙ scia de aīa ad q̄ꝫtū aliq̄ ibi ꝯsiderata ē nobis facilima ꝛ certissima scꝫ q̄ꝫtū ad opatōes ꝛ passiões q̄s i nobis expimur: sꝫ q̄ꝫtū ad aliq̄ alia ē nobis difficilima scꝫ ex q̄b⁹ ꝛ q̄lib⁹ causis ꝛ quō ille opatiōes ꝛ passiōes ꝯueniāt. Ad rōes ꝓcedūt vijs suis

Questio. V

Utrum vniuersalia sunt posteriora singularib⁹ an priora. Arguit̄ q̄ [illegible] ❡ Scd̄o ē illō ꝑ⁹ a quo nō ꝯuertit̄ subsistendi ꝯñā: sꝫ ab vniuersali ad singulare nō ꝯuertitur: ꝟbi gr̄a: lꝫ sequatur fortes ē: ꝗ hō ē: tñ nō sequit̄ [illegible] ❡ [illegible] nes ita et diffinitiões dēt dari ex ꝑorib⁹: vt ꝑꝫ septio metaphysice: mō diffinitōes dāt̄ ꝑ vl'ia vt ꝑ gñā ꝛ differētias: igr̄ vl'ia sūt ꝑora. ❡ Itē ꝑpetuū est ꝑus corruptibili, sꝫ vl'ia sūt ꝑpetua vt ꝺꝫ ꝑmo posterioꝝ ꝛ singularia sunt corruptibilia: igr̄. ❡ Itē eadē sunt pricipia eēndi ꝛ cognoscēdi vt allegat̄ ex scd̄o meta. sed vl'ia sunt ꝑncipia cognoscēdi ipsoꝝ singulariū: cū ex vl'ibus fiāt demōstrationes et diffinitiones: igr̄ sunt principia essendi eorum et sic sunt priora.

Oppositum dicit Aristote. vniuersale nāqꝫ vt dicit aut nihil ē aut posteri⁹. Breuit̄ notādū ē [illegible] ꝑdicationē vel sꝫ significationē. Uniuersale sꝫm causalitatē: ꝺꝛ ex eo q̄ꝺ est cā multoꝝ sicut corpa celestia dicunt̄ vniuersalia ī causalitate: qꝛ sūt omnium istoꝝ iferioꝝ ꝛ inter illa de⁹ ē vniuersalissim⁹ in causalitate cū sit causa oīm alioꝝ. Singulare aūt dictū opposito mō ē illud q̄ꝺ nulli⁹ est causa vel forte vni⁹ tm̄ vl' paucorū: ꝛ tūc breuit̄ ꝺr̄ de istis vniuersalib⁹ ꝙ vl'ia sunt simplr̄ ꝑora singularib⁹: qꝛ sūt cause eoꝝ ꝛ vniuersalissimū ē simplr̄ primū: qꝛ ē ipse de⁹ vt dictū fuit et de istis vniuersalib⁹ Arist. dicit ꝙ maxie vl'ia sūt nobis difficilissima ad cognoscēdū: qꝛ sūt a sensu remotissima. ❡ Sed vl'ia in ꝑdicatiōe sūt termini cōes ꝑdica[illegible] supponētes ꝓ plurib⁹ sicut sunt isti termini: hō/ aīal siue sint termini mētales/ siue vocales/ vel scripti: sꝫ ibi nō curo de vocalib⁹ aut scriptis: qꝛ nō dicūt̄ termini in significatiui nisi in ordie ad terminos mētales. Singularia autem dicta opposito modo his vniuersalibus sunt termini discreti. ❡ Si ergo velimus comparare hmōi vl'ia ꝛ singularia: ego credo dicendū eē ꝙ singulare est pri⁹ vniuersali. Pꝫ: qꝛ sicut di-

[illegible] vel singularia sut concept[illegible] quo[9] res cōcipiunt et cognoscunt: nō pri[9] cognoscimus rem singulariter q̄ vniuersaliter siue cōiter ꝑ tanto: q2 solus intellect[9] apprehēdit vniuersale: sed sensus eni sem apprehendit singulare: ⁊ necesse est non [illegible] cognoscere res sm sensu q̄ sm intellectu: ꝑ pri[9] [illegible] conceptu siue terminu singularē q̄ vniuersalem: sed adhuc vltra dico q per intellectū hēmus pri[9] ꝯceptū singularē q̄ vniuersalem: q2 rōnabile est q qualiter sit intellectus repñtatio a pricipio talit prio ꝯcipiat: s2 a pricipio fit ipsi repñtatio singularis: q2 ꝑ sensum q̄ nō nisi singulariter apphēdit: ꝑ intellect[9] ꝑmo apphēdit singl'e. De hoc magis videbit l.4. No.tñ istis nō obstātib[9] magi vniuersalia sūt priora apd intellectū q̄ min[9] vniuersalia: vt d3 in ꝓhemio physicor. ⁊ hoc ꝓuenit ex pte sensus ⁊ ex diuersitate singlariū apd sensū: qm apd sensū ē duplex singulare: q̄dā determinatū: aliud ꝯfusū siue vagū determinatū vt sort. vel plato: s2 ꝯfusū siue vagū vt hic hō hoc aial: ⁊ ista singularia vaga sūt directe correspōdētia vniuersalib[9] et subordinata apd sensū: s2 vlia apud itellectū: nā hic hō ē singulare hois. i. talis tmin[9] tal' tmi: et hoc aial est singulē aial: et hoc corp[9] corpis et sic de alijs: m ō certe apd sensū sūt pri[9] nota singularia vaga magis vniuersaliū q̄ singl'aria vaga minus vniuersaliū: vt si aliquid videas a lōge: prius iudicabis per visū q ips2 est hoc corp[9] q̄ iudices ip2 est hoc aial: ⁊ cu2 magis ꝓpe veneris iudicabis ipsum: eē hoc aial: ignorabis tñ vtrū equ[9] an asinus: postea magis appropinquās iudicabis eē hūc equū ignorās adhuc vtrū brunell[9] an fauell[9]: ⁊ vltio videbis q ē brunell[9] equ[9] tu[9] et ita vlter determinatū singl'eter cetera singularia ē postremū apd sensū ⁊ difficilioris notitie: q2 ꝑ q̄lz vle formaꝰ ab intellectu ꝑ abstractionē a suo singlari vago: vt magi videbit l.iij. ido magis vlia pri[9] formant apd itellectū q̄ min[9] vlia.

¶ Tertio debetis scire q plato pter tminos singulares ⁊ vles posuit res vlr existētes significatas ꝑ tminos vles: ita q posuit hoiē vlē2 idealē signatū prio ꝑ istū tminū hō quē dicebat esse cām ꝓductiuā ⁊ exēplarē hoi2 singulariū: tūc dicēdū est q isto mō vle ni [illegible] lis q̄ ē cōis sm ꝑdicationē: ita singlr existit i itellectu suo singlari sicut hec albedo in isto pariete: et sic vos videtis itētionem Arist. si aūt accipiam[9] vle s2 opinionē platōis tūc vle nihil est: s2 si accipiam[9] vle ⁊ singl'are s2 ꝑdicationē vel sīgnationē tūc op2 eē vle aliq̄ singlari eē posteri[9]: eo q ex abstractiōe a ꝯceptu singulari ꝑexistēte i mēte, forma cōceptu vlem vt dicit i tertio: tñ nō debet2 dicere q termin[9] vlis sit posterior singulari ꝓpt hoc q ꝯparatiu[9] distribuit ablatiuū sequētē ip̄m: mō nō op2 q oēs terminū singulares precedant in me terminos vniuersales.

Istis visis respondet ad rationes. Ad

ꝑmā: ad auctoritatē porphirij ꝑt dici q vlia sūt priora singl'arib[9]. i. magis vl'a min[9] vlibus: vl' etiā vlia pos[illegible] vagis sibi correspōdētib[9]. ¶ Ad aliā ꝯcedi[illegible] magis vlia sūt priora min[9] vlib[9]: q2 n̄ ꝯuertit: idē [illegible] rō de diffinitione vel demōstratiōe. ¶ Ad aliā q̄ dicebat vlia eē ꝑpetuū: dico q h oc cōcederet Ari. simplr loquēdo de vlib[9] in causalitate: s2 vlia i ꝑdicatiōe nō sunt simplr loquendo ꝑpetua: imo de nouo formanꝰ apd itellectū: tñ ad istū sensū solēt dici ꝑpetua: q2 s2 ꝑ aliq[9] supponūt: eo q semꝑ est aliq̄s h ō vel aliq̄s equ[9] sm itētionē Arist. s2 hoc nō obstat qui in essendo fuerūt posteriora. Ad vltimā rñdeꝰ q q̄cūq̄ sunt ꝑncipia eēndi illa sūt ꝑncipia cog scēdi: s2 ꝯuertiꝰ.

Questio .VI.

Sexto querit: vtrum [illegible]

[illegible] quid ē: vt dicit Arist. ⁊ sic apparet q eēt circulatio [illegible] ¶ [illegible] q nihil agit vltra suā spēm. i. nullū agēs ꝑt ꝓducere [illegible] eē: ⁊ null[9] dat plus q̄ habeat: sed cognitio substātie ē excellētior ⁊ nobilior q̄ cognitio accidētis: ergo cognitio accidētis nō ē nata agere i nobis cognitionē substātie. ¶ Itē vnū nō vꝫ ducere in notitia2 alteri[9] nisi vel ꝓpt cōueniētiā: vel ꝓpt oppositionē sed accidēs ad substātiā nō h3 oppositionē cū sit' stent nec cōuenientiā: qm accidēs ⁊ substātia sunt ꝑmo diuisa: ꝓpter q̄d ens prio diuidit i substātiā ⁊ accidēs: ꝑ accidēs nō ducit i notitiā substātie. ¶ Itē q̄renti[9] de mō [illegible] cognosceret substātia: vel hoc [illegible] sed neutro [illegible] ꝑ similitudinē ⁊ cōueniētiā. Scdo nō ꝑt dici q ꝑ dicit [illegible] q2 sicut q̄dā dicūt discursus nō ten2 nisi i virtute reductionis ei[9] i ꝑmū pricipiū: mō si ꝓcedaꝰ de vno [illegible] nō val2 ꝓcessus de accidēte ad substātiam.

¶ Cōfirmaꝰ: q2 ꝓcessus affirmatiu[9] ten2 ꝑ illd ꝑncipiū quecūq̄ vni ⁊ eidē sunt eadē inter se sūt eade2 mō nulla diuersa cuiusmodi sūt substātia ⁊ accidēs sunt eadē vni ⁊ eidē. ideo de accidēte ad substantia2 non valet processus affirmatiuus.

In oppositum dicit Aristoteles in isto

ꝓemio ⁊ etiā i tertio physicor dicit q necesse ē ignorato motu ignorare naturā: in scdo hui[9] dicit q op2 pri[9] determinare de opationib[9] aie q̄ de substantia vel de potētijs aie: q̄m tā passiōes q̄ opatiōes q̄ sūt accidētia ducūt i notitiā substātie aie: etiā in octauo physicor ꝑ mot[9] ꝓprietates inuestigat Aristoteles substātias separatas: nā trāsmutatio facit scire materia ⁊ [illegible] substātiales. ¶ Debetis scire q oēs cōiter ꝯcedūt q ꝑ accidētia possum[9] duci aliqualiter in notitiā substātia2: qm oēs hoc experimur bñ ꝑ figuras ⁊ magnitudines: ⁊ mot[9]: ⁊ colores scim[9] hoc eē equū ⁊ illud canē: imo etiā ꝑ accidētia cōtingētia vl' etiā extrinseca argum[9] rerū substantias: vt per vestes: aut per modū ambulādi iudicam[9] illū eē sortē: et illū platonē: sed de mō per quē hoc fiat plures dubitauerūt. ¶ Debetis ergo scire q aliqui posuerūt talē modū. ꝑmo supponūt q intellect[9] idiget moueri a fantasmate ⁊ fantasia a sensu ⁊ sens[9] ab exteriori obiecto: ⁊ hoc totū est verū. Secundo supponunt q sensus ⁊ fantasia seu estimatiua nō sūt nisi accidētiū. Unde cōmētator dicit scdo hui[9] q sensus nō apprehēdit q̄ddiṫates rerū: imo hoc est alteri[9] potētie: s2 intellectus. Tertio supponūt q estimatiua: q2 ē virt[9] superior ⁊ nobilior q̄ sensus exterior: nō solus

pcipit intētiones q̄ sensu exteriori pcipiunt: imo ex intētionib⁹ sensatis elicit intētiões nō sensatas: ꝑbi gratia ouis videns figurā ⁊ motū lupi elicit ⁊ format p estimatiuā intētionē inimicitie ⁊ fugit nō sic aūt fugit a pastore: sed psequit eum formās per estimatiuā intētionē amicitie: ergo simplr dicēdū ē q cū intellect⁹ sit virtus supior vl valde excellētior ad estimatiuā: intellect⁹ ex intētionib⁹ estimatiis seu fantasia [illegible] bāt et isto mō pōt ex intētionib⁹ accidētiū estimatorū elicere intētiões substātiarū. ❡ Sed videt mihi q iste modus aliqliter deficiat q̄tū ad secūdā suppositionē: qꝛ dicit cōmētator i scdo hui⁹ q cogitatiua seu estimatiua cōprehēdit intētiones dictorum pdicamētorꝫ: ⁊ Arist. etiā .2. hui⁹ ponit q substantia sētit: vt fili⁹. Et credo q nō solū pcipis albedinē aut nigredinē: imo p visū tu iudicas albū aut nigrū ⁊ tū albū ē substātia ⁊ hoc videt appere: qꝛ canis pcipit q vocās eū est ille quē videt ⁊ tū nō pcipit q vox sit [illegible] ⁊ ideo ipse pcipit substātiā: sed nō ſm cōceptū de pdicamēto substātie .i. absolutū: sed ſm cōceptuꝫ de pdicamēto accidētis a quo sumit iste termin⁹ albū aut magnū: aut motū aut vocās. et hoc ē qd vult dicere Arist. qñ dicit substātias nō eē p se sensibiles sed p accidēs. ❡ Alius mod⁹ pōt dari cōcedēdo q sensus apphendit sil' ꝯfuse substātiā ⁊ accidēs apprehēdēdo albū: aut dulce: aut magnū. ⁊ hoc repñtat intellectui: itellect⁹ aūt qꝛ est ṗt⁹ excellētior pt iā distiguere ⁊ abstrahere siue separare itētionē accidētꝫ ab intētiōe substātie. ꝑbi gra: cū video istū nūc eē albū ⁊ postea ipsū eē nigrū istū nūc currē ⁊ postea sedē pcipio q hoc manet idē ⁊ ille dispositiōes nō manēt [illegible] intellect⁹ pōt abstrahere intētionē substātie ab intētiōib⁹ accidētiū: ⁊ tūc cognoscit substātiā ſm ꝯceptū substātialē. ❡ Terti⁹ etiā mod⁹ datur q res cognoscitur ⁊ repñtatur intellectui nō p seipsam: sed p suā silitudinē: vñ lapis nō ē i aīa: sed similitudo lapidis vt habet i tertio hui⁹: mō effect⁹ gerit i se quādā silitudinē cause: imo effect⁹ est q̄dā cause silitudo: ideo est inat⁹ causaꝫ repñtare: ⁊ ob hoc cā cognoscit p effectū ⁊ effect⁹ p cām: ⁊ ꝯclusio p pmissas ⁊ tandē sic de⁹ ⁊ itelligētie cognoscūt p ista sensibilia: cū ḡ accidens sit effect⁹ substātie possibile est q sit q̄dā silitudo repñtatiua substantie. ❡ Quart⁹ etiā mod⁹ ponit q sicut mãia pia nō pōt recipe formas substātiales nisi disposita ⁊ pparata p accidētia: ita etiā intellect⁹ anteq̄ recipiat notitiā substātie et hoc ſꝫ cōceptū substātialē: indiget disponi ⁊ pparari per notitias accidētiū: ⁊ sicut agēs naturale i materia pparata pt extrahere formā substātialē ad actū: ita itellect⁹ agēs cū itellect⁹ possibilis pparat⁹ fuerit p notitias accidētiū pt extrahere ad actū notitiā substantie: ⁊ isti quatuor modi nō repugnāt sibi adiuicē: imo cōcurrūt simul ⁊ cōstituūt modū pfectū per quē accidētia ducūt in notitiā substantialem.

Ad ratione igit primā respondēdum est: q nō est incōueniēs circulariter pcedere: ita tū q pri⁹ pcessus ostēdat qꝛ est: ⁊ pcessus cōuersus ostēdat ppt q̄d. ❡ Ad aliā ꝯcedo q nullū agēs pducit aliq̄d nobili⁹ se nisi rōe agētis nobilioris cōcurrētis et ideo notitia accidētis nō est sufficiēs ad causāduꝫ [illegible] nisi cōcurrat itellect⁹ agēs: de quo [illegible] i tertio. ❡ Ad aliā dico q bñ est aliq̄ [illegible] situdinis ⁊ depēdētie accidētis ad substātia [illegible] q̄dā ꝯuenientia vnionis p iherētiā ppt quā simul ꝯfuse cōcipiūtur substātie ⁊ accidētia ⁊ tūc intellect⁹ pt abstrahere hoc ab illo. ❡ Ad aliā dico q p abstractionē vel discursum pōt accidēs ducere in noticiā substantie. nec est verū q ois discursus idigeat reduci ⁊ pbari p pmū pncipium: imo fere tot sunt pncipia imediata ⁊ idemōstrabilia quot sunt ꝯclusiones: vt habet pmo posterioꝝ. nec ē verū q sēp arguim⁹ p illud pncipiū q̄cūq̄ vni ⁊ eidē ⁊c. qꝛ sepe arguimus non dicendo q hoc est hoc sed dicendo q hoc est ab hoc: aut ex hoc: aut gratia huius.

Incipiunt quæstiones Secundi libri.

Questio prima.


VTrū ois aīa est sub[illegible] [illegible] pter illud in de corruptione [illegible] ❡ Itē. ꝯmētator i scdo hui⁹ ponit talē [illegible] tiales ⁊ foras accñtales: q fora substātialis hꝫ subiectū i pura potētia: ⁊ fora accñtalis hꝫ subiectū i actu ſꝫ aīa hꝫ subie[illegible] actu: vt dē Arist. i qnto metaphysice: dē eni q aīa ē subſtā[illegible] i subiecto i actu: qd etiaꝫ ex hoc ptꝫ: qꝛ opꝫ corp⁹ [illegible] aīaꝫ eē dispositū ⁊ organizatū: ⁊ p ꝯñs [illegible] ē fora accñtalis ❡ Itē. si aīa eēt fora substātialis seq̄ret q nō maneret idē ꝯpositū substātiale aīa existēte i corpe ⁊ ipa remota: sꝫ ꝯñs ē falsuꝫ ḡ ⁊c. ꝯñā est p se nota: sꝫ falsitas ꝯñtis pbat: qꝛ subiectuꝫ accidētiū ē ꝯpositū substātiale ⁊ nō solū materia prima: cū accidēs debeat hre subiectū i actu: ideo si illa aīa non maneret nō etiā maneret idē cōpositum substātiale nec maneret subiectū accidētis idē: ideo etiā nullū accidēs remaneret idē scꝫ in viuo ⁊ mortuo: eo q accidēs corrūpit ad corruptionē subiecti: ⁊ nō trāsit de vno subiecto i alterū: mō falsum ē dicere q non maneat aliqd accñs idē: qꝛ cū equ⁹ iterficit adhuc p aliqd tps remanet aliq̄ caliditas: et remāet durities ossium: ⁊ mollicies carnis: ⁊ sic de alijs: igit. ❡ Itē. si aīa eēt substātia: tūc gñatio vel corruptio ei⁹ [illegible] esset aīa: esset gñatio simplr: ⁊ etiā corruptio simplr: sed ꝯñs est falsum: qꝛ dicit primo de generatiōe q generatio vel corruptio simpliciter est transmutatio totius i totū nullo sensibili remanēte vt subiecto eodē: modo talis nō est corruptio equi p remotionē aīe: q̄a [illegible] ead ē ossa: ⁊ sic de alijs. ❡ Itē. aut hoc sex principiorū [illegible] aīa nō est [illegible] tia: ⁊ ptꝫ ꝯñā: q̄a substātia nō suscipit magis et min⁹ vt habet in pdicamentis. ❡ Itē substātia nō diffinit per additamentum: sed aīa diffinit per additamētū: ergo ⁊c. maior patet septimo metaphisice: minor etiā patet: quia anima diffinitur per corpus phisicum organizatum: quod non est de quidditate et substantia anime: ⁊ hoc est diffiniri per additamentum.

❡ Oppositum volunt Aristoteles: & ꝯmētator: dicētes aīaꝫ esse oī accidente qd inuenit in aīato nobiliorē: igit ipsa nō est accidens: ergo ipsa est substātia. ❡ Dico breuiter q aīa est substātia: qꝛ ois pars substātie est substātia: modo aīa est pars substātie: q̄a est pars pncipalior aīalis: aut plāte: q̄ si remoueret illud amplius nō esset aīal: aut plāta: nisi equiuoce: igit. Item. illud est substātia p cuius aduentū vel

remotionē mutaꝛ̄ respōsio ad q̄d est hoc: de tali supposito p se subsistēte: sed p aduētū vł remotionē aīe mutatur: qꝛ cū est gn̄ata aīa equi dicim⁹ hoc eē equū ⁊ post remotionē nō dicim⁹: hoc est equ⁹ nisi equiuoce: sed hoc est cadauer: ergo aīa ē substātia. ¶ Et debes scire ꝙ isto modo a posteriori Aristo. cognouit formas substātiales distingui ab accidētib⁹: quia p aduentū vł recessum forme accidētalis nō mutaꝛ̄ respōsio nisi ad tales questiones: quale est hoc: ꝙtū ē hoc: vel vbi est hoc: aut quādo: ⁊ sic de alijs p̄dicamētis accidētiū: sed qn̄ mutaꝛ̄ r̄nsio ad quid est hoc: demōstrato supposito p se subsistēte: tūc ē mutatio substātialis: ⁊ est aduētus vel recessus forme substātialis. ¶ Itē opatiōes p̄ncipales substātiarū nō debēt reduci in aliqđ accidēs tanꝙ̄ in p̄ncipale p̄ncipium imo debēt reduci in substantiā: sed aīa est in quā p̄ncipaliter reducunꝛ̄: qm̄ est quo p̄ricipaliter viuimus aut sentim⁹ aut intelligimus: igiꝛ̄ aīa est substantia. ¶ Et ↄ̄firmo ꝙ opationes vitales nō sufficiēter reducātur in accidētia: qꝛ nō in grauitatē et leuitatem qm̄ tunc oīa ossa descēderēt ad pedes ⁊ tota caro poneret sup illa ossa: ⁊ superi⁹ essent sanguis et spirit⁹ qui sunt leuiores: mō totū hoc apparet f̄lm: nec pōt dici ꝙ reducātur in p̄mas q̄litates: quia hoc eēt maxime ad caliditatē: modo hoc est falsuꝫ: qꝛ caliditas scđm se nō habet figurare corpus et organizare: etiā caliditas scđm se non determinat corp⁹ aīatū ad certū augmētū. qꝛ sicut Aristoteles secūdo huius dicit: ignis p suā caliditatē augm̄taretꝛ̄ in infinitū. i. valde vltra quātitatē aīatorū si apponereꝛ̄ cōbustibile: relīquiꝛ̄ igiꝛ̄ ꝙ aīa in quaꝫ tales opationes reducuntur p̄ncipaliter non est accidens: sed substantia.

Ad rationes. Ad primam: potest dici ꝙ oī substātie totali cōe est in subiecto nō eē: ⁊ vocaꝛ̄ substātia totalis q̄ nō est ps alteri⁹ substātie: sꝫ illud nō est cōe oī substātie partiali. pōt etiā dici ꝙ ī illa p̄ma ꝓprietate substātie subiectū accipiꝛ̄ pro eo qđ est hoc aliq̄d ī actu: ⁊ sic aīa vel q̄cūqꝫ alia forma substātialꝭ nō est in subiecto p inherētiā: qꝛ subiectū forme substātialis circūscripta illa forma substātiali nō esset hoc aliq̄d ī actu. i. nō eēt illđ de quo q̄rim⁹ q̄d est hoc qn̄ q̄rim⁹ de substātia p se subsistēte: vel etiā illa ꝓprietas pōt glosari de terminis substantialib⁹: scꝫ ꝙ nulli⁹ termin⁹ substātialis. i. de p̄dicamento substātie est p̄dicabilis de aliquo p modū passiōis de subiecto ¶ Ad aliā: dico ꝙ diffinitio accidētꝭ pōt sic glosari ꝙ accidēs adest vł abest successiue manēte eodē subiecto quod ē hoc aliq̄d: si sit accidēs separabile: si vero sit iseparabile tūc separaꝛ̄ ab illo subiecto secūdū diffinitionē: qꝛ nec diffiniꝛ̄ per illud subiectū nec ecōtra: vt neqꝫ nigredo p coruū: neqꝫ coru⁹ p nigredinē ⁊ p hoc differt accidēs a ꝓprio: qm̄ ꝓprie passiones diffiniunꝛ̄ p sua subiecta: ⁊ forte hanc separationē secundū diffinitionē seu rationē. itelligebat porphiri⁹ cū dixerat ꝙ coruus pōt itelligi albus: ⁊ ethiops nitēs cādore ꝓpter hoc ꝙ termini nō icludebāt in suis ratiōib⁹ diffinitiuis. Aliter pōt dici ꝙ accidēs adest ⁊ abest. i. termin⁹ accidētalis diciꝛ̄ accidens respectu alicui⁹ termini subiecti: si de illo termino supponēte pro eodē p̄dicaretꝛ̄ aliquādo vere: aliq̄n false: sꝫ ꝙtū ad accidētia iseparabilia / credo ꝙ oportet recurrere ad separationē scđm diffinitiuā rationeꝫ vt pri⁹ dicebaꝛ̄. ¶ Ad aliā rationē: dico ꝙ illa differētia iter formas substātiales ⁊ accidētales nō debebat sic intelligi: accidētia enī sunt dispositiōes p̄uie ī materia ad receptionē formarū substātialiū: ideo accidēs ita bene īheret subiecto pure potētiali sicut forma substātialis: imo īmediati⁹: sed debet sic intelligi ꝙ forma accidētalis habet subiectū ī actu: i. forma accidētali circūscripta adhuc illud qđ remaneret esset hoc aliq̄d in actu et non mutaretur responsio ad quid est hoc: sed sic forma substantialis habet subiectū in potētia solū: qꝛ forma substātiali circūscripta: illud qđ restaret nō iā diceretꝛ̄ hoc aliq̄d in actu: licet bene eēt q̄le actu. ⁊ ꝙtū actu: ⁊ hoc est: qꝛ p formā substātialeꝫ est suppositū p se subsistēs hoc aliq̄d ī actu: ⁊ p accidentia ē q̄le: aut ꝙtū: ⁊ p idē respōdeꝛ̄ ad alias duas ratiōes. ¶ Ad aliaꝫ: dico ꝙ debet exponi animantius nō ꝓprie: scꝫ ꝙ sit magis aīatuꝫ itēsiue: sed aīanti⁹. i. habēs plures potētias aīe: hoc est dictu ꝙ pōt ī plures opationes aīe. ¶ Ad vltimā: dico ꝙ licet nō sit substātiale nō diffiniꝛ̄ per additamentū diffinitione q̄dditatiua: tamen diffinitione causali: cuiusmodi ē ista diffinitio bene diffinitur per additamentum.

Questio.II.



Ecūdo querit̄ vtrū [illegible] [illegible] [illegible] les ꝙ [illegible] intellectū separari: qꝛ nulli⁹ corporis est actus et etiaꝫ cōmentator in tertio hui⁹ dicit ꝙ itellect⁹: nec est corp⁹ nec forma in corpore: igitur non est alicuius corporis. Item actui repugnat recipere: vt dicit ↄmētator ī de substātia orbis: ⁊ aīe intellectiue nō repugnat recipe: cum itellect⁹ sit virt⁹ passiua: igiꝛ̄. ¶ Itē sens⁹ ⁊ itellect⁹ sunt passiui: igiꝛ̄ ⁊ nō sunt actiui: qꝛ si idē eēt actiuū ⁊ passiuū: ipꝫ sil eēt in actu ⁊ ī potētia qđ videꝛ̄ ipossibile ex eo ꝙ act⁹ ⁊ potētia opponunꝛ̄: sed qđ nō ē actiuū nō est act⁹: qꝛ sicut potētie ē pati: ita act⁹ ē agere: vt accipiꝛ̄ ex tertio phisicoruꝫ: igiꝛ̄ sensus ⁊ itellect⁹ nō sunt act⁹ sed potentie ¶ Cōfirmaꝛ̄: qꝛ potētia aīe est ipa aīa: ⁊ nulla potētia est act⁹: cū act⁹ ⁊ potētia opponanꝛ̄: ergo aīa non est act⁹. ¶ Itē intelligētie sunt aīe cū eis cōueniant potētie aīe: scꝫ intellect⁹ ⁊ volūtas: ⁊ tn̄ intelligētia nō est act⁹ corporis: cū sit separata a corpore.

Oppositum videꝛ̄ determinare Aristo. qꝛ illā diffinitionē: Aīa est corpis ⁊c. reputat esse diffinitionē cōīssimā aīe tanꝙ̄ omni aīe conuenienteꝫ ¶ Ista q̄stio mota est: vt videamus quomodo aīa est actus corporis. Unde Aristo. de mūdo p quē loquitur dubitat in secūdo hui⁹ dicēs nō eē manifestū. Utrum anima sit actus corporis sicut nauta nauis.

Et propter solutionē istius quæstiōis Notanduꝫ est vt habeꝛ̄ nono metaphysice: ꝙ act⁹ et potētia correlatiue dicunꝛ̄ adinuicē: intm̄ ꝙ nō possumus intelligere potētiā nisi in respectu act⁹: sicut neqꝫ patreꝫ nisi respectu filij. ¶ Deinde notandū est ꝙ hoc nomen actus solet capi tribus modis satis ꝓpiquis adinuicē et hoc ꝙtum spectat ad ꝓpositum. actus eīm vno modo dicitur: quia est forma inherēs alicui subiecto: et illud subiectum dicitur potentia subiectiua seu receptiua in respectu dicti actus: et si talis act⁹ sit forma substātialis: tūc per talem actuꝫ suppositū demōstratū ⁊ p se subsistēs dicitur hoc aliquid in actu: ⁊ si ille actus sit forma accidētalis: tūc per talē actū dicitur suppositū actu tale: vel actu tantum: ⁊ nō actu hoc aliq̄d vt actu homo. vel actu lapꝭ Secūdo modo actus est motus vel operatio respectu operātis. dico operātis siue actiui siue passiui: et isto modo tā agens ꝙ̄ passuꝫ solēt vocari potentie: scꝫ potētia actiua et potētia passiua. Un̄ iste modus po

tētie nō repugnat deo: imo actiue de⁹ est oīpotens sed q̄tū ad p̄mū modū determinatū ē duodecio metaphisice q̄ deus est pur⁹ actus nulli potētie admixtus: q̄z nullā formam recipere pōt: nō tñ itelligo q̄ sit actus p inherentiā: sed itelligo q̄ ipe nullo mō ē potētia put potētia est cui actus inheret. Tertio modo agens dicitur actus respectu passi: et hoc modo omne passiū vel motū vocat̄ potētia: vñ etiā sic de⁹ est actus purus et nullo modo est potētia: q̄z est mouēs imobile ꝛ p tāto agens dicit̄ actus ꝛ passiū potētia: q̄z agēs cōtinet actu silitudinē eius ad q̄d recipiendū passum est in potentia: isto ergo modo intelligentia est actus orbis: et nauta actus nauis.

Istis cōsideratis: dico q̄ in oibus animatis corporibus aīa est act⁹ corpis p̄mo mō ꝛ tertio modo: et q̄ sit actus corporis tertio mō declarabit postea Aristoteles: vbi dicet̄ q̄ aīa est causa corporis p formā secūdū agēs ꝛ scḋz finē. nutrit eñ corp⁹ ꝛ augmētat: ꝛ mouet ipz scḋz locū q̄tū ad aialia sed q̄ ipa sit actus corpis p̄mo mō pōt declarari: q̄z oē aiatū corporale cuiusmodi sunt plante ꝛ aialia q̄ hic sunt: est ꝯpositū substātiale ex aīa ꝛ corpe: ideo oportet vel q̄ corp⁹ sit forma aīe: q̄d est impossibile vel q̄ aīa sit forma corpis: et hʒ ppositū. Itē illud est act⁹ nō solū mouēs: sed informās corp⁹ quo suppositū demōstratū p se subsistēs est hoc aliquid in actu: sed hoc est p aiam: nā p aiam que est actus id est q̄d est: et silr homo vel asinus. ¶ Sed posset q̄ri: vtrū aīa esset corporis scḋo modo: scilicet prout motus: vel opatio dicit̄ actus operātis. Respondeo q̄ quando aiatū substātialiter generat̄: tūc vt credo ipa aīa est generatio: et tunc ipa est actus corporis subiecti ꝛ generantis scḋo modo: scilʒ put mot⁹: trāsmutatio: vel opatio dicit̄ actus: tā agētis q̄ patiētis. Deinde dico q̄ ī ppetuis aīa secūdū Aristo. est actus corpis tertio modo solū. Debetis enim scire q̄ corpora celestia aliquādo dicūtur aiata ꝛ aīe eorū sunt intelligētie mouētes ea: q̄ñ intelligētijs attribuunt̄ opationes vitales ꝛ potētie aīe: Nā duodecimo metaphisice dicunt̄ viuere ꝛ delectari: ꝛ velle ꝛ itelligere: et tñ itelligētie p se subsistūt nō iherēdo corpi: et sic notat cōmētator in scḋo hui⁹ q̄ diffinitio aīe quā dat Aristo. non oino vniuoce dicit̄ de omni aīa: eo q̄ alique anime sunt actus corporū p inherentiā: et alique aīe s. celorū sunt act⁹ corpoꝝ solū p mouere ea: ꝛ ita etiā credidit cōmētator q̄ intellect⁹ human⁹ esset actus corpis humani. sed de hoc determinādū est ī tertio lib.

Istis visis respondetur ad rationes.

Ad p̄mā dico q̄ cū Aristo. dicebat quādā aīaꝫ nō esse actū corpis loquebat̄ de actu p̄io mō: nō tertio mō ꝛ illa erat aīa celi. que nullius corporis est actus per inherētiā: verū est etiam q̄ authoritas posset exponi de aīa humana post mortē hoīs. ¶ Ad authoritatē cōmētatoris: dicendū est q̄ intellectus qui est aīa celi: vel etiā humanus post mortē: nec est corp⁹ nec est in corpore p inherentiā: ꝛ hoc nō repugnat p̄dictis. ¶ Ad aliā authoritatē pōt dici q̄ actui repugnat recipere: ad talē sensum q̄ act⁹ substātialis non potest recipere p inherētiā aliū actū substantialem: tamē potest accipere formas accidētales. ¶ Ad aliā per idē dico q̄ sensus et intellect⁹ sunt actus substantiales: sed sunt passiui: quia possunt recipere pfectiōes accidentales: et non est inconueniens idē sic esse diuersimode ī actu ꝛ in potentia. ¶ Ad aliā dico q̄ potentia aīe ē aīa: ꝛ ꝯcedo q̄ diuersimode potētia ē act⁹: potētia namq̄ ad operationem est hone actus substantialis. ¶ De vltima ratione que arguebat de intelligētijs dictum est in positione.

Questio. III



ertio queritur vtrū anima est actus prim⁹ corporis. Arguit̄ q̄ nō per Aristo. sed quarto metaphisice dicentem q̄ aīa est substātia in subiecto in actu: igitur habet actū precedētē ipsaꝫ: ergo nō est actus primus. ¶ Itē aīa presupponit in corpore accidentia disponentia materiam ad eius receptionem: vnde supponit corpus esse organicuꝫ: ideo dicit Aristoteles in secundo huius q̄ anima non sit indifferēter in quolibet corpore: immo actus actiuorum recipiuntur in patiente disposito: et tamen q̄ huiusmodi dispositiones et organizationes sunt aliqui actus saltē accidētales: ideo aīa non erit actus prim⁹ corporis. ¶ Item tertio celi dicit cōmentator q̄ materia nō suscipit formas mixtorū nisi mediantib⁹ formis elementorū: ꝛ ita nulla forma mixti est act⁹ primus corporis: ergo nec aīa. ¶ Item Aristo. dicit in secūdo huius q̄ vegetatiua est alijs pria et maxime communis: igitur saltē alique aīe non erūt actus primi: sʒ solum vegetatiue.

Oppositū determinat Aristo. ponēs istam diffinitionem esse communem omni anime in qua dicitur. anima est actus primus ꝛc.

Notādum est q̄ multipliciter potest dici act⁹ prim⁹. vno modo simpliciter p̄m⁹: et sic solus de⁹ est act⁹ prim⁹: ideo manifestū ē q̄ de isto mō loquēdo nō intēdit Aristo. cū dicit oēm aiaꝫ eē actū primū. secūdo mō dicit̄ act⁹ prim⁹ nō simplr: sʒ prim⁹ ī materia cui iheret: ꝛ isto mō credūt multi q̄ aīa sit act⁹ prim⁹ corpis: imo etiā q̄ ois forma substātialis inherens materie sit act⁹ prim⁹ inter cetera q̄ illi materie inherēt: q̄z ipi opināur q̄ q̄uis ad introductionē forme substātialis in materia requirant̄ multe dispositiōes accidētales p̄uie: tñ in aduētu forme substātialis: ꝛ apud corruptionē forme substātialis p̄cedentes omnes huiusmodi dispositiones prime corrūpuntur ꝛ similes cum forma substantiali aduenienter generantur consequenter ad illam formaꝫ substantialē: ita q̄ illa forma substantialis prius generatur in materia q̄ accidentia: q̄ cum ea inueniuntur: et si non prius tpe tamē prius natura. Et hāc opinionē credunt se probare primo per commentatorem in secundo huius dicentem q̄ forma substantialis debet habere subiectum in pura potentia: ideo debet inuenire materiā nudā: sed accidens debet habere subiectum in actu: ideo debʒ inuenire materiā forma substantiali inuestitam. Similiter authoritate Aristotelis primo de generatione dicentis q̄ generatio substantialis est transmutatio huius totius in hoc totū nullo sensibili remanente subiecto eodē: idcirco opꝫ accidentia preexistentia corrumpi quibus erat sensibile. Ad hoc etiam adducunt aristotelem p̄io physicorum dicētem q̄ materia cum forma est causa oīū accidentiū q̄ sūt in ea: tanq̄ forma p̄cedat ea. Item septimo metaphysice dicit̄: q̄ substantia prius est accidente: notitia: diffinitione: ꝛ tpe: q̄d non est verū de materia solum cum ipsa sit minus ignota: ideo hoc debʒ intelligi de substantia ꝯposita: ꝛ ita forma erit prior accidentibus: Isti ergo imaginātur q̄ nō materia solum sed compositum totale ratione ipsius totius est subiectum oīū accidentium: ꝛ illud composi

tum corrūpitur ad corruptionem forme substātialis ideo tunc corrumpitur subiectū: accidētiū: ergo opʒ accidentia corrumpi cum non transeant de subiecto in subiectum. ¶ Tamen istā opinionē nō credo esse veram: qꝛ si equus interficiatꝭ aut bos adhuc inueniuntur in corpore mortuo calor et color cōsimilis priori et sic de alijs accidentibus: si ergo accidētia precedentia corrumpebantꝭ quero quis generauit ista noua accidentia: non potest dici ꝙ interficiens: quia ille nullam habet ꝓprietatem ad generandū magis calidū ꝗ̄ frigidum: aut vnum colorē ꝗ̄ alium: nec potest dici sicut illi dicunt ꝙ illa accidētia generantꝭ cōsequenter et connotatiue ad formam substantialem cadaueris ꝗ̄ introducitur qm̄ talia accidentia nō sunt cōuenientia illi forme cadaueris: nec illa determinat sibi talia accidentia: immo potius opposita ideo non debent cōsequi illā formā nisi appareat aliud generans habēs ꝓprietatē ad generandū talia accidētia. ¶ Item isti supponunt falsuʒ: qꝛ quāuis accidētia sm̄ predicationem attribuantur nō solum materiei sed toti composito propter hoc ꝙ ipsum est notiꝰ: tn̄ solū de potētia materie educuntꝭ: ꝗ̄ naturaliter est in potentia ad illa accidētia tanꝗ̄ ad quasdā perfectiones ipsius: sicut si aqua calefiat licet dicamus aquaʒ esse calidā: tamē illa caliditas nō ē naturalis forme aque/immo disconueniēs: ideo nō educitur de potētia forme sed solum de potentia materie: et ideo nō opʒ ꝙ ad remotionem illius forme remoueantur accidētia cum subiectum maneat de cuius potentia naturaliter educebantur. Ad istam opinionē multa alia inconuenientia sequuntur que debent tractari in libro de generatione. Sed quantum spectat ad propositū videtꝭ sm̄ illā opinionem ꝙ male esset positum in diffinitione anime/ꝙ aīa est actus primꝰ substantialis corporis: qꝛ oīs actus primꝰ esset substātialis: ⁊ oīs actus substantialis esset primꝰ ideo neutra harū differentiaruʒ cōtraheret alteraʒ. Tertio mō dicitꝭ actꝰ primus qui in materia cui inheret actus primus via perfectionis: et sic anima debet dici actus primꝰ: sed quāuis sit verū ꝙ sic aīa sit actus primꝰ: tn̄ nō videtꝭ ad intellectū Aristotelis. qꝛ hoc ēēt verū de omi forma substantiali. ideo sicut prius dicebatꝭ nō deberet poni in diffinitione anime actus primꝰ substātialis qꝛ nec primū cōtraheret substantiale nec econtra: ⁊ ita Aristo. alio mō quo loquitꝭ: dicit scientiā esse actū primum in ordine ad cōsiderare: qḋ nō pōt intelligi de prioritate perfectionis: qm̄ ꝯsiderare est perfectiꝰ ꝗ̄ habitus scientificus: ideo primo ⁊ decio ethicorū dicit Arist. felicitateʒ consistere nō in habitu: sed in actu. Quarto modo dicitur actus primꝰ oīs forma vel habitus qui est principiuʒ alicuiꝰ operationis: ⁊ hoc in ordine ad illam operationē: et sic videtur intēdere Aristoteles: bene propter hoc scientia dicitur actus primꝰ: qꝛ est principium cōsiderationis quāuis scientia habeat actum substantialem scʒ animā precedentem ic. Unde sic manifestum est ꝙ omnis anima est actus primus respectu singulorum operum vitalium: quoniā ipsa est principium eorūdam. Quinto et vltimo modo (qui est satis propinquus precedēti) dicitꝭ anima actus primꝰ viuentis in potētia: et scientia actus primus sciētis in potentia: caliditas actus primus calidi in potentia: et sic de alijs formis ad istum sensum ꝙ anima est actus quo primo illud qḋ erat viuēs in potentia dicitꝭ viuēs in actu. Similiter scientia est actus primus scientis in potentia. id est quo primo illud quod erat in potentia sciens est actu sciens: et ita intēdit Aristoteles in proposito.

Et sic quantum ad rationes apparet. ꝓ nō ꝓcedunt ꝯtra dicta: qꝛ positio nō excludit quin ipsam animā precedāt dispositiōes accidētales preuie et maneant cum ipsa anima: sed per nullā illarum dicitꝭ viuens actu viuens formaliter. ¶ Sed tunc possūt solui rationes alterius opinionis. Ad primā: dico ꝙ forma substantialis habet subiectum in potentia sicut priꝰ exponebatꝭ: nō qꝛ inueniat materiā nudaʒ: sʒ qꝛ ipsa circumscripta residuum nō esset hoc aliquid in actu qḋ ante erat: sed forma accidentalis sic habet subiectum in actu: qm̄ ipsa circumscripta adhuc esset hoc aliquid in actu idem ꝙ ante erat ⁊ ad eūdem sensum debet exponi diffinitio generationis prio de generatiōe nō enim est intentio Aristotelis quin in generatione substantiali maneant accidētia sensibilia sed intendit ꝙ nō remanet idem subiectum sensibile: capiendo subiectum pro eo ꝙ ḋ est hoc aliquid.

¶ Ad aliam cōcedo ꝙ materia et forma sunt cause accidentium: scʒ materia/causa subiectiua/⁊ forma/causa finalis. ¶ Ad auctoritatem septimi metaphysice patet ꝙ auctoritas nō potest exponi de substantia composita: qꝛ ignis nō precedit tempore caloreʒ ideo cōmentator exponit ꝙ respectu omnium accidentiū corporaliū subiectū eoꝝ precedit tp̄e: capiēdo subiectum desiunctiue ꝓ cōposito vel pro materia.

Questio IIII.



Veritur Vtrum diffinitio anime sit bona in qua dicitur anima est actus primꝰ substantialis corporis physici organici in potentia vitam habentis. Arguitur primo ꝙ nō sit bona querendo cuiꝰ corporis aīa esset actꝰ vel corporis de gn̄e substantie: vel corporis de gn̄e quātitatis nō de gn̄e ꝗ̄titatis: qꝛ illḋ est accidēs: sed nec corporis de genere substantie: qꝛ illud est cōpositū ꝑ se subsistēs aliter nō esset quiditatiua predicatio dicēdo. animal est corpus/lapis est corpus: modo anima nō informat corpus cōpositum: ideo nō est actꝰ talis corporis. ¶ Item frustra ponitur physici quia oē corpꝰ est physicum: vnde corpus artificiale adhuc est physicū corpus: corpꝰ em̄ securis est ferruʒ vel lignum: ideo iste terminꝰ physici nihil cōtrahit corpus et ita videtur frustra addi. ¶ Item arguitur ꝙ nō organici: qꝛ anima est forma simplex: ideo debet habere subiectū simplex ⁊ vniforme: tale non est organicū. ¶ Item suppono ꝙ cum anima sit simplex non habens partes diuersarum rationū ꝙ queliʒ pars quantitatiua anime est anima sicut quelibet pars quātitatiua anime est anima sicut queliʒ pars aeris est aer. Suppono etiaʒ ꝙ licet mēbra animalis sint heterogenea: tamen contingit eis capere aliquā partē homogeneā: vt aliquā modicam carnem inter venas et neruos et ossa: que tota est caro: ideo cum illa pars sit homogenea ⁊ cōsimilium partiuʒ/ipsa nō est organica. Ex hoc cōcludo ꝙ ista diffinitio nō est bona: qꝛ nō conuenit omni anime: qm̄ illa pars anime ꝗ̄ informat illā modicam carnem est anima vt dicebatꝭ ⁊ tamē nō est actus corporis organici: cum illa modica caro nō sit organica. ¶ Item contra illam partem/habentis vitaʒ in potentia: qꝛ corpus cuius cuius materia est actus viuit in actu ꝑ ipsam animā imo ⁊ in actu primo et in actu secundo vt qn̄ tu vigilas et scribis. igꝭ nō bene dicitꝭ ꝙ sit actus habentis vitam in potentia. ¶ Iteʒ actꝰ est prior et notior ipsa potētia ideo potentia indiget per actum diffiniri vt habetꝭ nono metaphysice igꝭ

non debet diffiniri econuerso scz actus per potentiaz ergo aīa cum sit actus nō bene diffinit̃ per potentiā. ¶ Item ista diffinitio cōuenit aliis ab anima: igit̃ non est bona: añs probo: q2 cōuenit forme substantiali seminis. Nam semen vel frumentū est physicuz corpus et organicum et habens vitaz in potentia: et tamē forma substātialis ipsius est eius actus prim⁹ ergo manifestū est ꝙ illi forme substātiali semis conuenit tota diffinitio anime et ita dicet̃ de forma substantiali oui: q2 nō est aliud ouum ꝙ̃ semen et tamen illa forma non est anima. Similiter hec diffinitio cōuenit forme substantiali cadaueris. q2 corpus cadaueris est corpus physicum organicum ⁊ habet vitaz in potentia: licet nō propinqua/quia possūt ex eo generari animalia aut plante: vel per vnam transmutationem vel per plures.

In oppositū arguit̃ auctoritate arist.


¶ Dico breuiter ꝙ hec est bona diffinitio aīe: q2 bona est diffinitio que explicite et cōuertibiliter indicat̃ naturam diffiniti: et ista est huiusmodi: igitur. maior ptz primo et sexto topicorum: declaro minorem. primo ꝙ explicite q2 dictum fuit prius ꝙ anima est act⁹ et ꝙ est substantia: et ꝙ est actus primus et hoc totū explicat ista diffinitio ⁊ vt magis appareat quis act⁹ sit anima apponitur explicite cuius sit actus: quia corporis physici organici: et explicatur etiaz secundū quam potentiā anima sit actus eius q2 secundum potentiam ad vitam. ¶ Item quedam diffinitio est dicens quid nominis solum: aut etiam mere quidditatiua: alia est diffinitio causalis explicans nō solū q̄d est: sed etiam propter quid est et talis est magis completa: modo sic est de ista diffinitione quod declaro: q2 cum anima sit forma eius et nō est causa formalis nisi forte improprie prout aliquando predicata quidditatiua vocamus formas et ideo ad explicandum causam formalem anime qualiter sic improprie cōuenit causa formalis: ponuntur in hac diffinitione predicata quidditatiua cum dicimus ꝙ anima est actus substantialis. Deinde explicat̃ causa materialis siue subiectiua anime: cū dicitur physici organici. postea exponitur causa finalis cum dicitur in potentia vitā habentis si per vitam volumus intelligere operationes vitales: nam operatio dicitur aliquo modo finis operantis: vt habetur in secundo celi. Deinde declaro ꝙ hec diffinitio cōuertitur cuz isto termino anima et cōuenit omni anime et nulus aliis: et primo declaro ꝙ cōueniat om̄i anime: q2 omnis anima est actus substantialis: vt ante dictum est: et act⁹ primus ꝙ dicitur actus primus in ordine ad operationem que ab eo procedit: q2 ab omni anima sunt innate procedere operationes vitales: omnis etiam anima est actus corporis organici: quod patet manifeste de animab⁹ corporum: sed de animabus separatis dicemus primo de humana anima scdz fidez ꝙ ipsa habet quandam inclinationem ad reunionem sui cum corpore ideo saltem inclinatiue potest dici actus corporis physici organice: sed forte de hoc Aristoteles non curauit. De animabus autem celorum dictum fuit ꝙ ille sunt actus corporum celestium: modo corpora celestia sunt physica organica: q̄m licet i eis nō sit diuersitas figurarum in membris: sunt tamen diuerse virtutes in diuersis partib⁹ deputate ad diuersa officia: vnde ꝑpter hoc ponit Aristoteles in secundo celi ꝙ in celo distinguuntur dextrum/sinistruz/ante, et retro/sursum/deorsum: et post etiam de alio deseruiunt ꝙ̃ alie partes. ¶ Omnis etiaz anima est actus in potentia vitam habentis adhuc secundum duplicem expositionem. Prima expositio est: ꝙ ōis anima est actus viuentis in potētia: id est aīa ex qua illud est actu viuens: quod ipsa circumscripta esset solum viuens in potentia et ista est multuz cōueniēs expositio: et accipitur ibi potentia pro potentia ad actū prime vite. Alia expositio est ꝙ anima est actus viuentis in potentia .i. anima est actus potentis exercere opera vitalia. Dico actus primus scilz a quo procedunt huiusmodi opera: et tunc est ibi sermo de potentia ad actus secundos vitales. ¶ Nunc restat declarādum ꝙ hec diffinitio cōueniat solum anime et hoc sic ptz: q2 per hoc ꝙ dicitur anima est actus differt anima a prima materia: que est pura potentia: ⁊ etiam a composito: quod non est proprie loquendo act⁹ licet sit in actu per formā. Et cum dicitur prim⁹ differt anima per hoc ab actibus secundis qui sunt motus et operationes vitales. Deinde cum dico substantialis differt per hoc anima ab accidentib⁹ quorum quedam dicūtur actus primi: quia ab eis procedunt operationes: sicut sunt scientie ⁊ virtutes: imo etiaz et caliditas et frigiditas et grauitas et leuitas tamen nō sunt actus substantiales. Deinde cum dico corporis forte per hoc nō cōtrahitur illud quod precedit q2 omnis actus substantialis est aliquo modo actus corporis alicuius: tamen nō male ponitur hec clausula q2 ponitur ad explicandum causam materialem siue subiectiuam. Similiter cum dico physici nō cōtraho quod ante pretendebat: quoniaz omne corpus est physicum siue naturale non obstāte ꝙ etiam dicatur artificiale. tn̄ illa clausula non ociose apponitur: q2 per eam designo ꝙ anima nō cōuenit corporibus ea ratione qua sub artem cadunt: sed cōuenit eis per naturam: immo tanꝙ̃ eorum natura. Deinde etiam cum dico organici differt per hoc anima a formis substantialibus elementoruz ⁊ mineralium. i. lapidum et metallorum: quoniam illorum corpora non sunt organica. Ultimo cum dicitur vitam habentis differt per hoc anima a forma substantiali seminis aut cadaueris: dum tamen illam clausulam debite exponamus scz ꝙ anima est actus habentis vitam in potentia. i. anima est actus quo aliquid dicitur actu viuens cum ante vel ipso circumscripto nō diceretur viuens nisi in potentia. Manifestum est enim ꝙ forma substantialis oui aut grani frumēti: licet sit actus primus substantialis corporis physici organici: tamen non est actus quo ouum vel frumentuz dicatur actu viuens: immo solum viuens in potentia: sed anima adueniens iam erit quo illud dicetur actu viuens cum ante diceretur solum viuens in potentia et ita etiam forma substantialis cadaueris lz sit act⁹ corporis organici tamen nō est actus quo aliquid dicatur actu viuens. Et istā expositionez notauit Aristoteles in littera dicens ꝙ q̄n dicimus animam esse actum viuentis in potentia nō intendimus per hoc abiicere vitam: scilicet ꝙ illud non sit viuens actu: q2 tunc illa esset descriptio forme seminis magis ꝙ̃ anime sed intendimus ꝙ ipsum corpus per animam sit actu viuens ita ꝙ ipsa circūscripta nō diceret̃ viuēs nisi in potentia. Uerum est etiā ꝙ aliqui aliter intelligunt illā clausulā: scz ꝙ anima est act⁹ viuentis in potentia id est secundū quā viuēs est in potentia propinqua ad vitam id est ad operationes vitales: licet intelligāt vitam pro actu prime vite et sic etiam per hoc differret a forma seminis: q2 semen nō est in potentia propinqua ad exercendum opera vitalia: nisi ante precedat substantialis transmutatio: secundum quam in eo generetur anima.

¶ His visis respondendum est ad rationes.

Ad primaz potest dici ꝙ anima est actus co-

ipsum est actu illud quod est: ꝛ posset etiā concedi: ꝙ anima est actus materie tanꝙ eius quod ipsa informat. ¶ Ad aliā dictū fuit ꝙre pōebaẜ phisici. ¶ Ad [illegible] multiplex hoc ē dictu: ꝙ ipa ē potēs i multa opa diuersa ꝑpter ꝗ exercēda ipsa indiget diuersis organis: ideo ipsa est actus corporis organici. ¶ Ad aliā ꝗ arguebat de parte aie informāte modicā carnē homogeneā posset dici ꝙ hic nō describiẜ aia nisi pro aiabus totalibus: ꝛ nō pro partialibus: sicut erat illa de qua arguebas: dicendo illam aiam totalē ꝗ nō est ps alicuius aie. ¶ Sed adhuc ista solutio non videẜ sufficere [illegible] aiam totalē: tunc seqtur aliud incōueniēs: scȝ ꝙ hec diffinitio cōueniret alijs a diffinito qꝛ ꝯuenit aie partiali capitis: eo ꝙ caput est corp⁹ organicū. Et ideo posset aliter respōderi ꝙ corpus organicū dupliciter dicit. vno modo quia compositum ex partibus diuersarum [illegible] sas operationes et ita caput et pes: et totale animal ērnt corpora organica: sed nō modica caro homogenea. Secundo mō dicit corpus organicū: quia est ps [illegible] corporis predicti: ꝛ sic tam caro ꝙ neruus esset corpus organicum: vnde non aliud significat organicum ꝙ instrumētū: modo caro in animali: licet sit homogenea tamē est instrumentū deputatuȝ ad aliaȝ opationē ꝙ neruus vel os: ideo illa caro po[illegible] ¶ Ad aliā [illegible] ꝙ non intendimus abijcere vitam cum dicimus actus viuentis in potentia. ¶ Ad aliam: potest dici ꝙ act⁹ bene diffinitur per potentiam: ꝙuis potētia diffiniatur ꝑ actū: qꝛ sicut dicit cōmētator nono metaphysice: actus ꝛ potētia sunt relatiua adīuicē. ꝛ talia bene diffiniunẜ ꝑ seinuicē ꝛ nō accidit in malū: vt dicit cōmentator: ꝛ vos habetis idem a Porphirio dicente: quia genus ꝛ species dicūtur adinuicem relatiue idcirco oportet in vtrorūꝗ ratiōibus vtriꝗ vti. Sed forte tu obijcies quia sic potentia nō est notior actu: et tamen diffinitio debet notificare diffinitū: ꝛ nichil notificatur nisi per notius: quomodo ꝗ diffiniẜ act⁹ per potētia? Respōdetur postꝙ vtrumꝗ relatiuoꝝ quodam modo connotat reliquum tanꝙ terminum ad quem dicẜ: ideo breuiter dicemus ꝙ vnū relatiuū diffinitur per alterū non tanꝙ per illud per quod cognoscitur et notificatur: sed tanꝙ per illud cum quo cognoscitur: sunt enim simul natura id est simul naturaliter cognoscuntur. ita ꝙ non vnum sine reliquo. ¶ De vltima ratione dictum fuit.

Quæstio quinta.



Væritur quīto vtrū in homie sit eadem aīa vegetatiua sensitiua ꝛ itellectiua. arguitur ꝙ non: quia aīa sensitiua est organica ꝛ extensa: aīa aūt intellectiua nec est organica nec extensa: cum ipsa ponatur esse indiuisibilis. ergo hec nō est illa. probaẜ maior: quia oīs illa aīa videtur esse organica et extensa que ad omne opus suum requirit organum corporeum ꝛ extensum: modo sic est de sensitiua igiẜ. ¶ Itē omnis anima sensitiua vel vegetatiua est generabilis vel corruptibilis: sed aīa intellectiua non ponitur generabilis neꝗ corruptibilis: vnde si fiat de nouo: non ponitur fieri per generationem: sed per creationem: ergo hec non est illa. ꝛ probatur maior: primo ꝙ sit generabilis per Aristotelem in secundo hui⁹ dicē-tem ꝙ sensitiui prima immutatio fit a generante: hoc etiā patet de corpore quia post mortē nō videẜ manere aīa sensitiua cū tunc nō possit sentire ꝛ ideo bn̄ dicit Aristoteles de potētia intellectiua ꝙ ipsa separatur ab alijs sicut perpetuū a corruptibili: ideo adhuc sequitur ꝙ intellectiua non est sensitiua vel vegetatiua quoniā perpetuū nō est corruptibile. ¶ Itē: contraria iudicia non possunt simul esse in eodem subiecto indiuisibili: propter hoc enim dicitur quarto metaphisice ꝙ nullus potest simul opinari contradictoria: qꝛ opiniones contradictoriarum sunt contrarie: et contraria nō possunt simul esse in eodem: sed idem homo habet simul contraria iudicia in sensu ꝛ intellectu: ergo non est in eo eadem res sensus ꝛ intellect⁹. ¶ [illegible] homo per visum iudicat solem esse bipedalem aut solū tripedalē: ꝛ tamen per intellectū iudicat ipsum esse maiorē terra: ꝛ si bacul⁹ rectus ponaẜ pro medietate in aqua ꝛ pro alia medietate extra aquam indicabitur per visum fractus vel curuus ꝛ ad intellectum rectus. ¶ Item: si esset eadem anima in homine vegetatiua sensitiua ꝛ intellectiua: tunc homo nō esset cōpositus substātialiter nisi ex prima materia et forma intellectiua: modo consequens est falsum: igitur. consequentia prima patet: quia cōmuniter omnes negantes plures esse aīas in eodeȝ supposito negant similiter plures esse formas substantiales in eodem supposito: quod si ponaẜ nō erit substantia in homine nisi prima materia ꝛ anima intellectiua: sed probo falsitatem consequentis: quia sequeretur ꝙ homo non possit nutriri: eo ꝙ in nutri[illegible] aliquid de substantia nutriti modo hoc est impossibile: ꝗa nec posset generari aliqd de materia pria nec aliquid de anima intellectiua: ꝛ sic etiam sequitur aliqd contra Aristotelem scȝ ꝙ non semper corruptio vni⁹ esset generatio alterius: immo corrumperetur in nutritione alimentū ꝛ forma substantialis alimenti: et non generareẜ aliquid substantialiter quia nichil possit generari de substantia hominis. ¶ Item: adhuc sequeretur aliud inconueniens. s. ꝙ nullum agens naturale generaret animam humanam: pro tanto quia non esset anima hūana nisi intellectiua ꝛ illa ponitur creari a deo ꝛ non generari naturaliter: sed illud consequens videẜ absurdū: primo: quia tunc pater tuus nō genuerit te: nec Aristoteles diceret verū dicēdo ꝙ hō generat hoiem ꝛ sol. ꝛ Aristoteles secundo huius describit potentiam vegetatiuam ꝙ ipsa est generatiua in alio qualis ipsa est quod est falsum de vegetatiua hois. ¶ Adhuc sequeretur aliud inconueniens scȝ ꝙ asinus haberet nobiliorē opationē i generādo asinū ꝙ hō in generādo hoiem: qđ est absurdū: ꝛ patet cōsequētia quia asin⁹ generādo asinū generaret substantiā ꝛ hō nō generaret substantiā: quia nec materiam nec formā: nec ꝑ cōsequens totū cōpositū: cum non sit aliud cōpositum ꝙ materia ꝛ forma. ¶ Iteȝ nichil aduersatur et obuiat sibi ipsi: nichil etiam afficitur affectionibus contrarijs: sed illa conueniūt aie sensitiue ꝛ aie itellectiue i hoie: igiẜ nō sūt eadē. maior videtur nota de se: ꝛ minor pȝ: qꝛ sicut dicẜ primo ethicorum sensus siue appetitus sensitiuus in nobis obuiat ꝛ aduersatur rationi: ꝛ sepe sensus i aliquo tristatur in quo itellectus delectatur ꝛ ecōtra: ꝛ hoc apparuit maxime de Christo cuius anima intellectiua semper summe delectabatur: qꝛ semper fruebaẜ beatitudine: ꝛ tamen de aia sensitiua dixit: tristis est aia mea ꝛc. ¶ Item nō est oīno eadem substātia qua sortes est homo et qua est animal: ꝛ tamen non est diuersitas ex parte materie vt oēs cōcedūt: ergo est diuersitas ex parte formarū: quod nō pōt esse nisi aia sensi

tiua qua ipse est animal sit diuersa ab itellectiua qua ipse est homo: et ego probo maiorem huius rationis: quia si esset omnino eadem substantia qua sortes est homo et qua sortes est animal: tunc sequeretur ꝙ quicquid inesset sorti secundum ꝙ est homo inesset ipsi secundum ꝙ animal et ecōuerso: modo hoc est falsum. quia esse risibile inest sorti secundum ꝙ hō et non secū dum ꝙ animal: et esse sensitiuum ecōtra inest illi secū dum ꝙ animal et non scdm ꝙ homo. ¶ Item: nō possumus arguere diuersitatem specificaʒ formarū substantialium nisi per diuersitatem operationum: ideo oportet concedere ꝙ operationes similes prouenīūt a formis consimilibus et eiusdem rationis: et operationes dissimiles prouenīūt a formis dissimilibus: et diuersarum rationum. Sed constat ꝙ in homine nutrire sentire: et intelligere: sunt operationes valde dissimiles. igitur tales sunt a diuersis formis substantialibus et non sunt nisi ab aliquibus igit̃. Et etiam videre ē eiusdē rōnis in homine et in equo cū sit eiusdem obiecti: et actus distinguūtur per obiecta: per consequens videre in homine et in equo prouenīūt a formis eiusdem rationis: quod non posset esse in anima si sensitiua in homine distingueretur ab intellectiua.

Oppositum arguitur per commentatorem in de substātia orbis dicentem: ꝙ vnū subiectum habere plus ꝙ̃ vnā formā est impossibile: et loquitur de formis substantialibus. ¶ Item si concedam⁹ ꝙ animal secundū ꝙ animal viuit: concedendum est ꝙ in animali non distinguitur anima vegetatiua secundum quam viuit ab anima sensitiua secundum quaʒ est animal. Et Aristoteles in libro de morte et vita videtur dicere ꝙ animal secundum ꝙ animal viuit: cōcedit enim ꝙ impossibile est animal secundum ꝙ animal nō viuere. ¶ Item sequitur ꝙ homo esset plura animata: quia quelibet anima dat esse animatum.

¶ Item: sequitur ꝙ homo vel equus non esset per se aliquod vnum: consequens est falsum: et probatur cōsequentia: quia septimo metaphisice: et: ex pluribus in actu non sit vnum per se: et tamen quelibet anima in homine esset in actu: immo esset actus nobilior: et perfectior ꝙ̃ sit vegetatiua plāte. ¶ Item: si anime plures in homine essent eiusdem speciei vna videretur superflua: et si essent diuersarum specierum: tunc homo esset diuersarum specierum in genere animatorum quod est inconueniens. ¶ Item anima sensitiua adueniens vegetatiue esset forma accidentalis: quia forma illa videtur accidentalis que habet subiectum in actu per formam substantialem: et sic esset in proposito.


¶ Dicam quod de hoc michi videtur ponendo istam conclusioneʒ. In homine non differt anima intellectiua ab anima sensitiua vel ab anima vegetatiua. et similr̃ i equo nō differt aīa sensitiua ab anima vegetatiua: et ista cōclusio potest faciliter persuaderi tali modo: quia certum est ꝙ si in homine differrent ille anime: cum in homine esset anima sensitiua perfectior ꝙ̃ in brutis: et anima vegetatiua perfectior ꝙ̃ in plātis: eo ꝙ perfectius sentit homo ꝙ̃ animalia bruta: et si non secundū quemlibet sensum exteriorem: tamen secundum interiores sentit nobili⁹ et perfectius: similiter etiam secundum potentiam vegetatiuam animal perfectius nutritur et nobiliori alimento vtitur ꝙ̃ plante. Et ideo cum iste anime sint perfectiores in homine ꝙ̃ in aliis: sequitur ꝙ quelibet illarum est actus sufficiens ad constituendū suppositum in actu substantiali completo vlteriori anima circumscripta et per potentiam diuinam remota. Tunc ergo pono casum ꝙ per potentiaʒ diuinam remoueatur a corpore humano anima intellectiua: tū seruata aīa sensitiua et anima vegetatiua: hoc enim est possibile si sint diuerse: immo multi qui istas aīas diuersas posuerunt dixerunt in embrione prius tempore formare animam vegetatiuam ꝙ̃ animā sensitiuam: et sensitiuam ꝙ̃ intellectiuam predicto: ergo casu posito quereremus: qd̃ animal esset illud animatum a quo remotā est anima intellectiua et cōstat ꝙ illud nō est de specie humana: ergo esset animal brutum: ideo homo esset cōpositus ex animali bruto et anima intellectiua: qd̃ videt̃ inconueniens: et etiaʒ ex animali bruto absq̃ eius corruptiōe posset fieri hō per aduentum anime intellectiue: ista videntur esse absurda. ¶ Iteʒ sequeret̃ ꝙ anima vegetatiua esset in equo nobilior ꝙ̃ anima sensitiua: modo consequens est falsum. vt omnes concederent. sed probatur cōsequentia: qz ceteris parib⁹ agere est nobilius ꝙ̃ pati vel recipere aliquod accidens cū sit substantia sit nobilior ac . . . et cū anima vegetatiua in equo generaret substantiā tam cōuertēdo nutrimentū in substātiā equi ꝙ̃ etiā generando aliū equū et anima sensitiua i eodē equo nō ageret aliquā substantiā: sed solū reciperet vel ageret actum sentiendi qui est quoddā accidens et sic anima vegetatiua esset nobilior qd̃ est incōueniens: et cū de ratione perfecti sit generare sibi simile: videt̃ ꝙ ꝙ equ⁹ nō sit animal perfectum nisi rōne anime sensitiue: videt̃ ergo ꝙ equus debet generare equū sibi similem per illam animam sensitiuam per quam ipse est equus et perfectum animal et hoc non esset verū si aīa sensitiua in equo esset distincta ab aīa vegetatiua. ¶ Item ponētes plures animas in homine et in equo: ponūt ꝙ scdm animam vegetatiuam homo et equus et plante sunt eiusdem rationis ita ꝙ in eis est anima vegetatiua eiusdē rationis: et sequitur ꝙ in homine et in equo et in asino aīa sensitiua est eiusdē rationis: et ideo si hoc sit falsum sequitur ꝙ non debeant sic poni plures aīe in eodē. Et in oppositum declarabitur ꝙ illud erat falsuʒ qm̄ aīa vegetatiua in hoie: et anima vegetatiua in plātis vtunt̃ valde diuersis nutrimētis et pducūt mēbra diuersa et semina diuersarū rationū: ideo apparet ꝙ ille aīe sint adinuicē diuersarū rationū: ideo in eodē nō debent poni plures tales anime. Et cōfirmat̃ ista ratio: qz certū est ꝙ eadē aīa potest habere diuersas et dissimiles operatiōes et mēbra dissimilia mediātib⁹ quib⁹ exercet illas operationes: sicut anima vegetatiua i arbore exercet aliā opationē p radices et aliā p ramos. Tunc igitur si tu cōcedis ꝙ anime vegetatiue in planta: in equo: et in homine sint eiusdē rationis: equ⁹ erit cōpositus ex plāta et aīa sensitiua et pari ratione homo ex bruto et anima intellectiua: qd̃ est absurdum. ¶ Si vero dicat̃ ꝙ ille anime vegetatiue sunt in illis diuersarum rationū et specierū tunc oportebit dicere ꝙ aīa vegetatiua aīalis ē perfectior et nobilioris gradus ꝙ̃ aīa vegetatiua plante ideo poterit habere plures et nobiliores operationes cū nō repugnet aīe simplici hr̃e diuersas opationes vt dicebatur de planta hoc aūt cōcesso superfluū erit in animali ponere preter vegetatiuā aliā animā qz poterit statim dici scdm predicta ꝙ ipsa hʒ opationem sentiendi cum opatione vegetādi. ¶ Itē hui⁹modi diuersitas animaʒ nō posset rationabiliter argui nisi ex diuersitate operationū: sed tale argumentum no valet quia diuerse operationes etiam specie nō arguunt in eodē supposito diuersas animas: cuʒ planta habeat multas operationes etiam specie diuersas licet habeat solā animā vegetatiuam et cum etiā animal scdm vnā sensitiuam valde diuersas operatiōes habeat: vt videre/audire/et sic de multis aliis

igitur non debēt poni plres aīe in eodē. ¶ Ultio posset argui sic: frustra in natura ponunt̄ plura sī oīa possunt saluari p pauciora: sed oīa que apparēt in hoīb⁹ ⁊ ceteris aīalibus possunt saluari per vnicā aīam in vnico supposito: vt apparebit sī rōnes aliorū possunt solui: igitur non sunt plures anime in eodem.

¶ Nunc igitur soluende sunt ratiões

¶ Et est notandū q̄ dicte species representatiue sensibiliū que tamē sunt insensibiles aliquando per attributionē nominātur nominib⁹ illorū sensibiliū q̄ representāt: et ita dicim⁹ esse colorē realē: scilicet in pariete: et esse colorē spirituale: scilicet in aere: tñ nō est ppria locutio quādo illā speciē coloris vocam⁹ colorē: sicut nec esset ppria locutio si lumē vocarem⁹ lucē. ¶ Et debetis scire q̄ talis differētia est inter colores reales et colores spirituales: vt ita loquamur: q̄ inter colores reales est contrarietas et incōpossibilitas: vbi grā: albedo et nigredo sic cōtrariātur q̄ impossibile est in eodem subiecto esse simul albedinē et nigredinē saltē intensas: sed colores spūales .i. species colorū scilicet representatiue colorū: nō habēt inter se hmōi cōtrarietatē: imo simul in eodē subiecto et scd̄m eandē partē eius quātitatiuā stāt intēse species albedinis et nigredinis. ¶ [illegible] inter hmōi esse reale et esse spūale assignant alias differentias que nō omnino sunt vere. dicūt enim q̄dam q̄ forma sensibilis realis nō est tota in toto subiecto suo sed aliqua pars in aliqua pte. Spūalis autē est tota in toto subiecto suo. vnde ppter hoc vbicunq̄ in hac domo tu fueris tu videbis totā albedinē illi⁹ parietis: quod nō esset nisi ibi esset tota species illi⁹ albedinis. Tamē hec differētia nō est omnino vera: q̄: species coloris in isto aere habet extēsionē sicut color habet extensionē in pariete et ideo in aliqua parte huius aeris

est aliqua pars huius speciei: propter quod ꝙ obstaculum pōt impediri vel corrūpi species existens in aere iuxta te remanēte specie in aere iuxta me: tñ differentia p̄dicta hꝫ quādā veritatē ad istū sensum ꝙ in qualibet parte quantitatiua medij in qua multiplicat̄ species obiecti sensibilis est species siue pars speciei sufficiens ad rep̄sentandū totū obiectū sensibile: et hoc est quia totū obiectū sensibile secūdum qualibet partem eius agebat ad causandū speciē in qualibet parte medij: ita ꝙ dextra pars coloris nō solū agit speciē suam in dextra parte aeris: sed in qualibet: ideo in qualibet parte aeris est spēs rep̄sentatiua tot⁹ coloris. ¶ Alij ponūt differentiā per instantaneā vel non instantaneā generationē forme sensibilis: secūdū esse reale non habet instantaneā generationē: sed secūdū esse spūale habet instantaneā generationem. ꝛ hec differentia nō est vniuersaliter vera: qꝛ licet concederetur de lumine et de coloribus: tamen non concederetur de sono nec forte de odoribus nec de speciebus qualitatum tangibilium. ¶ Alij ponunt aliam differentiam: scilicet ꝙ forma q̄tum ad esse reale non depēdet in conseruari ab agēte suo: ꝛ ideo agente corrupto adhuc manet color in pariete ꝛ lux in lucido: sꝫ species spirituales dependent in conseruari ab agente suo: ita ꝙ remoto agēte statim pereunt. Sed adhuc ista differentia non est vniuersaliter concedenda: quia q̄uis hoc concederet̄ de lumine ꝛ luce: vel etiam de specie coloris et colorati: tamē non concederetur de sono: quia postq̄ desicit sonus realis in aere fracto adhuc multiplicatur ꝛ durat sonus spiritualis siue species soni: et etiā licet species coloris ꝛ lucis non habeant in aere permanentiā et ita etiam nulla est ratio cogēs ad cōcedendū ꝙ species odoris ꝛ saporis statim desinant ad remotionem odoriferi vel sapidi: et ideo magna est dissimilitudo inter species coloris vel lucis et species aliorum sensibilium: quoniā species coloris et lucis non impediuntur a vento nec mouent̄ cū subiectis suis ꝓpter instantaneam earū generationē et earū depēdentiam ab obiectis in conseruari: species autem aliorū sensibilium bene mouentur cum subiectis suis: ideo a ventis prohibetur earum multiplicatio. Et secūdū ista dicta potestis videre ꝙ rationes prius facte possunt solui et procedunt vijs suis.

Questio .XXIII.



Queritur vigesimotertio vtrū tactus sit vnus sensus an plures. arguitur ꝙ sit vnus et non plures: qꝛ si esset plures sensus: vl' hoc esset ex parte anime vel ex parte corporis: sed nō potest dici ꝙ ex parte aīe: quia anima sensitiua est in eode animali vna ꝛ nō plures: nec pōt dici ꝙ sit plures ex parte corporis: quia quocūq3 organo corporeo percipim⁹ calidum et frigidum eodem percipimus humidum ꝛ siccum: ideo respectu omnium tangibiliū est idem organum tactus ideo ex parte organi corporei nō est ponendum ꝙ tactus sit plures sensus. ¶ Item: si tact⁹ esset plures sensus seq̄ret̄ ꝙ essent plures sensus exteriores q̄ quinq3: sed consequēs est contra Aristotelē in litera dicentem ꝙ nō sit alius sensus preter quinq3 ꝛc. ꝛ cōsequentia manifesta est: qꝛ preter tactū sunt alij quattuor sensus exteriores: ideo si tactus non esset tm̄ vnus: sed duo: vel tres: sensus essent non quinq3 tātū: sed sex vel septē. ¶ Item. ab oībus ponitur visus esse vnus sensus: ergo etiā tactus ponendus est vnus sensus: cōsequentia ex hoc patet: qꝛ ita bene ipsius visus

sicut ipsius tact⁹ sunt diuersa organa ꝛ diuersa obiecta: dico diuersa organa: vt duo oculi: ꝛ diuersa obiecta vt lux ꝛ color: cum enim lux sit qualitas celestis ꝛ color qualitas materialis videt̄ ꝙ magis differant abinuicē q̄ calidū: frigidū: humidū: ꝛ siccū: ideo si cōsideremus ex parte obiectorum non magis videtur esse tact⁹ plures sensus q̄ visus. ¶ Itē. si tact⁹ poneretur plures sensus: hoc est ꝓpterea qꝛ est ꝑceptiu⁹ plurium contrarietatū: vt videt̄ velle Aristoteles: sed propter hoc non est illud dicēdum: qꝛ sicut dicit Aristoteles auditus qui est vnicus sensus est ꝑceptiuus in voce plurū ꝯtrarietatū: percipit eñ in ea graue ꝛ acutū magnū et paruū: raucū ꝛ clarū. ꝛ etiā si ꝓpter cōtrarietates plures ponerētur sensus plures: tunc tactus non solū esset duo sensus. immo esset quinq3 vel sex: q̄d tamē nō poneret Aristoteles: qꝛ tactus nō solū percipit duas ꝯtrarietates calidū frigidū: humidū ꝛ siccū: immo multo plures: qꝛ ꝑcipit graue ꝛ leue: asperum et lene: durū ꝛ molle. ¶ Itē. sensus tact⁹ non poneretur plures nisi ꝓpter pluralitatē obiectorū: sed ꝓpter hoc nō debet poni plures: qꝛ q̄uis visus sit vnū tamē percipit plura obiecta diuersa et specie ꝛ genere. vt album et nigrum: colorem ꝛ lucem: figuram ꝛ magnitudinem: et multa alia: igitur.

Oppositum videtur esse de intentione Aristotelis ꝛ ꝯmentatoris. Primo respondendum est de virtute sermonis ꝙ omnis sensus tact⁹ est vnus sensus: sicut oīs hō est vn⁹ homo: ꝛ oīs lapis est vn⁹ lapis: immo omne ens est vnū: vt pꝫ. iiij. methaphysice. ꝛ tamē hoc non obstante pōt cōcedi ꝙ sensus tact⁹ est plures: sicut vn⁹ lapis est plures lapides: eo ꝙ totum est sue partes. Unde si capiamus sensum tact⁹ in equo expāsum ꝑ totū corp⁹ equi vel per aliquam magnā partē eius: ille est quātitatiue diuisibilis in duas medietates quarū q̄libꝫ pōt dici sensus tactus: qꝛ pōt sentire tāgibilia: ideo vnus sensus tact⁹ pōt cōcedi eē plures sensus tactus. sed hoc non in[illegible] q̄rere qꝛ nec de hoc loquebat̄ Aristote. in litera: sed q̄stio est vtrū est vn⁹ sensus quo possum⁹ oēs qualitates tangibiles sentire: ita ꝙ sit idē sensus quo sentim⁹ calidū ꝛ frigidū ꝛ q̄ sentim⁹ humidū ꝛ siccū. Et ad hoc r̄ndetur cōiter: ꝙ est vn⁹ sensus materialiter: qꝛ in eodē subiecto ꝛ sm̄ eandem partem quantitatiuā ipsius inuenit̄ sensus iudicans de calido ꝛ frigido ꝛ etiā sensus iudicās de humido ꝛ sicco: ideo illi sensus sunt materialr̄. i. subiectiue vnū sicut essent albedo ꝛ dulcedo: et hoc est ad istū sensuꝫ: ꝙ ipsoꝝ est idē subiectū. ¶ Secundo dicit̄ cōiter: ꝙ nō est idē sensus formalr̄ q̄ sentimus calidū ꝛ frigidū/ ꝛ quo sentim⁹ humidū ꝛ siccuꝫ: qꝛ vn⁹ sensus nō dꝫ esse plurū ꝯtrarietatū: sed solum vni⁹: nisi ita sit ꝙ in sentiēdo vna ꝯtrarietas reducat̄ in aliā: sꝫ sensus tactus est plurū ꝯtrarietatū quarum nulla reducit̄ in aliā: sentim⁹ eñ humidū ꝛ siccū non rōne calidi ꝛ frigidi: ꝛ sentim⁹ calidū ꝛ frigidū nō ratione humidi ꝛ sicci: ꝛ vtrāq3 harū ꝯtrarietatū sentimus tactu. ¶ Sꝫ adhuc magis determinādo q̄stionē possum⁹ ponere tales ꝯclusiōes. ꝑma est: ꝙ si hoc nomē sensus ꝛ etiā hec noīa tact⁹ ꝛ visus supponant ꝓ aīa vel ꝓ parte aīe: tūc eodē sensu sentim⁹ oēs spēs tangibiliū. Nō eñ est alia aīa in te qua sentis calidū ꝛ frigidū: ꝛ qua sentis humidū ꝛ siccū. ¶ Scd̄a conclusio est: ꝙ si hoc nomē sensus vel tactus supponat ꝓ substātia corporea subiecta aīe sensitiue vel etiam si supponat ꝓ ꝯposito substantiali ex aīa ꝛ corpe sibi subiecto adhuc est idē sensus quo tu sentis calidum ꝛ frigidū ꝛ quo tu sentis humidū et siccū: quoniā in corpore animato [illegible] eandem partem quantitatiuā [illegible] non debemus ponere aliud ꝛ aliud subiectum [illegible]

nale ipsius anime: nec aliud et aliud compositum substantiale ex anima: et tamē secundū eandē partē quantitatiuā in sentis calidū: frigidū: humidū: et siccum. ¶ Ultima conclusio ponitur: q si hoc nomen sensus vel tactus supponat pro qualitatiua dispositione secūdum quam siue ratione cuius organū est innatum [illegible] non esset idem sensus quo sentiremus calidū et frigidum: et quo sentiremus humidū et siccum. Et eodem modo etiam diceremus q non esset idē sensus quo sentimus dicta sensibilia si hoc nomen sensus poneretur supponere pro aggregato ex anima et corpore: et huiusmodi qualitatiua dispositione: et hoc est: q sicut requiritur certa dispositio qualitatiua ad recipiendum [illegible] ad speciēs saporis: propter quod alia parte organica videmus [illegible] etiam propter duas cōtrarietas circa tactū non inuicem reducibiles debet concedi q scdm aliam dispositionem qualitatiuā recipimus speciem calidi vel frigidi et eorum sensationē: et secundum aliam recipimus species humidi et sicci et eorum sensationes. ¶ Unde est imaginandū q organū est cognoscitiuū calidi et frigidi vel etiam receptiuū suarum specierū ea ratione q in eo est pportio media calidi et frigidi: et est cognoscitiuum humidi et sicci inquantū in eo est pportio media humidi et sicci: nec est eadē qualitas consistens in proportione media calidi et frigidi et consistens in proportione media humidi et sicci: q̄uis illa sint simul in eodem subiecto: sicut albedo et dulcedo sunt distincte qualitates existentes simul in eodem lacte.

Tunc ad rationes. Ad primā: conclusum est q ad sensum de quo querimus tactus non est pluruficatus ratione anime: nec ratione corporis qđ est substantia subiecta anime: nec ratione compositi ex ambobus: sed est diuersificatus ratione qualitatiuarum dispositionū per quas organū est susceptiuū specierū sensibiliū. ¶ Ad aliā: dicit cōmētator q Aristoteles in numerādo quinqꝫ sensus posuit tactum tanq̄ vnum: q consuetū est ponere ipsum vnū vel propter vnitatem substātialē organi sui: q̄uis sit plurificatus modo predicto. ¶ Ad aliā: conceditur q vnus est visus quo sentim⁹ omnia visibilia: et non sequitur q ita sit de tactu: nec valet quod dicebatur: visus erat perceptiuus ita diuersorū sicut tactus: scilicet coloris et lucis. Respondetur: q lux et color inmutādo visum magis conueniunt q̄ calidum et humidum: eo q color in modo videndi reducitur ad lucem: non enim videtur sine lumine quod est species lucis: sed in modo sentiendi: nec calidum reducitur ad humidū: immo sunt ibi ꝯtrarietates plures quarum neutra in modo sentiendi reducitur ad alteram. ¶ Ad aliā: dico q auditus non est perceptiuus nisi vnius prime cōtrarietatis: scilicet acuti et grauis in voce: et si sit perceptiuus aliarum contrarietatū hoc est secundū reductionē ad istam: non enim percipit magnitudinē vel paruitatem vocis: nisi prout hec coniuncta sunt cum acuto et graui in voce: quando etiā dicitur q tactus percipit plures contrarietates q̄ duas scilicet graue et leue: durum et molle: dicendū est q ille qualitates percipiunt p modum sensibilium cōmunium scilicet ratione magnitudinis et situs partiū tam organi q̄ obiecti: et hoc nō facit ad diuersificationē sensuum: cū hoc sit omni sensui commune. ¶ Ad aliam: dico q non quelibet multitudo obiectorum facit ad diuersificationē sensuum: contraria namqꝫ circa idem obiectū nata sunt fieri: ideo etiam in eodem sensu nata sunt cognosci: si [illegible] plura quorum vnum per alterū cognoscitur vel quorum vnum in alterum reducitur in suo modo cognoscendi: non arguitur inde diuersitas sensuū nec etiam per ea que modo sensibilium cōmunium cognoscuntur: quia reductio eorum est ad magnitudinē et situm in partibus organi: quod est omni sensui commune sicut dicebatur.

Questio.XXIIII.



Queritur vtrum sensibile positum supra sensum faciat sensationem: hoc est dictu vtrum sensibile positum in organo sensitiuo vel immediate supra organū sensitiuū sentiatur. Arguitur q sic: q agēs naturale quanto est propinquius [illegible] tanto magis potest agere: sed obiectum sensibile est agens naturale ad ipsam sensationē: et sensus ad hoc est passiuus: igitur quanto obiectū est magis propinquum sensui tanto magis debet fieri sensatio. ¶ Item lumē est sensibile a visu vt dicit Aristoteles: et tamen lumē diffundit se vsqꝫ ad organū visus scilicet vsqꝫ in oculū: ergo visibile positū super visum sentitur siue videtur. ¶ Item si gladio abscindatur neruus tu senties intēse: et tamē erit ibi sensibile positum supra organū sensus: cum neruus dicat esse organum tactus: ad quem tamen attingit gladius. ¶ Itē cum infirmitas siue egritudo sit per totū corpus expansa: et per carnē et per neruos: tamen sentimus dolorē infirmitatis: igitur sensibile positum supra sensum. etc. ¶ Item sepe nullo sono exteriori facto intra aurem [illegible] sonū quasi cornu: et ille sonus est alicubi realiter: et nō alibi q̄ in organo audit⁹: igit. ¶ Item aliquando [illegible] tus: tamen videtur scintillare: ita q ibi quedā claritas apparet: et illa non est lux exterior: ideo oportet q sit lux propria organi: et sic sensibile positū in organo sensus sentitur: igitur.

Oppositum dicūt sepe Aristoteles et commētator. ¶ Prima cōclusio breuiter ponēda est: q nunq̄ sensibile sentitur nisi in organo sensus ponatur illud sensibile vel species eius: q non sentitur sensibile per hoc q aliqđ exeat a sensu: q absurdum esset quando videm⁹ astra q aliquid exeat a visu vsqꝫ ad [illegible] recipit aliquid ab ipso sensibili: et illud vel est ipsummet sensibile: vel aliqua species representās ipsum: igitur non sentim⁹ nisi per receptionē sensibilis vel eius speciei in sensum siue in organū sensus. ¶ Alia cōclusio: q sensibile positū immediate supra sensum: scilicet in organo sensitiuo: nō facit sensationē: et hoc probatur per inductionē experimentalē. primo de visu: q colorem pupille oculi tui tu nō vides: immo etiā nec colorem palpebre: et si tu credis videre lumē tu nō vides: sed vides lucē cui⁹ lumē est species representatiua. vñ simile est sicut qñ respicis ad speculū: apparet tibi q videas imaginē existētē i speculo qđ est falsum: q in speculo non est talis imago: sed tu vides teipsū: tñ q [illegible] a speculo [illegible] ad oculū tuū viā rectā a speculo: ideo visus iudicat illud qđ videt esse in speculo: qđ tñ nō est ita. modo cōsimile est de luce et lumine: cū enī lumē rep̄sentans lucē solis multiplicat ad oculū meū: nō p viā rectā: sed p reflexionē ab ipso pariete: apparet mihi q illud lumē vel illa claritas quā video sit in pariete et nō est ita: immo est in sole [illegible]

dasti aliquā odoriferā: ita ꝙ fumalis euaporatio realiter attingat ad organū tui olfactꝰ: tu nō amplius sentires illū odorē: ideo si comedisti allia non sentires illa in te: et tamen si non comedisses et socius tuus comedisset tu intense sentires. Similiter inducit de gustu: qr tu nō sentis saporē lingue tue. Similiter inducitur de tactu: qr tu nō sentis qualitatem organi tui: si enim fueris in bona dispositione: quāuis in corpore tuo p totum sit expansus calor et humiditas: tu hoc non sentis: et sicut alias dicebat quando primo intras balneū tu sentis aquā valde calidā: sed postq̄ fueris ibi pro tēpore tu nihil aut modicū sentis illā caliditatē: quod non est nisi qr organū tactꝰ est iam realiter calefactū: et non solū habet spiritualiter speciem caliditatis: et ob hoc etiā dicūt chirurgici se sepe esse expertos ꝙ ossa et nerui nō senciunt: qr experti sunt si os aut neruus denudatū fuerit vel denudatꝰ a carne non sentiet puncturam vel incisionē: et hoc est quia secundū veritatem nerui sunt sensitiui et sunt vera organa sensus tactus: sed indigent certo medio ad sentiendū: scilicet carne: propter hoc ꝙ sensibile positū immediate supra organum non facit sensationē. Et sic credendū est de sono et de auditu: qd enim inuenitur cōmune omnibꝰ aliis sensibus debet cōcedi de auditu: si non appareat ratio rabilis causa ad contrariū. et credo ꝙ causa veritatis huius conclusionis est: qr tali modo debēt fieri sensationes ꝙ inde nō destruatur organū: modo sepe organum destrueretur si oporteret sensibile coniungi organo scdm esse reale: si eni valde intēsa caliditas esset intra organū tactus destructa esset proportio qualitatū necessaria ad sensum tactꝰ: et etiā cū organa nō sint sine qualitatibꝰ sensibilibꝰ etiā realibꝰ: est enim p totū corpus calor realis: et sapor realis p totā linguā: ideo si realis positio sensibilis sup sensum faceret sensationem tūc semp sentiremꝰ huiōi qualitates organorum nostrorū per qd impedirētur sensationes aliorū exteriorum: idcirco natura ordinauit ꝙ sic nō fiāt sensationes sed per receptionē spiritualē sensibilium.

¶ Tunc respondendū est ad rationes

Ad primā: concedo ꝙ agens naturale agit in sibi propinquū prius q̄ in sibi remotū: sed nō nisi formā quā est natū agere et illud ppinquū recipere: modo nullū sensibile est innatū agere in sibi ppinquū immediate nisi suā speciem et non suā sensationē: qr non est innatum agere sensationē nisi mediante specie spirituali.

¶ Ad aliā rationē dictū est prius ꝙ lumē non videtur [illegible] lux vel lumen [illegible] ¶ [illegible] de gladio incidente neruū: dico. q̄ primū attingit neruū nō sentitur ab illa parte nerui quā attingit: tamē ab alia parte nerui remotiore inter quā et gladiū est caro media sentitur percussio siue lesio: et eodē modo dicēdū est de infirmitate. vnde infirmitas possit esse ita alterās organa sensitiua ꝙ ipsa nō sentiretur. et ꝙ homo esset sine sensu et motu: sed quādo p infirmitatē superabūdat in aliquibus partibꝰ corporis qualitates tangibiles: tunc prope sunt nerui ad quos nō pertigit realiter illa qualitas: sed spiritualiter per carnē mediā: et tūc sentimus illam infirmitatē et dolemus. ¶ Ad aliam de sono in auribus: credendū est ꝙ verū organū auditꝰ bene est intra caput iuxta cerebrū et in aure ante illud organū sunt tortuositates aere exteriore replete: in quo aere potest esse [illegible] realis eo ꝙ ille aer vel ppter animam siccitatē organi vel ppter motū spirituū mouetur aliqualiter et sonat: sed ille sonꝰ non puenit realiter ad verū organū: sed solū spiritualiter qr aliter non audiret.

¶ Ad vltimā rationē respōdetur in libro de sensu et sensato: ꝙ oculꝰ habet exteriꝰ leuitatē a qua lumē est innatū refrāgi: vnde valde leue faciliter et bene potest refrangere paruū lumē: quādo igitur oculꝰ violente cōprimitur: tūc vna parua pars eleuatur super aliā: et tunc lumē modicū ab illa parte eleuata potest refrāgi super aliā partē et multiplicari super eā spiritualiter et tunc videt lux quasi per modū scintillationis cūꝰ lumen paruū refrangitur a parte eleuata: licet non lux que est in oculo realiter.

Questio. XXV.



Vaeritur vtrum sunt tantū quinq sensus exteriores. Et arguit ꝙ sunt plures qr tactus est duplex: sicut videt velle Aristoteles: et sunt alii quattuor: ergo sunt sex. ¶ Itē. Aristoteles distiguit de visu in capitulo de sensu cōmuni tanq ponens duplicē visum: si igit est duplex: cum sunt alii quattuor sensus vt prius sequitur ꝙ erunt sex. Et iste due rationes cōfirmātur: qr vnus sensus nō debet esse nisi vnius sensibilis [illegible] vnius contrarietatis vt accipitur scdo huiꝰ: sed tam visus q̄ tactus sunt plurium contrariorū: scilicet tactus: calidi et frigidi: et cū hoc humidi et sicci: visus etiā albi et nigri et cum hoc luminis et tenebrarū et sicut pluriū cōtrarietatum sic etiā sunt pluriū generū sensibiliū: diuerse enim contrarietates sunt diuersorū generū: saltē [illegible] rū: ergo tā visus q̄ tactus est plures sensus. ¶ Itē. non sunt idem sensus mei et sensus tui: et tamen [illegible] quinq: et tu quinq: ergo sunt decē et non solū quinq. ¶ Itē. sunt plures secundū numerū q̄ quinq [illegible] q̄ quinq: probatio: qr sensus idem est qd potētia sensitiua: et potentia sensitiua est idē quod aīa: ideo tot sunt sensus secundū speciē quot sunt anime sensitiue secūdum speciem: sed sunt longe plures q̄ quinq: qm aliarū specierum sunt aīa equi: aīa bouis: aīa asini: et sic de aliis speciebus animaliū. Postea secundū genus non sunt quinq sed vnū tantū: quoniā omniū sensuū est idē genus: scz ille terminꝰ sensus: ergo nullo modo potest dici ꝙ sunt quinq sensus et nō plures. ¶ [illegible] vnde distiguātur isti: si enim ex parte obiectorū distinguantur: tunc erunt multo plures q̄ quinq: obiecta enim sensibilia sunt multo plura secūdum speciem q̄ quinq. et si distinguātur ex parte anime tūc in vno animali non erit nisi vnus sensus: vt in me vel in te: qm in me est vnica anima sensitiua: et si distiguātur ex parte organorū corporeorū: tunc oēs sensus erūt sensus tactus: quoniā omne mēbrū in nobis est organū tactus: quia p singula mēbra percipimꝰ qualitates tāgibiles: ideo nullus sensus distingueret a tactu: et sic nō essent quinq. ¶ Itē. cōstat ꝙ in lingua ponimꝰ vnū sensum propriū lingue: scilicet gustū: eo ꝙ per linguam sentimus sapores quos p nullam aliā partē corporis sentimus: ergo simili ratione in mēbris genitalibus ponimus quendā aliū sensum sic propriū: scilicet quia per membra genitalia sentimus qualitates feminū quas per nullum aliud membrū sentimus: qd ex hoc patet: quoniā sensu huiusmodi delectamur solū per illa mēbra: ideo p̄ter quinq sensus quos Aristoteles ponit est ponēdus sextꝰ illis mēbris ppxius. Et ita etiā argueretur de stomacho: stomachꝰ enim sentit famem: et sentit sitim et alia mēbra nō sentiūt: ergo in stomacho est sensus ppxius preter illos quinq qui in aliis membris inueniūtur. ¶ Item. piscis habet sensum p quem prosequitur a longe alimentū non visum: quia experimur ꝙ huiusmodi alimentū determinate prosequitur et inuenit: et ille sensus non est tactus neq gustꝰ: quia

per illos nõ sentimus a longe: nec est visus: quia ponebamus illud alimentũ non videri a pisce quando incipit ipsum prosequi et querere: nec est auditus: quia illud alimentũ est sibi sine sono: nec est olfactus: quia sicut auctoritate Aristotelis sensatio per olfactum requirit inspirationem prout in nobis experimur: et pisces communiter neque inspirant neque respirant: ideo sensum olfactus nõ habent: sequitur ergo q habent sensum septimum seu sensum alium ab istis quinque.

Oppositum determinat Aristoteles.

Ista questio nõ querit nisi de sensibus exterioribus qui nõ dicũtur exteriores ex eo q sint situati in superficie corporis exteriori: quia visus nõ est in extremitate pupille vt dicit Aristoteles: in de sensu et sensato: et tactus etiã est intus in neruis: sed isti sensus dicũtur exteriores ex eo q immutantur a sensibilibus exterioribus nullo alio sensu mediãte. sensus aũt interiores vocarentur: que si immutarent a sensibilib⁹ exterioribus tñ hoc est mediantib⁹ aliis sensibus prius immutatis. ¶ Tũc dico breuiter q sunt solũ quinque sensus exteriores: ad istũ sensum: q sub hoc genere sensus exterior cõtinẽtur quinque species ꝓ se supponẽtes pro omnib⁹ sensibus exteriorib⁹: et preter illas sub illo genere nõ continenẽ alie species que nõ coincidãt cũ illis vel cum aliqua earũ in significando: et ille quinque species sunt visus olfactus tactus et gust⁹. s. hec nomina. et nõ est vis ad presens virũ hoc nomen vel hec species tactus possit diuidi in duas species secundũ duas contrarietates primorum tangibiliũ: quia si sic diuidatur resultabunt sex sensus secundum speciem: quando autem dicimus solum esse quinque sensus nos accipimus hoc nomen tactus ꝓ vnico membro. ¶ Tunc probatur dicta conclusio secundum Aristotelem sic: predictos quinque sensus habemus et non plures: et nullus sensus nobis deficit: ergo quinque sunt et non plures q̃ quinque: maior est manifesta: et minorẽ declarat Aristoteles [illegible] vel ex parte mediorum: vel ex parte organorũ: per sufficientem diuisionem [illegible] non ex parte obiectorũ sensibiliũ: quia nulla aĩalia videm⁹ prosequi alimenta sua nisi secundum qualitates quas sumus nati percipere vel ꝑ colores aut lumẽ vel per sonos vel ꝑ odores: vel ꝑ sapores: vel per qualitates tangibiles: ideo nulla sunt sensibilia que nos nõ sumus nati sentire: per cõsequens ratiõe sensibiliũ nihil deficit nobis ¶ Cõtra hoc obijcitur: quia dicit Aristoteles q simpliciter calidũ vel simpliciter frigidũ non sentimus. Et sic etiam q nõ sentim⁹ omes odores sed solũ intensos quos cũ leticia vel tristicia sentimus: ideo non oĩa sensibilia sum⁹ nati sentire. ¶ Ad primã dicendum q omnes qualitates tangibiles possum⁹ sentire [illegible] eque calidã habemus manũ sinistram et dextram: id quod nõ sentimus manu dextra ꝓpter similitudinem illud sentimus manu sinistra et econuerso: vel etiã eadẽ manu quod nunc nõ sentimus ꝓpter similitudinẽ bene sentiremus si man⁹ nostra fuerit alterata. Ad aliã instantiã que erat de odoribus dicendũ est q nos per capim⁹ bene oẽs species odoris percipimus eis contrarios odores et medios: sed verũ est q ꝓpter ineptitudinem organi olfactus in nobis nos non percipimus in aliqua specie odoris nisi odores intensos: modo ꝓpter diuersitatẽ in eadẽ specie inter intensos et remissos nõ est ponẽdus alius sensus secundũ speciem: sed solum melior vel peior dispositio organi: ideo non potest dici q ratiõe sensibiliũ deficiunt nobis alique species sensuum. Deinde etiã dico q non est nobis defectus ex parte mediorum: quia medium intraneũ habemus in gustu et tactu: et medium extraneum: vt aerem aut aquam: in visu: auditu: et olfactu. Ultimo nõ potest dici q nobis sit defectus ex parte organorum: quia ex omni complectione conueniẽte animatis habemus organa: habemus enim organum aque a dommo [illegible] in auditu: ignis autem si sit multe intensionis nõ potest nobis fieri organum neque aliis viuentibus quia destruit vitã: sed ignis id est calor remissus et proportionatus qui potest viuentibus conuenire inuenitur in nobis et in omnibus organis nostris. terra etiam si habeat organũ proprium a domino non habet nisi organum tactus aut gustus. nerui enim qui sunt organa tact⁹ sunt terrestres: a domino ergo nullus sensus nobis deficit nec ex parte sensibilium: nec ex parte mediorum: neque etiam ex parte organorum. et sic propositum est conclusum.

Tunc ad rationes Ad primã dictum

est q omnes sensus tactus siue sint plures secundum speciem siue non: enumeramus pro vno mẽbro ponẽdo quinque sensus: et si enumeretur duplex tactus pro duobus mẽbris: tunc cõcedendi essent sex sensus exteriores. ¶ Ad aliam dico q Aristoteles per duplicem visum intendebat vnum sensum exteriorem et alium interiorem scilicet sensum cõmunem de quo postea dicemus. ¶ Ad aliam rationẽ dictum fuit alias quando quesitum fuit de vnitate tactus. ¶ Ad aliam: concedo q nostri sensus sint valde multi secundum numerum: sed sunt quinque secundũ speciem: ad sensum prius expositum. ¶ Ad aliam: dico q licet hec nomina sensus et aĩa pro eodem supponant: tamen habent alias connotationes et sunt diuersorũ predicamentorũ: hoc nomen anima est forte nomen absolutum et hoc nomẽ sensus est nomen relatiuum dictum ad actum per modum potentie: non enim aliud significat sensus q̃ potentia ad sentiendum: ideo non oportet q species huius generis sensus sint species huius termini anima. ¶ Ad aliam. potest dici q sensuum distinctio non est intrinsece ex obiectis: potest tamen argui ex obiectis [illegible] sed distinctio [illegible] est ex diuersa dispositione qualitatum organorum: nec propter hoc sequitur q omnis sensus sit tactus: quia licet in eodem membro sit tactus cum visu vel gustu tamen secundum aliam et aliam dispositionem qualitatum oculus videt et tangit: et secundum aliam et aliã lingua gustat et tangit. ¶ Ad aliam: respondetur q membra genitalia et stomachus non sentiunt nisi ꝑ sensum tactus: tamen in eis est quedã ꝓportio qualitatum tangibilium que nõ est in aliis membris propter quã proportionẽ aliqua tangibilia sunt eis delectabilia [illegible] calidum vel siccum [illegible] grauat et cõtristat stomachum: ꝓpter quod stomachus appetit cibum et potũ ad sui humectationem et refrigerationem. et sic mẽbra genitalia in semine sibi proportionato delectantur et non alia membra que non habent cõplectionem in tali ꝓportiõe. ¶ Ad vltimam: respondet Aristoteles q piscis habet olfactum: quia per odores prosequit alimentũ: nec oportet q omnis olfactus sit ꝑ respirationẽ sed hoc solũ oportet in aĩalibus habentibus organum olfactus coopertum vt ꝑ respirationẽ discooperiatur: sicut etiã aĩalia habẽtia palpebras indigẽt retractiõe palpebrarũ ad vidẽdũ: modo piscis sicut nõ habet oculos coopertos ita nec organum olfactus: et sic ad vidẽdũ nõ indiget aliqua apertione oculorum nec indiget ad olfaciẽdum respiratione.

Questio.XXVI.



Væritur Vtrum preter sensus exteriores necesse sit ponere aliquem sensum communem. Arguitur ꝙ nõ: quia vel hoc esset propter sensibilia communia: vel propter sensibilia propria: vel saltem propter sensibilia per accidẽs cum non sint plura sensibilia: sed hoc nõ est propter sensibilia ppria: nec propter cõmunia: quia illa sufficienter cognoscimus p sensus exteriores: nec propter sensibilia p accidens: quia illa etiã sunt cognoscibilia per sensus exteriores: licet non per se: sed per hoc ꝙ coniuncta sunt sensibilibus proprijs sensuum exteriorũ igitur nulla est necessitas ponendi sensum alium preter exteriores. ¶ Itẽ: non posset rationabiliter assignari organum talis sensus: quia maxime videtur ꝙ deberet esse in cerebro: sed in cerebro poni non potest: quia si poneret talis sensus cõis ille deberet esse copulat⁹ ad singulos sensus exteriores: vt videt velle Aristoteles: modo cerebrum nõ est copulatũ ad pedes: in quib⁹ tñ sensus tactus inuenit. ¶ Item: si esset talis sensus cõis ille esset perceptiuus omnium sensibilium propriorum vt vult aristoteles. sed hoc videtur falsum: quia sicut dicit Aristoteles omnis sensus vnus debet esse solum vnius contrarietatis et vnius generis sensibilis: ideo ille non esset vnus sensus si esset perceptiuus omnium huiusmodi sensibilium propriorum. Et etiam alia cõplexio organi requiritur ad recipiendum species colorum et alia ad recipiendum species sonorum vel saporum: ideo non potest esse aliquis vnus sensus receptiuus huiusmodi specierũ: et sic non est ponendus talis vnus sensus communis.


¶ Oppositum determinat Aristoteles. Dico primo ꝙ preter sensus exteriores necesse est ponere alium sensum interiorem quem vocamus cõmunem: quia non immutatur a sensibilibus exterioribus nisi mediante alio sensu exteriori primo immutato. Et ista conclusio scilicet de necessitate ponẽdi talẽ sensum potest pbari quattuor rationibus. ¶ Prima ratio est: quia sensus exterior nõ est perceptiuus sui act⁹ vt suppono ad presens: et tñ aliqñ pcipimus illos act⁹. Tu enim manifeste iudicas non solũ ꝙ hoc est album vel nigrũ: vel ꝙ hec vox est acuta vel grauis: sed etiã iudicas te hoc videre vel audire: ergo necesse est ponere sensum interiorẽ pcipientẽ et iudicantẽ act⁹ sensuũ exteriorum. ¶ Secunda ratio est: quia sensus exterior nihil cognoscit vel iudicat in absentia sensibilis: quia nõ est reseruatiuus specierum. Vnde valde modico tempore et sine specie nihil cognosceret: vel iudicaret: sed in absentia sensibilium nos iudicamus de ipsis sensibilibus tam priuatiue q̃ positiue: igitur preter sensus exteriores ponẽdus est alter sensus q̃ in absentia sensibilium cognoscat et iudicet de eis. Maior huius rationis declaratur: primo p iudiciũ priuatiuũ: quia de nocte in camera iudicamus esse tenebras cum tamen tunc visus exterior nihil percipiat: et sic etiam iudicamus esse silentium quando auditus exterior nullam habet sensationem per quã possit iudicare: et iste modus iudicãdi est per sensum interiorem qui habebat cognoscere actum sensus exterioris: ideo etiã poterat cognoscere ꝙ sensus exterior non sit in actu: et sic quando percipit visum exteriorem oculis apertis non moueri ad actum iudicat esse tenebras: et quando percipit auditum exteriorem auribus apertis non moueri ad actum iudicat esse silentium. Illa minor etiã principalis rationis declaratur: quia oculis clausis vel cum sunt tenebre apprehendimus montes et valles et astra: et formamus in nobis diuersa fantasmata: et ibi non solũ est reseruatio specierum sed etiam cognitio et actualis apprehensio ipsorum sensibilium: cum tñ non sint sensibilia presentia: igitur. ¶ Tertia ratio est: quia in sompno clausis sensibus exterioribus apparent nobis sensibilia ac si essent in prospectu nostro: cum simpliciter hoc non fit per sensus exteriores: eo ꝙ sunt clausi: sequit ꝙ hoc ẽ per aliũ sensum interiorẽ et sic habetur propositum.

¶ Quarta ratio est: quia de sensibilibus diuersorum sensuum exteriorũ cõponimus et diuidimus ponendo inter ea cõuenientiã et differentiam. iudicamus enim ꝙ hoc album est dulce et si homo vocat canem et canis eũ videat iudicabit ꝙ ille quem videt est vocans eum et ibit ad ipsum: modo hoc iudicium nõ potest fieri p aliquem sensum exteriorem nec p plures sensus exteriores si non sit alius sensus communis: quia visus nihil cognoscit de vocatione sed solũ auditus: ideo non potest iudicare ꝙ ille sit vocans. et ita etiam auditus non iudicat de pprio visibili nec ambo sensus simul componerent vel diuiderent ppria sua sensibilia: quia ponens conuenientiã vel differentiam inter aliqua oportet ꝙ cognoscat ambo illa. vnde sicut bñ dicit Aristoteles si tu cognosceres album solum: et ego nigrum solum nec aliquis nostrum nec ambo possemus ponere conuenientiam vel differentiam inter album et nigrum: oportet enim ꝙ sit eadem virtus formans actum compositiuũ vel diuisiuũ: quem formare non põt si non apprehendat vtrumque extremorum. Et sic ergo [illegible] concluditur conclusio proposita a principio. ¶ Scđo potest addi ꝙ ille sensus communis est vnus sensus. habens vnum organum ad quod organum terminantur et copulantur organa sensuum exteriorum: aliter non perciperet omnes actus sensuum exteriorum nec poneret differẽtiam vel conueniẽtiam inter obiecta eorum. Et vt magis appareat quomodo hoc sit verum debetis notare ꝙ ad sensum tria principaliter et intrinsece concurrunt. Primum est anima sensitiua que est principalis forma corporis et organi sensitiui: et rõne cuius sensus communis bene est vnus cum illa sit vna in vno animali et eiusdẽ rationis p totum corpus: anima etiam est simplex forma sic ꝙ non composita ex partibus diuersarum rationũ. Secũ quod requirit ẽ materia organi: ratione cuius etiam sensus põt dici vn⁹ quia materia in totali corpore animalis est vna indiuisa et non habens partes diuersarum rationum. Tertium quod requiritur est dispositio qualitatiua organi que in diuersis mẽbris est diuersa et propter cuius solius diuersitatem dicuntur mẽbra et organa diuersa. Vñ ppter huiusmodi diuersitatem dicuntur organa sensuum exteriorum diuersa et etiam sensus exterior est diuersus. Et imaginandum est etiam ꝙ s̃m ad huiusmodi qualitatiuas dispositiones sensus cõmunis est vnus in se et diuersus a sensibus exterioribus. Debetis tñ notare ꝙ de ista vnitate dicit Aristoteles ꝙ ille sensus communis est vnus et indiuisus scđm numerum et scđm locũ: tñ est diuisus siue partificatus secũdũ eẽ: hoc est dictu ꝙ sm aliã et aliã rationẽ ipse est pceptiuus audibilium et visibiliũ et sic de sensibilibus aliorum sensuum: quia inquantũ organũ visus terminatur siue copulatur ad ipsum: ipse est pceptiuus visibilium. et sic de alijs sensibus et sensibilibus.

¶ Tunc ad rationes. Ad primam dico ꝙ propter sensibilia tam communia q̃ propria ponitur sensus communis ad percipiẽdum ea in absentia ipsorum et ad comparandum ea vt dictũ fuit. ¶ Ad aliam: respondẽt aliqui ꝙ organũ sensus communis est in anteriori parte cerebri. Aristoteles tñ in pluribus

libris naturalibus ponit sensum cōmunem habere organū suum proprium in corde: modo omnia membra habent [illegible] spiritus vitales. et signū magnū est q in corde vigeat sensus cōis: quia si aliquis atrociter tangeretur in pede siue in manu et si habeat apostema i pede vel in manu qd tangatur vt sit dolor acutus: omnes communiter dicunt puncturam esse vsq ad cor: et q sentitur dolor ipse versus situ3 cordis non versus sitū cerebri. ¶ Ad vltimam dicendum est q illa verba Aristotelis: vnus sensus est vnius contrarietatis: debent intelligi de sensibus exterioribus: et verū est: qz in illis sensibus exterioribus non est complexio vna conueniēs ad receptionem omnium specierum sensibiliu3 sed alia et alia ad receptionem aliarum et aliarum specierum. in sensibus tamen interioribus est complexio subtilior et nobilior que est sufficiens ad receptiones oīm huiōi spērum.

Questio.XXVII.



Væritur vtrum in homine sint ponende quatuor virtutes sensitiue interiores: sensus [illegible] fantasia [illegible] et memoratiua. Arguitur q [illegible] ponende primo per Aristotelem qui nunq videtur posuisse sensum cōem nisi fantasiā et memoratiuā. ¶ Et [illegible] dicunt in cerebro esse tres cellulas et non plures. et videtur q quilibet sensus interior debet habere vnam cellulam pro organo suo: immo videt q virtutes sensitiue interiores sunt ponende solum tres. ¶ Iterum. pter sensum communem videtur superfluere alia cognoscitiua: eo q sensus cōis est virtus superior et potest in omnes apprehensiones in quas possunt virtutes interiores et adhuc in plures: et ideo possumus dicere q per sensum communem apprehendimus quicquid citra intellectum possumus comprehendere vltra sensus exteriores. Ideo frustra poneretur alia virtus cognoscitiua inter sensum cōmunem et interiorem.

¶ Et hoc confirmatur q: si [illegible] ad componendum et ad diuidendum inter diuersa sensibilia aut ad iudicandum de actibus ipsorum sensuum aut ad eliciendum intentionem non sensatam ex sensatis: sicut ouis ex colore et motu lupi elicit intentionē inimicitie: et fugit ab eo: sed propter nullum istorum oportet ponere nisi sensum cōmunem: quod patet. Sēsus communis potest componere et diuidere: cum ille sm Aristotelem ponat differentias et conuenientias inter sensibilia diuersorum sensuum exteriorum. Similiter ille est perceptiuus actuum sensuum exteriorum. vt videtur velle Aristoteles. et est etiam rationabile q ipse posset elicere intentiones non sensatas: et hoc a sensibus exterioribus: quia aliter non posset multum [illegible] virtutis superioris: eo q semper superior debet plus posse: igitur videtur esse superfluum ponere vlteriorē virtutem cognoscitiuam saltem citra intellectum.

¶ Item [illegible] duas cognoscitiuas: scilicet sensum communem et cogitatiuam: et duas reseruatiuas: scilicet fantasiam et memoratiuam [illegible] tanto quia non repugnat cognoscitiuis reseruare: vt patet primo de intellectu qui est cognoscitiuus: et tamen reseruantur in eo habitus intellectuales. Et idem etia3 patet de sensibus exterioribus: qui licet sint cognoscitiui: tamen possunt aliquo tempore reseruare species sensibilium: vt alias dicebatur de visu: ergo non sunt tot ponende. ¶ Iterum [illegible] preter cognoscitiuas: videtur q debeat vna sufficere: sicut enim idem sensus sc3 sensus cōmunis percipit sensibilia [illegible] ita eadem reseruatiua potest reseruare species [illegible] sensibilium: quod solet dici pertinere ad fantasiam: et intensiones actuum: quod solet dici pertinere ad memoratiuam [illegible] ¶ Deinde arguitur q sunt plures: quia preter quatuor predictas solet poni estimatiua et etiam imaginatiua: et semper Aristoteles in libro de memoria et reminiscentia distinguit memoratiuam et reminiscitiua3 dicens: q communiter bene memoratiui sunt male reminiscitiui: et econuerso: et sic reminiscentia erit quinta virtus interior.

Oppositum determinat commentator Auicenna et Albertus magnus et plures alij expositores in hoc libro et in paruis naturalibus [illegible] questio est valde difficilis [illegible] aliqua probabilia recitare dicta ab alijs. Primo igitur cum visa fuerit necessitas ponendi sensum communem seu aliquam virtutem cognoscitiuam tunc est videnda necessitas ponendi fantasiam vel memoratiuam: et etiam cogitatiuam distinctam a sensu cōmuni. ¶ Et ad hoc dicendum est q preter sensum communem aut omnem virtutem cognoscitiuam oportet ponere aliam virtutem nō cognoscitiuam que sit reseruatiua specierum sensibiliū. quod ex hoc patet: quia desinentibus actibus cognoscendi: vt qn bene dormimus: adhuc oportet in nobis remanere species sensibilium: quia aliter nunq possemus illa sensibilia apprehendere nisi [illegible] quia tunc per [illegible] di ergo preter cognoscitiuas virtutes oportet ponere reseruatiuam non cognoscitiuam: et talem dicunt auctores esse fantasiam que alio nomine vocatur imaginatiua: quia reseruat imagines seu similitudines rerū sensibilium. ¶ Deinde oportet videre quare necesse sit ponere plures virtutes cognoscitiuas ita q nō sufficiat sensus cōmunis. et de hoc dicunt Auicenna et cōmentator etiam Albertus magnus: q sensus cōmunis solum [illegible] sensuum exteriorum: ideo oportet ponere aliam virtute3 que eliciat alias intentiones non sensatas vt intentionem amicitie vel inimicitie conuenientie vel disconuenientie: et dicunt hoc pertinere ad cogitatiuam seu estimatiuam. Unde hec duo nomina ponūtur tanq synonyma nisi q magis vtimur hoc nomine cogitatiua in hominibus et magis hoc nomine estimatiua in brutis. Dicunt etiā vltra: q sensus communis solum apprehendit per modum presentis ac si res sit in conspectu nostro. Estimatiua autem vel cogitatiua apprehendit per modum preteriti aut futuri iudicando q in tali loco erat cibus. sic enim bruta mouentur ad loca in quibus alias inuenerunt cibos et potus: et ita apprehendis te hoc aut illa vidisse vel audiuisse. Qz autem hec pertineant ad duas virtutes diuersas persuadet quia communiter in somnijs apprehendimus res solum tanq presentes et quasi in cōspectu nostro existentes: et hoc pro tanto esse videtur q sensus communis citius et facilius absoluitur a ligamento somni


ꝙ virtus cogitatiua: ideo tunc per sensum cōem iudicamus et nihil adhuc per cogitatiuā: ꝓpter quod solum iudicam⁹ per modū presentis tantum. Aliquando non sola sensus communis sed cum hoc etiam virtus cogitatiua absoluitur ab huiusmodi ligamento: et tunc aliquando sompniamus cum rememoratione preteritorum: immo tūc aliqñ sompniamus syllogisando circa vniuersalia quod pertinet ad intellectum: scilicet quia virtus cogitatiua que immediate deseruit intellectui absoluta est a ligamento. ¶ Postea videndum est quare sunt ponende due reseruatiue ad quod ipsi dicunt ꝙ fantasia ponitur correspōdere sensui cōmuni et memoratiua cogitatiue: et differunt in reseruando: quia fantasia sola reseruat species seu imagines rerum sensibilium et per modū presentis quasi res essent in cōspectu nostro: et ideo per hunc modum sepius sompniam⁹ quia illa fantasia cito absoluitur a ligamento somni: sed memoratiua non solum reseruat illas species: sed etiam reseruat intentiones actuum cognoscendi et cū differentijs temporum. Unde per cogitatiuam tu potes iudicare non solum ꝙ hoc est album aut currens et non solum ꝙ tu vidisti hoc vel audiuisti: sed ꝙ tali tempore vidisti et alio tempore audiuisti: et hoc nō fit solū per intellectum: quia bruta sic de preteritis distincte rememorantur propter quod reuertuntur ad loca vbi alias fuerūt determinate. ¶ Et confirmatur ꝙ dicte virtutes reseruatiue sint abinuicem distincte et habeant distincta organa: quia experimur ꝙ lesi in anteriori parte cerebri amittunt imaginatiuam: lesi vero ī parte posteriori amittunt memoratiuam remanente bona imaginatione: propter quam imaginationem non desinunt esse subtiles: licet desinant bene memorari.

¶ Et debetis scire ꝙ iste quatuor virtutes communiter ab auctoribus sic ordinantur. Cōmētator et Aristoteles ponunt sensum communem in corde et fantasiam in prima cellula seu in anteriori parte cerebri et cogitatiuā in medio et memoratiuam ī posteriori parte cerebri. Auicenna autem et multi alij ponūt sensum communem et fantasiam in prima cellula cerebri sed sensum communem in anteriori parte illius cellule et fantasiam in posteriori parte eiusdem cellule. Sed qui tenent istam considerationem ipsi possent respondere ad rationes. ¶ Ad primam diceretur ꝙ Aristoteles aliquando nomine fantasie vtitur pro virtute reseruatiua et aliquando pro virtute cognoscitiua scilicet pro cogitatiua et sic reuertuntur ad ea que dicta sunt. ¶ Ad aliam de anatomia cerebri: potest dici ꝙ sensus cōis non habet organū propriū in cerebro: sed in corde: scilicet hoc in eadem cellula cum fantasia: licet in alia parte ipsius. ¶ Ad aliā dicitur ꝙ non superfluit virtus cogitatiua vltra sensum communem propter ea que dicta sunt in positione licet enim sensus communis pl⁹ possit ꝙ̄ exteriores quia cognoscit actus eorum: tamē adhuc cogitatiua plus potest: quia elicit intentiones non sensatas. ¶ Ad aliam conceditur ꝙ sunt due cognoscitiue et due reseruatiue propter causam prius assignatam. Et quando tu dicis ꝙ cognoscitiua potest reseruare vt intellectus et visus. Dico primo de intellectu: ꝙ non est inconueniens ꝙ reseruet speciem: sed visus non reseruat sine actuali cognitione: quia sensus in cognoscendo actu indiget ministerio sensus. hec autem non possunt dici de virtutibus sensitiuis immo cognoscitiua non indiget ad cognoscendum habere speciem: quia si reseruaret ipsam semper actu cognosceret. ¶ Ad aliam potest dici ꝙ non sufficit vna reseruatiua propter causas que dicte fuerunt.

His visis respondendum est ad rationes. ¶ Ad primã: dico ꝙ non sequitur si intellectus est perpetuus ꝙ homo est perpetuus. quia potest desinere esse homo per separationem partium eius adinuicem ꝗuis ille sint perpetue: nec ille syllogismus qui videbatur esse expositorius est bonus: quia non bene concludit: sed debet concludi ꝙ homo est plures res perpetue. ¶ Ad aliam: dico ꝙ nullo modo sequitur ꝙ intellectus humani sunt infiniti: quia secundum fidem negaremus eternitatem mundi a parte ante: ⁊ si sine fide procederemus per rationes naturales: id est pure habentes ortum ex sensibus: nos non poneremus intellectum perpetuum a parte post. ideo nullo modo sequitur ꝙ intellectus sint infiniti. ¶ Ad aliam conceditur ꝙ intellectus humanus non precedit tempore corpus humanum: ideo concessimus eum non esse perpetuum a parte ante. ¶ Ad aliam: dicendum est ꝙ sicut non per rationem naturalem sed per fidem ponimus intellectum manere post mortem: ita fide concedimus intellectum post mortem intelligere: non modo per quem ante intelligebat: scilicet per receptionem eius a fantasmatibus: sed alio modo quo deus voluntarie ⁊ supernaturaliter vult: ideo non manet ociosus. ¶ Ad aliam: dicendum est ꝙ Aristoteles ꝑ intellectum passiuum intendebat virtutem sensitiuã interiorem: scilicet virtutem cogitatiuam quantũ ad dispositiones corporales quas requirit ad exercitiũ sui operis: sed intellectus qui est forma substantialis hominis nõ est corporalis neqꝫ passiuus passiue corruptiuus sicut ante dicebatur.

Quęstio.VI.



Veritur vtrum intellectus possibilis sit pura potentia ita ꝙ non sit aliquis actus sicut neqꝫ prima materia. Arguitur ꝙ sic: per Aristotelem qui dicit ꝙ ipse nullam habet naturam nisi naturam potentie. ℂ Item: dicit Aristoteles ꝙ intellectus possibilis est in omnia posse fieri ⁊ hoc est esse purum passiuū sicut est prima materia: ideo tale est pura potentia sicut prima materia. ℂ Item: omne simplex vel est actus vel potentia pura: sed intellectus possibilis est simplex et indiuisibilis vt communiter conceditur: et tamen ipse non est actus purus: quoniam actui puro repugnat pati et recipere vt vult commentator in de substantia orbis: igitur intellectus possibilis est pura potentia. ℂ Item omnis actus habet actiue aliquam operationem. Sicut enim potentie est pati ita actus est agere: vt habetur ex tertio physicorum: sed intellectus possibilis non habet actiue aliquam operationem: quia tunc non indigeremus intellectu agēte preter possibilem: quod est contra determinationem Aristotelis. ℂ Item commentator videtur ponere ꝙ anima intellectiua humana sit composita substantialiter ex intellectu possibili ⁊ intellectu agente: ideo oportet ꝙ intellectus possibilis sit pura potentia et non actus: quoniam aliter anima nostra intellectiua non esset aliquid vnum per se: eo ꝙ ex pluribus in actu non fit vnū per se vt habetur ex septimo metaphysice.

Oppositū arguitur: quia intellectus est anima humana. ⁊ omnis anima est actus corporis physici: vt patet per communem diffinitionem anime ergo intellectus possibilis est actus ⁊ non pura potentia. ℂ Item: si intellectus possibilis esset pura potentia sequeretur ꝙ non differret a prima materia: modo consequens est falsum: vt omnes concedunt: ⁊ probatur consequentia per hoc dicitur septimo metaphysice ꝙ actus distinguit ⁊ non potentia: ita ꝙ res distincte distinguuntur: non per potētias: sed per actus. Est enim bene eadem potentia oppositorum si ergo tam intellectus possibilis ꝙ̄ prima materia sint pura potentia non habebimus vnde distinguantur abinuicem. ℂ Item: idem significat actus ⁊ perfectio: ideo omnis perfectio debet dici actus et non pura potentia: sed intellectus humanus est quedam perfectio: aliter non posset dici perfectior ꝙ̄ ipsa prima materia igitur ℂ Item secundum dicta primo intellectus possibilis informat corpus humanum ⁊ omne informans alterum dicitur eius actus: igitur.


ℂ Videtur mihi ꝙ ista quæstio nō habet magnam difficultatem nisi ex multiplicitate horum nominum actus ⁊ potentia: ideo hec nomina distinguenda sunt. Et est sciendum vt habetur nono metaphysice ꝙ hec nomina actus ⁊ potentia dicunt̄ adinuicem correlatiue: ideo quot modis dicitur vnum tot modis dicitur reliquum. Dicamus igitur ꝙ actus primo modo est rem esse: ⁊ potentia est rem nō esse: cū tamen non repugnēt sibi esse. istum enim modum actus ⁊ potentie ponunt expresse Aristoteles ⁊ commētator nono metaphysice: ⁊ secundum istum primū modum dicendum est: ꝙ intellectus possibilis est actus immo etiam materia prima dicitur actus: quia ipsa est ⁊ isto modo antichristus non est actus nec in actu sed est pura potentia. Secūdo modo actus dicitur quod inheret alteri tanꝙ̄ forma eius substantialis vel accidentalis: ⁊ potentia correspondens dicitur illud cui hec forma inheret: et compositum ex eis dicitur mactū. et secundum istum modū diceretur ꝙ materia prima est pura potentia: ⁊ nullo modo est actus: quia nulli inheret: immo ipsa est primum subiectum cui alia inherēt. Etiam diceretur ꝙ isto modo substantia celi non diceretur actus nec in actu: quia nulli inheret: et sic non est forma alicuius nec etiam compositum ex forma ⁊ subiecto: immo est substantia simplex que tamen substantia dicitur isto secundo modo potentia in ordine ad motū ⁊ alia accidentia celi: quia subiicitur et illa ipsi inherent. sed de intellectu possibili quantū ad istum modum actus ⁊ potentie diceremus secundum dicta primo ꝙ ipse respectu corporis humani est actus: quia inherens et ⁊ informans ipsum: ⁊ est potētia in ordine ad species intelligibiles ⁊ actus intelligendi: quia potest talia recipere ⁊ possunt ipsi inherere: tamen commentator diceret intellectum possibilē isto modo non esse actum: quia ipsum nō inherere corpori: ⁊ per consequēs nulli inherere. Tertio modo actus dicitur operatio in respectu operantis vel potentis operari siue actiue siue passiue: ⁊ operans vel potens operari dicitur potentia in ordine ad operationem: scilicet potentia actiua: si sit operans actiue: ⁊ potentia passiua si sit operans passiue: si enim deus est prima potētia scꝫ actiua: ⁊ materia prima esset prima potentia passiua: ⁊ tunc posset dici ꝙ intellectus possibilis non debet dici actus: quia non est operatio: sꝫ mereretur dici potētia: quia est natus operari vel actiue vel passiue: nisi ꝙ isto mō tam intellectus possibilis ꝙ̄ prima materia vel quecunqꝫ alia res a deo potest dici actus isto modo in ordine ad deū: ⁊ deus in ordine ad omnia alia posset dici potentia: quia imaginandum est ꝙ omnino res alia a deo sit ipsius operatio: quia dependet ab ipso in esse suo sicut lumen depēdet a corpore lucido. Sicut enim remoto corpore lucido statim remoueretur lumen: ita remota vel circumscripta actione siue conseruatione dei super aliquam rem aliam statim illa res adnihilaretur. ⁊ isto modo dicimus deum omnipotentem: videlicet quia est potentia actiua immo agens et conseruans omnia alia. Sed iste tertius modus potentie subdiuiditur: quia in respectu alicuius operationis dicitur aliquando operans de facto et dicitur aliquando non operans de facto sed potens operari: ⁊ tunc potentiam actiuam vel potentiam dicimus aliquando esse in actu secundo: scilicet quando de facto est operans: ⁊ aliꝗ quando dicimus illam non esse in actu secundo: sed in pura potentia in ordine ad actum secundum. scꝫ quando non est de facto operans. Et forte ꝙ isto modo intendit Aristoteles: videlicet: ꝙ intellectus possibilis antequam intelligat siue recipiat species intelligibiles dicit̄ in pura potentia in ordine ad intellectiones: et sic nullam naturam habet nisi ꝙ possibilis est vocatus. tunc enim nondū operatur de facto: scilicet intelligendo: sed solum pōt operari. Adhuc quarto modo agens vel actiuum dicitur actus respectu patientis vel passiui: et patiens vel passiuum dicitur respectu eius potentia. et isto modo dicimus deum actum purum et nullam habere potentiam: quia est actiuus et nullo modo passiuus: et sic econuerso dicimus primam materiam esse puram potentiam: quia passiua est et nullo modo actiua: isto modo intellectus possibilis in ordine ad corpus humanum dicitur et actus et potentia. Dicitur enim potentia: quia a corpore humano vel a virtutibus corporeis potest pati et recipere species intelligibiles. Dicitur etiam actus quia potest agere in corpus nutriendo ipsum. quod patet: quia anima vegetatiua agit in corpus nutriendo ipsum

⁊ augmentando ipsum: modo nos ponimus q in homine idem est anima intellectiua ⁊ anima vegetatiua. Et dato q anima intellectiua esset distincta ab anima vegetatiua ⁊ sensitiua: tamen adhuc intellectiua posset mouere corpus per actum intelligendi et volendi vt patet ex tertio libro huius. Et sic ex istis haben⁹ quibus modis intellectus possibilis debeat dici actus vel potentia.

¶ Respondendum est ad rationes.

Ad primam: concederetur q intellectus possibilis potest dici pura potentia in respectu specierum intelligibilium et actuum intelligendi: accipiendo potentiam pro subiecto cui alterum inheret: ⁊ illa nullam naturam habet nisi q est possibilis vocatus: tamē non obstante hoc: esset actus respectu corporis cui inheret. Et eodem modo glosatur alia authoritas: intellect⁹ enim possibilis anteq̄ intelligat dicitur in posse omnia fieri: id est in posse recipere omnes species intelli[illegible] ¶ Ad [illegible] dicendum est q res simplex potest dici et actus et potentia diuerso modo: aut eodem modo respectu diuersorum. ¶ Ad aliam: concedo: q accipiendo actum et potentiam: modo quarto omnis actus habet: actiue aliquā operationem: et dico etiam q intellectus possibilis sic bene est actus: quia habet actiue aliquam operationē non tamen anteq̄ intelligat: saltem ea ratione qua dicitur intellectus: sed sicut dictum est per actum intelligendi et volendi potest agere in corpus et mouere ipsum. ¶ Ad vltimam: concedo q opinio cōmentatoris nō sit vera de intellectu possibili inquantum posuit ipsum non inherere corpori: nec credo q anima intellectiua sit substantialiter composita: immo credo q sit substantia simplex. Quomodo autem distinguatur intellectus agens a possibili videbitur post.

Questio.VII.



Vęritur: Vtrum necesse est esse intellectum agentem ad hoc q homo intelligat. Arguitur q non: quia ad hoc q homo sentiat nō ponitur sensus agens: scilicet preter sensibile ⁊ preter sensum passiuum qui est receptiuus specierum sensibilium: igitur similiter ad intelligendum non est ponendus intellectus agens preter intelligibile ⁊ intellectum possibilem qui est receptiuus specierum intelligibilium. ¶ Item: si poneretur intellectus agēs ille esset nobilior intellectu possibili: vt dicit Aristoteles: ⁊ per consequens differens ab intellectu possibili: ideo sequit̄ q aīa esset substantialiter cōposita ex illis duabus substantiis: scꝫ ex intellectu agenti ⁊ possibili: sꝫ istud consequens videtur esse falsum q2 anima nostra est forma corporis hūani: ⁊ forma debet simplex esse vt dicit auctor sex principiorꝫ: ⁊ anima nostra si esset sic composita non esset aliquod per se vnum: quia esset composita ex pluribus in actu ⁊ sic homo non esset aliquod vnum per se: quod est inconueniens. ¶ Item intellectus possibilis est natus pati a fantasmatibus recipiendo ab eis species intelligibiles: et fantasmata sunt innata agere in intellectum possibilē ⁊ sunt sei sufficienter approximata in nobis: modo positis actiuo ⁊ passiuo sufficienter adinuicem approximatis debet sequi actio absq3 indigē-tia alterius: ideo videtur q ad intellectionem formandam in nobis sufficiant fantasmata cum intellectu possibili: ideo nō oportet vltra ponere intellectum agentem. ¶ Et confirmatur: frustra ponerentur plura si totum posset saluari per pauciora: sed per fantasmata cum intellectu possibili potest totum saluari ergo frustra [illegible] intellectus agens. Maior declaratur: quia fantasmata se habent ad intellectum possibilem sicut sensibilia conuenienter approximata sensui faciunt sensationem: ideo ita poterimus dicere q fantasmata conuenienter approximata intellectui faciunt intellectionem: ideo per ea et intellectū possibilem totum potest saluari. ¶ Item certum est q ad intellectionem concurrunt actiue fantasmata: si ergo cum eis ponas aliud agens scilicet intellectum agentem: tunc ad intellectionem concurrerent per se illa duo agentia: ⁊ oporteret q sint naturaliter subordinata in agendo: ita q vnum illorum agat in reliquū ergo oportebit vel q fantasmata agant in intellectum agentem: ⁊ sic ille non differt a possibili: vel intellectus agens agat in fantasmata: ⁊ non posset dari modus per quem ageret in illa: igitur incōueniens est ponere huiusmodi duo agentia. ¶ Item: inquirendo de natura illius intellectus agentis diceremus q si ponatur intellectus agens oportebit q ipse sit anima nostra vel pars anime nostre: quoniam si esset separatus a nobis ipse non subesset nostre voluntati: ideo non esset in potestate nostra considerare et componere et diuidere per intellectum quando vellemus: cuius tamen oppositum experimur. Tunc ex quo ille intellectus agens esset anima nostra vel pars eius nos vltra quereremus vtrum ille esset cognoscens an non: et si diceretur q nihil cognosceret: hoc esset absurdum quia tunc non deberet vocari intellectus: tūc etiam non esset nobilior intellectu possibili: quia non cognoscens non est nobilius cognoscente: modo hoc est contra Aristotelem qui dicit ipsum esse nobiliorem. Si autem ponamus q ille intellectus agens sit cognoscens: hoc erit altero duorum modorum: scilicet: vel quia actu semper erit cognoscens per seipsum vel quia erit aliquando cognoscens ⁊ aliquando non: si ponatur primo modo: tunc sequitur q per illum semper actu cognosceremus: ex quo ille erit anima nostra: tamen experimur hoc esse falsum. Si vero dicatur q ille sit aliquando cognoscens ⁊ aliquando non: tunc oportet q fiat cognoscens ab obiecto: ⁊ tunc illud nō erit aliud q̄ intellectus possibilis ideo preter intellectum possibilem non oportet ponere alium.


Oppositum determinat Aristoteles

in tertio huius. Et dicit q ille intellectus agens est inseparabilis ⁊ impassibilis et immixtus et substantia actus existens et honorabilior patiente. Pono breuiter aliquas conclusiones. ¶ Prima est q necesse est intellectum agentem esse alium ab intellectu possibili humano: quia necesse est deum esse: ⁊ ille est intellectus agens: quia de⁹ oīa alia a se agit ⁊ actiue conseruat: ⁊ non agit nisi p intellectum ⁊ voluntatem: vt habetur duodecimo metaphysice: ideo deus maxime proprie dicitur intellectus agēs. ¶ Secunda cōclusio: ad intellectionem formandam in intellectu nostro possibili necesse est actiue concurrere quendam intellectum agentem: ⁊ hoc probatur primo: quia necesse est deum actiue ad hoc concurrere: omnia enim agentia sunt ipsi deo essentialiter subordinata et in essendo ⁊ in agendo: ideo nulla est actio ad quam non concurrat deus actiue: immo principalius q̄ alia agētia: propter quod dicit auctor de causis q prima causa scilicet ipse deus plus est influens in effectum

ꝙ causa secunda. Et confirmatur dicta cõclusio: si ad formandam intellectionem in nobis non concurreret actiue aliquis intellectus etiam preter nostrum intellectum possibilem: tunc sequeretur ꝙ esset dare aliquod factum absq; faciente nobiliori eo consequens est falsum: igitur falsitas consequentis patet ex hoc quia effectus non habet principaliter nobilitatem nisi ab efficientibus suis: ideo oportet efficiens esse nobilius: eo ꝙ nullum agens potest virtute propria sola dare plus ꝙ habeat: ideo in non potest producere effectum nobiliorem se: sed consequentia principalis probatur: quia sicut habetur septimo metaphysice: nec forma fit per se scilicet solitarie nec subiectum per se fit: sed illud quod fit tanq; factum totale est compositum ex forma et subiecto: ideo quando de nouo intelligimus: factum totale est compositum ex intellectu nostro possibili et intellectione. Modo non potest assignari agẽs nobilius isto composito nisi concurreret actiue aliquis intellectus agens et sine dubio ille est intellectus diuinus. ¶ Tertia conclusio: ꝙ ad actus intelligendi nostros formãdos necesse est concurrere actiue aliquem intellectum etiam preter deum: quia intelligendo possumus componere et discurrere et diuidere: et ad hoc faciẽdũ oportet dare agens determinans ad sic componendum aut diuidendum: ideo illud agens sic determinans nõ est fantasma: quia eodem existente fantasmate possumus componere et possumus diuidere: ideo fantasma non determinat nos ad alterum istorum. nec etiam illud agens determinans est intellectus diuinus: quoniam ille est vniuersaliter agens: cuius actio non determinatur vel specificatur naturaliter in istis inferioribus nisi per agentia diuersa particularia: ideo preter fantasmata et deum est aliud agens determinans: et illud non potest poni nisi intellectus noster qui est anima nostra vel pars anime nostre: propter hoc enim est in nostra voluntate sic aut sic componere vel diuidere ¶ Ex dictis finaliter concluditur: ꝙ ad intellectiões nostras formandas concurrat duplex intellectus agens vnus sicut agens vniuersale scilicet deus et alter sicut agens particulare et determinans: et ille est intellectus humanus. ¶ Sed tunc queritur quare hoc fiet: et vtrum ille intellectus agens sit realiter distinctus ab intellectu humano an nõ: et ego credo ꝙ non: immo ꝙ anima nostra intellectiua est simplex substantia: sed secundum aliam et aliam rationem dicitur intellectus possibilis et intellectus agens. nam secundũ eius substantiam simpliciter sumptam dicitur possibilis: eo ꝙ per suam substantiam innatus est recipere species intelligibiles et omnes intellectiones: sed dicitur intellectus agens secundum ꝙ est aliquo actu primo informatus per quem potest actiue in actum vlteriorem. ¶ Unde debetis imaginari ꝙ intellectus noster se habet pure passiue in recipiendo primitus species intelligibiles ab ipsis fantasmatibus: sed cum fuerit informatus illis speciebus tunc potest ipse per illas species transire in vlteriores actus scilicet intelligendi: quemadmodum graue per actum primum grauitatis quẽ habuit a generante potest ex se transire actiue in actum secundum scilicet in motum deorsum. etiã intellectus informatus primis actibus intelligẽdi potest vltra eos actiue componere et diuidere et cõsequẽter vltra discurrere. Et sic patet ex dictis quõ intellectus agens pertinens ad animam nostram et substãtia actus eius et nobilior intellectus possibili: quia licet sit substantialiter idem intellectus agens et intellectus possibilis: tamen dicitur agens secundum ꝙ actuatus est per species intelligibiles vel actus intelligendi precedentes alios actibus posterioribus et ideo dicitur honorabilior: quia res eadem vt actuata est aliquo actu perficiente ipsam dicitur nobilior ꝙ esset ipsa non actuata.

His visis respondendum est ad rationes. Ad primam: potest dici ꝙ est ponendus sensus agens sicut dictum fuit in secundo libro. ¶ Ad aliam. conceditur ꝙ aliquis intellectus agens scilicet deus est nobilior simpliciter intellectu nostro scilicet possibili: si diuersus ab illo: sed non est in anima intellectus agens distinctus realiter ab intellectu possibili: tamẽ anima nostra eadem secundum aliam et aliam rationem dicitur bene intellectus agens et intellectus possibilis sine compositione substantiali. ¶ Ad aliam: potest dici ꝙ fantasma cum intellectu possibili et vniuersali agente quod est deus bene sufficeret ad formãdum species intelligibiles in intellectu: sed non sufficeret ad vlteriores actus producẽdos: immo ad eos agit intellectus noster modo predicto. ¶ Ad aliam: concedo ꝙ ad nostros actus intelligendi formandos concurrunt plura agentia: scilicet primum quod est deus quod agit et influit in omnia alia: deinde fantasma quod agit in intellectum possibilem: et consequenter intellectus possibilis vt iã informatus speciebus concurrit actiue ad actus vlteriores. ¶ Ultima ratio que inquirebat de natura et conditione intellectus agentis soluta est per positionem.

Questio. VIII.



Queritur. Utrum species intelligibiles differant ab actu intelligendi in intellectu humano: et arguitur ꝙ non: nõ differunt in intellectu diuino ergo non differũt in intellectu humano: tenet consequentia: quia apparet esse eadem ratio quãtũ ad hoc et ãns apparet quia deus omnia intelligit per suam essentiam que nõ est distincta ab ipso. ¶ Et cõfirmatur: quia sicut essentia dei est representatiua omniũ rerum per seipsam nullo alio adueniente: ita species intelligibilis est representatiua oĩm rerum intelligibilium apud intellectum humanum: ergo sicut nec essentie diuine oportet aliquid superaddere ad hoc ꝙ fiat intellectio: ita nec intellectui humano et per consequens species intelligibilis non differt ab actu intelligendi. ¶ Secũdo: intellectio est representatio rei intellecte et species intelligibilis est representatio rei intelligibilis et similitudo ipsius: modo nõ apparet quare tot ponantur representationes si vnica possit sufficere Nam frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora et vnica posset sufficere scilicet species intelligibilis que est similitudo rei intelligende: quia sufficit habere similitudinem rei ad hoc ꝙ fiat intellectio.

Oppositum arguitur. si non: tunc frustra poneretur intellectus agens: sed consequens est falsum: vt patet in precedenti questione: et consequẽtia apparet: quia quando species intelligibilis esset in ipso itellectu: si non esset necessariũ supaddere aliquem actum: tunc statim esset intellectio quando talis species esset presentata intellectui et sic nõ esset indigentia nec necessitas ponendi intellectum agentem. ¶ Primo antiquorum fuit de ista questione nõ solũ ꝙ species intelligibilis esset idẽ cũ actibus intelligendi immo actus intelligendi sunt idem cũ ipsa anima et

cuz hoc habet intellectuales: et probant: frustra fit per plura quod bene potest fieri per pauciora: sed omnia possunt saluari ponendo solummodo animam: igitur frustra ponerentur actus et species. Minor probatur quia sicut baculus propter aliter et aliter se habere aliquando dicitur rectus: aliquando curuus: et non propter hoc quod aliquid ipsi addatur vel auferatur: ita intellectus seipso nihil addendo ipsi per aliter et aliter se habere potest dici aliquando ignorans et aliquando sciens. Sed ista opinio reprobata est per articulum parisiensem et reputata tanquam heretica quantum est de anima humana siue eius scientia. Et non solum dixerunt illud quod dictum est de ipso intellectu: immo negauerunt omne accidens mundi superadditum substantie: et saluabant diuersitates que apparent nobis in substantijs per diuersimode se habere. ¶ Potest tamen ratio contra illos adduci: certum est quod anima intellectiua seipsa non potest a se differre: ergo illi modi quibus anima dicitur se aliter et aliter habere non sunt ipsa anima: tenet consequentia: quia si esset anima sic non differret per illos a seipsa: si ergo sint diuersi sequitur aliqua ipsi anime inherere que non sunt ipsa anima: patet hoc: quia nisi inhererent ipsi anime aliquando: et aliquando [illegible] anima non diceretur se aliter et aliter habere mediantibus illis. ¶ Nec valet ratio quam adduxerunt de figuris: scilicet de baculo curuato et recto: quia duobus contingit modis aliter et aliter denominari.

Uno modo propter aliquam rationem intrinsecam inherentem alicui rei. sicut aqua aliquando dicitur frigida propter frigiditatem inherentem ei: et aliquando dicitur calida. Alio modo ille res aliter denominatur propter aliqua extrinseca: sicut propter motum fortis aliquando dicor illi dexter et aliquando sinister. Istis duobus modis positis contingit rem diuersimode se habere: et non esset possibile rebus extrinsecis et intrinsecis quibuscunque eodem modo se habentibus quod res aliter et aliter denominaretur. ¶ Tunc igitur apparet quod ratio eorum non fuit alicuius valoris quia licet baculus iam dicatur curuus hoc est quia partes continue [illegible] appropinquate et medium per quod distabant ille partes est abbreuiatum: et partes circumferentiales sunt abinuicem elongate: et sic propter huiusmodi variationem licet ille baculus sit habens tales denominationes: est ibi vnus modus per quem possunt aliter et aliter denominari res: quia res extrinsece non eodem modo se habent nec etiam partes eius. Et est simile sicut de domo nam ligna et lapides dicuntur esse domus: et postea ipsis eisdem remanentibus non dicuntur domus: et ista varia denominatio prouenit propter hoc quod ligna et lapides aliter et aliter se habent prius et posterius. Modo quod per istum modum saluandi diuersitates denominationum non posset saluari quod intellectus nunc denominatur sciens et postea ignorans: nunc intelligens et postea [illegible] quia propter res extrinsecas aliter et aliter se habere non oportet quod semper intellectus aliter et aliter debeat dominari saltem istis denominationibus: quia si ille res sint presentes adhuc [illegible] et si sint absentes adhuc [illegible] sint corrupte: Et sic apparet quod propter res diuersimode se habere omni alio circumscripto intellectus non deberet dici intelligens et non intelligens: igitur necessarium est si intellectus debeat aliter et aliter denominari quod hoc fit per aliquas res sibi inherentes si debeat dici intelligens et non intelligens. ¶ Tunc [illegible] est vna conclusio responsalis ad questitum: scilicet quod species intelligibiles [illegible] probatur: species sensibiles differunt ab actibus sentiendi: igitur species intelligibiles differunt ab actu intelligendi: consequentia tenet: quia apparet esse similitudo quo ad hoc et etiam eadem ratio. et antecedens apparet ex intentione Aristotelis in libro de sensu et sensato. Unde probat ibi quattuor rationibus quod species sensibiles scilicet visibiles que sunt in pupilla oculi non sunt ipsa visio.

Per hec. Ad rationes. Ad primam dicitur quod non est idem de intellectu diuino et humano quia intellectus diuinus semper intelligit per suam essentiam: intellectus autem humanus aliquando intelligit et aliquando non. apparet etiam quod per suam essentiam non intelligit: quia si sic: semper posset intelligere: si ergo aliquando intelligit et aliquando non oportet quod hoc fit ratione alicuius alterius: scilicet per species quas aliquando discernit et aliquando non. ¶ Et ad confirmationem de essentia: dico quod verum est: et quando tu dicis species intelligibilis est similitudo rei intelligibilis: conceditur: ergo frustra etc. negatur consequentia: immo oportet intellectiones superaddere: et actum intelligendi: quia multas habemus intellectiones que non sunt similitudines rerum intellectarum: et sic licet species sit similitudo rei tamen non semper intellectio est similitudo rei intellecte verbi gratia sortes hic sedens licet multiplicet speciem suam vsque ad organa tua et vlterius in intellectu tuo que est similitudo ipsius et per quam tu iudicas ipsum esse sortem: tamen alia potest esse intellectio: scilicet iste non est sortes: vel iste sortes est vacca: et illa intellectio non est similitudo rei. et ideo apparet quod vltra species intelligibiles requiritur actus intelligendi ad hoc vt fiat intellectio. etiam vt dictum est satis: non obstat quod ille species sint similitudines rei: quia non oportet quod semper intellectiones siue actus intelligendi sint similitudines rerum intellectarum. ¶ Et eodem modo respondetur ad aliam iuxta illa que dicta sunt: immo dicitur quod non frustra ponuntur species intelligibiles et actus intelligendi: quia licet species intelligibiles sint similitudines rerum intelligendarum: tamen non semper intellectiones sunt similitudines.

Questio. IX.



Ueritur vtrum intellectus noster potest se intelligere. Arguitur quod non: quia sensus non potest se sentire ergo nec intellectus potest se intelligere antecedens patet ex libro de somno et vigilia: et ex secundo huius: et consequentia manifesta est: quia sicut sensus ad sentire ita intellectus ad intelligere. ¶ Item si intellectus intelligeret se sequeretur quod idem indiuisibile pateretur a seipso: et sic esset in actu et in potentia respectu suiipsius: modo hec omnia negat Aristoteles [illegible] sicut [illegible] metaphysice negat quod idem agat in se: vt patet ibidem per diuisionem potentiarum actiuarum et passiuarum. In quarto etiam physicorum et in octauo: negat quod idem moueatur a se nisi secundum vnam partem moueat et secundum aliam moueatur: quod non potest dici de indiuisibili: sed consequentia principalis patet: quia intellectus aliquo modo patitur vel mouetur ab intelligibili: nec intellectus potest se intelligere nisi ageret intellectionem sui in seipso quando sensus vel fantasia non posset eam agere: ideo ageret in se et pateretur a se. ¶ Item intellectus non est fantasiabilis neque sensibilis: sed quod non est fantasiabile non est intelligibile: quia dicit Aristoteles tertio huius necesse est intelligentem quandoque fantasmata speculari igitur. ¶ Item: si posset intelligere se sequeretur quod semper intelligeret se. modo consequens est falsum:

igitur. falsitas consequentis est manifesta: quia quando perfecte dormimus non intelligimus. ⁊ consequentia ꝓbatur: quia intellect⁹ semper est sibi pñs: ⁊ nihil est quod possit ipsum magis presentiare sibi. modo si intelligibile sit sufficienter presentatum intellectui: rationabile est ꝙ intellectus ipsum intelligat: ideo semper intelligeret se. ¶ Item: vel intelligeret se per suã substantiam ⁊ immediate: vel mediãte alio: scilicet sua operatione: sed neutro modo est possibile: igitur. maior nota est ex sufficienti diuisione: minor ꝓbatur: primo non potest dici ꝙ intelligat se per suam substantiã ⁊ immediate: quia tunc semper intelligeret se: quod est falsum. Nec potest dici ꝙ mediante sua operatione: quia videtur ꝙ intellectus non possit suam operationem percipere: eo ꝙ sensus non potest percipere suam: vt videtur velle Aristoteles secundo huius et est simile de intellectu ad intelligere et de sensu ad sentire.

¶ Oppositū vult Aristoteles: & apparet: quia nobis traditur scientia de intellectu quod nõ fieret nisi intelligeret se. ¶ Ponende sunt breuiter alique conclusiones. Prima: intellectus potest intelligere se: ⁊ omnes istam concedunt. Alie conclusiones sũt de modo per quẽ intelligit se. ¶ Et sit secunda cõclusio: intellectus non intelligit se per suam substantiam ⁊ immediate: imo per intellectionẽ sibi additam: quia si intelligeret se per suã substantiaꝫ modo quo dicim⁹ deum ⁊ intelligentias intelligere se: sequeretᷓ ꝙ semꝑ intelligeret se: qꝛ ꝓpter hoc dicimus deum ⁊ ĩtelligentias semper intelligere se sicut habetur. xij. metaphysice modo hoc est falsum: qꝛ si intellectus semper intelligeret se: hoc non lateret nos: cum sit forma existẽs in nobis: ⁊ pars principalior nostri. ¶ Tertia cõclusio: intellectus non intelligit se anteꝗ̃ intelligat aliud a se: quia oportet ipsum intellectum moueri a fantasmatibus si debeat intelligere: ob hoc enim nihil intelligimus quando dormimus. modo nihil primo intelligitur ꝗ̃ illud quod per fantasma intellectui representatur: ⁊ hoc non est intellectus: quia sub fantasma non cadit: igitur intellectus non prius intelligit se ꝗ̃ aliquid aliud: ⁊ istas conclusiones cum sequentibus pono ad remouẽdũ quasdã falsas opiniões. ¶ Quarta cõclusio: qꝛ hõ valde faciliter ĩtellectũ suũ ĩtelligit qꝛ valde faciliter format concept⁹ cões a quibus sumũtur hec noĩa ens vnũ substãtia actiuũ passiuũ corruptibile ꝑpetuũ: ⁊ istis noibus oĩa entia intelligunt. Nec propterea oportet ꝙ valde faciliter aliquis intelligat intellectum suum propter aliam appellationem rationis. ¶ Ultima conclusio potest poni: ꝙ intellectus potest [illegible] vel [illegible] sibi ꝓpriã qꝛ aliter nõ possem⁹ ipsi nomẽ ꝓpriũ imponere nec ipsum [illegible] ⁊ iste modus intelligendi [illegible] est [illegible] ⁊ nõ pot haberi nisi p discursum ⁊ mediante noticia sue opationis: verbi gratia: experimur in nobis quosdam actus: vt ꝙ cognoscimus res vniuersaliter ⁊ cognoscimus res sepatas a materia: ⁊ tũc syllogisando ĩquirim⁹ ꝙ tales act⁹ nõ pñt esse corporis nec virtutis extẽse ad extẽsionẽ corporis: idõ cõcludim⁹ virtutem [illegible] apprehendimus esse nõ corporeã nec extensam: sꝫ indiuisibilẽ ⁊ imaterialẽ: ⁊ sic de aliis cõditionib⁹ p quas sic in nobis fit noticia ꝓpria ĩtellect⁹.

¶ Et per hoc pñt solui faciliter rõnes. Ad primã [illegible] ꝙ sensus [illegible] sensus nõ sentit se: sꝫ in hoc nõ est sile de intellectu: qꝛ sentire est p organũ corporeũ nõ nisi ministerialr. Unquã tum sensus mĩstrat ĩtellectui: nõ dicitur ꝙ virtus ĩcorporea potest reflecti supra se ⁊ supra suã operationes: quod non potest virt⁹ corporea ⁊ extensa. ¶ Ad aliã conceditur ꝙ idẽ nõ agit in se nec patitur a se tali modo ꝙ omnino ⁊ precise sm idẽ agat ⁊ patiat: tñ nullum est incõueniẽs idẽ agere ⁊ pati a se qñ hoc nõ est oĩno ⁊ precise sm idẽ: mõ sic est de intellectu vt pri⁹ dicebatur. intellectus eñ recipit ⁊ patitur secundũ suam naturã precise: sed nõ agit nisi secundũ ꝙ actuatus per speciem intelligibilem vel per aliquẽ alium actum: ita ꝙ illa species intelligibilis vel ille actus quo intellectus primitus est actuatus se habet cum intellectu in ratione agendi actum: modo intellectus secundum se est in ratione patiendi: ⁊ nõ per illũ actũ: idõ nõ oĩno ⁊ precise secũdũ idẽ agit ⁊ patit. ¶ Ad aliã [illegible] est ꝙ multa intelliguntur que nõ sunt sensibilia: ⁊ que nõ cadunt sub phantasiaꝫ: sed hoc est per discursum ex noticia eorum que sub sensum vel fantasiam cadũt et ob hoc dicitur ꝙ oportet intelligentẽ fantasmata speculari. ¶ Ad aliaꝫ: dico ꝙ licet intellectus semper sit sibi presens: tñ hoc non sufficit ad intelligendum se: ⁊ causa est: quia intellectus noster non est sufficiẽtis actiuitatis seu actualitatis ad formandũ actiue aliquẽ actũ intelligendi: nisi ab alio actuet: idõ nõ ĩtelligit se nec aliud donec per fantasmata fuerit actuatus recipiendo species intelligibiles. Unde in hoc differt intellectus noster ab intellectu diuino ⁊ intelligentiarũ quia illi intellectus propter sui sublimitatem sunt sufficientis actualitatis ad actũ intelligendi absqꝫ hoc ꝙ indigeãt ab alio moueri ⁊ actuari: ideo intelligunt per suas substantias sine aliquo addito: qđ nõ potest intellectus noster. ¶ Ad vltimũ: dictũ est ꝙ non intelligit se ĩmediate sed mediate eius operatione quaꝫ in nobis experimur: ⁊ dictum est ꝙ in hoc non est simile de intellectu ⁊ sensu. Et sic deo grãs sit finis huius libri de anima.

Sequitᷓ pua nãlia eiusdẽ magri Joãnis buridani

Iohannis Buridani in librum Aristotelis de sensu & sensato.

Prefatio.

POtentie sensitiue ⁊ potentie vegetatiue ⁊ potentie [illegible] mouentes nõ exercẽt suas operationes sine organo corporeo ⁊ ideo huiusmõi operationes nõ sunt solũ ipsi⁹ anime sed sunt simul aĩe ⁊ corporis: ꝓpter hoc oportet de [illegible] operationibus duplicẽ determinationem. Una enim est determinatio de potẽtiis siue dictis opationibus ⁊ passionib⁹ aĩe ꝑ quãto se tenẽt ex parte aĩe: ⁊ illa traditur ĩ libro de anima [illegible] de potentiis ⁊ operationibus ⁊ passionib⁹ put se tenẽt ex pte corporis: scꝫ quãtũ ad dispositiones corporis q̃s requirunt: ⁊ ista determinatio ptinet ad paruos libros naturales: scꝫ ad illos q̃ sunt de essentia ⁊ integritate sciẽtie naturalis. Unũ si sint alii parui libri illi sunt de bñ esse vel dati sunt ad complemẽtũ aliqrũ in aliis libris determinatorũ. Et isti parui libri quia cõiter determinant de ꝑdictis sine descensu ad determinatas species aĩalũ ⁊ plantarum ideo scdm ordinẽ doctrine precedunt libros de animalib⁹ ⁊ plantis que in speciali determinant de animalibus et plantis. vltra huiusmodi operatiões ⁊ passiões vel.

sunt communes corpori et potentie sensitive: vel sunt cōes potentie vegetative et corpori: vel sunt cōes corpori et potentie [illegible] locum motive. Potentia autem intellectiva nō vtitur organo corporeo nisi ea- dem ratione qua indiget [illegible] [illegible] predicta membra sunt tres ptes pncipales hui⁹ determinationis. ¶ Prima pars determinat de pas- sionibus et operationibus communibus corpori et aīe sensitive prout se tenet ex parte corporis: et ista pars traditur in libro de sensu et sensato in libro de memo- ria et reminiscentia et libro de somno et vigilia. Secun- da pars considerat de operationib⁹ et passionib⁹ com- munib⁹ corpori et anime vegetative: prout se tenet ex parte corporis: et ista pars traditur in libro de longitu- dine et breuitate vite in libro de morte et vita de iuuen- tute et senectute: de respiratione et expiratione. Tertia pars tractat de operationibus et passionib⁹ communi- bus corpori et aīe sm locū motive: et ista pars traditur in libris de progressu animaliū et causis motuū aīaliū et sm ista dicta possumus circa dictos paruos libros vnam questionem mouere.

Questio .I.

Questio est ista. Vtrum preter determinationē libri de anima et librorum de aīalibus et plantis oportet esse aliam deter- minationē de operationib⁹ et pas- sionibus eorum. Arguit primo q̄ nulla debet esse de eis deter- minatio [illegible] quia non est [illegible] prio posteriorū: nō oēs huiōi passiones et operatiões [illegible] ergo de eis nulla debet esse scientia. ¶ Item de contingentibus ad vtrūlibet non est aliqua scientia demonstratiua: sed iste passio- nes et operationes sūt contingētes ad vtrumlibet vt pu- ta dormire vel vigilare sommare vel nō sommare [illegible] ¶ Item istarū passionum et operationum aīa est cā et pncipiū: sed ad eandem scientiam spectat de causis et causatis [illegible] ergo de [illegible] pertinebat ad librum de anima et non ad aliam determinationem [illegible] ¶ Item subiecta huiusmodi operationum et passio- num sunt animalia et plante: et ad eādem scientiam spe- ctat de subiectis et de eorū passionib⁹: ergo de istis spe- ctat ad libros de animalibus et plantis. ¶ Item de passionibus Aristoteles determinat in [illegible] ergo de eis non debet [illegible] ¶ Item [illegible] de sensu et sensato: q: idem est sensibile antequā sentiatur et postea sensatum quando sentitur: sed in libro de ani- ma determinatum est de sensibus et sensibilibus: ergo ibi determinatum est de sensibus et sensatis: et sic vide- tur superfluere [illegible] de sensu et sensato. ¶ Item bona est dubitatio: si sic perfecte determinatum est in libro de anima de [illegible] ab aliis q̄ nō restabat de eis determinare in istis paruis [illegible] [illegible] sensibilibus in ipso libro de aīa. ¶ Etiam est dubita- tio. In libro de generatione [illegible] de ca- liditate: frigiditate: humiditate: et siccitate: que sunt sensibilia [illegible] q̄ nō oportebat de eis aliās paruos libros facere quare ergo non sic etiam fuit determina- tum de aliis qualitatibus sensibilibus. Unde non vi- detur ratio quare ad istos paruos scilicet ad librum de sensu et sensato debeat pertinere de sensibilibus se- cundum visum: gustum et olfactum: et tamen non de sensibilibus secundum tactum vel auditum. ¶ Et ite- rum liber metheororum determinat de qualitatibus secundis: et de passionibus et operationibus que con- sequūtur corpora prout alterata sunt secūdū primas qualitates: modo de numero istarū qualitatū vel pas- sionū sunt colores/sapores/et odores: quare de istis fuit determinarū in libro metheororū: secūdum ergo predicta videtur q̄ determinare de talib⁹ nō pertineat ad istos paruos libros.

Oppositum tamē arguitur p Aristo- telem et expositores eius [illegible] [illegible] libri de aīa: [illegible] [illegible] pertinet ad libros de aīalibus et plantis [illegible] est de eis [illegible] ad potentias et operationes aīe put se tenēt ex pte ipsius aīe: et tra- ditur in libro qui dī de aīa. Alia pars est de aīalibus q̄ntum ad cōmunes passiones ipsorū prout se tenēt ex parte corporis absq̄ descēsu ad determinatas species [illegible] vo- cantur parui libri naturales. Sz tertia pars ē de ipsis aīalibus et plantis in speciali: et ista traditur in libris qui solent vocari libri de aīalibus et de plantis. non est ergo incōueniens q̄ de eisdē rebus determinetur in diuersis libris eiusdē totalis sciētie secundū diuer- sas ratiões earū. vnde predicte tres partes determi- nant de aīalibus [illegible] deranda: et constituūt de ipsis aīalibus vnam totalem et perfectam sciētiam. ¶ Sed specialiter dubitatur [illegible] q̄ qualitates [illegible] sensibiles possunt dupliciter cōsiderari. vnomodo q̄n- tum ad modū sue generationis. Alio modo q̄ntum ad modum immutādi sensum: et si cōsiderentur quātum ad modū immutandi sensū: hoc potest esse dupliciter. vnomodo prout sensus se tenet ex parte anime et sic pertinet ad librū de aīa. Alio modo prout se tenēt ex parte corporis et sic pertinet ad istos paruos libros. sed si ille qualitates cōsiderētur q̄ntum ad modū sue generationis: tunc de quattuor primis qualitatibus pertinet ad librū de generatione: eo q̄ ille prime qua- litates tangibiles sunt principia alterationū generā- tionum et corruptionū corporū naturalium: sed de so- no q̄ntum ad modū sue generationis determinatur in libro de aīa: vel forte pro tanto: quia modus generationis [illegible] per medium [illegible] Sz de coloribus saporibus et odoribus [illegible] q̄ [illegible] spectat ad librū metheororum: sz q̄ntum ad mo- dum sue generationis sicut prius arguebatur. Sz for- te Aristoteles mouebatur ad determinandū de illis in istis paruis libris propter opiniones quorundā an- tiquorū qui crediderunt q̄ huiusmodi qualitates nō haberent esse fixū et determinatū in subiectis in qui- bus apparēt: sed secundum apparentias nostras di- uersificarentur: ita q̄ aliquid non eēt dulce nisi quia ap- paret dulce: nec album nisi q: apparet albū: q: si esset ita: tunc de illis vere et proprie nō pertineret ad istos paruos libros. Secūdū hoc oēs rationes facte facili- ter soluuntur. ¶ Ad primam. dico q̄ oīs sciētia debet esse cōclusionū impossibiliū aliter se habere: et per pre- missas impossibiles aliter se habere exponendo ta- men impossibiles se aliter habere .i. sic existentes ve- ras q̄ non possunt fieri false tamē bene possibile est q̄

res significate p terminos illarum conclusionū et premissarum [illegible] possibiles aliter se habere et possunt non esse. e eodē modo dicitur ad primā rationem. scientia enim nō est cōclusionū cōtingentiū .i. possibiliū verificari e falsificari: sed est conclusionū necessariarum [illegible] tamē q possibile est q res significate p terminos illarum conclusionum contingat e esse e non esse: e sic de istis operationib⁹ e passionib⁹. ¶ Tertia ratio bene concludit q de istis pertinet ad librū de anima prout se tenet ex parte anime. ¶ Quarta ratio etiā concludit q de istis bene pertinet ad librum de animalibus et plantis secundū descensum ad certas species animaliū e plantarū: hoc autē non obstāte restat alia determinatio in communi sine tali descensu prout se tenet ex parte corporis. ¶ Ad aliud conceditur q de passionibus [illegible] prout possunt mouere iudicare ad aliquid affectionem [illegible] vel alterius: et sic ad aliter et aliter iudicandū pertinet bene ad librū [illegible] sed ad aliū librū non pertinet de eis [illegible] ad modum sue generationis vel [illegible] ad modū descendendi ab anima vel [illegible] ipsam animā [illegible] pertinet de eis ad formas naturales. ¶ Hic dubitationes q mouebantur de sensibus terminate fuerunt in positione.

Questio, II.



Veritur vtrum omni aīali sint necessarij tactus e gustus. Arguitur q non. quia nullus sensus est necessarius: cum possit esse e posse non esse: ergo nullus sensus est alicui aīali necessarius. ¶ Item. Arguitur per inductionē: [illegible] sensus non est necessarius omni aīali [illegible] sensus [illegible] nec [illegible] e sic de singulis: ergo nullus sensus est necessarius aīali: e per consequens nec tactus nec gustus. ¶ Item si aīa essent necessarij hoc esset ad fugiendū corruptiua: sed propter hoc non est de eis dicendum q omni aīali sunt necessarij: qz quedā sunt aīalia terre affixa vt ostree e [illegible] que non possunt fugere: ideo frustra daretur eis sensus vel potestas ad fugiendum: e natura nihil frustra facit: ideo non dat eis illos sensus tanq̄ necessarios ad fugiendum corruptiua. ¶ Item si tactus dicitur aīali necessarius hoc est ne animal corrumpatur propter hoc q excellentie tangibilium non solum corrumpunt sensum [illegible] totū animal: sed si hoc ita diceretur pari ratione oporteret dicere q ille esset necessari⁹ plantis: quia non solum aīalia sed etiam plante corrumpuntur per excellentias qualitatum tangibilium: cum ergo tactus non sit necessarius plantis: sequitur q non est ratio quare debet dici necessarius aīali. ¶ Item. specialiter arguitur q gustus non sit necessarius aīali [illegible] Aristotelis tertio de aīa [illegible] de tactu dicit q hoc [illegible] sensu animal priuatum necesse est mori: ergo hic solus est necessarius. ¶ Et secundo de anima dicit q sicut vegetatiuus separatur ab aliis potentiis ita tactus ab aliis sensibus: e si tactus potest in animalibus [illegible] sine aliis sensibus sequitur q nullus alius sensus est necessarius aīali. ¶ Item si gustus esset animali necessarius hoc esset qz animal indiget nutrimento cuius gustus est discretiuus: sed si esset ita: diceretur pari ratione q gustus esset necessarius plantis: quod est falsum: patet consequentia qz etiā plante indigent nutrimento. ¶ Item embrio longo tēpore viuit sine hoc q gustet nutrimētum: qz non recipit nutrimentum per os sed per vmbilicū. Unde qz habet nutrimentum semp cōiunctū sibi cōueniens nō indiget gustu discernente alimentū. Ita ergo videtur de aīalibus affixis terre: habent enim nutrimentū coniunctū e per illum modum recipiunt nutrimentum ex terra per quem modū embrio recipit nutrimentū ex matrice scilicet per [illegible] ad terram sicut embrio alligatur matrici: igitur talibus animalibus terre affixis non est necessarius gustus.

Opppositum dicit Aristoteles in illo libro de sensu e sensato. Primo de ista questione [illegible] [illegible]: cōcedendum est enim q nullus sensus est omni aīali necessarius sicut patet per inductionē. ¶ Sed dubitatio est vtrum omni aīali sint necessarij tactus e gustus: ita q isti termini tactus et gustus supponāt confuse tantū: et etiam distinguendum est de necessario sicut Aristoteles distinguit quarto metaphysice. ¶ Primo necessarium dicitur quod simpliciter impossibile est aliter se habere sicut deum esse aut deus e sic manifestū est q nullus sensus ē necessarius e nullum animal est necessariū: qz potest non esse: e per consequens nullus sensus est alicui aīali necessarius. ¶ Secundo modo aliquid dicitur necessarium alicui quia sine illo non posset esse vel viuere: sicut si diceremus q aīa est aīali necessaria et equo est necessarium cor aut caput: e sic bene diceretur q omni animali est sensus necessarius: capiendo sensum non p actu sentiēdi sed pro potentia sensitiua que est anima vel corpus vel compositum ex eis: quia ad hoc q animal viuat indiget quolibet illorum. ¶ Tertiō modo magis cōmuniter dicitur necessarium alicui sine quo ipsum non potest bene esse vel non potest [illegible] procurare [illegible] sicut si diceremus q necesse est [illegible] ad [illegible] e isto modo verum est q omni aīali est sensus tactus necessarius. ¶ Sed de sensu gustus maior est difficultas propter aīalia terre affixa: e propter hoc q in secundo et tertio de aīa nō dicit Aristoteles omni aīali gustum esse necessariū: sed solum tactum: e cōmentator distinguit bene vt credo q gustus aliquando accipitur proprie pro sensu discretiuo saporū e aliquādo accipit magis communiter pro sensu discretiuo ciborū conuenientium vel nō conuenientium: si accipitur proprie pro sensu discretiuo saporum: tunc differt a tactu etiam proprie dicto: sed si capiatur communiter: tunc in aliquibus aīalibus non differt a tactu. ¶ Unde circa hoc notādum est q aliqua aīalia habent sibi alimētum coniunctū sicut embrio in ventre e quia istud alimentum est naturaliter conueniēs: ideo embrio tunc nō indiget virtute actu discernente de alimēto: sicut neqz planta. ¶ Alia aūt sunt aīalia terre affixa: que etiā habent alimentū coniunctum: sed tamen propter superuenientia indigēt bene tactu discernēte nimis calidū aut nimis frigidū vel oīno lesiuum ad hoc q adueniente lesiuo claudant se: e adueniente conueniente aperiant se: nec indigent cognoscitiuo saporum: sed solum tactu cognoscitiuo qualitatum primarum alimēti [illegible] videbitur. ¶ Alia autē aīalia perfectiora propter [illegible] indigent alimēto [illegible] ideo natura dedit illis vltra sensum tactus sensum discretiuū saporū: e sic finaliter concludendum est q omni aīali necessari⁹ est gustus communiter dictus: scilicet pro sensu discretiuo alimenti conuenientis vel disconuenientis: sed ille in quibusdaz aīalibus nō est nisi tactus discernens de primis qualitatib⁹: sed non omni animali est necessarius gustus proprie dictus .s. discernens sapores: qz sufficit affixis terre discretio in alimēto qualitatū primarum propter modicam perfectionem ipsorum. e propter [illegible] causam nullus sensus inest plantis: qz multū recedunt a perfectione aīa-

malium: in tantu͂ q͂ sufficienter nutriunt͂ ꝛ viuu͂t p alimentum sibi ꝓiunctu͂ sine aliqua eius discretione. [illegible] omnes rationes.

Oppositum tamẽ arguitur: quia nullum pure diaphanum est coloratuz: immo corpora bene opaca et perfecte terminata sunt illa que optime intense sunt colorata: ergo diaphanum non est subiectum colorum immo potius opacum. Et ita receptiuum speciei coloris debet esse denudatuz a natura coloris: vt apparet. ij. de anima. modo diaphanum sz q diaphanum est receptiuum specierum coloris et luminis quod est species visus: igitur diaphanum debz esse denudatum et a luce et a colore propter quod ipsum non est subiectum coloris. ¶ Ista questio et alie de coloribus sunt nimis difficiles quia valde difficile est scire que res est diaphaneitas et que res est opacitas et adhuc est difficilius scire modos et causas proprias generationis coloris. Videamus primo de diaphaneitate. Et est sciendum q ista nomina diaphanum et perspicuum reputantur synonyma et communiter perspicui communiter corpus transparens vocant perspicuũ seu diaphanum: et vocatur corpus transparens per qđ possumus videre corpora remota: ita q a corporibus remotis possunt multiplicari lumen et species coloris per ipsa ad visum: sicut esset aer: aqua: vitrum: sphere celestes: &c. et talia corpora solent in isto loco vocari interminata: non quia sint infinita: sed quia nõ terminant visuz: immo per ipsa videmus vltra. corpora autem non transparentia vocantur in isto loco corpora terminata: non propter eorum simplicitatem: sed quia sic terminant visum quia per illum videmus vltra. Sed opacum vocatur corpus terminatum circũscripta luce et ita q ipsum non est transparens sicut lignuz: ferrum: lapis: et sic de multis alijs. Verum est etiam q per lucem ipsum corpus redditur terminatum. si enim corpus sit perfecte lucidum non videmus vltra ipsum immo corpus perfecte lucidum terminat visuz: et hoc possumus videre per exhalationes existentes in regione aeris: que anteq̃ inflammentur non terminant visum: immo per ipsas videmus astra: quando vero inflammantur: sicut de stellis cadẽtibus: de stellis cometis: et coruscationibus apparet q per lucem terminant visum et ita fumus eleuatus a lignis non terminat perfecte visum anteq̃ inflammetur immo per ipsum videmus caminum nisi sit spissus: sed statim quando inflammatur terminat visum propter lucem.

¶ Dicitur ergo que res sit diaphaneitas et sunt de hoc diuerse opiniões. Vna est q diaphaneitas nihil aliud est q̃ substantia corporea siue ipsum corporeitas ita q omne corpus esset transparens si careret luce et si careret illa qualitate que vocatur opacitas per quam corpus efficitur terminatum: tamen hoc nomẽ diaphaneitas supponens pro substantia corporea siue pro ipsa corporeitate connotat carentiam terminationis: scilicet carentiam lucis et opacitatis per quas corpus redditur terminatum. Secundum istam opinionem diaphaneitas siue diaphanum esset nomẽ priuatiuum et ob hoc etiam diaphanuz dicitur interminatum nomine priuatiuo. Et secundum istam opinionem clare esset respondendum ad questionem. sicut enim priuatio siue materia priuata aliqua forma nõ est subiectum illius forme: quia repugnat q simul sit priuata illa forma et subiectata ita diceret q diaphanum non est subiectum colorum neq lucis inquantũ aliquid habet de luce siue de colore intantum est ter-

minatum: et inquantum habet de transparentia in-tantum non est perfecte lucidum vel perfecte colora-tum. cum igitur diaphanum sit priuatum terminatiõe lux autem et color sunt terminationes corporum vel requirunt terminationem: ideo non est simul diapha-num cum luce vel colore: saltem cum luce perfecta vel colore perfecto: tamen sicut nos diceremus quod illud quod ante erat priuatio alicuius forme: scilicet mate-ria: postea fit subiectum illius forme: ita posset dici quod illud quod causat diaphanum ante receptionem lucis vel colorum potest fieri subiectum lucis aut coloris: vel illud etiam quod est subiectum lucis vel colorum esset diaphanum remotis luce et colore siue termina-tione remota quam requirunt lux et color. Iste est pri-mus modus dicendi. ¶ Alii ponunt quod diaphaneitas est quedam qualitas positiua addita subiecto corpo-reo et ipsi corporeitati secundum quam corpus reddi-tur transparens: lux autem et opacitas sunt qualita-tes contrarie secundum quas corpora redduntur ter-minata et non amplius transparentia: et sic posset dici quod diaphanum non est subiectum colorum: cum dia-phaneitas opponitur colori et terminationi quam co-lor requirit: cum posset concedi quod diaphanum est rece-ptiuum lucis et colorum sicut nigrum est receptiuum albedinis et album nigredinis: nomina enim concre-ta supponunt pro subiectis que sunt receptiua qualita-tum contrariarũ successiue. ¶ Et si tu queras vtra istarum opinionum sit vera. dico quod ego nescio: sed per-suasio posset esse pro prima opinione: quia frustra po-nimus plura si omnia possimus saluare per pauciora et quia satis esset difficile cognoscere vnde prouenie-ret talis qualitas et quomodo communiter in celo in elementis et in multis aliis. ¶ Tunc venio ad opaci-tatem: et est sciendum quod aliquando locum tenebrosum vocamus opacum: et sic opacitas non esset aliud quam te-nebre: ita quod ista nomina opacum et opacitas essent no-mina priuatiua sicut tenebrosum et tenebre: et quia etiam tenebrosum apparet nigrum: ideo aliquando co-lorem nigrum vocamus colorem opacum: sed ista nõ esset propria acceptio: nec de ista curamus in proposi-to. ¶ Alio modo vocatur opacum corpus termina-tum a luce vel etiam quod esset terminatum cir-cumscripta luce secundum quam corpus redditur ter-minatum et non transparens. ¶ Tunc de illa opaci-tate est iterum duplex opinio. Una ponit quod opacitas est subiectum proprium colorum: hoc est dictu: quod opa-citas est qualitas disponens subiectum ad receptio-nem colorum: quamuis color nunquam est perfectus et intensus in corpore transparente. Unde non esset inte-sus in vitro vel in vino et hoc nõ esset nisi ratione qua vitrum vel vinum participat aliquid determinationis: scilicet de illa qualitate terminante. vnde nunquam vi-num vel vitrum coloratum est. ¶ Alii ponunt quod opa-citas non est alia qualitas quam color. Unde sicut cor-pus quod ante erat diaphanum terminatur luce sibi adueniente ita terminaretur colore. Et ponitur exem-plum de quodã experimento: quia sunt modi pulue-rum quorum neuter per se coloraret aquam: immo si proiiceretur vnus in vnam aquam et alius in aliã: iste aque remanerent clare et diaphane: quia non colora-buntur: sed si iste aque ponerentur simul statim colo-rabuntur et fient valde nigre: et propter hoc nõ essent transparentes: et sic videtur quod illa opacitas non sit nisi color. Que autem istarum opinionum sit vera di-co sicut prius: persuasio enim est pro secũda: quia fru-stra ponerẽtur tot si oĩa possunt saluari per pauciora.

¶ Ad rationes potest dici quod ille erant auctoritates et auctoritates nõ demonstrant et sine du-bio maximi auctores locuti sunt de ista materia ob-scure: scilicet Aristoteles: auerrois: albertus: thomas etc. et non possum corrigere eos: postea tamen aliqua dicentur de auctoritatibus eorum.

Questio XI.




Vaeritur vtrũ lux vel lumẽ sit de essentia coloris. Ar-guitur quod sic quia dicit Aristo-teles quod omnia corpora colorem par-ticipant et hoc nõ esset verum nisi lux vel lumen esset color: quia aer et corpora celestia nõ ha-bent alium colorem quam lucẽ vel lumẽ. ¶ Item etiã dicit Ari-stoteles quod lumẽ est color perspicui secundũ actũ et ita lumen est idem quod color: modo quod est idem alteri est essentia vel de essentia eius. ¶ Itẽ quasi oẽs ponunt lumẽ aliquomodo esse principiũ coloris: et nõ apparet quod sit principiũ sicut efficiens vel sicut finis: ergo illud prinici-pium est materia vel forma et sic est de eius essentia.

Oppositum arguitur quia diaphanũ inquãtum illuminatum recipit species coloris: igitur lumen non est de essentia coloris: antecedens apparet per Aristotelem secundo de anima qui dicit quod color est motiuus diaphani secundum actum: et quod hec est na-tura coloris: modo diaphanum non dicitur secundum actum nisi vt est illuminatũ vt apparet ibidem: et ita sequitur illud antecedens quod diaphanum vt illumina-tum recipit species coloris. Sed principalis consequẽ-tia ex eo patet: quia recipiens ea ratione qua recepti-uum debet esse denudatum a natura eius cuius speciem re-cipit: et ideo receptiuum speciei coloris deberet esse denudatum a lumine si lumen esset de essentia coloris ideo nõ deberet recipere speciem coloris secundum quod illuminatum: immo magis secundũ quod carens lumine. Et antecedẽs huius argumẽti cõfirmatur per cõmentatorem in secũdũ de aĩa et per Aristotelẽ sicut prima facie vi-detur: qui videntur determinare quod lumẽ nõ requiritur ad visionẽ coloris propter colores esse visibiles: cũ sint per se visibiles sed propter medium diaphanum vt pos-sit moueri a coloribus in recipiẽdo species eorum. ¶ Itẽ si lumẽ esset de essentia coloris sequitur quod posset videri in obscuro: scilicet sine lumine extrinseco: et hoc appa-ret falsum: cõsequẽtia probatur: quia per lumẽ sibi intrin-secum posset mouere diaphanũ mediũ vsque ad visum. ¶ Ista questio est difficilis: quia nõ determinata ab an-tiquis doctoribus nisi sub verbis obscuris et valde con-fuse. Sunt igitur de ista questione opiniões plures que habent ortũ a dictis antiquorũ auctorũ. ¶ Quidam dicũt quod color compositus est ex opacitate et luce et quod vbi plus est de opacitate quam de luce illud est nigrius sed vbi est plus de luce et minus de opacitate illud est albius vnde etiã lux pura apparet alba: et dicunt ipsi quod illa lux intrans compositionẽ coloris extinguitur per opaci-tatem sibi coniunctam: ita quod non potest per se lucere nec radium vel speciem multiplicare per mediũ diaphanũ nisi cũ adiutorio lucis extrinsece. ¶ Sed ista opinio non videtur vera: quia argentũ est multomagis opacum et terminatũ quam cornu nigrũ bouis. Unde si cornu at-tenuetur apparebit diaphanum et transparens vt inde fiant lucerne: et tamẽ argentũ valde est albius quam cor-nu et cornu est nigrius: et similiter isti lapides pari-tis sunt valde opaci et terminati: et tamen sunt albi et

non nigri. ¶ Item. rubedo carbonis vel ferri igniti multuz habet de luce et iste paries nihil q̄si habet de luce: ⁊ tamē iste paries est albior q̄ sit ferrum ignitū vel carbo ignitus ergo non oportet q̄ ꝓpter plus de luce sit albius ⁊ ꝓpter plus de opacitate sit nigrius. ¶ Item: non videtur bene dicere q̄ ꝓpter opacitatē lux cōmixta debeat extingui: q: in carbone ignito vel ferro ignito stat magna lux cum multa opacitate nec extinguitᷣ illa lux per opacitatē: sed per infrigidationem vel humectationem que corrumpit ignem. ¶ Alio modo dicit cōmentator: ⁊ Albertus in hoc videtur insequi eum q̄ color constitutus est ex diaphaneitate et luce vel lumine: ⁊ vbi plus est de diaphaneitate ⁊ luce clara illud est albius: sed vbi est minus de diaphaneitate et minus de luce: et q̄ etiā illa lux est obscura illud est nigrius: ideo dicit cōmentator bene dixit Aristoteles q̄ nigrum est sicut priuatio albi. Sed sine dubio ista verba debent mitti ad ephesios quia valde opacum et non transparens: vel saltem non sensibiliter transparens: ⁊ per consequens non multum diaphanum inuenitur valde album: vt argentuz ⁊ iste paries ⁊ etiā sicut prius dicebatᷣ: aliqua bene sunt alba que carent ⁊ luce ⁊ diaphaneitate vnde sine lumine exteriori non videntur et aliqua habentia magnaz lucem ⁊ multam diaphaneitatem non apparent ita alba sed forte rubra sicut ille lapis qui vocatur carbunculus: ⁊ forte non apparet q̄ iste lapis dictus habeat plus multum de transparentia et diaphaneitate q̄ lapis marmoreus qui est valde niger. et ideo ista dicta non videntur mihi multum cōcordare sensatis. ¶ Adhuc propter quandam opinionem remouēdam pono conclusionē: q̄ diaphaneitas non est idez q̄d raritas/nec opacitas est idem q̄d densitas: quia statim patet q̄ aliqua corpora satis densa sunt bene diaphana vt vitrum et cristallum. alia autem satis rara sunt opaca et terminata: sicut lac et encaustum propter eorum colorationes. ¶ Postea etiam dicendum est q̄ lumen multum differt a colore: et a luce: lux enim et color terminant corpora in quibus inueniuntur: et reddunt ea non transparētia ⁊ si aliq̄d transparens inuenitur coloratum vel lucidum sicut vinū rubrū hoc est quia nō est intense bene coloratum vel bene intense lucidum: immo q̄ntum habet de colore vel de luciditate tantum habet de terminatione: et ideo non ita bene videmus per vinum rubrū sicut per vinū quod vocamus albuz q̄d tamen scd̄m rei veritatē nō est albū: imo incoloratū vel valde remisse coloratū: q̄uis forte vinū rubrū sit ita rarū ⁊ subtile et clarū sicut illud vinum album lumē autem no terminat corpus in quo est sed relinquit ipsum transparens. ¶ Item: color et lux sic habent [illegible] subiectis q̄ ad motū eorū mouētur. Lumen autē sic est naturaliter in subiecto suo q̄ non mouetur ad motū eius et continue depēdet a corpore lucido a quo fit et omnino lumen non est nisi species lucis repraesentatiua ipsius lucis: et se habet ad lucem sicut species coloris ad colorem. Unde non est imaginandū q̄ lumen videatur sicut nec species coloris videtur: q̄m sensibile positum supra sensum nō facit sensationē: secundo de anima: ⁊ tamen lumē ⁊ species coloris multiplicant se vsq̄ intus in organuz visus: ideo non videtur: sed per eas vidētur lux ⁊ color. Unde credēdum est q̄ modo ante ortum solis lucem subiectiue existentē in sole videmus: licet per speciem eius multipliciter refractā et diuisam anteq̄ veniat ad organum visus: ⁊ propter hoc non percipimus figuram solis nec figurā lucis in sole: vt aliquando per vitrum difforme videmus eius vltra colorē nō in ꝓpria figura sed expanse ⁊ diuulse per diuersas fractiones speciei coloris per vitrum. ¶ Et tunc videtur mihi dicendum q̄ lumen non est de essentia coloris: q: color est visibilis non autē lumē. et color affixus est subiecto suo ⁊ non dependens in esse ab aliquo lucido: lumen autē non sic est affixum sed esse suum est in continua dependentia ab extrinseco lucido. et breuiter lumen non est nisi species repraesentatiua qualitatis visibilis cuiusmodi non est color. ¶ Et si aliquis dicat nonne video lumen cadens super istum parietem ⁊ reflexum a pariete ad me. dico q̄ nō: immo simile est sicut si videas colorem tuū vel faciem tuā per reflexionem a speculo: apparet tibi q̄ ille color et illa figura quā tu vides sit in speculo: q: species venit ad oculū tuum a speculo per lineam rectam: et tamen secunduz rei veritatem color ⁊ figura quos tu vides nō sunt in speculo: sed sunt in facie tua: ita similiter est q̄ radius qui est species lucis refrangitᷣ ab illo pariete ad oculum meū per lineam rectā: ideo apparet mihi q̄ claritas quam video sit in illo pariete et non est ita: immo est lux solis cuius species est refracta a pariete ad oculum meum sicut color faciei tue refrangitur a speculo iterum ad oculū. Forte etiā videretᷣ mihi dicenduz q̄ lux multū differt a colore. Lux enim est qualitas visibilis que per se nata est mouere diaphanū ⁊ per ipsuz multiplicare speciem suā scilicet lumē. Color autem est qualitas visibilis sed nō per se solam est q: sine luce vel lumine nō potest mouere diaphanū nec per ipsum multiplicare speciem suā: potest tamen cum lumine vel luce. Et ideo credo q̄ lux non est de essentia coloris nec ecōuerso: imo sunt qualitates visibiles formaliter distincte. ¶ Sciendum est tn̄ q̄ in pluribus corporibus naturalibus sunt simul congregati lux ⁊ color sicut in carbone ignito: et ob hoc etiā aliqua sunt visibilia que de die vidētur sub colore suo: ⁊ nō sub luce sua propter hoc q̄ maius lumen obfuscat minus lumen: propter quod etiaz non videmus astra de die: ⁊ tamen huiusmodi visibilia vidētur de nocte non sub colore sed sub ipsa luce: nec credo q̄ sint eedem qualitates que in talibus visibilibus videntur de die ⁊ de nocte: licet sint simul in eodē subiecto. Unde etiam credo q̄ in carbone ignito nō est alius color q̄ nigredo: sed lux coniuncta nigredini simul confuse videtur cū illa nigredine ⁊ sic apparet color rubeus: ⁊ tamē nulla est ibi rubedo: sicut est etiā de sole viso p̄ fumos eleuatos a terra qui apparet rubeus: et tamē non est ibi rubedo: immo fumi secunduz se sunt nigri. ¶ Unde etiam nota q̄ lux pura si pure videatur apparet alba licet secundum rei veritatem non sit ibi color: et ideo quando radij lucis veniunt ad oculū confuse cum radijs coloris nigri vel rubri vel viridis apparet q̄ videatur medius inter album ⁊ colorem qui videtᷣ: ideo enim sol ⁊ carbo apparēt rubri. ¶ Item propter auctoritates nota q̄ hoc nomen color capitur multipliciter: primo valde communiter pro qualitate proprie visibili vel etiam eius specie. ⁊ sic lumē ⁊ species coloris videntur esse colores: et ita dicit Aristoteles q̄ lumen est color diaphani secundum actum. et q̄ etiam omnia corpora colore participant. ¶ Secundo modo color accipitur proprie et sic est qualitas visibilis distincta et a luce et a lumine: qui tamen sine lumine non potest mouere visum: nec credo q̄ isto modo lux vel lumen sint de essentia coloris: licet vt dixi sit sepe lux coniuncta cum colore in eodem subiecto: ⁊ credo q̄ talis color non est aliud q̄ opacitas siue sit albedo siue nigredo vel rubedo. ¶ Tertio modo color dicitur congregatio ex eis que improprie videntur simul apud visionem coloris ꝓprie dicti: et sic color nec est lux neq̄ color proprie dictus: sed est ambo illa: vel simul existentia in eodem subiecto: vt in carbone ignito: vel separata abinuicem loco ⁊ subiecto: vt quādo

sol et fumi simul videntur propter radios lucis transeuntes per fumos: tunc enim que simul videntur sunt lux et nigredo: et propter confusionem apparet rubedo: et ita etiam si video parietem ego simul video confuse colorem parietis et lucem et ideo apparet mihi quod sit albior quam est: immo quanto plus de radio solis venit ad me cum specie coloris tanto apparet color albior: et isto modo capiendo colorem potest concedi quod lux est de essentia coloris: sicut diceremus quod tu es de essentia populi id est lux est aliquid eorum que vocantur color. Et sic videtur quod auctoritates debeant intelligi dicentes quod lux est de essentia coloris.

Questio.XII.



Queritur utrum ista sit bona diffinitio coloris: scilicet color est extremitas perspicui in corpore terminato. Arguitur quod non: quia perspicuum est corpus scilicet transparens: et extremitas corporis est superficies: sed color non est superficies licet sit subiective in superficie: igitur color non est extremitas perspicui. ¶ Item cum extremitas corporis sit corpus et non res distincta a corpore sequitur pari ratione quod extremitas perspicui sit perspicuum et non res distincta a perspicuo: sed color est res distincta a perspicuo: cum perspicuum est receptivum coloris vel speciei: igitur color non est extremitas perspicui. ¶ [illegible] quod est expansum per totum profundum ipsius corporis non debet vocari extremitas corporis: sed color est expansus per totum profundum corporis: carbo enim non solum extra est niger: immo etiam interius in fundo: quod apparet si frangatur: ergo color non debet diffinitive vocari extremitas perspicui vel corporis. ¶ Item diffinitio ista videtur implicare contradictionem: quia extremitas perspicui est in ipso perspicuo: sed extremitas corporis est in corpore cuius est extremitas: et ideo si color sit extremitas perspicui est in perspicuo et non in terminato: et sic repugnat dicere quod sit extremitas perspicui in corpore terminato. ¶ Item diffinitio conveniret aliquibus aliis sicut odori vel sapori qui inveniuntur coniuncti in eodem subiecto cum colore et est in eis dare extremitates sicut et in colore et sicut illa extremitas saporis vel odoris ita bene esset extremitas perspicui in corpore terminato sicut esset color et sic diffinitio conveniret aliis a diffinito.

Oppositum videtur velle Aristoteles.

Videtur mihi quod omnes expositores Aristotelis intenderunt quod Aristoteles posuisset istam orationem de qua querimus tanquam diffinitionem coloris: et tamen non apparet mihi quod ista sit bona diffinitio vel bona descriptio coloris. Unde credentes quod ista sit diffinitio coloris inciderunt ut mihi videtur in multos errores: primo quidem ad salvandum istam diffinitionem ipsi posuerunt quod corpus terminatum et opacum non sit actu coloratum nisi in exteriore superficie et non in profundo ipsius corporis: licet in profundo ipsius corporis sit bene coloratum in potentia: et ibi efficitur actu coloratum quando corpus dividitur. propter hoc enim dicit Aristoteles quod color est extremitas perspicui: et hoc videtur Aristoteles intendere in multis locis: et ipse videtur velle quod color non insit corpori secundum se primo: sed inest primo superficiei et inest corpori secundum superficiem. [illegible] apparet mihi falsa: si lapis albus divideretur statim apparebit albedo in suis partibus divisis: et si lapis niger puta marmor divideretur appareret nigredo in suis partibus: et hoc non potest esse propter solam potentialitatem: quia corpus viride est in potentia album et in potentia nigrum: et tamen si divideretur non appareret in partibus [illegible] vel nigredo: sed media qualitas sicut ante apparebat immo oportet dicere quod isti lapides interius habeant diversas qualitates propter quas unus divisus apparet albus et alter divisus apparet niger: et non potest dici quod ille qualitates diverse sint nisi albedo et nigredo: et sic oportet concedere quod corpora colorata sint non solum exterius immo etiam interius actu colorata.

¶ Item per experientiam si vinum rubrum ponitur in [illegible] appareret magis [illegible] si ponatur [illegible] de vino quam si ponatur parum [illegible] plus videtur [illegible] videretur rubedo in superficie exteriore: ergo plus videtur quia videtur in superficie exteriore et interius: et sic corpora sunt actu interius colorata. ¶ Et ideo concludo istam primam conclusionem: quod corpus coloratum habet actu colorem non solum exterius in superficie: immo etiam in profundo. ¶ Et ex hoc concluditur secundo quod non bene diffinitur color dicendo quod color est extremitas perspicui sine alterius. ¶ Sed iterum credo quod sic opinantes: scilicet quod ista sit diffinitio coloris ceciderunt in alterum errorem: videlicet quod perspicuum secundum eius extremitatem sit subiectum coloris: hoc enim videtur falsum: quia color est subiective in corpore terminato et non transparente: ergo non est subiective in perspicuo: cum perspicuum sit idem quod transparens etiam illi videntur decepti propter unam rationem Aristotelis que erat talis: eadem est natura que ab exterius coloratur et que ab interius: sed natura que ab exterius coloratur est natura perspicui: ut aer vel aqua que sic dicuntur ab exterius colorari: quia a corporibus extrinsecis coloratis recipiunt species coloris. Et tunc concluditur ergo natura perspicui est sive ab interius coloratur: ideo concludunt illi quod perspicuum est subiectum coloris. et sine dubio maior istius rationis non apparet necessaria [illegible] sic apparet quod non est necessarium quod sit eadem natura receptiva rei et sue speciei. receptivum enim saporis est mixtum ut vult Aristoteles et similiter receptivum odoris: et tamen simplex elementum ut aer vel aqua recipit bene speciem odoris: et certum est quod intellectus humanus recipit bene speciem lapidis et non lapidem: et ideo etiam videtur mihi quod nullo modo sit idem vel similis natura que recipit colorem et que recipit speciem coloris. ¶ Ideo posset rationabiliter dici quod Aristoteles non posuit istam orationem tanquam diffinitionem vel descriptionem coloris: sicut bene probant rationes ante oppositum. Sed istam orationem posuit ad innuendum quomodo color in corpore bene terminato videtur et quid ad eius visionem exigitur: certum enim est quod non videtur color qui est in profundo talis corporis bene terminati: sed solum ille qui est in superficie exteriori: et oportet quod ille color sit coniunctus extremitati perspicui per quod perspicuum multiplicat speciem suam usque ad visum: et hoc voluit dicere cum dicit color est extremitas perspicui in corpore terminato id est color in corpore terminato videtur qui est coniunctus extremitati perspicui: et non apparet mihi quod propositio habeat plus de veritate. ¶ Sed tu queres que est ergo vera diffinitio coloris. Dico quod eius diffinitio dabitur proportionabiliter sicut diffinitio saporis: et de hoc videbitur quando queretur de diffinitione saporis. Rationes autem concludunt.

Questio.XIII.



Vaeritur utrum colores medii generantur ex mixtione extremorum. Et arguitur primo quod non: quia mixtio proprie non est nisi corporum ut apparet ex libro de generatione: et colores non sunt corpora: quia esset penetratio corporum: cum recipiantur in corporibus: ergo non est mixtio ipsorum. ¶ Item mixtio nõ est nisi activorũ et passivorum adinvicẽ primo de generatiõe: colores autẽ nõ sũt activi et passivi adinvicẽ. quia quãplurimo tpe albedo est proxima nigredini in pariete: et tñ albedo nõ diminueret nigredinẽ nec ecõuerso: nisi forte hoc fit per actiões primarũ qualitatũ eis cõiunctarũ: ergo qualitates tales nõ sunt adinvicẽ miscibiles: et per cõsequẽs nõ generant mediũ per mixtionẽ extremorum. ¶ Itẽ: vel esset mixtio per iuxta positionẽ extremorũ: et tũc non esset simpliciter medius color: vel esset per actionẽ et passionẽ extremorum adinvicẽ: quod nõ est possibile: quia colores sunt qualitates scdē que nõ sũt adinvicẽ active et passive: sed solũ alterabiles per actiones et passiones primarũ quas ille secũde cõsequũtur. ¶ Itẽ: misce albũ cũ nigro ut lac cũ encausto et sic de aliis albis et nigris: si nõ cõcurrerit aliud nunquã propter quãcũque proportionẽ albi ad nigrũ in mixtura fiet rubeũ aut viride: sed solũ pallidũ aut fuscũ vel huiusmodi: et sic nõ apparet quõ rubeũ viride vel croceum possit fieri ex mixtione albi et nigri.

¶ Item in plãtis et floribus fiunt croceũ viride et rubeum absque hoc quod unquã appareat in eis nigredo: igitur illi colores nõ fiunt ex mixtiõe albi et nigri.

Oppositum tamen dicũt Aristoteles et cõmẽtator et alii expositores. et etiã in quarto physicorum dicitur quod hoc sit de ratiõe medii: scilicet quod resultet ex mixtione vel aliqua participatione extremorum: et etiã pictores multos colores miscẽt adinvicẽ ad habendum mediũ istorum. et item misce bene album et nigrum resultabit fuscum vel pallidum vel alius medius color. ¶ Et item non posset dari ratio quare rubeum esset magis medium inter album et nigrum quã nigrũ inter albũ et rubeũ: probatur: quia mediũ nõ est nisi per negationẽ extremorũ vel participationẽ extremorũ: si concedas quod per participationẽ: esset tũc rubeũ ex nigro et albo cõmixtis et habetur propositum. Si concedas quod per negationem extremorum [illegible] quia sicut rubeũ nec est album nec nigrũ ita nigrũ neque est albũ neque rubeũ et sic nigrũ esset mediũ per negationem albi et rubei. Sicut tu diceres rubeũ esse medium albi et nigri: quia nec albũ nec nigrũ. ¶ Ista questio et alie q̃ones de colore sunt mihi difficiles et ignote: tamen aliquomõ intrando istã materiã oportet dicere quod uno modo dicitur medius color simpliciter. Alio modo dicitur medius color nõ simpliciter sed solũ secundum apparentiam: primo dicendũ est de mediis coloribus secundum apparentiã: et postea de coloribus simpliciter mediis. ¶ Quantum ad primũ dicendũ est quod dupliciter apparẽt colores medii cũ tamẽ secundũ rei veritatem nõ sint medii. Uno modo per cõcursum lucis cũ colore vel per defectũ lucis aut luminis a colore. dico per cõcursum lucis: quia lux permixta nigro fecit apparere quod totũ sit rubeum: sicut in carbone ignito: non enim ibi color est nisi niger: ideo luce extincta statim carbo apparebit totus niger. Similiter de sole viso per fumos nigros in mane: totũ apparet rubeũ: et tamen nõ est rubeũ: nam in sole nõ est nisi lux et in fumis intermediis nõ est nisi nigredo per quam tamẽ pertransit species lucis. ¶ Aliomodo etiã apparet medius color ubi nõ fit per iuxtapositionẽ colorũ extremorũ adinvicẽ ad valde minutas partes ita ut nulla istarũ possit sentiri distincte ab alia: et sic quia nõ apparet albũ distincte a nigro nec nigrũ distincte ab albo propter nimiã paruitatẽ totale cõgregatũ apparet medii coloris. ¶ Et iterũ etiã per suppositionẽ colorũ extremorum adinvicẽ totale cõgregatũ apparet mediũ: et ista arte utũtur pictores: et nos possumus manifeste experiri: quia viride est mediũ inter blauũ et croceũ sive lasurũ intãtum quod si habeatis unũ vitrũ blauũ et alterum croceũ et [illegible] ita quod per ambo simul aspiciatis corpora ultra existentia: [illegible] apparebunt vobis viridia: licet sint alba: et ita et pictores ex croceo et lasurio simul cõmixtis et tritis faciũt colorẽ viridẽ: et sicut tinctores pãnorũ de pãno blauo faciũt viridẽ tingẽdo in colorẽ croceũ: et tñ in oĩbus istis suppositionibus vel iuxtapositionibus nõ est color medius: sed solũ sunt colores extremi positi unus super alterum vel iuxtaposita adinvicẽ secũdũ minutas partes. ¶ Nunc ergo dicendum est de colore simpliciter medio et pono primo istã cõclusionẽ: quod nunquã fiet ex albo et nigro color medius sine actione qualitatũ primarum quia albedo et nigredo nõ sunt qualitates active et passive [illegible] qualitates secũde. si enim nigredo esset corruptiua albedinis simul approximate sicut caliditas et frigiditas sine dubio littere tue intra breue corrũperent quaternum tuũ vel ecõuerso: et apparet quod aurũ vel ferrum vel plũbum erit longissimo tẽpore in aere qui est multum levis: et tamen non corrũperetur gravitas auri plũbi vel ferri: neque etiã corrũperetur levitas aeris. Et sic breviter de oĩbus qualitatibus secundariis: ille enim quamvis sint cõtrarie nec corrũpunt seinvicem nec agunt nec patiũtur adinvicẽ sed generant vel corrũpuntur cõsequẽter ad actiões qualitatum primarũ. hoc ergo supposito quod albedo nõ agit in nigredinẽ nec econverso impossibile est cum sint in corporibus diversis quod misceant proprie ita quod fiat color medius nisi quia corpora in quibus sunt penetrarent se: sed possunt iuxtaponi adinvicẽ per partes minutas sicut faciũt pulverisantes valde: sed possibile est quod qualitates prime corporũ iuxtapositorũ adinvicẽ agant adinvicẽ et reducant totũ ad quoddã tẽperamẽtum medium prout debet videri in primo de generatione: et tunc in utrisque adinvicẽ cõmixtis corrũpũtur colores extremi et generatur medius cõsequẽs illud tẽperamẽtum mediũ. ¶ Nota quod magna est differentia quantum ad mixtionẽ inter calidũ et frigidũ ex una parte: et albũ et nigrũ ex alia parte: quia satis faciliter apparet quomodo caliditas et frigiditas approximate adinvicẽ in diversis corporibus miscentur: cõstituẽdo utrobique mediã qualitatẽ scilicet tepiditatẽ: hoc enim est: quia calidũ agit in frigidũ corrumpẽdo aliquos gradus frigiditatis et generãdo aliquos gradus caliditatis: et ecõuerso cõsimiliter frigidum agit in calidũ corrũpendo aliquos gradus caliditatis et generãdo aliquos frigiditatis: et tũc ambo illa corpora reducunt ad cõsimile tẽperamẽtũ: et est in ambobus per totum mixtura caliditatis cum frigiditate absque hoc quod oporteat illa corpora vel dividi vel penetrare se: sed de albedine et nigredine nõ põt ita dici si sint in diversis corporibus adinvicẽ approximatis eo quod albedo et nigredo nõ sunt qualitates adinvicem active vel passive [illegible] quando dicimus colores medios generari ex mixtiõe extremorum: hoc debet intelligi quia generant ex cõcursu

[illegible]
do nec nigredo sed color medi⁹: vel etiã si/a/t/b/non remaneãt in suis ppzijs formis t virtutib⁹: sed cõmisceantur ad aliqđ mediũ sicut dicebat q calidũ et frigidũ possunt cõmisceri: tũc etiã illud mixtũ nec pduceret albedinẽ seorsum a nigredine nec nigredinẽ seorsũ ab albedine: sed pduceret colorẽ medium: sic ergo t nõ aliter colores medij causant ex extremis vel ab extremis: scz: qz a causis extremorũ cõcurrẽtibus vel commixtis. ¶ Sed tñ adhuc est ibi magna difficultas: scz: que sint cause ille generatiue colorũ extremorũ: et etiam quomõ ab illis causis possint puenire rubedo t croceitas: qm ex causis albedinis t nigredinis concurrentib⁹ vel mixtis nõ apparet puenire alius color medi⁹ secũdũ veritatẽ q̃ȝ pueniret secũdũ apparẽtiã si albũ t nigrũ cõmiscerẽtur p mixta positionẽ ad minutissimas partes: modo scđm quãcunqȝ pportionem placet vobis cõmisceatis picturã albã cũ pictura nigra vel lac cũ incausto nũqȝ venietis ad rubeũ vel ad viride vel croceũ: sed solũ venietis ad pallidũ vel ad fuscũ vel forte blauũ. ¶ Sed breuiter respondẽdum est ad ista: q sicut sapores t odores ita ẽt colores sunt qualitates puenientes ex actiõe q̃tuor pmarũ q̃litatũ adinuicẽ. t verũ est q aliqui dicũt q ex dñio elementi [illegible] puenit albedo: t ex dñio ignis rubedo: sz istud nõ põt saluari pmo: qz nõ apparet aliq̃ ratio q̃re rubedo esset [illegible] fortẽ actionẽ ignis ɔ̃sumẽtem totũ humidũ fit albedo vt apparet de calce t cinerib⁹: t apparet etiã q multi lapides in q̃bus valde abũdat aqua sunt bene albi: et ideo oportet considerare q sicut calor generat in humido saporẽ t in sicco odorẽ: ita etiã calor generaret aliũ colorem in humido t aliũ in sicco. ¶ Unde calor intẽsus agens in humido pmixto cũ sicco terrestri nigrefacit: sed postea agẽs in sicco p totalẽ cõsumptionem humidi albefacit: t ideo vos videtis q ossa t ligna t lapides vt plastrũ quãdo ponũtur ad ignẽ primitus nigrescunt: qz adhuc est ibi humiditas: sz qñ est tota humiditas cõsumpta t euaporata albescunt. frigidũ autẽ alio modo cõuerso coloraret: qz agendo in humidũ albefacit pp̃ter qđ nix est alba t ros etiam cadẽs sup herbas albescit si cõgelet. Propter hoc etiam dicit q lac est albũ t sperma est albũ: cũ tamẽ generẽtur ex sanguine rubro: sanguis enĩ p calorẽ cordis vel [illegible] colorabat versus nigredinẽ: scz ad rubedinẽ: sed postea pp̃ter frigiditatẽ i mamillis t mẽbris genitalibus reuertebat in albedinẽ. nõ intendo q ibi sit frigiditas simpliciter sz respectiue ad cor et hepar: et pp̃ter hoc etiã dicit cerebrũ esse albũ t cutis t carnes exteriores: cor autẽ t hepar t alia mẽbra iteriora sunt magis nigra: scz rubra pp̃ter abũdantiã caloris: verum est etiã q ad diuersificationẽ colorum valde facit cõplexio corpis i quo calidũ t frigidũ agũt: pp̃ter qđ diuerse plãte emittũt flores t fruct⁹ valde diuersorum colorum. Postea pp̃ter illud qđ dubitabat de rubedine vel croceitate credo esse dicẽdũ q p alia media pcedit p actionẽ caloris de albo ad nigrũ t p alia p actionẽ frigoris. Unde apparet manifeste q p actionẽ caloris itur p croceũ vel rubeũ: t p actionẽ frigoris nõ itetur p illa media: sz solũ p pallidũ t fuscũ. de viridi nõ est dubiũ quin pueniat ex croceo t blauo cõmixtis vel ex causis ipsorum: hoc enĩ experimur p cõmixtionẽ picture. et ego credo q nõ est q̃ possit in spãli reddere causas diuersitatis colorum siue in plumis auiũ vel i florib⁹ herbarũ: t iđ sufficiat qđ dictũ ẽ: t oĩno ɔ̃siderãdũ q val-

[illegible]
sed iã dictũ fuit pri⁹ q lux non est color pp̃rie dict⁹. et cõtra ista dicta nõ erãt rationes que pmo fiebãt.

Questio.XIIII.

Queritur vtrum humidũ sit subiectũ saporis. Arguit q nõ: qz cineres sũt valde amari t tñ nõ humidi: imo ab eis exhalat totũ potabile. i. humidũ sicut dicit Aristo. ¶ Item aliq̃ sapida sunt quorum sapor acquirit p decoctionẽ t desiccationẽ aut etiã p augustationẽ sicut apparet de sale: qz quãto magis decoquit aut desiccat tãto est magis acutũ: hoc aũt nõ eẽt ita si sapor requireret p subiecto humidũ. ¶ Itẽ. si pp̃riũ subiectũ saporũ esset humidũ sequeret q magis humidũ esset magis sapidũ: sz hoc est falsum: qđ apparet primo: qz aqua q̃ est maxie humida nõ est sapida: hoc est dictum: nõ habet saporẽ nisi sit mixta cũ aliq̃ terrestri ꝛc. ¶ Similiter fruct⁹ in pncipio sunt humidiores q̃ȝ post maturationẽ: t tñ sunt minoris saporis: ergo nõ videt q sapor debeat habere humidũ p subiecto suo pp̃rio. ¶ Itẽ. vel illud est humidũ aqueũ: vl' humidũ aereũ sed neutrũ est dicẽdũ: pbatio: primo de aqua dicit Aristo. q ipsa nõ habet saporẽ pp̃ter hoc q ipsa est oĩm liquorũ subtilissima t non igrossabilis: t cum oẽ habẽs saporẽ debet esse aliq̃liter corpulentũ t grossum: ergo humidũ aqueũ nõ est subiectũ saporũ. neqȝ humidum [illegible] ¶ Itẽ si humidũ esset subiectũ saporũ vel esset humidum simplex vel esset mixtũ ex humido t sicco: sz nõ humidum simplex: qz tale est humidũ elemẽtare qđ nõ habet saporẽ: elemẽta enĩ simplicia nõ habẽt saporẽ. Et si tu dicas q subiectũ saporum sit mixtũ ex humido t sicco: tũc nõ debet magis dici q humidũ sit ei⁹ subiectũ q̃ȝ siccũ immo neutrũ dz dici: sed debet dici q subiectũ ei⁹ proprium sit ɔ̃positũ siue mixtũ ex humido t sicco. ¶ Item [illegible] corrigit. Minor pbat p [illegible] habet saporẽ nisi in potẽtia: t fit sapor in actu p humidũ adueniẽs. t sic videt q humidũ adueniẽs facit siccũ habere saporẽ i actu cũ ãte nõ haberet saporẽ nisi in potẽtia: igit siccũ est subiectũ saporũ t nõ h[illegible]

Oppositum determinat Aristoteles

¶ Notandũ est q illud qđ habet saporẽ in actu positum sup linguã debet p se mouere linguã ad actũ gustãdi. Et tũc ponunt cõclusiones scđm Aristo. t cõmentatorẽ. ¶ Prima ɔ̃clusio est: q nullũ siccũ sine humido habet saporẽ in actu: qz si poneret sup linguam siccam nõ sentiret: verbi grã gingiber aut sal sup linguam positũ nõ sentiret nisi liq̃ferer sup linguã vel nisi humefieret p saliuam. Unde etiã ad hoc natura ordinauit saliuã vt per masticationẽ siccorũ gustaret sapor eorũ qui sine humectatione nõ sentiret: ergo siccum sine humido nõ habet saporẽ in actu. ¶ Scđa cõclusio ponitur: q humidũ sine sicco vel etiã nisi passum fuerit a sicco vel ei cõmixtũ nõ habet saporẽ in actu: hoc enim apparet de aqua q̃ nisi ceperit saporẽ ex terra p quam trãsiuit nõ habet saporẽ. Unde si vocem⁹ eã dulcẽ nõ erit verum pp̃rie loquẽdo: sed solum p hoc volum⁹ si-

E e iij

gruum are q ipsa nō est salsa vel amara. Unde manifestum est q ipsa ē receptiua vere dulcedinis a melle vel alio dulci sibi cōmixto: τ hoc etiā pbat Aristote. sic: qꝛ oē habens saporē debet esse de genere nutrimentorū: genus aūt nutrimentale nō ꝯtinet aquā vel aerē nisi scdm aliquā cōmixtionē: qꝛ nutrimētū debet eē grossum vel ingrossabile vt inde possint mēbra ꝯstitui: aqua autē nō est grossa nec ingrossabilis. Unde si ad ipsum ponat [illegible] aer: cū adhuc aer sit subtilior. q autē habens saporem debet esse de genere nutrimentorum pbat qꝛ natura non ingeniauit saporē i reb⁹ τ gustū in aīalib⁹ nisi ad discretionē nutrimētoꝝ cōuenientiū vel discōuenientiū: ideo rationabiliter nō fit sapor nisi in his q̄ fūt in genere nutrimētoꝝ. ¶ Tertia ꝯclusio ponit: q oē habens saporē actu est mixtū cū aliquo humido τ sicco: qđ pbat ex quo enī nec humidū sine sicco nec siccū sine humido habet actu saporē oportet q habens actu saporē sit compositum siue mixtum ex humido τ sicco. et non sufficeret siccū [illegible] sine sicco terrestri q aliud siccū igneū adhuc esset subtili⁹ ꝙ aqua vel aer nisi esset siccū terrestre admixtū: τ tamē dictū est q habēs saporē debet esse corpulentū τ grossum: ergo exigitur ibi siccū terrestre: τ apparet ibi p experientiā q aq̄ et ignis non sufficiūt ad saporē: quia aqua posita super ignem nunq̄ ꝓpter hoc fieret sapida nisi recipiat saporē ex vase. ¶ Quarta conclusio ponitur q multa sicca habent saporē in potentia ꝓpinqua: quia experimur de pipere τ de multis alijs q si masticantur cum saliua statim sentitur ab eis determinat⁹ sapor: quod nō esset nisi haberent saporem aut in actu aut in potētia ꝓpinqua. Unde quecunq nō habēt saporē in potentia ꝓpinqua: illa ꝓpter quācūq masticationē nō mouerent ad gustandū saporē. ¶ Quinta ꝯclusio ponit: q etiā humidū vt aqua pura habet saporē in potētia ꝓpinqua quia statim si coletur p cineres inueniretur habere saporē: τ sicut dicit Aristo. per qualēcunq terrā pertrāsit talē saporem ab illa terra contrahit. et ꝓpter hoc etiā multi fōtes sunt diuersorū saporū. modo nisi aqua haberet saporē in potentia ꝓpinqua ipsa nō fieret sic cito sapida statim. ¶ Sed notandū ex nono metaphysice q duplex est potētia. s. actiua τ passiua: actiua enī est producens formā vel dispositionē aliquā in alio: τ passiua est recipiēs formā vel dispositionē ab aliquo: alio modo ergo oportet imaginari cū neq siccū habeat actu saporē sine humido neq humidū sine sicco τ tamē statim [illegible] imaginatur habere saporē in actu τ mouere linguā ad actū gustādi: ideo oportet dicere q ille sapor [illegible] q siccū agat saporē in suo humido vel q econuerso humidū agat saporē in sicco. τ ad determinādū qđ istoꝝ debeat dici verum ponitur. Sexta ꝯclusio: q siccū agit saporem in humido: non humidū in sicco: qꝛ de ratione actiui est determinare passum ad certā formā vel dispositionē: et de ratione passiui est q sit indifferēs ad qualēcūq saporem recipiendum: ꝓpter qđ bene dicit Aristoteles q aqua per qualencūq pertrāsit terrā talē saporē habet: τ ꝓpter hoc etiā in lingua ingeniauit natura saliua humidā vt esset indifferens ad quoscūq sapores: s3 siccum qđ miscet cū humido determinat ad certū saporem. Unde alterū saporē sentiemus ex gingibere masticato τ aliū ex sale vel ex pane: ergo siccū est actiuū saporū in humido: τ humidū receptiuū. ¶ Et ex hoc infert vltimā ꝯclusio videlicet q proprium subiectū saporū est humidum [illegible] q si mixtū ex humido et sicco ponat subiectū saporū: tamen hoc est ratione humidi. ¶ Tunc ex dictis debent exponi cōclusiōes prius posite: scilicet: q siccū habet saporē in potētia propinqua: nō passiua: sed actiua: τ humidū etiā habet saporē in potētia ꝓpinqua: nō actiua sed passiua. ¶ Secundum est q duplex est actiuū saporū. primū actiuū est calidū a quo siccū terrestre [illegible] vel digeritur vel etiā excitatur. et ab isto agēte siccū terrestre habet virtutem actiuā ꝓpinquā saporū et sic secundum [illegible] saporū τ ꝓpinquus est aliud siccū terrestre sic passum a calido q statim potest in humido sibi commixto facere saporē in actu. ¶ Ulterius notādū est q sicut [illegible] duplex calor. vn⁹ scilicet actualis q̄ ad tactum percipit: τ alter virtualis qui nō percipit ad tactum. τ ille virtualis est innat⁹ facere actualē in passo conuenienter sibi approximato. verbi gratia [illegible] aliquādo sentimus ad tactū frigidā: scilicet frigiditate actuali: τ tamen est valde calida caliditate virtuali: intantū q si proijciat in aquā statim aqua fiet calida. ita etiā si piper et gingiber comedātur actu frigida sentiuntur tamē statim [illegible] calefaciunt os τ ventrem. τ ita in proposito oportet imaginari saporē actualē qui positus sup linguam statim mouet linguā ad actum gustādi sine adiutorio alicuius alteri⁹: τ oportet q hoc sit humidū: et de tali sapore dictū est q est in humido sicut in subiecto vt in saliua vel in alio liquore. Alius est sapor virtualis: q̄ est innatus facere saporē actualem in humido: τ ille sapor virtualis est in sicco terrestri subiectiue passo ab igne vt dicebatur. i. a calido: sicut in gingibere: et si de tali sapore loqueremur tunc multa sicca haberent actu multos diuersos sapores vt sal gingiber panis: igitur τc. Et secundum predicta omnes rationes possūt exponi secundum vias suas: multe enim arguunt de isto sapore virtuali.


Questio XV.

Queritur Utrū dulcedo τ amaritudo sint sapores extremi. Arguit q nō quia q dulce sit sapor medius q[illegible] attēdendo ad calidū τ frigidū que sūt actiua saporis salsus τ amarus [illegible] sunt maioris caliditatis [illegible] a minori caliditate [illegible] stipticus aūt τ ponticus sunt maioris frigiditatis dulce aūt magis tenet mediū. Similiter attēdendo ad humidū τ siccū salsus τ amarus sunt maioris siccitatis stipticus aūt τ ponticus sunt maioris humiditatis: et dulce tenet mediū vnde apparet q fructus existētes in principio frigidi τ humidi sunt pontici. τ p maturationē mediā fiunt dulces: τ postea p putrefactionem aut adustionē fiunt amari: ergo dulce est in medio. ¶ Item dicit Aristo. q solo dulci aīalia nutriuntur: nutrimentum aūt conueniens non debet esse nimis lapsum ad aliquā qualitatem sed in media ꝓportione vt sit conueniens [illegible] ¶ Item cruda et adusta [illegible] extreme oportet autē digesta esse in medio: modo cōstat q cruda sunt stiptica vel pontica: vt apparet de fructib⁹ ante maturationem: adusta autē sunt amara: τ bene digesta sunt dulcia: ergo dulce est in medio. ¶ Itē attribuūt dulce calido temperato τ humido bene ꝓportionato: τ alios sapores attribuunt calido excessiuo vel defectiuo vel humido excessiuo vel defectuoso: modo bene tēperatum est medium ex excessu τ defect⁹: ergo dulce est mediū. ¶ Item ex extremis debent fieri media vt vult Aristoteles: sed ex dulci et amaro nō fit stipticum vel ponticum in

[illegible] fructus [illegible] pontica vel stiptica q̄ sunt dulces vel amari.

¶ Oppositum apparet de intentione Aristotelis: et oēs vulgares ratione de hoc ignorantes quasi a natura cōcedunt dulce et amarum tanq̄ cōtraria: modo cōtraria in suis generibus sunt extrema distātia. ¶ Sciendū est breuiter q̄ medici cōmuniter et alij attēdētes ad qualitates primas ex quarum [illegible] et passiuis diuersis [illegible] proueniunt diuersi sapores/diuersi odores/diuersi colores/ et sic de alijs secūdis qualitatib⁹ dicūt q̄ dulce tenet gradū mediū: amarū autē et salsum tenent vnū extremū: stipticū autem et ponticū tenent alterum extremum et hoc totum est [illegible] dictū q̄ dulce fit a calido temperato et ab humido bene et proportionato et a sicco bene digesto sine adustiōe: amarū autē est aut ex excessu caliditatis adurentis siccū aut ex defectu digestionis aut ex improportione [illegible] stipticum autem et ponticum proueniunt ex paruitate [illegible] caloris et ideo dulce tenet medium gradum: et etiam inde prouenit q̄ omnia dulci nutriuntur que nutriuntur: et sic procedebant quasi oēs rationes que prius fiebant. Dicēdum est tamen q̄ attendendo intrinsece ad gen⁹ saporis et eius differentias specificas dulce se habet extreme et contrarie ad amarum [illegible] per sensum: qz oēs sensus hoc iudicāt sine ratiōe tanq̄ ducti a natura. vnusquisq̄ enim sensus proprius optime habet iudicare de differētijs suorū sensibilū propriorum et in proposito debemus imaginari vnam similitudinē: virtus enim moralis vt liberalitas q̄tum ad substantiā actus est frequentius in medio extremorū vitiorū prodigalitatis et auaritie tamen quantum ad rationē bonitatis et malicie virtus vniuersaliter tenet vnū extremum contra vitium. ita etiam in proposito dulcedo quantum ad qualitates primas ex quib⁹ ipsa prouenit: tenet valde bñ mediū inter amarū et salsū ex vna parte et ponticum et stipticum ex alia: sed quantum ad discretionem nutrimenti boni vel mali dulce tenet contrariū cōtra amarū: quia maxie nutritiuū est dulce et maxime repugnās nutritioni est amarū: et alij sapores in hoc sunt mediū qz nec sunt maxie nutritiui nec maxime repugnātes nutritiōi: et ideo qz natura ordinauit gustū et sapores ad discernendū bene nutritiua et impeditiua nutritionis et medio mō se habētia: ideo rationabile est q̄ gust⁹ recipiat amarū et dulce tanq̄ extrema et cōtraria et alios sapores tanq̄ medios istorum. ¶ Et tunc [illegible] de illa vltima ratione q̄ querebat: quomō alij sapores ex dulci et amaro generantur. Ad quā dicendū esse videt q̄ nō oportet q̄ generent ex dulci et amaro sicut nec colores medij ex albo et nigro: sed causent ex causis dulcis et amari cōcurrentibus et commixtis vel aliquo medio modo se habentibus inter illos modos p quos generarēt amarū et dulce. Et alie ratiōes procedunt vias suas.

Questio.XVI.



Onsequenter quæritur: Utrū diffinitio saporis sit bona i qua dicitur: sapor ē passio humidi [illegible] a sicco gust⁹ secundum potentiam alteratiua in actū. Arguitur prio q̄ nō contra illam clausulā sapor est passio. qz sapor nō est de predicamēto passionis: immo qualitatis: ergo nō debet diffiniri p hoc gen⁹ passio. ¶ Deinde cōtra illā clausulā humidi: qz multi sapores sūt p [illegible] humidi in [illegible] contrarius. ¶ Deinde arguitur contra illam particulam facta a sicco quia a secundo de generatione et quarto metheororum dicitur q̄ siccum et humidum sunt qualitates passiue calidum vero et frigidum qualitates actiue: ideo non debet dici q̄ aliqua passio fiat ab humido vel a sicco sed magis q̄ fiat a calido vel a frigido. ¶ Confirmatur q̄ per actionem caloris videmus sapores valde diuersificari: siue in humidis: siue in siccis [illegible] per decoctionem vel digestionē vel adustionē. ergo debet dici q̄ sapor fiat a calido potius q̄ a sicco. ¶ Deinde arguit contra illam clausulā gustus secūdū potentiam alteratiua in actū: quia p illud non debet diffiniri sapor [illegible] si nō esset aliquis sapor esset [illegible] diffinito et diffinitum debeant conuerti [illegible] gustus non propter hoc desinerent sapores esse: sicut si null⁹ esset visus nō propter hoc desinent colores esse: ergo p gustū nō debet sapor diffiniri.


Oppositum videtur: quia melācolica cōplexio deficit in vtroque principiorum vite: scilicet in calido et humido ergo debet esse breuissime vite. ¶ In ista questione quia argumenta tangebant de nobilitate complexionis videtur nunc que cōplexio sit nobilior et que debeat esse lōgioris vite. ¶ Ad euidentiā igitur dicendorū notādū quod quatuor solēt distingui cōplexiones: scilicet sanguinea que est calida et humida: colerica que est calida et sicca: flegmatica que est frigida et humida: melācolica que est frigida et sicca. Et ista distinctio non est intelligi quod in aliqua cōplexiōe sit caliditas sine aliquo gradu frigiditatis: vel humiditas sine aliquo gradu siccitatis aut ecōuerso: immo debet intelligi distinctio secundum lapsum a tēperamēto imaginato. Et medici distinguūt duplex tēperamētū nominādo vnū tēperamētū ad pōdus et aliud tēperamētum ad iustitiā. De temperamēto ad pōdus nō est multū ad propositū: sed de tēperamento ad iustitiam: illud enī tēperamentū ad iustitiam consistit in proportione qualitatū et humorū cōuenientissima ad exercendū operationes debitas ipsi viuēti: modo certum est quod plus est de calore et humiditate requisitum in hoīe ad cōuenientissime exercendū operatiōes humanas quam requiratur in plāta ad cōuenientissime exercendū operatiōes plāte. et ita cōplexio temperata in hoīe est multo calidior et humidior quam cōplexio tēperata in plāta: ita similiter in hoīe cor requirit valde maiorem caliditatem quam cerebrum ad rationes sibi debitas conuenientissime exercēdas: ideo cōplexio tēperata cordis esset valde calidior et siccior quam complexio tēperata cerebri: etiā in eodē homine: modo ergo imaginata complexione alicuius mēbri vel alicuius indiuidui illa vocaretur cōplexio sanguinea que in caliditate et humiditate excederet illud tēperamentum: et ita diceretur melācolica que illud in frigiditate et siccitate excederet: et similiter modo de aliis. ¶ Hoc cōsiderato prima cōclusio statim ponitur: quod cōplexio tēperata si sit cū dare est cōplexio nobilissima: quia nō attenditur nobilitas cōplexionis ex multitudine ignis aut terre aut alterius elementi: sed ex ordine ad finē ad que ordinat. nihil enim dicitur perfectū nisi prout attingit finē gratia cuius est aut quia est finis aliorum. Propter quod dicit cōmētator secundo physicorū quod nihil est bonū neque perfectū nisi propter causas finales: modo cōstat quod operatiōes in ipsis viuētibus sunt fines virtutū seu potētiarū et per cōsequēs organorum illis virtutibus et operationibus deputatorū: hoc totū patet expresse primo ethicorum et etiam nono metaphysice: igitur illa cōplexio est nobilissima in vnoquoque viuēte vel in vnoquoque mēbro seu organo que est cōuenientissima ad exercendū operatiōes debitas illi indiuiduo vel mēbro vel organo: et hec est cōplexio tēperata ad iustitiā. hoc supponimus per quid nominis: igitur etc. ¶ Secūda cōclusio est quod cōplexionū lapsarū si equaliter sint lapse cōplexio sanguinea est nobilior: quia principia vite et operationū vitalū sunt calidum et humidū: melius est in principiis vite excedere tēperamentū conuenientissimū quam deficere ab eis: modo sanguinea est que excedit in calido et humido: deinde post sanguinea credendū est quod colerica sit nobilior: quia calor est qualitas nobilior in viuētibus quam humiditas quia calor dicitur actiuus et humiditas magis passiua: et est nobilius agere quam pati: modo in qualitate nobiliori pertinēte ad vitā melius est abūdare quam deficere: modo colerica abundat in calore: flegmatica vero et melācolica deficiūt in calore: ideo colerica est nobilior. Consequēter sequitur flegmatica: quia melācolica est oīm indignissima: cū deficiat in vtroque principiorum vitalū: scilicet in calido et humido. ¶ Vltima cōclusio est: quod possibile est esse aliquā sanguinea nobiliorem: quia oīs lapsus a tēperamēto tendit ad malū et ad discōuenientiā: modo possibile est quod in aliquo sanguineo est valde magnus lapsus: et in aliquo melācolico est valde paruus lapsus: ita quod ille melancolicus valde appropinquaret ad tēperamētū. et tūc sine dubio melācolicus esset valde perfectior et nobilior quam ille sanguineus. Similiter possibile est quod in aliquo sanguineo sit aliquorum mēbrorū inepta proportio adinuicem: et in aliquo melācolico sint mēbra adinuicē melius proportionata: ex proportiōe mēbrorum adinuicē proueniūt debite operatiōes et dispositiōes: et ex improportione proueniunt indebite et discōuenientes. Adhuc possibile est quod a natiuitate sit defectus in aliquo mēbro vel in aliquo organo in complexiōe sanguinea: propter quod cōtingāt postea egritudines et nocumenta: et ita illa cōplexio erit ignobilis. ¶ Nūc restat dicere de lōgitudine vite vel breuitate vite eorum: et iudicio meo est difficile demōstrare: et ideo sufficiet mihi ad plenius disputatiue procedere. Primo igitur dicitur satis cōmuniter quod cōplexio perfectior et nobilior est naturaliter lōgioris vite: quia lōgitudo durationis est cōditio nobilior quam breuitas duratiōis: ideo rationabile est quod perfectiori cōplexioni attribuatur: et ita sequitur quod cōplexio tēperata esset lōgissime vite. Et iterum lapsis illa esset lōgior que esset propinquior tēperate: quia etiā illa esset nobilior et perfectior inter eas: deinde inter lapsas equali gradu sanguinea esset longioris vite: et post colerica: et post flegmatica: et melancolica est breuioris: quia sic ordinate fuerunt secundum nobilitatē et perfectionem. ¶ Sed statim videtur mihi quod hec conclusio non sit demōstrata: Unde videmus quod quādo frumēta habuerint tēpus aptissimū sibi tūc sunt perfectissime cōplexiōis in sua specie: et ob hoc fructū optimū ferūt: et ita est de aliis plātis herbarū et tunc sunt com-

plexionis [illegible]. Si vero est ad fructu frigida et humida tunc sunt male cōplexionis ꝛ non bene fructificant ideo tunc complexionis lapse ad humiditatem ꝛ frigiditatem: et tamē in tempore sibi oportuno sunt breuioris vite. sic enim citius fructus est maturus et exsiccant herbe: ideo manifestū est ꝙ ad bonitatē cōplexionis non cōsequit esse longioris vite. ¶ Item complexio viri est complexio multo nobilior ꝛ perfectior et magis reducta ad temperamentum ꝙ complexio [illegible] ideo vir magis potest in opera [illegible] et tamen complexio viri nō est tante durationis [illegible] complexio [illegible] nec oportet ꝙ [illegible] perfectionem perfectius ꝙ homo est simpliciter perfectior [illegible] et [illegible] tamē nō est perfectior [illegible] secundum omnem dispositionem [illegible] ꝙ [illegible] ꝛ aliqua acutius videt ꝛ aliqua sunt fortiora et [illegible] ꝛ multe [illegible] et multa animalia possunt esse longioris vite ꝙ homo: sed homo est cōplexionis nobilioris: ideo non oportet dicere ꝙ perfectio simpliciter cōplexionis debeat attendi penes diuturnitatem: sed attendit penes bonas operationes [illegible] conuenientes. ¶ [illegible] aut propter dictū Aristo. ponit ꝙ complexio flegmatica est naturaliter longioris vite quauis nō sit melior nec meliorū operationū [illegible] Aristo. ꝙ pingues sūt lōgioris vite: pinguedo aut est frigida et humida ideo tales sunt flegmatici. Et hoc [illegible] ꝑ rationē que prius [illegible] scilicet ꝙ multū humidū ꝛ a pauco calido tardius cōsumit: ergo tardius sequit marcedo que est mors naturalis: ꝛ pro simili addunt illud q̄d [illegible] de frumento ꝛ herbis [illegible] est frigida ꝛ humida ille herbe sunt flegmatice [illegible] ad frigiditatē et humiditatē et tamen [illegible] diuturnioris vite. ¶ Credo tñ ꝙ iste rones non sunt demonstratiue [illegible] nō loquunt de pinguedine ad intentionē Aristotelis [illegible] accipit pinguedo. Vno mō ꝓ humore albo ꝛ quasi superfluo et tamen congulato ꝛ illi qui isto mō sunt pingues [illegible] ad bonas operatiōes ꝛ nō sunt cōmuniter multum lōge vite: ꝛ de hac pinguedine nō intēdebat Aristo. sed intēdebat de pinguedine carnositatis ꝙ illos vocabat pingues qui sunt multe carnositatis ꝛ bene [illegible] ꝛ [illegible]de. tales eñ nō sunt flegmatici nec sunt in operationibus [illegible] immo fortes robusti ꝛ [illegible]. Et similiter illud q̄d dicebatur de frumento nō demonstrat [illegible] ad cōplexiones animalium [illegible] frumēta eñ et tales herbe annuatim pullulāt: et augmētantur: ꝛ emittunt fructus ꝛ post exsiccant non solū per annuatum calorem: sed ꝑ calorē solis: ꝛ est eius naturale ꝙ post fructū pfecte exsiccent: ꝛ iō hec oīa melius et citius sūt tpe calido ꝙ frigido: sic aūt nō cōuenit dicere de illis que viuūt per multos annos ꝛ que sūt innata fructificare absq̄ eorum desiccatione. Aliq̄ etiam rō nō valet [illegible] que dicebat ꝙ multū humidum a pauco calido tardius cōsumitur: qm̄ si sic cōplexionati nō morerentur marcedine tñ cōmuniter ꝛ cito extinctione cū eñ calidum sit paucū ꝛ humidū multū oportet humidū esse male digestū crudū ꝛ aquaticū ꝛ a tali humido cito superat debilis calor ꝛ extinguit. Et adhuc dici pōt ꝙ isti possunt cito mori marcedine: quia in eis humidū digestum et bene nutritiuū caloris est paucū licet sit ibi multū humidum aquaticum: ideo illud humidū nutritiuū caloris et conseruatiuum cum sit paucum cito cōsumitur: et sic calor marcescit. ¶ Aliū possunt probabilius vt mihi videtur: scilicet ꝙ inter cōplexiones eq̄liter lapsas sanguinea est lōgioris vite ceteris parib' ꝑpter abundantiā amborū principiorum longe vite scilicet caliditatis ꝛ humiditatis et hec est complexio iuuentutis siue prime etatis. Complexio vero opposita: scilicet frigida et sicca est magis complexio senectutis. Et [illegible] consequenter ponunt propter rationes ꝑportionabiles ꝙ inter complexiones equaliter lapsas melancolica debet esse breuioris vite. De colerica autem et flegmatica forte posset concedi ꝙ flegmatica esset longioris vite licet colerica esset nobilior et perfectior ꝛ hoc per [illegible] rationes prius facte. ¶ Alia conclusio videtur mihi ponenda: ꝙ de quolibet genere quattuor cōplexionum lapsarum sunt aliqui diutine vite et aliqui breuis vite. Dico ꝙ aliqui sunt breuis vite: quia in quolibet illorum genere potest esse lapsus nimius [illegible] recedens a tēperamēto ꝛ sic non esset [illegible] ideo esse [illegible] ꝛ cito [illegible] ad mortem. similiter in quolibet illorum generū potest contingere peccatum in aliquo mēbro vel organo et quo peccato potest cito sequi egritudo aut mors. sed etiam in quolibet [illegible] genere sunt aliqui cōplexionis longe vite qz in quolibet illorū generum potest esse modic' lapsus et ꝙ cōplexio est multū ꝓpinqua tēperamēto ꝛ talis cōplexio siue sit melācolica siue flegmatica est multū bona ꝛ multū pfecta: ꝛ ideo pōt esse longe vite ¶ Hec ergo [illegible] et potest respondere ad rationes que fiebant quādo arguebat ꝙ cōplexio sanguinea est multū [illegible] est similis aeri. Conceditur ꝙ licet in aliquibus ꝓprietatib' habeat similitudinē ad aerē: tamē non in oībus: aer eñ est passibilis qz rarus et faciliter diuisibilis: ꝛ nō oportet ꝙ cōplexio sanguinea assimiletur in hoc aeri. ¶ Ad aliam qñ dicebat ꝙ calidū ꝛ humidū sunt principia corruptiōis dicitur ꝙ hoc est verum de calido ꝛ humido extrinsecis: sed calidū naturale ꝛ humidū naturale sunt cause vite ꝛ durationis.

Ad rationes quae arguebant ꝙ colerica sit longioris vite conceditur bene ꝙ illa sit minus [illegible] ꝛ tamen cito in ea fit marcedo ꝑpter calidum acutum ꝛ paucū humidum. sed quando arguebatur ꝙ illa cōplexio sit nobilissima eo ꝙ ignis est elementorum nobilissimū. Respondetur ꝙ complexio [illegible] non habet nobilitatem ꝛ perfectionem ex nobilitate elementorū vel elementi dominantis: sed ex proportione ꝛ cōuenientia earum ad exercendas operationes [illegible] conuenientes. De hoc autē quod dicebatur: cor est nobilissimum mēbrum: cōcedo secūdū Aristo. ꝛ tu dixisti ipsum esse colericū. Dico ꝙ vocat colericū: non simpliciter: sed respectiue ad alia mēbra: qz est eis magis calidum ꝛ siccū: tamē simpliciter loquēdo inuenit ita tēperatū ad hepar vel cerebrū ꝙ inuenit cor valde bene dispositum ad operationes [illegible] ꝛ hoc esset tēperatum ad iusticiā: et illud esset cor nobilissimū in genere cordiū. ¶ Alia ratio fuit arguēs ꝙ cōplexio colerica debeat esse breuissime vite: imo breuioris ꝙ melācolica: qz est in ea paucū humidū ꝛ multum calidū: modo paucū humidū citi' cōsumet a multo calido ꝙ a pauco calido. Respōdet ꝙ ibi est alia recōpensatio nam in colerico humidū est fortiter digestū ꝛ ē a calore fortiter ꝑmixtū sicco terrestri ꝛ sic valde firmiter id nō ita faciliter pōt cōsumi ꝛ euaporari lz a multo calido: sicut euaporaret ꝛ consumeret humidū minus digestum ꝛ minus firmū. ¶ Ad rōnes que arguebant ꝙ flegmatica sit lōgioris vite [illegible] est in [illegible]. Ad rones de melācolica cōplexione qñ dicebat ꝙ illa cōplexio est fortis congulatiōis qz frigidū ē congulare humidū. dico ꝙ congulatio cōueniens vite debet esse a calido ꝛ nō a frigido: ꝛ quādo dicebat ꝙ plāte sunt lōgioris vite ꝙ aialia: dico ꝙ hoc est verū de aliquibus ꝛ falsum de aliis: ꝛ de hoc spāliter dicetur post.

Incipiunt quæstiones eiusdem magistri Ioannis Buridani De Iuuentute & Senectute.

Questio .I.




Væritur Vtrũ ista ꝓpositio sit vera animal secundum q aial ꝓpositiue est non viuere. Et arguit q ipsa est falsa: qꝛ ad illam reduplicatiuam sequitur ista sine reduplicatione animal impossibile est non viuere: deinde sequitur ista animal necesse est viuere per equipollentias: modo ista vltia falsa: qꝛ est eius cõtradictoria est vera: scꝫ ista oẽ animal põt non viuere: qd patet per inductionẽ. ¶ Itẽ illud predicatum viuere cõuenit alijs ab aialibus: qꝛ cõuenit plantis: igiẽ nõ conuenit animali secundũ ipsum: ⁊ patet ꝯsequẽtia qꝛ ꝓpositio secundum ipsum debet esse de primo ideo predicatum debet conuerti cũ subiecto: igitur hec est falsa: animal secundũ q animal viuit: ergo similiter ista est falsa animal secundũ q animal necesse est viuere: ⁊ sic vt prius sequiẽ per equipollentias q illa de qua querebatur est falsa. ¶ Itẽ aial secundũ sensum est animal vt vult Aristo. in isto libro: sed nõ viuit secundũ q sensitiuũ: immo secundũ q vegetatiuũ: iste enĩ sunt diuerse potẽtie aĩe: igitur non secundũ idem viuit ⁊ est aial ideo ꝓpositio erat falsa. ¶ Itẽ descendamus ad sensum quẽ intendebat Aristo. ⁊ arguam⁹ cõtra eũ. Aristo. enĩ intendebat q eadem est particula corpis secundum quã animal est aial ⁊ secundũ quã animal viuit. Sed contra hoc arguiẽ: qꝛ secundũ nullam partẽ ipsius aialis animal est aial: qꝛ sequitur q illa pars esset animal: sicut si hõ est crispus secundum capillos oportet q capilli sint crispi ⁊ si est simus secundum nasum oportet q nasus sit sim⁹: modo nulla pars animalis est animal neqꝫ cor est animal neqꝫ cerebrũ ideo scdm nullam ptem animal est aial. ¶ Itẽ animal viuit ⁊ scdm carnẽ ⁊ scdm ossa: qꝛ secundũ ista animal augetur ⁊ nutritur: sed aial nõ sentit scdm ossa vt vult Aristoteles: nec etiã secundum carnẽ: quia caro nõ est organũ tactus: immo mediũ: vt patet scdo de aĩa ergo secundum aliquã partem viuit secũdũ quã non sentit ⁊ per ꝯñs secũdum quã nõ est animal: cũ animal dicatur animal per sensum vt dicit hic Aristo. ¶ Vltimo arguitur: quia dicit hic Aristoteles q particula secundum quam est animal siue secundum quam sentit et particula secundũ quã viuit est altera in esse quia non est idem esse aĩal et viuere: ergo simpliciter loquendo debet dici altera ⁊ non eadem.

Oppositum arguitur auctoritate Aristotelis in pncipio hui⁹ libri de vita ⁊ morte siue iuuentute ⁊ senectute. ¶ Primo videndum est de propositione Aristotelis: qñtum est de necessitate sermonis. Secundo videbitur de eius intentione. ¶ Et ẽ notandum q iste equipollent animal impossibile est non viuere: et animal necesse est viuere: vt patet in libro periermenias: ideo si vtrobiqꝫ addatur reduplicatio adhuc equipollebũt. ¶ Secundo etiam notãdum est q ad veritatem reduplicatiue requiritur q ablata reduplicatione propositio sit vera: si enim hec est vera homo inquantum homo est risibilis oportet q hec sit vera homo est risibilis. ¶ Tunc ego pono cõclusiones scdm logicã. Prima est: q hec est falsa omne animal necesse est viuere quia potest mori ⁊ potest non esse: et per consequens non viuere. ¶ Secunda conclusio: sequitur q hec est falsa animal secundum q animal necesse est viuere: qꝛ ad istam sequitur pcedens. ¶ Tertia conclusio est: q hec est falsa: animal secundum q animal impossibile est non viuere quoniam hec equipollet pcedenti. ¶ Deinde quia aliqui dicunt q Aristoteles intelligebat propositionem suã non in sensu diuiso vt apparuit quia falsa esset: sed in sensu composito. Ideo pono conclusiones de propositionibus compositis ⁊ hec est prima conclusio: q hec est falsa necesse est animal secundum q animal viuere qꝛ ista de inesse est falsa animal secundum q animal viuit: cum viuere alijs insit ab aiali scꝫ plãtis: ergo ipsa non est necessaria. ¶ Secunda cõclusio est: q hec est vera ipossibile est animal secundũ q animal viuere: quia ista de inesse est impossibilis: scꝫ animal secundum q animal viuit. ¶ Tertia cõclusio est: q hec est vera necesse est aial no viuere secundũ q aial: qꝛ ista negatiua de inesse est necessaria scꝫ animal nõ viuit scdm q animal. ¶ Vltima cõclusio est: q hec est vera impossibile est animal secundum q animal nõ viuere: quoniã ista de inesse est impossibilis animal secundum q animal non viuit: quoniam illud predicatum non viuere non verificatur de animali sine reduplicatione: ergo nec cum reduplicatione. Vnde magna est differentia inter istas duas propositiones. animal non viuit secundum q animal: ⁊ animal secundum q animal nõ viuit: quia in prima propositiõe negatio pcedit reduplicationem: ideo sensus est q viuere nõ cõpetit animali secundum q ipsum: et hoc est verum. Sed in ista propositione animal secundum q animal nõ viuit negatio non cadit super reduplicationem: ideo sensus est q hoc predicatũ non viuere competit aiali secundum q animal: ⁊ hoc est falsum ⁊ impossibile. ¶ Deinde veniẽdo ad intentionem Aristotelis supponemus ad presens cum Aristo. q in animalib⁹ habentibus cor ipsum cor inter partes corporis est primum principium vite: ⁊ tunc videtur velle Aristoteles q ipm cor sit primum principiũ essendi animal: eo q est primũ principium sensus: ita q Aristoteles intendit q eadem est particula secundum quã animal est animal ⁊ secundum quam animal viuit. Queritur ergo vtrum hoc sit verum. Et ad hoc respondeo q ibi secundum q nõ debet sumi reduplicatiue: qꝛ de hoc dictum fuit satis in alijs conclusionibus: ideo vel sumiẽ causatiue vel sumitur determinatiue seu specificatiue: dico causatiue: quia quinto metaphysice dicit Aristoteles: q toties dicitur secundum q quotiens dicitur causa. Vnde secundum aiam tu viuis in genere cause formalis: et secũdum corpus tu viuis in genere cause materialis ⁊ potest dici q secundum solem: deum: vel celũ: tu viuis in genere cause efficientis: sed dico determinatiue: sicut homo dicitur crispus secũdum capillos aut simus secundum nasum vel ethiops albus secundum dentes: qꝛ non totus ẽ albus: sed dẽtes albi. ¶ Tunc pono conclusionem: q capiendo illam dictionem specificatiue propositio illa est falsa scꝫ animal secundũ eandem partem est animal et viuit: quoniam animal secundum nullam eius partem est animal cum nulla pars animalis sit animal. ¶ Septima conclusio est q sumendo secundum q cãtiue ꝓpositio est vera: qꝛ eadẽ pars vt cor aut cerebrũ aut hepar est causa aialis vt hõis aut bouis ⁊ ĩ viuẽdo ⁊ in essendo aial: ⁊ in

essendo simplr in tantũ q illa ablata oporteret aial mori: t ita ppositio Ari. erat vera. Tũ vltra hoc intẽdebat Aristo. q ex parte corporis est eadẽ pars q̃ inter ceteras partes est prima causa t in viuendo et in sentiendo: t per consequens in essendo aial qđ an sit verum an non videbitur in sequentibus.

¶ Tunc ad rationes. Ad primam dicendum primo bene pbant q hec est falsa de vi sermonis animal sz q animal impossibile est nõ viuere. ¶ Ad aliam etiã cõcedo q aial est aial sm q sensitiuum: et q aial nõ viuit sm q sensitiuũ: qz non dz idem predicatum reduplicari respectu hoꝝ pdicatoꝝ viuere et esse aial: cũ vnũ sit superius ad reliquum: t hoc contradicit intẽtioni Aristo. ¶ Quarto rõ bñ pbat q nulla est pars aialis sm quã ipsum sit aial capiendo sm q determinatiue: sed capiendo causatiue est bene eadem pars sm quam viuit t sm quam est aial. ¶ Ad aliã põt dici q animal non sentit sm carnẽ capiendo sm q specificatiue qz caro nõ sentit sed neruus saltez loquendo de sensu tactus: sed aial bñ sentit sm carnem capiendo sm q causatiue: qñ caro est causa i sentiendo. Vñ neruus si esset a carne denudatus nõ sentiret. ¶ Ad vltimã vult dicere Ari. q quis sit eadem pars q̃ est principium sensitiuũ t principium vegetatiuum tñ est altera sm ratonẽ qz sm ratonẽ est aliud viuere t sentire siue esse aial t sm aliam rationem cor vocatur primum principium vite t sm aliam vocat primum principium sensitiuum.

Questio II.



Veritur vtrum cor sit primũ principium sanguinis t venarum. ¶ Et arguitur q non: auctoritate Galieni t omnium aliorum medicorum dicentium q vene originant ab hepate t etiam Auerroys in suo colliget t omnes anatomizãtes incipiũt anatomiã suã de venis ab hepate tanq̃ ibi sit origo earum. ¶ Item vnumquodq3 est fortius in suo principio q̃ longe a principio sed vene sunt fortiores t grossiores in hepate q̃ in corde: igitur hepar magis debz poni principium venarũ q̃ cor. ¶ Itẽ illud est primum principium sanguinis in quo primo generatur sanguis sed in hepate primo generatur sanguis pnt Aristote. concedere videtur in de somno t vigilia dicens: de forno autem alimẽto ingrediẽte i susceptiua loca fit euaporatio ad venas ibi pro pmutatum vertitur in sanguinem t vadit ad principiũ: id est ad cor: ideo oportet dicere q eius prima generatio sit in hepate: igit. ¶ Itẽ. membrũ calidissimum dz esse principium sanguinis eo q sanguis nutritiuus debet esse plenus calore t spiritibus: sed membrum calidissimũ vt aliqui dicunt est hepar qđ ex hoc pbatur qz homo est calidior in parte dextra q̃ in sinistra. Vnde pp̃ter hoc habet partem dextram fortiorem q̃ sinistram t aptiorem ad motus modo non videtur esse pp̃ter maiorem grauitatẽ hepatis q̃ cordis quia sic hepar aliquanto magis ponitur ad partem dexteram q̃ ad sinistram: si ergo cor esset calidius pars sinistra deberet esse calidior t fortior q̃ dextra quod est falsum. ¶ Itẽ cum agens debeat sibi assimilare passum: illud dz poni primum principium actiuum sanguinis quod est magis simile sanguini modo hepar est magis simile sanguini q̃ cor quia est calidum t humidum t est mollis siue tenere substantie cor aũt non sic igitur. ¶ Itẽ omnes ponũt q̃ sit prima [illegible] in hepate humores [illegible] et alios in hepate et illo et regnant quattuor humores quorum vnus est sanguis ideo hepar est principium generationis sanguinis. ¶ Itẽ illud est primũ principium venarũ a quo vene ramificantur ad oĩa mẽbra sed hoc est ab hepate: vt dicunt anatomizantes: igitur.


Oppositum vult Aristoteles in isto libro t etiam in de somno t vigilia t magis in tertio de partibus animalium. Tunc dico cũ Aristo. q sanguis t vene habent primum principium sanguinis t venarum et hoc inter partes corporis hoc inter membra corporea t probatur quia sicut Aristoteles arguit in tertio de partibus animalium forma corporis t omnium organorum ipsius debet esse originale principium idem illa maior per hoc pbatur quia aliter non esset perfectus ordo in compositione animalis ex mẽbris: oportet enim ad perfectum ordinem vnum esse principium totius ordinationis: mala enim est pluralitas principatuum: vt habetur .xij. metaphysice. Tũc ponatz istã minorẽ: q cor est primũ principiũ vite: t spũum vitaliũ et pulsus: t p cõñs venarũ pulsatiliũ t sensus: vt dictũ est in libro de somno: q̃ cor etiã dz poni principium t originale principium t sanguinis t venarum t aliorum. ¶ Vtrũ p̃pter alias rationes debetis notare q rationabile est idẽ esse principium primum sanguinis et venarum qz vene sunt vasa ad deferendum sanguinem a sua origine ad singula mẽbra: ideo alique rationes probabant q cor sit primum principium venarum ad quod consequitur q sit etiam primum principium sanguinis et consequenter q etiam sit principium venarum. Probo igitur q cor sit principium venarum p anatomiam quia vene pertransiunt per hepar sed non pertranseunt per cor: modo vene non debent pertransire locum sue originis: sed ibi primitus radicari et videtur q cor est origo venarum t ergo est medium per qđ pertrãseũt a corde ad oĩa alia membra. ¶ Item. sicut nerui in sua origine non sunt fortes nec etiaz ossa: sed in recedendo augmentantur et fortificantur: ita rationabile est esse de venis: sed in hepate vene iam sunt grosse et fortes igitur ab hepate non habent originem. ¶ Itẽ. cum vene sint compacte t fortis substantie non est rationabile q originentur ab hepate eo q hepar est minus mollis t tenerioris substantie ideo rationabilius est q a corde procedant quod est solidioris substantie. ¶ Itẽ q cor sit principium t sanguinis generatiuum t alimenti probatur per formationem embrionis quia primo inter oĩa membra formatur cor et inuenitur plenum sanguine vnde nutritur. Deinde ex virtute cordis formati formantur circa ipsum alia mẽbra. Itẽ cũ cor formetur primo vz q primo viuit t q sit principium vite t formationis aliorum membrorum t q primo nutriatur et trahere prima principia nutrimenti. ¶ Itẽ sanguis inuenitur in corde sine venis tanq̃ in primo fonte: vene autẽ sunt vasa ad deferendum sanguinẽ: ideo vbicunq3 sanguis inuenitur in venis: ibi est in via t non in sua origine: sed in hepate t in aliis mẽbris inuenitur in venis: ergo in solo corde originantur. ¶ Item. cum sanguis nutritiuus debeat esse plenus calore et spiritibus: rõnabile est q originetur a membro calidissimo sed cor est mẽbrum calidissimum vt omnes concedunt: ergo sanguis a corde habet originem. Sunt autem ibi alique difficultates q̃ non possunt tractari ad presens. ¶ Dico q hec t in libro de animalibus ostenditur q [illegible] [illegible] continuant omnia apparentia [illegible] ipsum ad melius seruandum principium caloris t inuenitur concauum ad recipiendum massam sanguinis et inuenitur plenũ sanguine tanq̃ fons t origo ipsius

et situatur in medio corporis sicut rex et princeps in medio regni et hoc est rationabile: quia sic potest magis influere vitam et nutrimentum ad omnes partes corporis quam si situaretur in aliqua extremitate. et primum principium debet esse unum: et medium est unum inter diversa extrema ideo rationabiliter ponitur in medio. Natura etiam maxime debet esse sollicita de membro primo et principalissimo: ideo debuit ipsum ponere ubi melius posset conservari et hoc est in medio quia sic maxime est remotum ab extrinsecis corruptivis: et propter magnam sollicitudinem quam natura habuit de corde armavit ipsum ante et retro: et latera fortis ossibus. Illud autem quod videmus: scilicet hominem communiter esse fortiorem in dextro quam in sinistro provenit ab ipso a quo tota dispositio corporis ordinatur: cor namque habet tamen situm declinans modicum ad sinistram. et ideo motus cordis exsufflat magis versus ad dextram. ideo magis viget in dextra calor et spiritus quam in sinistra.

¶ Tamen circa istam opinionem restant dubitationes. scilicet quomodo sanguis movetur de hepate ad cor et qualis est substantia sanguinis antequam sit in corde: et quomodo revertitur de corde ad hepar et ad alia membra et per quam viam: et utrum totus sanguis quo membra nutriuntur veniat a corde an non. Et de istis omnibus videtur ponere Aristoteles quod a corde incipiunt vene et protenduntur ad omnia alia membra: quod est valde rationabile: quia si cor primo generatur ex semine: et virtute ipsius circum generantur alia membra: rationabile est quod ab ipso incipiant omnes colligationes membrorum ad invicem et ad ipsum cor. Dicit etiam Aristoteles quod ab ipso corde protenduntur ad hepar due vene notabiles una maior et alia minor et subtilior. Sed tunc sunt in generali due opiniones ad quid ille vene deserviunt: et utraque ponit se tenere sententiam Aristotelis. ¶ Prima opinio ponit quod in ore in stomacho et in hepate fiunt quedam digestiones nutrimenti: non tamen complete: sed preparantes cibum ad hoc quod possit fieri debite nutrimentum scilicet in ore per masticationem: in stomacho per discretionem subtilis nutrimenti a grosso impuro: et mittitur subtile ad hepar: grossum ad feces. Deinde in hepate illud subtile convertitur in sanguinem imperfectum qui nondum est nutritivus et ille totus preter superfluitates aliquas mittitur ad cor per magnam venam et ibi perficitur digestio sua quam sanguis efficitur conveniens nutrimentum omnium membrorum quo facto ille sanguis vel maior pars eius per venam subtiliorem revertitur ad hepar et illa vena ibi ramificatur ad omnia membra exteriora: et ita ille sanguis nutritivus diffunditur ad nutriendum totum corpus et sic fiat ultima digestio in membris tamen hoc est per calorem et spiritus missos a corde cum sanguine ad singula membra. ideo cor sic est primum principium nutritivum et vite: sed hepar et stomachus sunt quedam instrumenta preparativa plene digestionis faciende in corde. ¶ Alia opinio ponit quod omnis digestio nutrimenti sive in stomacho sive in hepate vel in membris fit a naturali calore: calor autem per totum corpus provenit effective et originatur a corde: ideo sic conceditur cum Aristotele quod cor est primum et principale principium nutritivum et generativum sanguinis et aliorum sed tamen ponit hec opinio quod sanguis nutritivus membrorum non generatur in corde nec digeritur: sed in hepate ultimata digestione accepta illa que fit in membris: et ab illo hepate quedam portio sanguinis mittitur ad cor per illam venam magnam: et ex una parte illius portionis generantur a corde spiritus sensitivi et vitales qui per aliam venam per totum corpus mittuntur: per quos spiritus salvatur vita in omnibus membris et exercentur omnes operationes vite per totum corpus ideo cor est principale principium omnium operationum vitalium. Alius autem sanguis absque hoc quod vadat ad cor mittitur ab hepate ad membra ex quo omnia membra nutriuntur non tamen nisi per actionem caloris et spirituum immissorum a corde: et ita cor adhuc est principale principium nutritivum: non quia in eo generetur nutrimentum: sed quia per calorem et spiritus ab eo procedentes generatur nutrimentum in hepate et mittitur ad membra et convertitur in ea. Et hec videtur esse conclusionibus Aristotelis neque verbis eius licet aliqui eam ipsi contradicere credant ergo [illegible] veram neque [illegible] rum opinionum vos potestis [illegible] rationes hinc inde adductas solvere.

Ad rationes. Ad primam dicitur quod anatomizantes si incipiant anatomiam de venis ab hepate: hoc non quia ab hepate incipiant: sed quia ab eo incipiunt ramificari ad singula membra tamen de corde veniunt ad hepar. ¶ Ad aliam: dicitur quod neque vene neque nervi neque ossa sunt in sua origine fortissima immo per continuum processum fortificantur et hoc est rationabile: quia licet a corde incipiat motus animalis: tamen cor non trahit immediate membra exteriora. sed trahit quod est sibi propinquum. Deinde illud propinquum cum corde trahunt illud quod est remotius et sic consequenter usque ad membra exteriora: ideo ibi est tractus fortissimus quia a multis trahentibus [illegible] ordinatis et sic cum ibi sit tractus fortior: oportet quod sint instrumenta fortiora. ¶ Ad aliam quando dicebatur quod in hepate generatur sanguis: secunda opinio concedit simpliciter quod hoc est verum: sed tamen hoc est a calore et spiritibus missis a corde: sed prima opinio ponit quod in hepate non est perfecta generatio sanguinis sed digestio disponens ad eius generationem que simpliciter fit in corde. ¶ Ad aliam: negandum est simpliciter quod hepar sit calidissimum membrorum nec ex parte hepatis est quod pars dextra est fortior sinistra immo est ex parte cordis. Nec est verum proprie loquendo quod cor sit in parte sinistra: immo est in medio: tamen corpus eius declinat modicum ad sinistram ut dicebatur: et ob hoc eius apertura magis sufflat versus dextram: et inde venit fortitudo dextre. ¶ Ad aliam potest dici quod quamvis hepar sit magis simile sanguini in mollitie vel teneritate: tamen non habet ex se sufficientem caliditatem ad perfectam generationem sanguinis. ¶ Ad alias quando dicitur quod ex cibo generantur in hepate quatuor humores: hoc concederet ultima opinio et etiam prima opinio quod ibi generantur quodammodo imperfecte sed perficiuntur in corde. ¶ Ad ultimam dicetur quod non statim oportet venas ramificari in suo principio: sicut in arbore non statim fit ramificatio: immo stipes precedit ramificationem. Rationes autem Aristotelis sunt manifeste cum prima opinione sed etiam possunt concordari cum secunda quoniam secunda bene concedit quod a corde incipiunt vene: et quod cor primo generatur: et quod est principium nutritivum in quantum ubi per totum corpus fit digestio et nutritio per calorem et spiritus originatos a corde. ¶ Quod autem dicitur quod in prima formatione embrionis corde generato ante generationem aliorum membrorum iam invenitur plenum sanguine. Dicitur quod verum est: non tamen quod ille sanguis generetur in corde sed generatus est a muliere: et est materia ex qua virtute seminis generatur cor et alia membra: ideo ista experientia non esset contra secundam opinionem.

Questio. III.



Veritur vtrum vita potest stare sine caliditate aliqua naturali. s. an plāta vel in aīali vel in aliqua eius parte. Arguitur q̄ sic quia sensibus ex [illegible] no decipitur circa sensibilia ꝓpria modo caliditas & frigiditas sunt sensibilia propria tactus: ergo circa ea non decipitur tactus & hoc totum videtur determinare Aristo. ij. de aīa modo ꝯstat q̄ in plantis in hyeme ꝑcipim⁹ ad tactū frigiditatē & nullā caliditatē. Similiter si tangas pisces aut vermes senties eos frigidos & non calidos: & tñ in eis & in plantis est vita: ergo sic vita stat sine caliditate [illegible] frigiditate. ¶ Item omnes dicunt cerebrū esse naturaliter frigidum: & tamen in cerebro est vita & anima: igitur. ¶ Item: ossa & nerui sunt terrea a dn̄o: modo terra & terrea sunt naturaliter frigida: non calida: igitur ossa & nerui q̄uis habeant vitam non habent naturalem caliditatem: imo naturalem frigiditatē. ¶ Itē: calidū non corrūpitur a calido: immo a frigido sibi contrario: & tñ hoīes corrumpuntur ab animalibus venenosis: ergo cum homines sint calidi illa animalia venenosa non sunt calida: sed frigida. ¶ Item: somnus causatur ex quadam infrigidatione vt vult Aristoteles. in libro de sōno & tñ in somno stat vita per totū corpus aīalis: igitur vita stat cum frigiditate: immo cū frigiditate naturali cum somnus sit naturalis.

Oppositum videtur tenere Aristote. in hoc lib. Dicit eñ q̄ omnes particule & totum corpus [illegible] habet quandam caliditatem naturalem. Deinde postea dicit q̄ omne viuens habet aīam que non existit sine naturali caliditate. Et arguit ratione q̄ animalia moriuntur per infrigidationem. ergo vita in calido consistebat.

¶ Ad quæstionem respondendū est q̄ bene differt hr̄e caliditatē & esse calidū vel habere albedinē et esse album: nam ethiops habet albedinē cum habeat dentes qui sunt albi: & tñ ethiops non est albus: immo si tepidum siue tepiditas sit composita ex aliquibus gradibus caliditatis & aliquibus frigiditatis: quod nunc suppono esse verum: tunc omne tepidum simul tempore habet caliditatem & frigiditatem: et tamen non simul tempore est calidum & frigidum simpliciter loquendo. q2 non simpliciter est calidum quod non habet plus de caliditate q̄ de frigiditate: nec debet dici frigidum simpliciter loquendo nisi plus habet de frigiditate q̄ de caliditate: & iō cōtingit q̄ aliquid simpliciter loquendo calidum hab3 frigiditatem sm̄ aliquem gradum: & econtra aliqd frigidum habet caliditatem. Si eñ aliquid esset frigidissimum statim quando remitteretur illa frigiditas acquireret q̄dam caliditas: & tñ adhuc illud nō esset calidum: sed dn̄ frigidum: q2 ab excedēte simpliciter est denominatio. ¶ Tunc ponit p̄ma conclusio. q̄ omne hic viuens habet caliditatem & in toto corpe & in qualibet eius parte viuente. Ista conclusio ꝓbatur ab aliquibus sic: oē mixtum h3 caliditatem et omne viuēs est mixtum: igitur & cetera. maior nota est: quia omne mixtum saltem perfectū est mixtū ex quatuor elemētis: vt p3 in lib. de gn̄atiōe & in lib. metheoro℞: iō i omni mixto sunt ignis & aer aut formaliter aut saltē virtualiter: & non existunt sine naturali caliditate: cū propria & naturaliter virtus ignis sit caliditas: igitur.

¶ Item. oīe viuens ab excessiuo frigido corrumperetur ergo indigebat naturali caliditate. ¶ Item. ad tactum est experientia q̄ nullum viuum siue sit planta siue piscis vel vermis est ita intense frigidū sicut esset glacies vel sicut sunt lapides in hyeme: ergo quodlibet tale habet aliquem gradum caliditatis: cum remissio frigiditatis non fit nisi per aduentum alicuius gradus caliditatis: modo omnis gradus caliditatis est caliditas: & oīe tale habet aliquam caliditatē igitur. ¶ Item solet sic argui: oē viuens indiget nutritione: ꝓ indiget cibi digestione: & omnis digestio est a calido sicut indigestio est a frigido vt h3 in metheororum: ꝓ omne viuens h3 caliditatē. Tñ debens scire q̄ ista ratio non concluderet q̄ semp viuens du viuit habeat caliditatem: q2 forte nō op3 q̄ sp dū viuit exerceat actū digestiōis & nutritionis: tñ rō bn̄ ꝯcludit q̄ oē viuens indiget naturali caliditate ad exercēdum operationes vitales. ¶ Item: de herbis & plātis magis videtur q̄ possint stare sine caliditate q̄ de aīalibus & tñ non stant sine caliditate: qđ apparet: q2 per frigus nimis intensum exiccantur. etiam in tempore niuium videmus niuem super plantas herbarum citius liquefieri q̄ super terram non herbosam: hoc aūt non est nisi ꝓpter naturalem caliditatem conseruatā in illis herbis q̄diu viuunt: q̄uis sit frigus intēsum in hyeme. ¶ Secunda conclusio potest poni: q̄ oīe viuens indiget caliditate naturali que non solum fit ab extrinseco nec admixtione elementorū: sed ab anima. et causa est: quia sicut dicit commentator duodecimo metaphysice calor igneus siue elementaris qui consequitur mixtionem elementorum est adurens & corrumpens non viuificans neq3 figurās. calor aūt vitalis est figurans & viuificans & organizans: ergo iste nō ē elemētaris s3 ab aīa. Vñ calor elemētaris nō magis faceret deorsum q̄ sursum nec faceret folia magis in hac parte arboris q̄ i alia: & sic de radicib⁹ et corticibus & aliis. ¶ Tertia conclusio ponitur ab Aristo. q̄ in omni viuente calor naturalis est fortissimus in corde vel in proportionabili cordi: quia a corde deriuatur calor ad aliā membra. vnde & ob hoc cor primo viuit & vltimo moritur. Possibile est tamē esse aliquando maiorem calorem accidentalem et ab extrinseco in aliquo exteriori: vt si animal calefiat ad ignem. ¶ Sed tunc restat dubitatio: vtrū oīe viuēs debeat esse calidum. Ad quod respondetur q̄ aliquid dicit calidū aut frigidū dupliciter. Vno mō simpliciter alio mō [illegible] simpliciter loquendo nihil deberet dici calidū nisi plus haberet de gradibus caliditatis q̄ de gradib⁹ frigiditatis. ¶ Et isto modo posset poni conclusio: q̄ forte plante non sunt calide immo frigide et vermes etiam sunt frigidi & communiter pisces: immo forte homo est frigidus. Vnde si de calidissimo fieret continue alteratio scilicet vsq3 ad frigidissimum: forte q̄ medium in hoc motu esset calidius q̄ sint plante vel pisces immo q̄ sint homines: hoc tamen non bene scitur. ¶ Sed circa istā conclusionem dubitatur si planta simpliciter loquendo sit frigida et non calida quare dicimus q̄ vita consistit i calido et mors in frigido? ¶ Ad hoc respondet q̄ frigiditas in viuentibus ex parte materie. s. ex parte terre vel aque que in mixtione perfecta dominatur sed caliditas naturalis et vitalis se tenet ex parte aīe & ꝓducentium aīam: ideo non a frigiditate: sed a caliditate sunt actiue actiones anime que vocantur operationes vitales. ¶ Tunc breuiter de calido respectiue dicto dicendum est q̄ omne corpus viuens [illegible] calidum in respectu sumptiue mortui nisi ab extrinseco fit calor extraneus in mortuo & causa huius est q̄ illud dicitur calidum respectiue ad alterū quod plus


habet de caliditate: modo corpus viuens plus hꝫ de caliditate ꝙ̃ ipsum mortuum: quia quando moritur desinit habere calorem qui erat ex parte anime. Dicitur etiam ꝙ plante sunt frigide respectu animaliū et animalia calida respectu calidarum plantarum. Deinde in aīalibus exanguis dicūtur frigida respectu sanguinem habentium: ⁊ sanguinem habentia dicuntur calida respectu illorum. Postea communiter pisces sunt frigidi respectu gressibilium et gressibilia calida respectu illorum. Deinde in eadem specie melancolici et flegmatici dicuntur frigidi respectu sanguineorum et colericoꝝ ⁊ vltimo in eodem supposito cerebrum dicitur frigidum respectu cordis ⁊ cor calidū. Vñ non debetis putare ꝙ cerebrum hominis sit valde frigidum licet dicamus respectiue ꝙ est membrum frigidissimum: imo credo ꝙ cerebrū hoīs ē calidius ꝙ̃ sunt corda multoꝝ piscium vel ꝙ̃ sit ꝓportionabile cordi in vermibus ⁊ multis animalibus.

His visis respōdetur ad ratiōes. Ad

pͥmam concedo ꝙ tactus bene iudicat sic iudicando pisces frigidos vel plantas frigidas: sed tactus non habet iudicare de gradu punctuali nec vtrum sit totalis defectus graduum caliditatis aut frigiditatis.

¶ Ad aliam que est de cerebro ⁊ ad aliaꝫ que de spiritibus ⁊ neruis conceditur ꝙ illa sunt frigidiora ꝙ̃ cor et hepar aut caro: sed non sunt sine naturali caliditate. ¶ De animalibus venenosis potest dici ꝙ sunt frigidiora hominibus: sed non sequitur ꝙ sint sine naturali caliditate. Similiter dicendum est de somno ꝙ somnus fit ex quadam infrigidatione: non tamen tali infrigidatione que omnem auferat caliditatem naturalem: ideo hec oīa non arguunt cōtra predicta ⁊c.

Quæstio. IIII.



Veritur vtrum calidū naturale potest corrumpi a seipso. Arguitur ꝙ non: quia quodlibet ens diligit se permanere: vt dicit commentator .i. physicorum: igitur nullū debet corrumpere se. ¶ Iteꝫ. sicut nihil generat ita nihil corrumpit seipsum: corrumpens enī debet obtinere super illud quod corrumpitur: ideo ꝙ̃ manere post illius corruptionē: sed idem non manet post suiipsius corruptionem: ergo idem non corrumpitur a se. ¶ Item sicut generatio non est creatio ex nihilo: ita corruptio non est adnihilatio: ideo dicitur pͥmo de generatione ꝙ semper corruptio vnius est generatio alterius: igitur si calidū corrūpat se oportet ꝙ ex se generet aliquid aliud quod potest esse nisi frigidum sibi contrarium: modo hoc videtur impossibile: quia calidum non habet naturam infrigidandi: sed potius calefaciendi ideo nō generabit frigidum. Sed forte respondebitur ad istas rōnes sicut Aristoteles videtur dicere: ꝙ calidum nō corrūpit seipsum per se et immediate sed ꝯsumendo humidum quod est nutrimentum ipsius calidi vel quod est subiectum ipsius calidi. Unde ad huiusmodi humidi consumptionem ⁊ corruptionem sequitur corruptio calidi ꝓpter defectū nutrimenti vel subiecti ipsius. ¶ Cōtra ꝙ̃ sic dicentes ꝓbatur ꝙ humidum nō corrumpitur a calido: pͥmo: quia non est ipsi contrariū et corruptio est a contrario. Secūdo: quia humidum et calidū se compatiuntur naturaliter vt in aere qui est calidus ⁊ humidus: ideo vnum nō est naturaliter corruptiuum alterius. ¶ Et confirmatur: quia si calidū ageret in humidum consumendo ipsum: vel ageret ī humidum in quo vel cum quo est subiectiue: vel ageret in aliud humidum existens extra ipsum: patet ex sufficienti diuisione: sed non potest dici ꝙ agat in humidū cum quo est subiectiue: quia si sic sequitur ꝙ aer destrueret seipsum naturaliter: eo ꝙ est calidus ⁊ humidus: ideo calidum ipsius consumeret eius humidum. Si dicatur secundo modo. s. ꝙ calidum cōsumit humidū sibi propinquum ⁊ non humidum in quo est: tunc nulla erit ratio quare ꝓpter consumptionem illius humidi extranei debeat illud calidum corrūpi ex quo remanet ipsi ꝓprium humidum: igitur non apparet modus per quem calidū naturale posset corrumpi a se.

Oppositū tamen determinat Aristo.

dicens ꝙ ipsius ignis videmus duas corruptiones. Unam que est a seipso vocata marcedo. Aliā que est a contrario vocata extinctio. Dicit etiā dando modum per quem hoc fiat ꝙ calor amplior factus consumit alimentum ⁊ manifeste apparet ꝙ ignis in cādela cōsumat humiditatem cere: ⁊ in lignis consumit humiditatem lignorum ⁊ tunc extinguitur siue deficit ignis: ideo ita potest fieri de calore naturali in viuentibus.

¶ Sciendum est ꝙ ibi multe sunt dubitationes.


¶ Prima dubitatio est: vtrum idem potest corrumpere se. ¶ Secunda: vtrum eorum que simul subiectiue existunt vnum potest corrumpe alterum. Tertia est: vtrum caliditas corrumpit humiditateꝫ an solum facit eam euaporare. Quarta dubitatio est: vtrū caliditas faciat euaporare illam humiditateꝫ que est subiectiue cum ipsa an aliam sibi ꝓpinquam. Quinta dubitatio est: quomodo ⁊ a quo corrumpitur ignis candele. ¶ Ad pͥmam istarum dubitationum videtur mihi respondendum esse ꝙ nulla res corrumpit seipsam nisi hoc sit ratione diuersaruꝫ partium. ita ꝙ vna corrumpat aliā: quia omne ens intendit suam saluteꝫ et nullam habet contrarietatem a seipso nisi hoc sit ratione partium quarum vna forte est alteri contraria: sicut in nobis membra sunt diuersarum complexionū vnum calidius alterum frigidius: et ita potest vnum agere ad corrumpendum vel diminuendum complexionem alterius. ¶ Ad secundam dubitationem potest dici ꝙ plurium in eodem subiecto existentium siue plurium simul existentium subiectiue vnum bene corrumpit alterum: verbi gratia: si aqua sit calefacta: tunc simul subiectiue sunt aqua et ipsa caliditas: et tamen aqua est innata corrumpere illam caliditateꝫ: quia est innata refrigerare se: quod apparet quia si auferatur calefaciēs ⁊ sibi relinquatur ipsa frigefiet vltra frigiditatem continentis: quod non esset nisi per suam naturam refrigeraret se. Similiter anima intellectiua habens in se opinioneꝫ erroneam potest syllogizando ⁊ discurrendo sibi veram acquirere scientiam et corrumpere illam opinionem falsam ꝙ̃uis anima et illa opinio et totus ille discursus sint simul subiectiue. ¶ Sed tu dubitabis quomodo illud est possibile: cum corruptio debeat esse a contrario et contraria nūꝙ̃ sint simul subiectiue. ¶ Solutio: quedam est contrarietas formalis: vt inter album et nigrum vel inter calidum ⁊ frigidum: ⁊ hec non stant simul subiectiue. Alia est contrarietas virtualis: verbi gratia: lumen a sole procedens non est formaliter calidum: quia non posset stare cum frigiditate medie regionis aeris vel cum frigiditate aeris in hyeme: tamen illud lumen virtualiter est calidum cum habeat potestatem calefaciendi: et ideo lumen est contrariū frigiditati non contrarietate formali: sed solū virtuali: modo diceretur ꝙ forma substantialis aque nō est

